PROVERBIA SALOMONIS.

VERSIONEM INTEGRAM

AD

HEBRÆUM FONTEM


EXPRESSIT,

ATQUE

COMMENTARIUM

ADJECIT

ALBERTUS SCHULTENS.



LUGDUNI BATAVORUM,
APUD JOHANNEM LUZAC,
MDCCXLVIII.

J. Loren
Pastor Hafniensis



CELSISSIMO. ET. SERENISSIMO.

D O M I N O.

WILHELMO. CAROLO. HENRICO. FRISONI.

D E I. G R A T I A.

ARAUSIONENSI. ET. NASSAVIO.

P R I N C I P I.

ETC. ETC. ETC.

TO-

TOTIUS. BELGII. FOEDERATI.

FAUSTISSIMIS. AUSPICIIS.

JURE. HÆREDITARIO.

GUBERNATORI.

ET. ARMORUM. TERRA. MARIQUE.

PRÆFECTO. SUPREMO.

ETC. ETC. ETC.

MAGNO.

RELIGIONIS. ET. LIBERTATIS.

VINDICI. AC. STATORI.

FELICITATIS. TEMPORUM.

AUSPICI.

PIETATIS. VIRTUTIS.

DOCTRINARUM. ET. ARTIUM.

ALTORI.

ALBERTUS. SCHULTENS.

CELSISSIME

AC

SERENISSIME

PRINCEPS.

Inter jucundissimos vitæ meæ fructus, & præmia, reputo, SERENISSIME PRINCEPS, quod in *Musarum* sede *Batava* purpuram Tuam venerari mihi liceat, cui, ante sex admodum lustra, *Primitias Originum Hebræa-*

bræarum, in *Alma Frisiorum* amœnissima constitutus, sacravi.

Principem tunc suspiciebam, in quo magnum Instar, atque eminentissima effulgeret imago Heroum, quos in Tholo immortalitatis ut Libertatis ac Religionis Vindices, atque Statores, immortalia Ipsorum merita dedicarunt.

Celsi sanguinis, Celsarum Domuum, in Te Unum collecta, & læte succrescens, Indoles, primo in flore ætatis jam tum supremum hocce Culmen, in quo præfulges, Tibi desponsabat: desponsabant Vota omnium, quorum medullis admiratio & amor Tui infixus.

Ea non completa solum, sed & ultra quam spes ulla præcipere sustinuisset, cumulata, ad vera quoque gau-

gaudia redundarunt eorum, quibus celſitudo exaggerata Virtutum Tuarum necdum propius notuerat.

Superſcandit maximus hicce Eventus quicquid Miraculorum, in *Republica Fœderatarum Civitatium* vindicanda, conſtituenda, ad ſummumque Eminentiæ faſtigium provehenda, Divinitus congeſtum, eademque adſtupente univerſa *Europa* ſplendidiſſime coronat.

Sibi redditum univerſum BELGIUM, Te gubernaculis, ipſa Dei manu, admoto, *Symboli* ſui gloriam concordia ſancit, atque armis, Viris, jam vere Viris, Te Auſpice, Te Duce, ad avita ſeſe Decora innovat, erigit, animat.

In Belli infauſtiſſimi fragore, quod cuncta obterere minabatur, auſpicia re-

reluxerunt Pacis cuncta differenaturæ; per quam Secularis Regionum nostrarum Felicitas instauretur, atque caput altius attollat.

Ea certe TE, MAGNE PRINCEPS, Regiamque Tori Sociam, pignora Reipublicæ, Rempublicam VOBIS, VESTRÆQUE STIRPI, auspicatissima Prole florescenti, nunc devinxere, quæ nihil unquam delibare, nedum violare queat.

Hæc, dum secula ibunt, usque & usque crescent, atque *Hæreditariam* Tutelaris Domus *Venerationem* adaucta identidem *Libertatis* ac *Religionis* decora cunctorum in pectoribus consecrabunt. Propria hæc Summum faxit Numen. Dabam Lugduni in Batavis a. d. IV. *Maji* MDCCXLVIII.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Quum principia, quæ ſequor, Linguæ *Hebrææ* privatim ac publice tractandæ, atque pro Sparta, quam ſuſtineo, ulterius excolendæ, ſimpliciſſima ſint, atque naturali ſua luce ultro ſeſe inſinuent iis, qui Linguas Eruditas erudite callent, per mihi mirum ſemper viſum, quemquam eorum, qui inter Literatos nomen profitentur, inde potuiſſe reſilire.

Creſcebat identidem admiratio, quod univerſa illa *Methodus* in qua elaboro, & cui vitam viresque dicavi, unice collineet ad *Hebræi* Codicis integritatem, dignitatemque, multimodis undique impetitam, pleno in die collocandum, atque per *Analogiæ* ſundamenta & firmamenta ſolidiſſima eo culminis educendum, unde quicquid eſt audacioris & infauſtioris *Criſeos*, contemnere, atque ſuiſmet adverſarios armis configere queat. Hanc *Fundi* noſtri partem adhuc neutiquam perpurgatam fuiſſe, infini-

* ni-

nitæ illæ vepres arguunt *Anomaliarum*, quibus omnis *Grammatica* obſita: novis etiam ſpinis ſubinde ſuccreſcentibus, atque agrum huncce, qui nitidari poſtulabat, totum cooperientibus.

Origines quoque verborum, id eſt, *primarias* Radicum ſignificationes, quas nunc vocare ſolent *Formales*, deſiderari in plerisque, *Defectu* lucis ac copiæ, ad eas ritè conſtituendas neceſſariæ, nemo ignorat, qui modo limina ſalutavit rerum noſtrarum, & vel tantillum in *Rhetorica* poteſt, polletque. Magistris *Judæorum* a Literatura humaniore haud ſane paratis, aream hanc vix cognitam nemo negabit, qui non plane vel hebes, vel cæcus. Primi, qui ex eorum ſchola ac diſciplina proceſſere *Chriſtiani*, eorundem cancellos egredi, & ultra Doctores ſapere, non auſi. Creſcente dein Aurora, & lumine *Dialectorum*, *Arameæ*, & *Arabicæ* præſertim, aliquid affectum hoc in ſtudio a Viris principibus, atque deinceps multum quoque profectum eſt: ut liquido aſſeverare ſit, atteſtante univerſo Eruditorum, per omnes *Europæ* regiones, choro, quo quisque largius ex Fontibus hiſce hauſiſſet, eo uberiores per quemque fructus ad rem *Hebraicam* hac in parte ornandam, & *Dialectorum Harmoniam* conſtabiliendam, in medium allatos fuiſſe.

Hac in palæſtra concertantes, ſeque magnis exemplis inter ſe provocantes, & animantes, videre cœpit finis ſeculi decimi ſexti, admiratum eſt univerſum ſeculum decimum ſeptimum; quod maximis acceſſionibus lucis hanc, ut abſtruſiſſimam, ita obſcuriſſimam, *Orientalium Linguarum* ditionem locupletavit.

Immortalia hæcce veſtigia procerum noſtræ diſciplinæ venerans, atque per hanc *Viam Regiam* incedendum eſſe omnibus, qui aliquid Sacris hiſce dignum præſtare cuperent, tam clare cernens, quam Sol meridie lucet, *Guſſetiano* Syſtemate, quod initio volventis ſeculi prodibat, atque nebulis *Metaphyſicis* omnia involvere minabatur, ſtimulos quoque mihi ſubdente, me magis magisque ſuccingere geſtiebam, cum ad

eas

eas vere *novas Originationes*, refragante *Linguarum* natura invectas, immotis ex principiis revincendum, tum ad ea quæ lætissime, magnis sub cultoribus, præcedente seculo effloruerant, ad majorem, si pote, maturitatem provehendum.

Eum in finem, post prælusiunculas tenuiores ad *Jobum*, & deinde ad loca selecta totius *Sacri Codicis*, in lucem emissas, jucundissimæ stationi *Franequeranæ* admotus; quum publicis ac privatis exercitiis ad majorem illum cursum, ad quem contendebam, me, quoad poteram, comparassem, atque corroboravissem; anno XXIII. hujus seculi evulgavi *Tomum primum Originum Hebræarum; sive antiquissimam Hebrææ Linguæ naturam & indolem ex Arabiæ penetralibus revocatam:* non exclusis sane *Chaldaica* & *Syriaca Dialectis;* quibus paria ferme jura competunt; sed quod ipsæ quoque *Originum* suarum *Defectu* laborantes in tenuibus earundem, quibus gaudemus, reliquiis, tantum copiæ ac luminis nec habeant, nec præstare queant, quantum opulentissima illa & potentissima *Arabum;* quam singularis haud dubie Numinis cura asservatam dedit, ut quicquid machinationum, ratione *Linguæ*, consurgeret adversus Sacratissimum volumen quod vetera Oracula consignavit, id hujus *Sororiæ*, ex domoque ipsius *Heberi* profectæ, atque deinceps ex Familiis *Abrahami* & *Isaaci* latissimis ramis propagatæ per *Ismaëlem* & *Esavum*, id hujus, inquam, tot vinculis cum *Hebræa* connexæ *Dialecti* admirabili ubertate simul, simul puritate, confunderetur. Nil *novi*, nil *paradoxi*, promo. Peritissimi *Rabbinorum* hoc agnoverunt; atque hoc ipsum *Fundamentum* instaurandæ *Linguæ Patriæ* seculis X. XI. æræ nostræ constanter tenuerunt; quum primi *Grammatici* & *Lexicographi* sub imperio vixerint *Saracenico;* atque *Arabicam Linguam* non tantum familiarem haberent, sed unice *vernaculam;* in sinu quippe ejusdem nati & educati. Ad lucidissimam istam facem tenebras, *Hebræo* tum *Codici* incubantes, per prima E-

lementa *Grammaticæ artis*, quæ apud *Arabes* feliciter ſub Literaturæ elegantioris munificentiſſimis Altoribus Fautoribusque *Chalyphis* florebat, diſcutere, atque per *Lexicorum* quoque adminiculum evincere occœperunt, eo ſucceſſu, ut *ſecundarias* poteſtates plerarumque *Radicum*, ex *vernacula* ſua *Arabica* exprome ac confirmare valuerint; de *Originibus* earundem haud adeo ſolliciti; quippe quæ profundius ſitæ ſint, & limatiore Eruditione ſimul ac cura enucleari, atque in quincuncem digeri poſtulent, quam ut iſtud oneris *Gloſſarum* collectores, atque *Lexicographi*, in ſe ſuſcipere vel poſſint, vel audeant. Certe nec *Heſychius* id *Græcis* ſuis præſtitit; nec *Suidas;* nec adeo quiſquam. *Nonius* qui *Gloſſulas Latinas* confuſiſſime congeſſit, vix nominari meretur. *Phiruzabadius* in *Camuſo* ſive *Oceano Ling. Arab.* quique eo emedullatior *Gjeubarius* in *puriſſimo Flore*, quem inſcripſit, *Linguæ*, hic illic tantum aliquid hac de re ſummis faſtigiis libavit. Hac de cauſa nec *Giggejus* quoque, qui priorem *Latine* convertit; nec *Golius* noſtræ *Literaturæ* facile princeps, qui poſteriorem ſecutus eſt, hanc in palæſtram deſcenderunt: non unius hominis ſane, vel vita, vel induſtria, exſudandam. Eandem ob rationem meritiſſima palma Cl. *Buxtorfium* ad poſteritatem ſemper decorabit, etiamſi *Originibus* veſtigandis, atque juſto filo deducendis, in vaſto Opere *Lexici Chaldæo-Thalmudici* ſe haud maceraverit; ut qui *Herculeos* exantlarit labores vel in materia iſta aggerenda, ac per triginta annorum ſpatium conſtipanda.

Ergo totum hocce a *Rabbinis* prioribus ac poſterioribus juxta vel ignoratum, vel neglectum, vel, quod vires longe exſuperaret, ſepoſitum eſſe, nemo mirabitur, qui attendet, quam pauci vel Literatiſſimo noſtro ævo, tanto in lumine Eruditionis Humanioris, *Latinas Græcasve Origines* diſcernere, nedum veſtigare, atque contexere valeant.

Ra-

Rari nantes in gurgite vasto.

Quid *Rabbinos* dico? *Christiani* nostri, multo utique illis a doctrina liberali instructiores ad talem *Provinciam* sustinendam, eam pars longe maxima prætermisere; pars ludicris alliterationibus prostituerunt; pars *Metaphysicis* speculationibus, in officina imaginationis conflatis, obscurarunt; pars *Hieroglyphicis Phantasmatis* extinxerunt: ut *Kabbalistis* ipsis hoc in stadio palmam præripere voluisse videantur. De his aliisque male faustis conatibus a me dissertatum *Tomo* II. *Originum Cap.* VII. Demonstratum ibidem, & præsertim *Cap.* IV. quantas & quam perpetuas ruinas trahat *Gussetianismus*, non jam *Codicem Sacrum* ratione *Veritatis* ibi *lucentis*, sed ipsam *Linguam Hebraicam*, necdum intellectam, *Luminare magnum* esse jactans, *sibi nobisque Solem, qui sese nobis cognoscendum præbeat vi nativæ suæ proprietatis.* Hoc fulgore præstrictus Vir ille Doctus, qui *novæ methodo* vexillum erexit, in *Commentario Linguæ Hebrææ* eo usque sibi frena elaxavit, ut spretis & oppugnatis quoque *Dialectis;* spretis *Rabbinis;* spretis *Veterum* & *Recentiorum* Versionibus; contenderit in *Præfatione Operis* istius; *non desperandum esse, si aliquis Hebraismum merum, qualem in Bibliis habemus, faceret* Interpretem sui ipsius, *collatis uniuscujusque Radicis & structuræ exemplis locisque in quibus extant; fore tandem ut radicum notionem & phrasium vim adstrueret, seorsim ab auctoritate interpretum, & omnium aliarum linguarum imitatione;* (i. e. collatione;) *quemadmodum, ut hoc simili,* inquit, *utar, qui Epistolam figuris literarum ignotis scriptam legere vult, & ut vocamus* dechiffrer, *desifrare, ille characteres spectat, secundum illorum numerum, collocationem in initio, medio, vel fine dictionum, aut separatim viciniam, vel distantiam: perque has & similes observationes* certo colligit, *hunc characterem signare literam A, illum B, vel C, hanc dictionem*

esse Auxilium, *illam* Ferre, *istam* Cras &c. &c. *Idque ex ipsa Epistola sola elicit, & tamen perducit ad certitudinem manifestam: pari ratione considerando, ac inter se comparando, eas Linguæ dictiones quæ sæpius occurrunt, quæ hanc vel illam periodi sedem obtinere solent, quæ ad simplicem hujus illiusve significationem modificandam adhiberi deprehenduntur, quæ sociantur aliquando, quæ vero nunquam; sperandam esse constitutionem indubitatam partium Orationis, in illa Lingua comprehensarum, per* unam ejus inspectionem, *usque adeo, ut deinceps mens Lectoris minime suspensa maneat ab Interpretibus, & Grammaticis. Ad hoc adspiravi* &c. &c. In præcedenti comparatione *Linguæ Hebraicæ* cum *magno Luminari*, & *Sole*, qui radios suos ultro nobis ingerat, eo subvolarat Vir Eruditus, unde liquefactis mox alis ruere ac præcipitare deberet. In postrema hacce ea jacit fundamenta, atque ita struit, ut semet ultro destruat, atque suam ipse ædificationem funditus subvertat. Quis unquam vel fando audivit *desifrationem*, quam vocamus, institui posse in Lingua plane ignota & præclusa adhuc? non jam pro *Literis*, hoc enim per claviculam *Mathematicam* expediri potest; sed pro sensu, pro interiore intellectu, pro *Metaphoris*, *Metonymiis*, *Synecdochis*, aliisque inversionibus *Rhetoricis;* quin imo pro *Originibus* ipsis, unde illi *tropi* defluxere? Dolendum profecto talia a Viris Sacrarum Literarum amantibus, Veritatisque ac Religionis studiosis, proficisci posse. Qui hos, similesque excessus, Studiis juventutis damnosissimos, sub oculis habebam, quantocyus ingruentibus illis tenebris occurrendum existimavi, atque post emissum *Tomum* I. *Originum* suscepi aliud *opus*, eodem directius adhuc collineans, cui *Titulum* feci, *De Defectibus hodiernæ nostræ in Lingua Hebræa cognitionis, eorundemque sarciendorum tutissima via ac ratione.* Hoc tum aliis *Hypothesibus* revincendis institutum, tum præsertim *Gussetianæ* isti substructioni, quæ sine ulla *Eruditione Humaniore*, sine

ſine ulla *Dialectorum* ope, ſine ullis adminiculis, quam quæ ſua cuique ſagacitas, ac *Metaphyſica* ſubtilitas, ſubminiſtraverit, *Arcem* pollicetur hujus Scientiæ, ſimul *Virgulam* oſtentans *Divinam deſifrationis*, quæ abditiſſima quæque penetralia *Linguæ Biblicæ*, ſine ullo metu ac periculo erroris, eſſet reſeratura.

In *Academiam* deinde *Batavam* translatus, atque Provinciæ *Linguarum Orientalium* impoſitus, in curſu exercitiorum, quibus *Theologicam* juventutem ad *Veterem* & *Regiam Viam* proſequendam imbuere, & animare, Muneris ratio poſtulabat, deprendere cœpi iſtam infauſtam *Hypotheſin* Ocellum quoque *Belgii*, atque hancce ſacratiſſimam *Muſarum* ſedem, non leviter adflaſſe; atque multorum inde ſtudia hoc in ſtadio capeſſendo multum ſufflaminari: quum ſibi conducibilius judicarent, culmen ſine labore occupare; quam multo ſudore illuc conniti; atque forti, ſed & lentiore, gradu, per *Dialectorum*, ut ferebatur, *ambages* ſupervacuas, illuc eſcendere.

Hiſce ſufflaminibus præſtantium ingeniorum ut occurrerem, redordiendam mihi vidi telam *Originum* ad tempus interruptam; quarum *Tom.* II. *Capite* IV. propius pedem contuli cum Cl. *Guſſetio*, atque argumenta, quibus *Dialectorum* uſum in hiſce noſtris Sacris impugnare aggreſſus erat, confutavi ac deſtruxi iſtis armis, quæ ſola pro ſuis Veritas & Virtus agnoſcunt, hoc eſt, placida ac moderata reviĉtione, cum demonſtratione evidentiſſima erroris.

Ejusdem *Tomi Cap.* V. & VI. graviorem ipſe eduxi & inſtruxi aciem cavillationum partim, partim criminationum, adverſus me commotarum; quibus nervum eliſi; quarumque, jam tum, vel imperitis vel incautis ſurrepere conantem vim ita infregi, ut qui me poſtmodum aggreſſi ſunt, nihil dixerint, quod non ibi anticipatum, ac retuſum erat; atque ante, quam Arenæ iſti ſe committerent, per me fuerint exarmati.

Hæc

Hæc recentare, atque in publico exponere non lubet nunc. Subſumam tantum id, ad quod prægreſſa tendebant; exploratiſſimum mihi eſſe ex iis ipſis, quæ adverſus me mota ac tentata, Antagoniſtas meos mea vix legere dignatos eſſe, nedum ut intelligere voluerint: nam ea ſi tantummodo legiſſent, ubique deprehendiſſent, me mœnia ipſorum adverſus omnem temerariam *Criſin* defenſare, atque omnes male fauſtas *Hypotheſes* a *Lingua Hebræa* propulſare, *Kabbaliſticam*, *Hieroglyphicam*, *Phantaſticam*, *Metaphyſicam Bohlianam*, ac *Guſſetianam*, quæ poſterior ad *Sifræ* etiam cæcam aleam hocce graviſſimum Opus demittere auſa; *Alliteratoriam* item non unam; *Voſſianismum* denique hinc pro *Authentia* LXX Virali, *Tridentinismum* illinc, pro *Vulgata* ſua depugnantem.

Deprehendiſſent, me *Veteri* ac *Regia Hebraizandi Via* incedere, atque huc omnia mea anniti, ut quæ ſub finem præcedentis, atque ſub initio volventis ſeculi, ferme refrixerunt ſtudia, in ſemitas videlicet & devios tramites avocata, in priſtinum ardorem vigoremque reſuſcitentur, ad *Reformationis* decus lætiſſimis Veritatis incrementis ſuſtinendum, atque propagandum.

Tam honeſtum propoſitum qui in *Eccleſia* noſtra ferre nequeunt, neſcio quibus tandem principiis ducantur. In eos nihil inclementius a me dictum unquam, atque ne nunc quidem dicetur; quantumvis compertum habeam necdum voculas imperitorum plane conticuiſſe; quin quo illiteratior ſit quisque, eo animoſiorem ſemet inferre; quaſi neſcio quid de me, meisque moliminibus, ac nominatim de *Originibus* meis, metuendum haberent; quum utique non ſpecimina, ſed documenta earundem ampliſſima in lucem data tales ſuſpiciunculas abunde diluant, ac refellant.

Ut hunc tandem metum ſibi ultro remittant, quicumque eo forte adhuc attinentur, utque generoſiorem hac in parte induant animum, eos exuere & liberare denuo conabor præju-

di-

dicatis quibusdam opinionibus, quas, ut quod res est libere edisseram, nunquam ante suspicatus sum tam altas in Literatissimo nostro *Belgio* radices agere potuisse: sed quas nunc tandem sum expertus, atque etiamnum experior, tam profunde apud valde multos, quorum ingenia, studia, dignitates veneror, sedisse, atque fixas esse, ut quamvis nonnihil concedant forte iis, quæ plane negari non posse satis cernunt, plenum tamen iisdem assensum dare non audent, nedum ut ea consciscant, atque auctoritate sua firment.

His volentibus, ut confido, fuerit, si eos deduxero ad Fontes hujus non oppositionis equidem, sed hæsitationis, usque dum majore luce aucti, judicia suspensa illuc inclinare possint, unde nullis scrupulis retrahantur. Scrupulos illos, vel potius, ut dixi, Fontes ipsos omnis vel dissensionis, vel suspensæ adhuc consensionis, ut plenius tandem ipse variis ex indiciis detexi, ita in publico eosdem nunc exponam; atque ita exponam, ut quivis ultro sit percepturus, se occulto quodam his ex Fontibus influxu, plus minusve retentum fuisse, quo minus evictionibus evidentissimis subscribere, calculumque adjungere sustineat.

Nempe ab omnibus ferme, qui a nostro *Systemate* resiliunt, eæ foventur vel plus, vel minus, opinationes circa *Linguam Primævam*, ad exordia Mundi *Adamo* inseminatam, atque circa *Confusionem* ejusdem apud *Turrim Babylonicam*, quæ nostris principiis directe adversari creduntur, eademque funditus convellere.

Prima est, istam *Dialectum*, quæ *Hebræa*, post diluvium, & *divisionem Linguarum*, vocitata, atque qua *Moses*, reliquique Sacri Scriptores, Divina Oracula consignarunt, fuisse *ipsissimam* illam, sine ulla variatione, *Linguam Adamo* infusam.

Altera, istam *Linguam*, inde ab ortu rerum possedisse insignitum characterem non solum *eminentiæ; præstantiæ*, & *di-*

** gni-

gnitatis, verum etiam *Sapientiæ* plus quam *humanæ;* quin *Sanctimoniæ* plane *Divinæ*, propter quam *Linguæ Sanctæ* titulo decorari promeruerit.

Tertia, hujus *Linguæ Sanctæ* hæreditatem post Diluvium, in secessione gentium, & confusione *primigenii Sermonis* ac *Labii*, ob hanc *Sanctitatem* ei insitam, *Prærogativa* Gratiæ transmissam esse ad *Heberum solum*, & *Heberidas;* neutiquam tamen ad omnes, qui ab ipso proseminati, sed tantum ad *Lineam Sanctam Hebræorum*, quibus Deus hocce *Sanctissimum pignus* assignarit *Oraculorum* Cœlestium, ipsorum in gremio deponendorum, nec cum aliis unquam gentibus communicandorum.

Quarta, reliquos omnes mortales, excepta sola hac portione *Domus Heberi* sanctiore, ad substructionem *Turris Babylonicæ* exutos fuisse usu *Linguæ* istius *Primævæ*, ob grave crimen, & sacrilegium, quod superbo illo molimine commiserint, & ob quod commeruerint quoque dispergi, atque omnes in oras dissipari; disrupta velut societate generis humani, per abruptam, & solis *Hebræis* relictam, *Linguæ* istius *Sanctæ* cognitionem. Adjicitur a multis, hunc tanquam *parietem intergerinum* singulari gratia, ac favore Numinis, *Hebrææ Nationi circumdatum*, ut a *Profanis Nationibus* discluderentur, atque *Sacro* in *septo* tanquam *Sacratissimum* Dei *peculium* residerent.

Quinta, eandem hancce *Linguam Primævam* interim esse *fœcundam Matrem* omnium *Linguarum*, quæ in *Ædificatione Babylonica* subito & tum emerserunt, & postmodum in *Theatro orbis terrarum* comparuerunt; quæ cunctæ *Antiquæ* juxta, ac *Recentiores*, ex ea, velut e *vastiore* quodam *conceptaculo*, diversissimos per *canales*, *alveos*, *Mæandrosque*, effluxerint, paulo *puriores* quidem, & *primigeniæ scaturigini propiores* aliæ, aliæ *impuriores*, & *longius divagantes;* atque deinceps usque & usque *divagaturæ:* omnes *contaminatæ;* & *Primæ*-

vo

vo flore ac *vigore*, præſertimque *Sanctitatis Privilegio*, quod ſoli *Hebræorum Linguæ*, ſub ſignaculo Dei, additum fuerit, *exutæ*.

Attexta panno huic, ſexto, a bene multis, ſplendidior adhuc purpura, atque immortali ſe fulgore commendaturus aureus limbus, hancce *Sanctam* & *beatam Matrem Linguarum*, à Deo deſtinatam eſſe *Beatorum ſedibus;* atque ut olim *Terram Sanctam* occupare digna fuit; ita *Cœleſti* quoque *Vitæ* divinitus eſſe *conſecratam;* atque per ejus redivivum uſum *Gloriam Sanctorum*, & *feliciſſima* inter eos *Sermonum Divinorum commercia*, eſſe *conſummanda*.

Magna hæc, & magnifica ſane, circa *Hebræam Linguam dogmata*, non tantum utramque paginam implent *Scriptionum Rabbinicarum*, quibus *Patrii Sermonis peculium*, atque *Cœleſtis Gratiæ hæreditarium pignus* hocce, ſuæ ſeorſim genti attributum, in *Arce* locant *Divinitatis*, verum etiam in *Scholas Chriſtianorum* ſeſe penetrarunt, ibidemque magnis ſub auctoritatibus admiſſa, ſuſcepta, corroborata, altiſſimas jecerunt Radices; atque eousque fere evaluerunt, ut *Solium* quoque *Veritatis* ſenſim ſine ſenſu conſcenderint; atque, quod aſtute moliebantur *Judæi* audaci illuc niſu graſſantes, in *Articulos Fidei* quodammodo ſeſe erexerint.

Quid *Domo Dei extorrem*, atque in *Chriſtum* Dominum perduellem Nationem ſtimularit, ad tale ſibi *Syſtema* condendum, quod admoto velut ariete mœnia quateret *Chriſtianorum*, atque *Novi Teſtamenti dignitatem* ſimul & *Veritatem* labefactaret, cuivis, qui oculos in fronte gerit, perſpicere promtum: ſed exputare vix ac ne vix quidem poſſum, quid homines *Chriſtianos* impulerit, ad tam abſona atque abſurda commenta, velut totidem *Palladia*, ambabus ulnis amplexanda, atque pro *Vexillis* puriorum circa *Linguam Hebræam* ſenſuum in *Caſtris Chriſti*, & *Apoſtolorum*, attollenda.

** 2 Mi-

Mirifica enim vero delusio, qua specioso sub *Titulo Linguæ Sanctæ* se capi passi sunt, qui sub finem *seculi decimi quinti*, atque ad lætiorem auroram *decimi sexti*, ex ore partim, partim e scriptis *Judæorum*, primi *Literas Hebraicas* hausere. Non gravemus interim eorum laude dignam memoriam. Non perspiciebant tum, quum cum *Linguæ* cognitione, qualem *Rabbini* impertire poterant, talia quoque *Magistrorum placita* imbiberent, *Anguem latere sub ista herba.* Accedebat, quod qui toti ab aliorum ore pendent, præsidiis propriis destituti, ab ista auctoritate, cui se commisere, discedere nec velint, nec adeo possint. Pulchrum quoque, fortassis, ac gloriosum autumarunt, si recentes istius *Linguæ*, tot seculis ante cum *Græca* simul abjectæ, tenebrisque *Cimmeriis* damnatæ, *Alumni* & *Instauratores*, eximiæ *eminentiæ* non solum, sed & *Sanctitatis*, ac *Majestatis Cœlestis*, *supra* reliquas *Linguas profaniores* infinitum quantum *subvectæ*, *fulgorem* ei circumjecissent. Hic vero tanto pronior lapsus, & præstrictæ error aciei, quod quum nihil aliud in orbe de *Veteri Lingua Hebræa* residuum ac superstes foret, quam *Codex V. T.* cujus illa *Cœlestia* Oracula *Sanctitate* æque ac *dignitate* præfulgent, existimarint nimis improvide, se *tanto* altius *venerationem* istis *Oraculis* debitam evehere, quanto altius omnem *Veterum Hebræorum Linguam* extulissent, non *Veritates* solum in isto *Codice* traditas, sed & *Linguam*, qua *Linguam*, in *omnibus* suis *Literis*, *Vocibus*, *Significationibus*, *Sonis*, per universum ambitum exteriorem, sibi persuadentes, dicamne? an imaginantes.

Aurem enimvero Viris istis eruditis vellere potuisset, & debuisset, *Græca Novi Fœderis Lingua*, non minore utique pretio, non inferiore gradu, a *Christianis* dignanda; quam tamen nemo adhuc, isto quidem nomine quod *Apostoli* ea usi, *Sanctitatis titulo* donandam censuit, atque cum *Literis*, *Vocibus*, *Significationibus* & *Sonis* consecrare ausus fuit: sed quid dicemus? Ubi

Ubi ſemel pes in lubrico ac præcipiti fallere cœpit, difficile eſt ſeſe ſuſtinere, atque a lapſu retrahere; ſemelque præſtrictus magno fulgore oculus ad officium ſemet revocare haud ſolet.

Extitere quidem eodem ſeculo XVI. & XVII. præclara ingenia, quæ a præcipitio hocce reſiluerint, atque Exceſſum eorum, qui in verba & decreta *Rabbinorum* jurabant, acri perſtrinxerint cenſura: ſed habebat hoc jam: tantum non omnes ſcholas, mentesque ſimul, *Hebraizantium*, hæ male coctæ, atque occulto *Judæorum* veneno tinctæ, opiniones afflarant. Quid dico afflarant? tam profunde ſub religioſiſſimo illo, quem indicavi, colore inſederant, in medullas ipſas docentium ac diſcentium juxta transfuſæ toto ſeculo XVI. vertente, ut deinceps evelli non potuerint, quin, ut fit, vires ſumſerint eundo; ſic ut ſeculo XVII. ſub inauſpicatiſſima colliſione *Factionis*, ſe adverſus *Antiquitatem Punctorum Vocalium* in *Codice Hebræo* erigentis, per adverſam *Factionem Rabbinizantium*, qui mœnia Sacra alias defenſari non poſſe autumabant, conſecrata fuerint pro *Orthodoxiæ* caſtioris ſignaculis ea *Dogmata*, quæ ad rem *Chriſtianam* ſubruendam aſtutiſſime a *Judæis* hominibus excogitata, atque pro *Synagogæ* ſuæ fulcris invictis introducta fuerunt.

Operæ pretium erit, omnium oculis ſubjeciſſe, a quibus initiis profecti *Magiſtri* huc progreſſi fuerint, atque ſuæ *perduellionis Turrim* eo altitudinis eduxerint. Fundamentum, primum omnium, tale ſtraverunt, quod ſemel admiſſum nullam metueret ruinam, ſed quicquid ſuperſtrueretur, quantumvis vanum, veſanumque, facillime ſuſtineret, alio aliud ſuffulciente, quin ultro in celſiſſimum illud faſtigium protrudente. Id in eo ſitum, *Linguam Primævam* haud dubie fuiſſe *Divinam*, quippe qua *Deus* ipſe perpetuo uſus fuerit; in *exordio mundi*, quum cum *Adamo commercia* inſtituit *Sermonis*, & cunctis

deinceps seculis *Oracula* sua *Cœlestia* ediderit, ac promulgarit.

Inde subsumtum, fuisse ergo *Linguam* illam *Divinis* plane *dotibus*, & *luminibus* præfulgentem, quæ *Dei Virtutes* & *Perfectiones*, ipsamque adeo *Naturam* summi Numinis, *Naturam* quoque *omnium rerum creatarum*, perfectissime exprimeret atque repræsentaret: quod vel ex *Nominibus Divinis*, in *Hebræa Lingua* tantum reperiundis, evidentissimum sit; ac præcipue ex Nomine illo *Tetragrammato* יהוה *Jehova*, illo *Sacrosancto* atque *ineffabili* plane, quod mortali non Divinitus instincto enunciasse Sacrilegium fuisset: unde & *Vocalibus* non suis nunc sit instructum in *Codice Sacro*, atque vel *Adonáj*, vel *Elohym* pronunciandum veniat.

Hinc tertio adscitum, in *genuino* istius *Nominis Tetragrammati sono*, atque adeo *in* universa *Lingua Sancta*, *creatum esse Mundum:* prout *Lex* postmodum *in Illa* quoque *tantum* potuit *promulgari.* Phrases istæ & *Cordi* & *Linguæ Rabbinorum* innatant, atque ita fixæ sedent, ut proram ac puppim constituant eorundem Fidei; atque adeo gloriationis, qua nos & nostra omnia e sublimi despectant.

Quid istis *formulis* satis *obscuris* & *implicatis* inclusum voluerint, prætervisum, non expensum saltem, a Nostris: minus adhuc quid sub illis vapido pectore foveant, coquantque, ne subodorati quidem illi, qui eorum hæcce *Dogmata* in *Ecclesiam Christianam* invexere, pro iisque tanquam pro Aris ac Focis religionis depugnarunt olim, atque etiamnum depugnant. Hoc voluere: *verbum* illud *potentiæ*, quo *Mundus productus* sit, atque etiamnum *sustentetur*, esse *Linguæ Hebraicæ*, qua sola Deus utatur, *effectum*, quin, ut *Kabbalæ* decreta sanciunt, *effluvium.* Non omnes quidem *Rabbini* eo vertiginis processere, ut *effluvium* illud, cum infinitis suis *Phantasmatis*, admiserint, *effectum* interim una mente ac voce tenent; ut *Lex* non nisi in

in *Lingua Hebræa*, & *Virtute* ejus, dari potuit, ita *Mundum* non nisi *in ea Lingua*, *ejusdemque Virtute*, *creari* potuisse.

Ab hisce fundamentis, quas ædificationi suæ substraverat natio dolosa, reliqua moles illa *Thesium*, quas supra strictim delineavi, in cœlum ultro assurrexit, atque verticem suum longe lateque, etiam in *media Ecclesia Christi*, effert atque ostentat.

Ambigere certe nefas, si hæc in solido jacta, *primo;* istam *Dialectum*, qua *Moses*, & *Prophetarum* universus ordo, *Cælestia* nobis *Oracula* consignarunt, fuisse *Primævam* illam *Adami*, atque adeo *Dei* ipsius *Linguam*, sine ulla *varietate*, quippe *in qua Mundus* sit *procreatus:* quæque, ut *Deus* ipse, *constans* sit, *sui similis* semper, & *immutabilis*. Ad hoc ipsum autem constabiliendum assumere non verecundantur, *Creatorem* illam suam *Linguam super Corde & Lingua Adami posuisse secundum omnes consonantes*, *vocales*, *accentus*, *verba*, *voces derivatas*, *particulas orationis*, *earundemque omnes proprietates*, *ac constructiones*. Ulterius adhuc evecti, istis *Literis* cum *suis* sibi *Vocalibus*, & *Punctis*, qua *Diacriticis* qua *Criticis;* nec non *accentibus;* *Cælestem* quandam *potentiam* subjunxere; *mysteriis fœtam*, & *inenarrabiliter fæcundam:* quippe quæ *mera* sint *Hieroglypha*, in Cœlesti Beatorum sede & Civitate frequentata; atque *Sapientiæ Cælestis* totidem *Ectypa*, atque *imagines* convenientissimæ.

Diffiteri tamen par haud est, moderatiores ac humaniores paulo *Judæorum* huc cruditatis non efferri. Horum facile Princeps *Is. Abarbanel.* certe istam intemperantiam leniter castigasse satius duxit: in *Comment.* ad *Gen.* 1. ita disputans: *Rectius est statuere Deum, omni benedictione sanctificandum semper, creasse Linguam, & ordines ejus determinasse, cum Naturis rerum congruentes, & cum earundem Scientia Divina; quumque Hominem in imagine sua creasset, ecce sicut redundare*

se-

fecit in Eo Scientias veras Divinas, sine ulla in universum institutione, disquisitione, & investigatione; sic in Eodem redundare fecit, altiusque impressit, fundamenta Linguæ illius, congruentis in Natura cum illis Scientiis veris Divinis, & cum rebus existentibus, secundum earum Essentiam; deditque homini potentiam Naturalem, ad docendum de omnibus rebus existentibus Mundi quæ consignatæ erant in anima ipsius, sonis & vocibus quæ item consignatæ erant in anima ejus per Naturam: ita ut omni ex parte congrueret Lingua Adami cum Sapientia Dei, & ambo illa congruerent cum Natura omnium rerum existentium. Hæc crudissima illa, quæ plurimis tamen placuere, nonnihil mitigant, & colorant; neutiquam interim ipsam *Hypothesin* deserunt, neque de ejus rigore quicquam remittunt, circa principium *Divinitatis*, *cœlestisque lucis* ac *sanctitatis*, quæ isti *Linguæ* inseminata fuerit. Huc aurigatur audax ejusdem Commentum; *Quamdiu homines usi fuerint rebus duntaxat Naturalibus, tamdiu eadem fuisse omnibus nomina, verba, loquendi modos: sed quum de Natura deflectere, atque Artificia excogitare ac tractare cœpissent, excogitanda quoque fuisse nomina & vocabula nova* &c. *Hoc jam ante Diluvium factitasse Kainum & Kainitas, quum Civitatem condidere* &c. *Sed illos omnes cum sua sibi Lingua novata, atque degenerante a Typo Naturæ, consumtos esse aquis: atque Noachum cum Filiis nihil inde retinuisse; quod pro Justitia & Pietate sua acquieverint in rebus Naturalibus, ac propterea Linguam eorum mansisse in Primæva puritate Linguæ Adami. Quum autem Structores Turris Babylonicæ rursum ad Artificia descivissent, & se abominationibus suis dedidissent, nova iterum nomina & verba ab iisdem excogitata & effecta fuisse; atque hanc esse veram ac genuinam causam Confusionis Linguarum; per quam puritate Naturæ & Linguæ Primævæ exciderint omnes gentes, solis utramque illibatam servantibus Hebræis.*

Mi-

Miram enimvero licentiam hominis, quin impudentiam, qua ruinosissimam molem, de *Lingua Divina Adami*, ad *Hebræos* solos transmissa ac propagata, callidissime suffulcire conatus est. Nempe ultro sentiebat, a ratione abhorrere, ut *Linguam Divinam plane* fuisse contendatur, quam improbissimi quique, *Kain* & *Kainitæ*, atque adeo *universus orbis Antediluvianus*, frequentarunt. Plerique *Rabbini*, pro eo, quo valent stomacho, repugnantiam apertissimam facile concoxerunt; *Abarbanelius* eam digerere ac diluere annisus est; per geminum hocce inventum, de *Antediluvianis*, & *Postdiluvianis hominibus*, per *Artes improbas Naturam*, & *Linguam* illam *Naturæ Sanctissimam*, ultro *degenerantibus*, atque majore vel minore gradu *depravantibus*.

Ad *alteram* ultro deferimur *Thesin*, qua non contenti homines *Linguæ Primævæ* addidisse quicquid *præstantiæ*, *dignitatis*, aliarumque *dotium eminentiorum*, ulla unquam in *Lingua* viguit, id quod summo jure poterant; contra fas & jus omne *Sapientiam* plusquam *humanam*, quæ *in Naturas ipsas rerum* sese penetraret, Eidem quoque arrogarunt, quin *Sanctitatis Divinam* ei *Coronam* circumdederunt, quatenus *immediate* a *Deo* fuerit *infusa Protoplastis*; & ipsius *Dei usu commercioque loquendi* cum *Adamo Sanctificata*, summi Numinis *Sapientiam*, & *Perfectiones*, *sapientissime* & *perfectissime reddere*, *resonare*, intus *concipere*, extus *exprimere*, atque *exæquare* valeat. Quum autem solos *Hebræos*, ut mox cernemus, *Primævæ* illius *Linguæ Hæredes* & *Possessores* constitutos esse glorientur, inde *Populo* isti & *Sapientis* & *Sancti* quoque *Titulum Divinitus* circumdatum esse asseverant, illuc detortis splendidis apud *Mosen* testimoniis: *Deut.* 21: 6. *Observabitis & facietis statuta & judicia mea; nam hæc est Sapientia vestra & intelligentia ante oculos populorum; dicentque, tantummodo populus sapiens. & intelligens est Populus Magnus hicce.* Item *Deut.* 7: 6. *Nam*

*** * *Po-*

Populus Sanctus Tu Jehovæ Deo tuo. Te excerpsit Jehova Deus Tuus, ut existeres ipsi Populus peculii pretiosissimi. Istud *peculium pretiosissimum*, סגלה, speciatim applicant *Linguæ* suæ *Sanctæ*, qua *Linguæ*, quippe quæ sit *Sacrosanctum pignus*, quo Deus ipsis *gratiam* suam præ reliquis gentibus *obsignarit*, & per quod ipsi quoque reliqua fæce hominum excerpti, tanquam *sanctissima Familia* & *Hæreditas Deo consecrati* fuerint, *signaculo* nunquam violando.

Recenseo nunc tantum jactantias *Rabbinicas*, quibus se gentemque suam fascinant; nam easdem refutare, non præsentis est muneris, temporisque. Interim vel recensens talia, eadem abunde refutasse mihi videor apud omnes quibus oculi adsunt. Quibus aberant, alibi hac ipsa in materia succursum.

Apparet autem ex his vaniloquentiis, quid traxerit, atque etiamnum suffulciat in *natione perduelli*, *tertiam* illam *Thesin*, qua, Fronte omni exuta, asseverare sustinent, *Hæreditariam possessionem Linguæ Primævæ* ad solam *familiam Heberi*, ob Viri eximiam Pietatem ac Religionem, *esse devolutam;* nec tamen ad omnes *Heberidas*, sed tantum ad *Lineam Sanctam*, per *Phalegum proseminatam;* ejus *fratre Joctane* cum *Joctanidis* ab ista *Hæreditate* excluso; ut & reliquis omnibus *familiis* ac *gentibus;* eo quod omnes gravissimi se criminis, & Sacrilegii, alligassent in *Turri Babylonica* commolienda; ac propterea commeruerint, ut omnes in universum gravissima pœna, hoc est, *Linguæ Sanctæ privatione*, mulctarentur, atque ita hoc *vinculo Divino* exsolutum genus humanum, per totum Terrarum orbem dispergeretur.

Non omisere quoque, quod hic ultro se suggerebat, sic *sepem Sacrosanctam* circumjectam esse *Sancto* Dei *Populo*, & *Lineæ*, quæ sola *Linguam Primævam* tanquam *hospitio*, ut loqui amant, *excipere*, *conservare*, ac *propagare*, digna fuerit; *Profanis* omnibus, & *scelere ædificationis Babylonicæ* contactis, pro-

procul a *Sanctissimis* Ejusdem *Literis*, *Sonis*, *commercio usuque omni*, exulare jussis.

Hic vero si quis interrogaret Magistros, talia decreta pro arbitratu condentes, quî ergo factum fuerit, ut *Lingua* illa *Primæva* ante Diluvium jam tum non continuo ademta fuerit sceleratis hominibus, propter quorum profligatissimam improbitatem priscus orbis meruerit deleri? Plurimi quidem structores vastæ illius, quam in Cœlum assurrexisse vidimus, molis, ne cogitasse quidem de crassa hacce, qua semet jugulant, repugnantia reperiuntur, atque nihil habent quod reponant: nisi quod *Abarbanelius*, ut supra commonui, non rimam qua elaberetur, sed posticum, per quod evadere posset, aperuerit, comminiscens, *Kainum* & *Kainitas* a *Sanctitate Naturæ*, & *Originis Primævæ*, desciscentes ad *res artificiales*, & *curiosas*, quas *Sancta Lingua* sibi admisceri non patiebatur, Ejus commercio, eopse, excidisse; & *Profanam* condidisse *Linguam*, quæ cum Diluvio penitus extincta, atque lustralibus illis aquis detersa fuerit.

Idem hocce vaferrimum sane inventum accommodat *Doctor*, unus omnium astutissimus, fulciendæ *Thesi quartæ*, qua cæcis suis gregibus persuadet *vulgus Magistrorum*, omnes in universum homines, familiasque, *Noacho*, *Semo*, & *Hebero* exceptis, justissimo Dei judicio *orbatos* fuisse *Prærogativo* illo *Favoris Divini pignore*, in *possessione Linguæ Sanctæ* ac *Primævæ*, ad istud usque tempus, inter eos deposito, eo quod cuncti in Terram *Sinear* conglobati, substructionem *Turris Babylonicæ* aggressi essent, *ut facerent sibi Nomen*, *ne dispergerentur super faciem totius Terræ*.

Gravissimum fuisse crimen, & Sacrilegium, non nisi hac ipsa *Pœna* satis luendum, tanquam dubio vacuum inculcant. Rogati interim, quid illud *Sacrilegii*, *horrendique criminis*, quod tanto supplicio meruerit mactari, qualis erat *Linguæ San-*

cta in perpetuum *privatio?* non una vel mente, vel voce respondent, sed, ut par erat, ad *Babelem Babylonice* loquuntur. Sunt, qui ad *Fabulam* vetustam, statuant, eos *Cœlum scandere voluisse*, & *nefaria Deo arma inferre.* Alii tendunt, eos *Asylum* & *Arcem* adversus *novum*, si forte, *Diluvium* voluisse exstruere. Plurimi asseverant, eos *Idololatriæ* & *Apostasiæ*, in quam omnes conjurarent, *vexillum* ac *sacrarium commune* erigere molitos; atque hoc ipsum illud esse quod phrasi, *faciamus nobis Nomen*, innuatur, id est, *Idolum cum sacello, in suprema Turri locandum.* Alii denique satis censent *arrogantissimam superbiam* enotasse, qua sibi *æternum Nominis monumentum ad posteros excitare* studuerint.

Priora illa quum *nugatoria* & *conficta* facile sentiret *Abarbanelius;* posterius non *adeo* saltem *consceleratum*, ut propterea *tantam* istam *pœnam inflictam esse* credi posset; figmenta figmentis, ne perpluerent, incrustans, ad pulcherrimum suum εὕρημα recurrit *Comment.* in *Leg.* hos miscens fucos, *Sicut Kain, & Kainitæ, homines totius Mundi ante Diluvium perpulerunt ad res superfluas, ad cupiditates fœdas, ad violentiam & rapinam, ob quæ immissum tandem Diluvium: sic Cham, & Chamitæ, instigarunt omnes homines novi Mundi in ædificationem Urbis & Turris Babel, ac propterea reatu contracto commeruerunt confusionem Linguæ, divisionem, & dispersionem per faciem universæ terræ. Nempe Cham inter filios Noachi talis extitit, qualis Kainus inter filios Adami; & confusio Linguæ fuit loco ac vice Diluvii.*

Pergula enimvero pictoris non nimis stupidi, & *Hypothesi* hianti ac ruenti suorum tribulium vaferrime subservientis; nitorem quoque *tectorio* hocce suo superinducentis. *Ecce Cham & Chamitæ rebellantes Luci, instigarunt & impulerunt homines sui seculi, ut persequerentur artes superfluas, ædificando Urbem & Turrim illam, atque ita dominatum sibi constituendum supra*

ce-

ceteros homines. Quum ergo vias Kainitarum sic denuo ingressi essent illi structores, atque ad artificia a Naturæ puritate descivissent, sibi in abominationibus suis placentes; proprio arbitrio ac voluntate fecerunt Linguæ confusionem. Attamen effecit Numen, ut non omnes una voluntate in unum consentirent, dum rebus illis Artificialibus, quas novabant, nomina imponerent; ita ut quisque, quaque e familia, id nominis adderet cuique rei, quod ipsi lubuisset; diversum ab eo quod alterius Filii familiæ imposuissent. Sic cum illa nomina, ex eorum placito instituta, novata, atque singulis in familiis variegata, sese commiscuissent cum Lingua Primæva, quam antea habuerant, simul confusæ, multiplicatæ, & variegatæ fuerunt Linguæ, secundum varietates placiti eorum. Atque hæc confusio, & variatio in Linguis, causa extitit dispersionis eorum super faciem universæ terræ.

Hæc longius excerpere, & sub conspectum dare debui, quod *Mysterium* quoddam recondant *iniquitatis*, cujus nitidiore crusta se præstringi patiuntur multi Nostrorum. Est videlicet *Judaismi* circa *Linguam* suam *Sanctam excocta*, ut sic dicam, & *depurata medulla*, cui subtilissimum *incoctum venenum* est. Guttulas ejus quasdam indicasse e re fuerit. Insinuatur primum omnium, *Linguam Primævam Diviniorem* & *Sanctiorem esse*, quam ut ullam *mixturam artium rerumque humanarum* admittere, ac perpeti, queat. Insinuatur, secundo, omnes *nationes*, excepta *Hebræa*, a *puritate Naturæ Primævæ degenerantes*, & ad *artes superfluas*, ad *cupiditates pravas*, ad *vanitatem*, *superbiam*, *luxuriam*, *violentiam*, *dominandi libidinem* delabentes, eo ipso *puritate Linguæ* etiam *Primævæ excidisse*; provolutos, & usque ac usque provolvendos, ad *impuras sordes mixtarum confusarumque Linguarum*, quæ nec *lucem* habeant, nec *veritatem*, nec *sapientiam* illam, quæ penetret in ipsam *Naturam Creaturarum* simul & *Creatoris*, quippe quæ

ſoli *Linguæ Hebraicæ* ſit & maneat ingenerata, per omnem ſeculorum decurſum.

Inſinuatur, tertio, omnes ergo Linguas *totius terrarum orbis*, extra *Hebraicam*, illam *Sanctiſſimam Heberi* & *Heberidarum Portionem* atque *hæreditatem*, eſſe *profanas*, atque *Deo abominabiles:* utpote ex *abominationibus meris enatas* atque *coortas.*

Inculcatur, quarto, non pati *Sanctitatem* Dei, non pati *Sapientiam*, reliquasque Ejus virtutes, ut commercium cum hominibus habeat, niſi interveniente *Lingua Sancta* & *Primæva.* Hanc *colloquiis Deum* inter & *Adamum Sacratam*, unice quoque Dicatam fuiſſe *Oraculis Cæleſtibus pandendis:* ac proinde illam *Chriſtianorum Revelationem*, *Græca Lingua* conſcriptam, non ſolum imaginariam eſſe, & fictitiam, ſed prorſus abominabilem; quum ut a *Lingua*, ſic a *Fide Moſis* & *Prophetarum*, infinitum quantum abhorreat.

Inſculpitur, ſexto, obduratiſſimis mentibus, eſſe & manere *Synagogam*, illum *Sanctum* Dei *Populum*, cui ſoli *Oracula Cæleſtia* ſint *concredita*, ut olim, ita nunc quoque; ac proinde *Fidem Moſis* ac *Prophetarum* apud ipſos ſolos reſidere; & *Chriſtianis* nec *ſortem* eſſe nec *hæreditatem* in *Iſraële*, quamvis *Iſraëlis* etiam titulo ſemet ſuo more inſignire geſtiant.

Infigitur, ſeptimo, Lapideis illis cordibus perduellis in *Meſſiam* ſuum nationis, *Lineam Sanctam*, illam *Sanctæ Linguæ conſervatricem*, ac *propagatricem*, nunquam a *puritate Naturæ Primævæ*, & *imaginis Divinæ degeneraſſe*, ac propterea meruiſſe ipſorum Patres, ut hocce *ſacratiſſimum pignus* amoris & favoris Divini iis ſolis, gentibus ſecluſis, religioſiſſime cuſtodiendum traderetur: mereri & ipſos, Fidei Patrum adhærentes, ut eorum in gremio idem hocce *depoſitum Cæleſte* aſſervetur; ſimulque *teſſeram* præſtet *Synagogæ Hebrææ*, aliquando cum *Hieroſolymis*, *Templo*, *Cultu Moſaico*, uſum vivum

vum שפה ברורה *Linguæ* iſtius *puriſſimæ*, quam nunc *cordibus*, *frontibus*, *manibus*, per *Phylacteria*, *inſcriptam affixamque* geſtant *Dei Iſraëlis Cultores Veri*, & *Sancti*, quamque omnibus *Sabbathis prælectione ſolenni* celebrant, atque cohoneſtant, ſine ullo dubio *Ore* quoque eſſe recuperaturos, atque ſic *celſa Terræ*, *celſa Cœlorum* inſcenſuros.

In omnia hæcce linimenta *magni Synagogæ* ſuæ *Columinis*, quæ *quinta* omnis odii & veneni *particula*, ſive *eſſentia*, quæ vocatur, adverſus *Chriſtum*, & nomen *Chriſtianum* præcipue imbuit, apprime quadrant, quæ graviſſime delineavit Rex ſapiens *Prov.* 17: 4. ſic ad Verſionem noſtram concepta, *Pigmentis pollens nitorem inducit ſuper labium vanitatis*, *fucum ſplendide comens ſuper linguam peſtilentiarum.*

Idem affirmare poſſum de *quinta*, ad quam deſcendo, *theſi* Illa, *Linguam Hebræam*, eandemque *Primævam*, eſſe *Matrem omnium Linguarum*, quæ deinceps per orbem terrarum diffuſæ. Ante autem, quam *incruſtationes* & *pigmenta Abarbanelii* enudem, præmittenda mihi opinio, quæ inter *Kabbaliſtas* viguit potiſſimum; quamque *Synagoga* nunquam dimiſit. Eam expoſuit *Paraphraſis Chaldaica Jonathanis* ad *Gen. Cap.* XI: *Vſ.* 7. 8. ubi *Septuaginta Angelos*, *proximos throni ſtipatores*, ait *cum Deo deſcendiſſe*, *qui pro numero Septuaginta populorum*, *quisque populi ſui Linguam*, *& deſignationem Scripturæ ejus*, *manu ſua retinentes*, *eas effuderint*, *conſecuta mox inde disperſione per totam terram ad Septuaginta Linguas*, *quarum poſſeſſores alii alios non intelligebant.* Idem clarius in *Pirke R. Eliezer* explanatur. *Advocavit Deus LXX Angelos*, *circumdantes ſolium gloriæ ejus*, *dixitque iis*, *age deſcendamus*, *& confundamus Linguam eorum. Deſcenditque Deus & LXX illi Angeli*, *confuditque Linguam illorum in LXX Linguas*, *& LXX Gentes --- præfecitque unicuique Populo Angelum. Iſraël autem ceſſit in portionem & ſortem hæreditariam Dei.*

Pe-

Penetravit per *Kabbalam* invectæ opinionis contagio ad *Græcæ* & *Latinæ Ecclesiæ Patres*, nisi quod alii LXXII, alii plures adhuc *Linguas* e cœlo defusas velint; *Origene* quoque *Fabellam* cum *Appendice Præfecturæ Angelorum* in *totidem populos* amplectente, quin & subsignante, *Linguam Adamo primitus datam, id est, Hebræam, in ea parte hominum mansisse, quæ non portio alicujus Angeli vel principis sit facta, sed quæ Dei ipsius portio permansit.* Hæc latius nunc persequi, nil attinet. Curiosos remittere liceat ad *Geograph. Sacr. Bocharti; Lib.* I. *Cap.* XV. & *Differt.* II. *Cl. Buxtorf. F. de Ling. Hebr. Confusione*, ubi *Rabbinicum* hocce *commentum* data opera refellit. Subtexam tantum id fermenti, quod *Abarbanelius* hic iterum miscuit, ac consperfit. Sentiebat non inexercitatus Disputator, quicquid in fornacula imaginationis conflaverat, de *Kainitis* primum, mox de *Chamitis*, ad *Artificia illicita* & *res superfluas prolapsis*, atque ita *possessione Linguæ Sanctæ delapsis*, in fumum evanescere ultro, si hoc *dogma* nude, & crude, obtineat: quippe secundum quod *omnibus hominibus ademta* sit *Lingua Sancta*, aliis *Linguis* in *Primævæ locum infusis* statim, atque impressis per *influxum Cœlestem.* Sentiebat quoque, *hanc infusionem Linguarum e Cœlo*, convellere *fundamenta* & *firmamenta* Linguæ *Adami*, ideo *Sanctæ*, quod *e Cœlo dimanasset.* Atqui sic *omnes* inde *dimanassent*, ac proinde *Sanctæ*, juxta cum *Hebræa*, appellitandæ forent.

Hanc repugnantiam non digerens *Abarbanel.* eam ope superioris figmenti de *Kainitis* & *Chamitis* ita diluere conatur, in *Comment.* ad *Genes. Duo sane in Confusione Linguarum concurrerunt; Primum, derelictio Labii, quod unum erat omnibus. Secundum; electio Linguarum secundum quemque populum variegatarum. Ideo conjunxerunt se principes supremi Cœli cum Numine, benedictione cumulando, ut eas a Lingua sua abji-*

ji-

jiceret, *& ab Unitate Providentiæ ſuæ ſanctiſſimæ; principesque Cœli ſupremi eosdem ſuſciperent, ad eos moderandos, & ad influendum in eos inde & in omne reliquum tempus, quisque ſuper populum peculiarem, ſecundum Linguas eorum, in terris ipſorum. Demonſtratur hoc ex eo, quod Mundus inferior influentias recipiat, & regatur a Mundo ſuperiore: ac propterea in ſingula quæque ex inferioribus influentia ſua redundant ſingula quæque ſuperiorum; ſive ſit ſidus; ſive princeps e principibus Cœli ſupremi. Omnes autem primum Dei influentia perſunduntur;* *Deut*. 4: 19.

Eſt & hoc *Kabbaliſticum*, ut quod maxime, quorſumque feratur, oculatos fugere nequit; ſed hominem telam ſuam ſinamus pertexere

Par erat profecto ut genus humanum, quia creatum erat IN IMAGINE DEI, *ſpeciatim ſubjectum eſſet* IMMEDIATÆ *prorſus* GUBERNATIONI DEI: *quod ita & tamdiu durare debuit, quamdiu homo quæreret finem ſuum intellectualem. Ecce ergo diebus priſcis usque ad ſeculum Diviſionis, totum genus humanum* IMMEDIATE, *& omni ratione ac reſpectu, ſuberat influentiæ & providentiæ Dei, tam quoad bona, quam quoad mala; unde etiam perpetim inter ipſos extitere Viri ſapientes, in ſapientia Divina & vera illa expertiſſimi, Methuſalem, Lamech, Noach, Sem, Heber, eorumque ſimiles, qui purum ductum Naturæ obſervantes, nihil rerum ſuperfluarum quæſiverunt: atque hac de cauſa unum retinuerunt labium. Poſtquam vero a ductu Naturali receſſum eſt in ſubſtructione Urbis & Turris, deſcendit Deus, qui ad illud usque tempus eos ſua influentia rexerat; dixitque: quum iſti contenti non ſint eſſe populus unus, & Lingua una, ſubſtraham iis Faciem gubernationemque meam, eosque in manus tradam principum Cœli ſuperioris. Ad eos directum illud,* Age deſcendamus: *h. e. venite mecum, ad curam gerendam populorum generis humani: quilibet Noſtrum* PROVI-

***** DEN-

DENTIA SUA REGAT *populum sibi peculiarem.* *Quemadmodum autem ab ipsis auferetur* LINGUA MEA SANCTIFICATA DIVINITUS, *ita ut dividantur in* LINGUAS DIVERSAS *ab ipsis* EXCOGITANDAS *& instituendas, atque* propterea ATTRIBUTAS *gubernationi principum cœli superioris;* sic LINGUA SANCTA *peculiariter* ATTRIBUTA ET ASSIGNATA *est providentiæ Dei O. T.*

Postrema illa DECLARANT quorsum cuncta hæcce dirigantur. Rueret nempe male aggesta illa *Moles Linguæ Sanctæ*, quam adhuc ad mentem *Judæorum* depinxi, si & *reliquæ Linguæ*, præter *Hebræam*, *e cœlo defluxissent;* quum utique ex summo *æthere* delatæ, *auram* quandam *æthereum trahere* debuissent, per *principes Angelos* solio Gloriæ proximos. Non possent quoque reliquæ *Linguæ* a *Judæis* hominibus *impuræ* pronunciari, ut arroganti pronunciatur supercilio, si per *cælestes* hos *canales* descendissent.

Istam immediatam *infusionem* proinde, & *impressionem Linguarum novarum* cum *designatione*, sive *determinatione*, cujusque, duplici hoc nomine reformidans; ruinosam, & semet obruentem causam, iterum utcumque fulcire & incrustare allaboravit; sed, prout accidere necesse erat, id tantum tectorii linivit, & induit, quod ultro dissiliret. Certe quicquid in excerpto prolixiore quis tetigerit, ulcus est, & sub manu *multo pusculo Judaico crepat.* Ne una quidem *periodus* sana: sed *ineptiæ ineptiis*, quin *vesaniæ vesaniis*, *cumulantur.* En congeriem. Prima vesania, *homines tam diu subsunt Dei providentiæ & gubernationi, quam diu Lingua Sancta gaudent.* Altera; *qui eam possident, retinentque, eo ipso Sancti sunt.* Tertia, *qui eam non conservant, a sanctimonia Naturæ primævæ desciscentes, profani fiunt & impuri.* Quarta, *non desciscitur a Primæva Natura & Linguæ simul sanctimonia, nisi per vestigationem & amorem rerum superfluarum; quales sunt artes humanæ, cupiditates* &c.

&c. Quinta, *Qui sic ultro desciscunt, non possunt remanere sub cura & providentia Dei, sed Angelorum curæ & providentiæ, e familia Dei ejecti, emancipari debent.* Sexta, *unitas providentiæ Divinæ super omnes homines abrupta fuit per ruptum Linguæ Sanctæ vinculum, quod antea totum genus humanum in Unitate Naturæ colligabat ac compingebat.* Septima, *Deus non potest immediata sua gubernatione præsidere hominibus qui Linguæ Sanctæ & Primævæ usum amisere.* Octava, *in communitatem providentiæ, qua Mundus gubernatur, adsciti ea propter LXX Angeli Principes, iisque attributi LXX populi, qui profanas sibi Linguas ex Primæva illa, propter rerum superfluarum cupiditatem, procuderunt; Oeconomia ad finem usque seculorum duratura.* Nona, *non aliunde excusæ novæ hæ Linguæ, quam ex Veteri Primæva, quam quisque structorum Turris Babylonicæ suo motu arbitrioque corruperit, atque in alia omnia derivarit; Deo tantum ita Confusionem hancce dirigente, ut LXX populorum LXX diversæ Linguæ ex uno hocce Fonte ita conturbato emanarint.*

Basin præstruxerat ad Cap. 2. *Genes.* inde excerptam supra p. XVI. atque hic evolutam, ad *Systema Rabbinicum* rotundandum.

Hæc coronat tandem *Sexta* illa *Thesis*, qua supra omnem aleam dubitationis positum censent, *Linguam Hebræam*, quum *Liberatio Israëlis*, & *Regnum Messiæ* adfulgebit, cum *Templo & cultu Mosaico* in *Terra Sancta* fore *restituendam*; atque illo *sceptro potentiæ* subactis confractisque gentibus, per ejusdem quoque *Linguæ* beata *in Cælis* commercia *beatitudinem* & *gloriam* omnium *Sanctorum* fore consummandam. Huc detorquent illustria Oracula *Jes.* 19: 18. *Psalm.* 149: 6. *Zach.* 14: 9. atque inprimis *Zeph.* 3: 9. de *Labio puro* שפה ברורה, *ad omnes gentes vertendo, ut omnes invocent Nomen* יהוה *Jehovæ Tetragrammaton* illud, & *Sacrosanctum*; quod *nulla alia*

Lingua fieri possit, *quam Hebraica Sacrosancta*, cujus solius in sinu *tremendus* ille *Titulus* resideat.

In hoc magnifice sese jactat *Synagoga Judaica*, & caput super sidera tollens, sibi consensum *principum* inter *Christianos Doctorum* gratulatur. Triumphat quoque *ob omnis* fere *nominis Christiani* consentientem calculum, in *prioribus* item, quas lustravi, *thesibus*, de *Lingua Hebræa* secundum omnes *formas* & *normas* suæ *enunciationis*, *perfectas* juxta, & quæ vulgo inconcinnius *imperfectæ* vocantur, citra controversiam *Primæva*: de *eadem* quoque absque ullo dubio SOLA SANCTA *Oraculis Cælestibus edendis* Divinitus *sanctificata*. De *Virtutibus* vel *Hieroglyphicis*, vel *arcanis* saltem, supra omnes *Linguas humanas subvectis*, per quas in *ipsas rerum Naturas* penetrare valeat. De *hæreditate ejusdem* pariter; quam *solus* creverit *Heberus*, & SANCTA LINEA, ac *familia Hebræorum*. De familiis & *gentibus* reliquis *justissimo* Dei *judicio* ejus *possessione exutis*, *orbatisque*, ob *sacrilegium* in *ædificatione Turris Babylonicæ admissum*: deque *omnium* tandem *Linguarum degenerante* illa *impuritate*, *qua* quam longissime *a Primæva Primævæ puritate* ad sordes infinitæ barbariei defluxerunt.

Hæc, totidem verbis, apud quam plurimos *Philologorum* ac *Theologorum*, qui de *Hebræa Lingua* conscripserunt, ac *judicia* sua *in publico* consignarunt, seculo XVI. & præsertim XVII. reperiunda, atque magno *Zelo* ubique *regionum* per *Europam* propagata, defensata, in Arcem quoque, ut supra monere cœpi, evecta; ab infensissimis *Christiani Nominis* Hostibus illis neutiquam prætervisa, sed *diligenter excepta*, atque ut *Tropæa* adversus *Christum*, & *Universam Christi Doctrinam*, erecta fuerunt.

Nec mirum! imaginatio hæc de *Lingua Hebræa* ad istas *Theses* tam altum in fastigium educta, unicum est collapsæ *Synagogæ* præsidium, quæ hisce gloriolis sese pascere atque inflare, quin

quin ſemet adverſus *Euangelium Chriſti* obſtinare, atque obdurare, his ipſis ex principiis, non intermittit.

Potentiſſimum profecto faſcinum; quod ſolus Dominus & *Rex Gloriæ*, ad ſplendorem GRÆCÆ REVELATIONIS, *e throno Gratiæ* & *Gloriæ* ad nos demiſſæ, atque *Eccleſiam Chriſti* in *Spiritu* ac *Veritate* colluſtrantis, ab oculis infidæ ac perduellis nationis poteſt diſſipare.

Hic vero non poterit non Lector meus obſtupere, quum, quæ adhuc deduxi, luce meridiana clarius ſeſe omnium oculis offerant; quî tandem fieri potuerit, ut *Doctores Chriſtiani* ingenio, eruditione, Zelo Religionis clari, deque *Doctrina Veritatis quæ ſecundum pietatem eſt* immortaliter meriti, in communionem talium *Dogmatum Judaicorum* implicari, ac pertrahi potuerint: ut quum *perfidiam Judæorum* in talibus *Theſibus* condendis confodere ac confundere debuiſſent, eam, illis *Theſibus adoptandis*, & *auctoritate ſua firmandis*, aluerint atque corroborarint.

Eſt hoc ſtupendum profecto eventum: cujus tamen *occaſionem*, & *cauſas*, ſuperius jam ex parte perſtrictas, qui attendere dignabitur, ultro perſentiſcet, vix ac vix quidem aliter rem cadere potuiſſe, quam, quum a *Rabbinis elementa*, & *cognitionem Linguæ Hebrææ*, hauſerint primi noſtri Doctores, qui ſe huic ſtudio dederunt, etiam ut *ſenſibus* eorundem *doloſa ſpecie obtectis*, ac *conveſtitis*, ſine ſenſu quodammodo, *imbui* hac in parte, atque plus minusve *inſici* debuerint. Replicentur & reliqua quæ *pag*. XII. XIII. hujus *Præſationis* attigi, atque pro *curſu*, quem plerique tenent, *ſtudiorum*, nihil aliud hic eveniſſe deprehendetur, quam quod *omnibus* in *ſcientiis*, quæ non profundiſſime tractantur, evenire ſolet; hoc eſt, ut Eorum ferme & *formulis* & *ſenſibus* adhæreſcatur, quorum ex ore, auctoritate, dictatis, pendetur.

Sunt tamen, præter ea, quæ ibi prælibavi, alia multo gravio-

viora, prægnantioraque, per quæ *opinationes* istæ, satis contentæ si modo ditionem suam in *Scholis* obtinere possent, ad principatum quoque supra aliorum saniores, integrioresque, de *Rabbinicis* hisce *Sanctionibus* sensus provexerint; & in Culmine collocarint.

Primum motum excitavit immoderatior impetus principum in Literis humanioribus Virorum, qui quum facile perspexissent pro ipsorum in *Linguis* peritia, decreta hæcce *Judæorum* esse *merum stuporem*, atque ex gentis *ignorantia*, cum *obstinata* in *Christum perfidia*, originem suam traxisse, non *Rabbinos* solum talium *architectos*, verum etiam eorum *miratores*, *plausoresque*, *Christianorum* Doctores, flagellare, atque gravi perstringere censura. Hoc erat acetum infricare isti vulneri; atque oleum camino affundere.

Ergo exulcerari vicissim *Rabbinis* assentientium, ac subscribentium, animi; quique tam vehementi manu a fæcibus *Synagogæ* avellebantur, tenacius, ut fit, iisdem hærescere, atque *opinationes* quæ jam altius insederant, & quarum pus & venenum haud perspexerant, animosissime defensare, tanquam si *veritatis*, & *Orthodoxiæ Christianæ* fulcra sollicitarent, qui *Theses* hasce vel digito tetigissent.

Ex hac prælusione, ac velitatione acriori, seculo XVI. commota jam, atque flagrante, infaustissimum illud, & Ecclesiæ infinite damnosum, exarsit certamen, quod seculi XVII. initio ac progressu hinc & hinc Partes ita collisit, ut *Veritas* medias inter acies elisa atque obtrita fuerit.

Hic est Fatalis ille conflictus inter scholam *Capellianam* sive *Criticam*, & *Buxtorfianam* sive *Anticriticam*; qui *orbem Christianum*, ubi *Hebraica* tractantur, in *duas* scidit *Factiones*, quæ suos *sectatores* & tunc nactæ ubique orarum sunt, atque etiamnum obtinent; quamvis paucissimi *Materias*, de quibus *Controversiæ* serra reciprocata fuit, penitius examinarint: commodius judi-

dicantes, his vel illis partibus ſeſe aggregaſſe, quam in *Litem Litibus adauctam*, atque innumeris ſentibus circumſeptam, non ſine temporis diſpendio, tædioque graviſſimo, inquiſiviſſe.

Globi hic & denſa concurrunt agmina *quæſtionum*, circa *integritatem Codicis Hebræi*, prout is per manus *Synagogæ* ad *Eccleſiam Chriſti* pervenit, atque *Literis quadratis*, *Vocalibus decem*, aliisque *punctis minoribus*, *Accentuum* numeroſa cohorte usque ad *triginta quinque* excreſcente, *variantium Lectionum* cenſu *millenario*, reliquaque *ſepe Maſorethica*, quam appellant *Judæi*, inſtructus viſitur.

Ad hanc molem quum oculos adjeciſſent *primarii* in orbe Erudito *Theologi*, & *Philologi*, ſimulque cernerent omnia hæc, ullam citra exceptionem, conſecrari a *Rabbinis*, tanquam *munimenta* integerrimæ, & ne minima quidem particula ac punctulo *delibatæ*, aut *delibandæ Lectionis*, eo quod omnia, ex æquo, uno Fonte *Divinæ inſpirationis* emanarint, ac proinde *Diviniſſimæ* ex æquo *auctoritatis* cenſeri debeant; primo *Fidem Judaicam* tanto in poſtulato ſuſpectarunt; mox vehementiſſime oppugnarunt; poſtremum funditus convellere conati ſunt.

Animos iis addebat, cum vi erectioris ingenii, & Eruditionis humanioris, *Orientalium Linguarum cultura* magis magisque vigeſcens tunc tempeſtatis.

Benignius illud lumen, vel ad primos radios, tum maxime emicantes, patentiorem conſpectum proſpectumque *Linguæ Hebrææ* hominibus Eruditis aperuerat. Ad illam lucis ſplendidioris faculam deprehendebant, quod jam ratio, & religio, omnibus ultro inſinuarat, jactantiam iſtam de *Lingua Hebræa*, qua *Lingua*, plane *Divina* & *Divinis Virtutibus* per *propriam* quandam *indolem* præradiante, eſſe merum *Synagogæ* occæcatæ *Phantasma*, quum *Dialecti* conſanguineæ, eundem *ſuccum Radicalem* per omnia præferentes, idem ſibi arrogare poſſent,

ſent, & deberent; utpote quæ eadem e ſtirpe effloruerint.

Hoc ut deductum alia occaſione, ita per *Curſum Originum*, in quo cum maxime ſtudiis juventutis *Theologicæ* inſerviens occupor, ſupra aleam ſubvectum eſt dubitationis, quum *Radices Radicibus* examuſſim reſpondere reperiantur. *Commentarius* quoque *hicce* id omni pagina pervincit: atque præſentiſſimis teſtimoniis in oculos defigit.

Juſtiſſima erat hæc actio adverſus *Synagogam*, *quam*, ut cum *Hoſea* loquar, *Ventus alis ſuis illigarat*, & ad infinitam *Vaniloquentiam*, quam ſupra enudare cœpi, avexerat.

Quum autem iidem principes *Literatores* animadverterent, *Divinitatem* iſtam *Linguæ Hebrææ* a *Rabbinis*, eorumque inter *Chriſtianos* ſequacibus, fundari in *jure Primævo creationis;* itemque in *figuris arcanis Literarum;* in *Vocalium picturis Technicis;* quin imo *accentibus*, & tota *punctorum* vel *minutiſſimorum ſupellectile*, ſecurim radici admoviſſe, & cuncta uno ictu ſuccidiſſe, compendioſius duxerunt, quam cum ſpinoſiſſima materia confligtari, eamque lenta meditatione ematurando, ad liquidiſſimas rationes perpolire.

Præmature hinc in *Schola Critica* aſſeveratum a quamplurimis, *Linguam Hebræam* nihil commune cum *Primæva* habuiſſe; vel ſaltem *hypotheſin* iſtam tam *precariam* eſſe, ut neganti idem, quin plus juris, competat, quam affirmanti.

Non maturrime iterum affirmatum, eisdem in partibus conſpiratis, ne *antiquas* quidem adeo eſſe *Literas* illas, quibus *Codex Hebræus* nunc exaratus; quippe quæ ab *Esra* demum ſint *invectæ* poſt *Captivitatem Babylonicam*, unde *Synagoga* univerſa atteſtante, *cum Esra adſcenderint:* priſcum vero & *Authenticum Legis* ac *Prophetarum* omnium *Characterem*, eſſe *Samaritanum*, quem *Judæi*, e *Babylonia* reduces, odio internecivo *Samaritanorum* repudiarint; adſcito *quadrato* illo *Aſſyriaco*, qui etiamnum obtinet.

A

A Literis eodem impetu processum ad *minutiora* primum *punctula*, inde ad *accentus*, inde ad *omnes* in universum *Vocales*, quas *in spongiam incumbere* jusserunt; tanquam novicias, & a *Masorethis* demum æræ nostræ seculo VI. circiter inventas atque introductas, non sine gravi detrimento veritatis. Ad hanc acerrimam invasionem sustinendam pronunciatum a Primipilis; *Linguas Orientales* non indigere *Vocalibus*, nedum *reliqua* illa *merce scrutaria*, ut contemtim loquebantur; ac proinde liberrimam cuique relictam esse potestatem *puncta* illa vel delendi in totum, vel ex parte diffingendi, demutandi, emendandi, prout sensui convenientissimum videri queat; vel LXX. ceterique *Veteres Interpretes* legisse reperiantur.

Excessus *Criseos* profecto, non *oculatæ*, sed sibi aliisque *oculos eruentis*, atque latam omni licentiæ, quin temeritati, portam aperientis, ad sensus pro arbitratu vel constituendos; vel convellendos.

Si in hoc totius *controversiæ* cardine moderatio, circumspectio, & maturitas, nil decernens, nisi quod distincte cernit, præsedissent, nunquam tantæ in *Literaturam Hebraicam* tenebræ incubuissent: neque, *Andabatarum* more, sub cæca pulveris nebula depugnatum fuisset in *globo* ut sic dicam, id est, confusis atque unam in massam conglobatis iis, quæ pondere ac momento infinitum quantum distant; ut verbi gratia *Vocales*, & *figuræ* sive *notulæ Vocalium*, quibus nunc *Codex sacer* insignitus; cum earundem *denominationibus Technicis* ac *Scholasticis*. Inter hæc id discriminis haud dubie, quod inter *solidum* & *umbram*; & tamen sic in toto hocce conflictu *impugnatæ*, sic *propugnatæ* ac *defensatæ Vocales Hebraicæ*, ac si *corpus* & ejusdem *species umbratilis* unum idemque valerent. Hoc alibi evidentissime enudatum, hic attingo tantum; ut sentiatur ab omnibus, quantilla sæpe res gravissimas edat turbelas, atque *Veritatem* non solum obnubilet, sed etiam ex conspectu plane eripiat.

Id tanto magis dolendum, quod nisi hæc caligo oculis offu-

ſa fuiſſet digladiantium, nunquam eo uſque certamina incrudeſcere potuiſſent, ut luctuoſiſſimum inde *Schisma* inter *Christianos* exoriretur *Doctores*, atque animos partium inſanabiliter ſubulceraret; *Veritate*, ut ſupra inſinuavi, medias inter acies non *offuſcata*, ſed *obtrita*.

Hiſce acceſſit, ac cumulum impoſuit, immoderatio prægreſſis haud levior, per quam viſcera *Codicis Hebræi* altius adhuc tentata. Oculis videlicet obverſabatur illa *Criſium Masorethicarum* ſtipatiſſima moles, qua pro eo quod *Scriptum* in *Sacro* proſtat *contextu*, *margini* apponitur *Lectum*, vel *Legendum*, plus *mille* vicibus. Hæc nominibus *Ketybh*, ac *Kery*, & nunc, & olim, in *Scholis* jactata, perpetuam litium materiem ſeruerunt, atque *Codicem Hebræum* neutiquam a *Vitiis* intactum eduraſſe, prima fronte ita arguere ac demonſtrare videntur, ut ne *Carneadi* quidem anſam dubitationis relictam judicetur a plurimis: quum quamplurima inter ceras illas miniatulas, ſive *notas Criticas Maſoræ*, reperiantur, quæ ſemet arietent, atque *contrarium* plane *ſenſum* fundant; *reliqua* quæ inter ſe *non pugnent*, luce tamen meridiana clarius revincere *illibatam* illam in *Literis punctiſque* integritatem, quam *Synagoga* credendam ſanxerit.

Thalmudici, ſolenni more, quos *ſolvere* non valebant *nodos*, *ſecuere*, & gladio *Eccleſiaſticæ auctoritatis* deciderunt, utrumque tam *Scriptum* in ipſo *Textu*; quam *Lectum* & *Margini* adjectum, eſſe *Divinæ originis*, a quo vel latum unguem diſceſſiſſe, *ſacrilegium* ſit; quod & *hoc*, & *illud*, ſit הלכה למשה מסיני *Traditio Moſi data*, ac *per ſeriem prophetarum propagata e Monte Sinai*, ut aliud *ſcriberent* in *Textu*, aliud *Legendum* lateri appingerent. Utrumque proinde, ex eorum deciſione, *genuinum*, *ſincerum*, *magnisque myſteriis refertum*.

Hoc *Stomachus Judæus*, ſilices concoquere natus, ex facili digerit. *Abarbenelius* tamen harum *Variantium Lectionum* Auctorem conſtituens *Esram*, gemina Eum ratione ductum cenſet.

Al-

Altera, *quod Mysterium in multis intentum a Prophetis crediderit*: altera, *quod Sacri Scriptores* vel *imperitiores fuerint*, vel *omissiores* circa *Grammaticam*, & *Orthographiam*; ac propterea *curatiorem Lectionem* ab *Esra* substitutam. Proh temeritatem simul, simul stuporem! quum ipsius *Esræ Liber* etiam *notulis* hisce sit adspersus.

Huic occasioni suæ non indormiens Cl. *Capell.* nuda hic, atque ictibus aperta undiquaque, latera *Rabbinizantium* hauriens, vehementissimam hinc dedit impressionem; atque concludere non dubitavit, *nil manifestius, quam Lectionem Codicis Masorethici multis in locis esse vitiosam, defectamque, quam tamen ob reverentiam, qua erga Eundem imbuti essent, noluerint interpolare; contenti vitium quod subesse vel arbitrati sint in aliis, vel in aliis suspicati, in Margine indicavisse.*

Hoc in afferto plenum facile calculum impetravit *Criticorum*; hinc cum Ipso progredientium ad alia bene multa, quæ consimiliter in mendo cubare contendunt, partim sagaciore conjectura freti, partim auctoritate subnixi τῶν LXX aliorumque *Veterum*. Quid *Criticos* dico, hujus palæstræ oleo madentes? Etiam eorum, qui a reliqua omni *Crisi* temperasse religiosius ducunt, calculum abstulit; quum in *Versionibus* fere & *Commentariis* illud *Masorethicum Kery* prævaleat. Meum tamen assensum non aufert *Capellus*; non auferunt, qui Eidem hac in parte consciscunt: quippe qui compertissimum habeam, *Masoram*, his in miniatulis suis, ubique locorum frustra esse, quæque illi infelicissima *Crisi* attaminarunt, esse *lumina* & *ornamenta* Veteris *Linguæ*, quæ ad pleniorem diem e *Dialectis* infusum dilucescunt; pretiosissimasque adeo *gemmulas*, quæ iisdem e scriniis *Codici Hebræo* vindicari debent; omni suspicione *Vitiorum* abstersa, atque ad radios ipsius *Criseos* depulsa.

Hoc jam præstari ante aliquot annos cœptum a *Filio*, in *Dissert. Academ.* de *Utilitate Dialectorum, ad tuendam inte-*

gritatem Codicis Hebræi; qua *Fidem* ſuam *Eccleſiæ* & *Orbi Literato* oppigneravit.

Quum *Analogia* ſuper candelabro relucebit, ope *Dialectorum* perpolienda, *integerrima* ac *ſinceriſſima* deprehendentur, *nitebuntque*, quæ nunc pro *maculis mendisque* traducuntur.

Hunc clypeum ex armamentario *Critico* depromtum ſi *Capello*, ut par erat, oppoſuiſſet Cl. *Buxtorf.* in *Vindic. Verit. Hebr.* victoriam haud dubie deportaſſet, qui nunc ab iis, qui judicare valent, hac ſaltem in parte certaminis ſuccubuiſſe cenſetur. Non immerito ſane, quum poſt velitationem non nimis gravem, hoc tandem tormentum admovetur: *Judæos quidem Kery, margini additum, ſemper melius & verius judicare; idque in prælectionibus Sabbathicis obſervare; quod omnis dictio in qua ſit Kery & Ketybh, ſecundum Rituales ſanctiones Synagogæ, ſit Traditio Moſis de Monte Sinai; ut aliud ſcribatur, aliud vero legatur. In Expoſitione tamen aliquando eos τὸ Ketybh ſequi. Commentatores ſæpius utramque vocem exponere, & utriusque Lectionis reddere rationem. Idem ſi nos quoque obſervaverimus, tutiſſimam nos viam eſſe ingreſſuros: ſuperciliosa vero & moroſa κρίσεις iſta repudiare & contemnere, cum nulla evidens hujus contemtus & rejectionis cauſa poſſit afferri, auſum videri nimis inſolens & temerarium.* Quid? an *ratio non poteſt afferri rejectionis*, ubi manifeſtiſſima eſt repugnantia? Omnium inſtar eſto *Job.* 13: 15. *Ecce exſtirpabit me*, לא איחל *non ſperabo.* Pro *negativa*, quam ibi ſeries depoſcit, *Maſora* ſubjicit לו איחל *Ipſi ſperabo.* Talium agmina, ſub hac ipſa *oppoſitione* לא *negantis*, & לו *ajentis.* Alia item in aliis, non minus inter ſe colliſa; quorum alterutrum tantum ſtare queat.

Tamenne *inſolens* & *temerarium* pronuntiabit gravis *Theologus* ac *Philologus* alterum repudiaſſe? Tamenne utramque *Lectionem* tenuiſſe, & pro *Divina* expoſuiſſe, *tutiſſimum* nobis cenſendum? quia placitum *Synagogæ*, *utramque* ſimul *conſecrare*

per

per *Traditionem Mosis e Monte Sinai.* Nunquam, nunquam profecto, huc evectus fuisset ille *Rabbinicæ Eruditionis* Stator, ac propagator unicus, nisi vehementia *Capelliana*, cum *contemtore* quodam *spiritu* conjuncta, eum transversum egisset; ut quum Magni, & de *Literatura Hebraica*, *Chaldaïca*, ac *Talmudica* immortaliter meriti Parentis *auctoritatem* circa hanc *Controversiam*, jam a longo tempore agitatam, *in Orbe Christiano* tutandam suscepisset, se *Veritatem* & *Religionem Christianam* simul tutari opinatus fuerit.

Hæc persuasio, semel in animum admissa, quousque *maximos* etiam *viros* abripere queat, vel me tacente, nemo non intelligit. Hos *Manes passum* etiam *Celeb. J. Buxtorfium* J. F. in *acerrimo* illo *conflictu* adversus Cl. *Capellum* sustentato, nemo ambiget, qui modo ad *capitalissimam* illam *partem Litis*, quam postremo loco tetigi, attenderit.

Idem nemini non in oculos incurrit circa *alteram partem contentionis*, quæ est *de Antiquitate* & *Auctoritate punctorum*, in qua *Capelli Antagonistes* curatius *distinguere* debuisset inter *Vocales* ipsas, & inter *figuras* ac *nomina vocalium*: nec non inter *puncta absolutissime necessaria*, tanquam *animas* & *significationum* & *sensuum*, atque inter *ea quibus Lingua Hebræa*, quum *viveret* adhuc, & *floreret*, facile carere potuit; qualia haud dubie *schevata*, sive *notulæ absentium vocalium*; quæ sunt *adminicula* nutaturæ alias *lectionis* tum, quum Lingua jam intermortua, & a stirpibus suis revulsa fuisset. Nihil horum *discriminavit* interim, sed cuncta illa *uno* in *globo* reliquit; quum tamen in illo *globo*, per *Capellum*, non dicam *subdole*, id enim minime liquet, & malignum esset vel suspicari; sed *cupide*, sed *fervide commixto* atque *confuso*, præcipua vis consisteret *aggressionis*: eo cum successu, ut qui suismet armis *Criticis* circa *Arcem rei*, id est circa *Auctoritatem* & *Antiquitatem Vocalium*, debellari ac triumphari potuisset, *palmam* Adversario *dubiam fecisse* cen-

seatur a moderatissimis *Theologorum* etiam, qui post ea tempora vixerunt: quique in *Systematibus* suis *Universam* hanc *quaestionem* inter *problematicas*, de quibus utramque in partem disceptari queat, reponere solent: cuique hic suo in sensu abundare & liberum, & integrum, judicantes.

Ego, quod pace Eorum dictum velim, neutiquam illuc processerim; sed cum *Antiquitatem Vocalium* ne in disceptationem quidem devocari posse autumo, si modo *figuræ* a *Vocalibus ipsis* rite discernantur; tum *Vocales* quoque ab ipsis *Auctoribus Sacris* appositas, supra omnem aleam positum arbitror, dummodo iterum non *figuræ* per omnia *eædem* huc admisceantur, multo minus *superstitiosæ*, & vel *ex errore*, vel *ex ignorantia Veteris Linguæ*, in omni suo ambitu per *Dialectos* demum *aperiundæ*, *profectæ punctationes Masoretharum* consacrentur.

Si intra hos fines, quos *Res*, *Ratio*, *Religio*, arti *Criticæ* socia arma ferentes, regunt, & figunt, se continuisset Cl. *Buxtorf.* atque *Adversarium* intra eosdem constrinxisset, Eum, meo quidem judicio, ad incitas redigere potuisset; atque *Antiquitas Vocalium Hebræarum* nunquam ad *inferiorem* illam *Classem problematum* esset devoluta. Ergo & hic suos passus est Manes, paternæ memoriæ Defensor pientissimus; atque dum omnia pervincere allaboravit, etiam in iis non vicisse visus est quam plurimis, causæ isti faventissimis, in quibus haud dubie vicit, atque triumphavit.

Infelicius adhuc causam meliorem propugnavit idem Vir *Doctiss.* in collisione circa *Antiquitatem Literarum*; quam gloriam *Samaritanorum Characteribus* deferendam, satis pro imperio, decidebant Principes *Critici*; ut supra tactum. *Controversiæ* conspectum fuse exhibui in *Institut. pag.* 15--20.

Magistri *Judæorum*, ipsi inter se hac de re, inde a mille retro annis, commissi, Liti sopiendæ hanc viam commenti sunt: *du-*

duplicem fuisse Characterem tempore Mosis, alterum Sacrum, a *Deo* ipso *Mosi traditum*, vel ut aliis placitum, *ab Adamo ad Mosem transmissum;* alterum *profanum* sive *communem*, *quem nunc Samaritanum vocitamus. Priorem Sacris usibus* dicatum: *posteriorem civilibus* & *popularibus* assignatum: *priorem* fuisse *Scripturam mysticam*, *Cœlestem*, *Eminentiæ* & *Majestati Linguæ Sanctæ*, לשון הקרש, *per arcanas suas virtutes & perfectiones unice aptam. Ea ergo Legem esse consignatam digito* primum *Dei*, deinde *Mosis*, *eamque in Arca Fœderis reconditam* &c. &c. *Hanc a populo ignoratam*, *quin prohibitam fere*, *ne profanis manibus oculisque attrectaretur*, *solis Sapientibus*, & *Antistitibus patuisse; quippe quibus Clavis cognitionis credita fuisset: atque inde factum ut in Convivio Regis Babylonii Daniel Mysticam illam scripturam* MENE MENE TEKEL UPHARSYN, *his literis Sacro-Sanctis exaratam*, *internoscere atque explanare valuerit.*

Panno huic non subtilissime consuto, crassiorem adhuc limbum attexunt; *istac occasione Sanctas illas & secretissimas Literas Gentis Hebrææ insignitas fuisse Titulo* כתב אשורי *Scripturæ Assyriacæ*, *cum qua Esras quoque ex Babylonia adscendisse dicatur; quod Characterem Profanum*, *quem cum Hæreditate decem Tribuum invasisse & occupasse cernebat Samaritanorum colluviem*, *ne in civili quidem & populari usu amplius retinendum*, *sed penitus eliminandum esse sanxerit.* De isto tamen appellamento כתב אשורי longe maxima pars *Synagogæ* tenet, quod *Ab. Esra*, *Maimonides*, *Ephodæus*, aliique *Antesignani*, post *Thalmudicos*, pronunciarunt, *Beatam* eo *Scripturam* designari, tanquam quæ in *ipsis Literis Magnificentissima sit*, & *Beatitate omni prælustris.*

Congeries enimvero absurditatum aliarum alias destruentium, atque obruentium. Et tamen per istam ipsam congeriem Cl. *Buxtorfius* causam labantem *Literarum Hebraicarum*

su-

ſuſtentare conatus eſt in *Diſſertatione* de *Earundem*, quæ nunc obtinent, *genuina Antiquitate:* nunquam profecto illuc deſcenſurus, ut apertiſſimis *Fabulis* Auctoritatem ſuam commodaret, niſi altiora ipſum principia huc pertraxiſſent; quæ qui ſemel imbiberit, hac quoque in parte *Rabbinis* conſentiat, atque conſciſcat, velit nolit neceſſe eſt.

Hæc *principia altiora* conficiunt *ſex* illæ *Theſes*, quas in *Fidei* & *ſpei* ſuæ *Fundamenta* ſimul, ac *Munimenta* erexiſſe, in Cœlumque evexiſſe, nationem *Luci* & *Veritate Evangelicæ* rebellantem, atque adverſus *Chriſtum* in his ipſis *Theſibus* concicipiendis, propagandis, doloſeque inculcandis, conjuratam, pervictum dedi.

Hosce ſenſus, ſpecioſiſſimo Religionis, & ſummæ erga *Moſen Prophetasque* venerationis fuco illitos, inde ab initio *Reformationis Sacrorum* ex ore *Magiſtrorum* traxiſſe *Linguæ Hebrææ* cultores, ante jam inſinuatum. Eosdem ad *Clariſſ. Buxtorſios* permanaſſe, iisdemque altiſſime inſediſſe, haud mirum; quippe qui *Eruditionis Rabbinicæ* eſſent *Lumina* pariter ac *Columina.* Impetebatur tunc tempeſtatis vel maxime *Syſtema Rabbinicum* circa *Linguam Hebræam.* Omnis eorum *Grammatica*, non elaboratiſſima ſane, & multi-modis claudicans, una delebatur ſpongia. Spinoſiſſimæ illæ *Regulæ* de *mutatione punctorum*, quas *Magiſtri* fixere, infinitis ſemet *Anomaliis* reſcindentes, in *malam rem abire* jubebantur. Arbitraria *punctatio*, quem ſuus *cuique Critico* dictabat genius, per imaginarias *Matres Lectionum;* per *ſubſidia* quæ quisque ſibi pro lubitu fabricabat, invehebantur. *Rabbini* cum ſuis inter *Chriſtianos Alumnis* & *Patronis* explodebantur.

Cum hoc *agmine* diſſenſionum, vehementiſſimæ tandem oppugnationis *Capellianæ moles* illa incubuit; quæ quum jam *mœnia* ipſa quateret *Sacri Codicis;* atque *fundamenta Religionis* attentare judicaretur ab iis, qui confuſaneam *Criticarum quæſtionum*

tur-

turbam discernere, ac dijudicare non poterant, tum vero omnium oculi in *Buxtorfios* conjici; omnium vota, preces, postulationes ad Eos dirigi; ut nutanti *Orthodoxiæ*, sic censebatur, pro ea qua pollerent Eruditione, Auctoritate, Pietate, subvenirent.

Hunc stimulum, per se satis potentem, accendebat alter multo acrior potentiorque. Lædebantur, & quidem, meo judicio, indignissime, Viri omne laude digni, & de *Dialectis* etiam, *Chaldaica*, ac *Syriaca*, præter *Thalmudico-Rabbinica*, palmam promeriti multo nobilissimam. Ibi tum, medio in certamine, Terris erepto *Buxtorfio* Patre, *Filius* omne illius *Belli Sacri*, ut ita dicam, *onus* humeris excipere coactus, se refutando ac retundendo *Capello* accingere, infinitam promere Lectionem *Thalmudicam*, ac *Rabbinicam*; testimonia testimoniis cumulare; Auctoritates undique comportare; universam materiam, quam *Capellus* commiscuerat, non, ut par fuisset, discernere, atque in *Classes* majoris minorisve momenti accurate digerere: sed de omnibus simul ad *æqualem* adspirare *Victoriam Divinæ Auctoritatis*; sine qua rem sisti non posse animum induxerat; nedum ut *Adversarium* devincere ac triumphare posset.

Hinc sibi præcipue Victricia arma desponsasse *Virum Clariss.* cum *Universa Schola Capelliana* de *Antiquitate* & *Auctoritate Punctorum* congressurum, ex eo evidentissime cernere licet, quod *summo* isti *discrimini*, & *pugnæ decretoriæ*, præstruxerit *tres dissertationes*; quarum primam inscripsit, *de Linguæ Hebrææ Origine & Antiquitate.* Alteram, *de Ling. Hebr. Confusione, & plurium Linguarum Origine.* Tertiam, *de Ling. Hebr. post Confusionem conservatione, & propagatione.*

Illa in *Triga Dissertationum*, quibus *Linguam*, qua *Linguam*, sibi ante oculos constituit, sex illas *Theses* supra a me perstrictas, atque in quibus *Synagogam spes opesque* suas *omnes* adversus *Nomen* & *Regnum Christi* collocasse vidimus, plenis disertisque

verbis sancit, atque pro totidem *fundamentis sincerioris* quoque *Fidei Christianæ*, & *Religiosæ observantiæ* erga *Codicem Hebræum*, non tantum adoptat, sed etiam instructissimo paratu argumentorum omne genus evincere atque permunire conatus est. De *novissima* tantum, & *sexta*, qua *gloriosæ in Cœlis immortalitati* hoc *Linguæ* suæ *Sanctæ coronamentum* imposuere *Judæi*, nonnihil addubitat; eamque in *medio reliquisse* prudentius existimavit.

Interest *Religionis* Christianæ, interest *Veritatis Orthodoxæ*, interest *Rei Hebraicæ*, *studiique* in eam ulterius excolendam impensi jam a maximis *Philologis* & *Theologis*; atque, adspirante *cœlesti gratia*, ulterius impendendi, ut ad omnes illas *Theses* sensus *Buxtorfianos* ipsis *Viri* verbis præbeam inspiciendos.

Quod ad *primam* attinet *Thesin*; circa eam proposuit, & fuse deduxit in I. *Dissert.* geminam *Scholæ Rabbinicæ* sententiam: alteram *Libri Cozri*, quæ urget *luminosissimam* illam & *immediatam infusionem* totius *Linguæ Primævæ*, id est, *Hebrææ*, *secundum omnem rationem Dialecti* illius *Sanctæ*, in *omnibus partibus orationis*, ejusdemque *constructione*, ac *pronunciatione* universa, in *Literis*, *Vocalibus*, *punctis*, *accentibus*, *figuris*, *sonis*, *modoque omni scribendi*, quam *universalem* & *particularem* simul *infusionem* appellitant *Magistri:* itemque alteram illam aliorum, atque inprimis *Abarbanelis*, quæ *Universalem* sive *Radicalem* tenet *infusionem.* Hæc aliquid quidem remittere primo intuitu videtur; *Divinitatem* tamen ipsam *Linguæ*, ejusque *cœlestem virtutem* ac *potentiam*, neutiquam dimittit.

Ad hæc judicium Cl. *Buxtorf.* sic habet *pag.* 19. 20. *Ex his sententiis ultima, quæ Deum O. M. primum Primæ Linguæ facit Auctorem, maxime videtur plausibilis; utpote quæ & rationibus gravibus, & plurimorum tam Hebræorum, quam Christianorum, Auctoritate est subnixa ac suffulta. Quod ad differentiam illam attinet de Modo, quo Adamo fuerit infusa, illa* NON ADEO

EO MAGNI VIDETUR MOMENTI. *Utraque ſententia, etiam hac in parte, non ſolum ex Hebræis, ſed ex Chriſtianis, ſuos patronos habet. Quamvis enim Una plus Deo, ejusque dono, adſcribat; Altera plusculum Sapientiæ Adami deferat, Utraque tamen*, quod *præcipuum* eſt, *Deo Ejusque gratiæ gloriam inventionis & inſtitutionis primæ Linguæ adſcribit: utraque etiam exactiſſimam Adami ſapientiam, ſcientiam, & rerum omnium naturalium notitiam attribuit, qua & res omnes in Mundo mente cognoverit, & nominibus propriiſſimis, Naturæque ipſarum convenientiſſimis, appellarit ac denominarit. Utrum jam illa nominum impoſitio Modo generaliore & Univerſaliore, an vero Specialiore, a Deo ipſi ſuggeſta fuerit; non adeo multum fortaſſe referre videtur, ut nimis anxie & ſcrupuloſe illud ſit exquirendum, vel acrius de eo litigandum & contendendum.*

Agnosco lubens, *Abarbanelis* illam ſententiam de *generaliori* & *Radicali Modo infuſionis* eſſe paulo mitiorem, quam crudiſſimam iſtam de *ſpeciali inſeminatione omnium omnino partium* Orationis, *& ſenſuum, & denominationum, & ſonorum, cum ſuis ſibi Literis, ac Literarum figuris, ſonis item accentibusque, cum notulis, quibus ſcribi debeant:* ſed non minus diſtincte internosco, *duas ſententias* intima *cognatione* devinctas, & a ſaniore Ratione ac Doctrina penitus abhorrere, & occultum fovere venenum, quod ſupra detexi. Hoc procul dubio detexiſſet quoque Cl. *Buxtorf.* niſi torrente temporum illorum ablatus, inde a teneris tales opiniones de *Lingua Primæva* plane *Divina & Sancta* combibiſſet: & præſertim ex hoc ipſo principio, altiſſime multorum medullis affixo, ſplendidum ſibi de *Antagoniſtis* omnibus, certumque triumphum promiſiſſet.

Plura non patiuntur cancelli *Præfationis;* in qua narro tantum, non disputo. Merentur interim hæ ipſæ materiæ ſummis modo faſtigiis delibatæ penitiorem discuſſionem, quippe in quibus Fundamenta reſidant *Kabbaliſticæ* ſapientiæ, ad *Naturam*

intimam *Creaturarum* ſimul, ſimul *Creatoris*, ſeſe penetrare poſſe gloriantis, per hanc ipſam *Clavim Linguæ Primævæ;* ad cujus *Lumina*, & *Effluvia* potentiſſima, *Univerſitas rerum*, atque adeo ipſius *Numinis Infinitudo*, pateſcat.

Altera *Theſis*, cum priori intime cohærens, inferebat hanc *Primævam*, eandemque *Hebræam Linguam*, qua *Linguam*, in ſe, & per ſe, ſuamque indolem, *Sanctam* eſſe, in *Verbis* & *Vocabulis ipſis*, videlicet, *in Verborum ſignificatione*, *conſtructione*, *ac pronunciatione*, per *omnes partes Orationis*, quas vocant *Grammatici;* itemque in *Literis*, *Vocalibus*, *punctis*, *accentibus*, *figuris*, *modoque omni ſcribendi:* idque vel *univerſim* iterum, & *ſpeciatim* ſimul: vel *univerſim* tantum; prout modo videbamus.

Haud minus intendunt *Rabbini*, nil humile ſpirantes, quando *Linguæ Hebrææ*, eidemque *Primævæ*, *titulum* קדש *Sanctitatis* competere contendunt.

Rationes hujus denominationis e *Fontibus Rabbinorum* recludit Cl. *Buxt*. eadem *Diſſert*. I. a *pag*. 45. ad 52.

Prima eſt R. S. *Arcuvolti; Linguam Sanctitatis vocarunt Rabbini noſtri*, *eo quod ſit Lingua Dei*, *qui eſt Sanctitas Sanctitatum.* Cumulatius adhuc *Abrah. de Balmis cap*. 1. *Gramm*. ubi poſtquam præmiſiſſet, *Linguam Hebræam* a *Creatore* ipſo *poſitam*, ac *diſpoſitam ad Naturas omnium rerum*, atque in *hac ſola Lingua Deum hominemque convenire*, ſubſerit; *ideo vocatur* LINGUA SANCTITATIS, *nempe notiſſimæ illius* SANCTITATIS κατ' ἐξοχὴν, *quæ eſt ipſe Creator ſeparatus & Sanctificatus ſuper omnes ſanctos*, *atque propterea Epitheton* SANCTITATIS *ipſi ſoli abſolute competit.*

Altera ſubnectitur ratio R. *Azariæ* in *Meor Enaim cap*. 57. *gloriam* SANCTITATIS *Ling. Hebrææ hoc quoque nomine vindicari*, *quod quum illa ſit* בריאה *Creatio Dei in Adamo*, *inde a diebus principii Moſaici*, *neque ex conſenſu humano profecta*, *ut*

ut ceteræ Linguæ, (*quamvis & illis auxilium Divinum ſit adjunctum; ecce tamen omnes illæ obnoxiæ ſunt corruptioni, ut cuncta opera humana, quemadmodum ſupra probavimus ex Libro Zohar*) *idcirco etiam ſola ſit permanſura cum reliquis rebus creatis de quibus dictum; vidit Deus quicquid fecerat, & erat valde bonum. Hac ergo de cauſa juſtiſſimus ei titulus datur* LINGUÆ SANCTITATIS, *qui ſignificet Linguam permanſuram & æternam, prout Rabbini noſtri in Cod. Sanhedr. ad locum, appellabitur Sanctus;* rogant, *Quid eſt Sanctus? reſpondentque*, קיים לעולם *permanens in æternum: ſic juſti in æternum permanebunt.*

Tertia attexitur *Maimonidis*, in *More Neboch.* ita diſſertantis. *Etiam meo judicio gravis eſt ratio, quare Lingua noſtra vocitetur* SANCTA; *non enim exiſtimandum aliquam hic eſſe Hyperbolen, aut fallaciam,* (*ſuperbiæ videlicet vel doli*) *ſed eſt ipſiſſima veritas. Namque in Lingua* SANCTA *nullum extat vocabulum proprium membrorum genitalium neque viri, neque mulieris &c. &c. Horum, ſimiliumque, nullum in Lingua noſtra vocabulum proprium ac primarium, ſed exprimuntur ea vocabulis tropicis ac metaphoricis &c. &c.* Hæc non magnam reſipiunt *Literaturam:* nec enim tam *Linguæ* dos cenſenda *verecundia*, quam *Scriptoris:* quique negaret quicquam *inverecundi* per *Linguam Hebræam* potuiſſe exprimi, *inverecundiſſimus* eſſet mortalis; quum qui Ea olim uſi tot *improbi*, *impuri*, *libidinoſi*, *conſcelerati* qui ante *Moſen*, cum *Moſe*, & poſt *Moſen* vixerunt, non *Lingua* caſtiores fuiſſe cenſendi ſint, quam *vita*.

Sed narrare me dixi, ut par eſt in brevi hocce gyro, non diſputare.

Quarta ratio depromitur ex *Nachmanide*, qui caſtigans præcedentem illam *Maimonidis*, atque per diſerta Exempla *Bibliorum* confutans; ideo SANCTITATIS *decus Linguæ Hebrææ ſoli cenſet arrogandum*, *quod in ea ſola Legis & prophetarum verba conſignata ſint; quæ ſint* VERBA SANCTITATIS. *Itemque*,

que, quod SANCTISSIMIS NOMINIBUS, *El, Tzebaoth, Schaddaj, Jah, Jehova, in ea sola vocari* & *insigniri potuerit Deus. Iterum, quod in Ea* Lingua *creatus sit Mundus; nomina Cœli ac Terræ concepta: nomina Angelorum Michael, Gabriel* &c. &c. *efformata: nomina denique Sanctorum, qui in Terris extitere, expressa, Abraham, Isaac* &c. &c.

Quinta subjungitur ratio aliorum, a *Forma interna,* & *summa perfectione* inde redundante; *quæ in significationum Emphasi & Energia conspiciatur, qua vocabula Naturis rerum mira efficacia respondeant: ut supra visum,* inquit Cl. *Dissertator.* Innuitur, quicquid *Thesis prima* vel ad sententiam *Libri Cozri* cumulatiorem, vel ad mentem *Abarbanelis* paulo restrictiorem, supra deduxit.

Agmen clauditur sexta ratione, quam *Ephodæus* præsertim polivit. *Linguam Hebræam* SANCTAM *vocari a subjecto; populo scilicet Sancto Israëlis, qui & ipse* קרש ליהוה *Sanctitas Jehovæ Jer.* 2: 3. & *semen Sanctitatis Jes.* 6: 13. *nec non ab adjuncto; Terra Sancta, in qua viguerit Lingua hæc; quippe ubi sint urbes Sanctitatis Jes.* 64: 9. *& mons Sanctitatis Ezech.* 20: 40. *Dan.* 11: 45. *Rectum quidem esset ut vocaretur Lingua Israëlis, aut Lingua Terræ Israëlis: sed quia Vocabulum Sanctitatis utrumque amplectitur, vocatur absolute* לשון הקדש LINGUA SANCTITATIS.

Ad hæc Cl. *Buxtorf. pag.* 49. *diss.* I. ita tandem concludit, & aciem suam instruit. *Atque hæ sunt Hebræorum de hac Quæstione sententiæ. Et sane nemo ex Christianis, quod sciam, scriptoribus sanis & cordatis hactenus repertus est, qui hunc Honoris titulum Linguæ Hebrææ negaverit, vel inviderit. Causam reddunt, uti & Hebræi, alii hanc, alii illam: alii plures conjungunt: prout revera illi, qui primò huic Linguæ Epitheton hoc attribuerunt, non unam, sed plures simul respexisse videntur.*

Non valde clemens judicium, quo à *sanis & cordatis scripto-*

ri-

ribus exclusi omnes in universum, qui hunc *Honoris Titulum*, a *Judæis* ad invidiam *Christi* & *Christianorum* conflatum, *Linguæ Hebrææ*, istis utique sensibus *Judaicis*, deferendum esse negabant.

Inquirens deinde Cl. *Dissertator* obiter in *Originem* illius *Tituli*, cujus nec *tempus* comparet, nec *auctor*; tandem omnia superiora adstringit, & Auctoritate sua obsignat. *Quocumque modo res se habeat, optimo titulo hic isti Linguæ Titulus tribuitur; idque non unam ob causam; sed plures.* SANCTA *merito dicitur, quia* IMMEDIATE *Auctorem habet Deum, qui est ipsa Sanctitas: qui etiam ea primò usus est in primo hominum alloquio; uti visum supra.* SANCTA *merito dicitur, quia Lex Dei Sancta, Oracula Dei Sancta, scripta prophetarum Sancta* &c. *hac* LINGUA *sunt conscripta: imo quia illa nullibi amplius, quam in Libris Sacris existit.* SANCTA *merito, quia niveo pudore ubique verecunda, Profana* SANCTE, *turpia caste & verecunde profert, & Vocabulis obscœnis, quæ a pudoris lege abeunt, vel destituta est, vel non utitur.* SANCTA *est, ob summam perfectionem, quam a perfectissimo Auctore consecuta est; prout etiam alia sancta hanc ob causam, vel divina, appellare solemus.* SANCTA *etiam vocari potest propter populum olim Sanctum; cujus hæc Lingua erat peculium; propter Terram Sanctam in qua exercebatur; propter Urbem Sanctam, ubi Sacra eâ Linguâ peragebantur.*

Resumta videmus omnia, & *Buxtorfianæ* auctoritatis sigillo firmata, quæ *Rabbini* condiderant decreta circa *Titulum Linguæ Sanctæ*: omissa tantum *æterna* illa *duratione*, quam R. *Azarias secundo loco* urserat; quæ tamen ex *priori ratione* ultro redundat, atque inde divelli nequit.

Hæc quia primo adspectu nihil offerunt, quod non cum dignitate *Sacratissimi Codicis Hebræi* intime sit conjunctum, ejusque *Majestatem* sanciat, cum Cl. *Buxtorfii oculos* splendore suo *præ-*

præstrinxerunt; tum, tanto ſub præſule *Eruditionis Hebraicæ*, plurimorum deinceps *aciem* ita *implicuerunt*, ut de *fraude* & *perfidia Judaica*, cunctis hisce ſubtiliſſime immixta, ne cogitatum quidem fuiſſe appareat: quum alias nunquam tam ſuperba *Synagogæ* placita in *Eccleſiam Chriſtianam* intromitti; multo minus *Arcem* in ea conſcendere potuiſſent.

Scilicet cuncta in unum *ſcopum*, ac commune *centrum*, quam aſtutiſſime directa, eo tandem collineant, ut *Chriſto*, & *Apoſtolis*, *Revelationis* ac *Legationis Divinæ* auctoritatem eripiant; atque *nomen Chriſtianum* telis iſtis, ipſorummet manu *Chriſtianorum* adjutis, configant.

Hoc ſupra jam evictum de univerſo agmine *Sex Theſium* fraudulentiſſimarum, de hacce *Secunda*, omnium *doloſiſſima*, i. e. LINGUÆ SANCTÆ *titulo*, preſſius paulo, & diſtinctius, cunctorum in oculis mentibusque defigam.

Ignotum nemini discrimen, quod *Ceremoniis Moſaicis* etiamnum affixa miſera, & cæca Natio, conſtituit inter חול *commune* & *profanum*; & inter קדש *Sanctum*, *ſanctis* & *divinis uſibus unice dicatum*. Ipſemet *Diſſertator pag.* 49. inde *Originem indigitamenti* לשון הקדש *Linguæ Sanctæ* repetit, per quod Eam longo intervallo discriminatam voluerint a *Lingua Aramæa*, quam חול *profanam* indigitarint; a *Sanctuario Dei Iſraëlis* longiſſime prohibendam, quippe per quam *Religio* univerſa, & *cultus ſacer*, non niſi *Hebræa Lingua* celebrandus, temeraretur, & mera redderetur *abominatio*, atque *profanitas*.

Jam vero *Chriſtum* in terris verſantem *Aramæa Dialecto*, quæ tunc temporis inter *Judæos* vigebat, uſum fuiſſe, & *cæleſtia Oracula* iſta *Dialecto*, tunc *populari*, edidiſſe, nemo eſt, qui non agnoscat. Hoc arripiens *Synagoga perduellis*, eo ipſo Nomine *Euangelii doctrinam*, & *Meſſiæ* ſui *præconium* ejurat, explodit, *merum* fuiſſe *ſacrilegium* pronunciat. *Camarinam blasphemiarum*, quibus conferti hanc in *abominationem* Libri *Judæorum*,

rum, commovere nec lubet, nec necesse est. Ut sese *Zelo* Dei animari pervincant, obnixis manibus pedibusque contendunt, inde ab *Exordio Mundi* nullum *Deo cum hominibus* vel *colloquium*, vel *commercium*, unquam esse *institutum*, nisi *Lingua Sancta*, quæ *sola Sanctitati Divinarum Veritatum*, & *conveniat*, per *interiorem* suam *indolem*, ac *virtutes Sanctissimas*, & in *omnem* usque *seculorum perpetuitatem* sit dedicata.

Hinc illæ *Declamationes Rabbinicæ*, quibus *Synagoga* circumstrepit adversus *Christum* & *Christianos*; quibusque cristas superbissime erigit: " *Lingua* ipsius *Dei*, quæ IMMEDIATE „ a Deo sit *infusa Adamo*, quæque *ipsa* sit *Sanctitas*, æque ac „ Deus: in qua *sola* ut *Mundus* potuerit *creari*; ita *cœlestia* „ quoque *Oracula* debuerint *resonare*. &c. &c. "

Eadem ignita jacula in *Apostolorum* quoque *Sacro-Sancta Scripta* ab hominibus istis evibrari per *Titulum Linguæ Sanctæ*, nemini non ultro apertissimum; nam ut omnes *Linguas* aliarum *gentium* tanquam חול *profanum* quid fastose despiciunt, ita *Græcam* vel maxime hoc nomine despuunt, atque proculcant.

Ulterius nunc non efferar, neque delabar ad *pretium* quod *Vernaculis Christianorum Versionibus* statuunt, cum *canino*, quod Deus a *Sacrario* suo aspernabatur, ne quidem conferendum.

Hoc virus *Judaicum*, ferali odio adversus *Christum* & *Christianam Ecclesiam* imbutum, si vel subolfecisset Cl. *Dissertator*, nunquam illam *medullam* sensuum *Rabbinicorum*, circa *Titulum Linguæ Sanctæ*, tam animose adoptasset, atque adversus dubitantes, nedum dissentientes, propugnandam, ac per *Orbem Christianum* proseminandam suscepisset.

Enimvero si hicce lateat sub herba anguis, atque si hæc sit *Rabbinorum mens*, & *subdola intentio*, ut certissime est, fieri nequit ut idem cum illis hominibus senserit Vir religiosissimus, quantumvis sententias, vel potius *verba* eorum, *sua* fecerit: atque

 de-

debellando *Systemati Capelliano* pro validissimis arietibus admoverit.

Huc illa tendebant, quæ supra *pag.* XLVI. comparent. *Atque hæ sunt Hebræorum de* LINGUA SANCTA *sententiæ. Et sane nemo ex* CHRISTIANIS, *quod sciam*, SCRIPTORIBUS SANIS & CORDATIS *hactenus repertus* est, *qui hunc* HONORIS TITULUM *Linguæ Hebrææ negaverit, vel inviderit.*

Tales voces in *Orbe Christiano* nunquam auditæ fuissent, nisi lento, eodemque magis ac magis crudescente duello, collisi fuissent *Scholæ Criticæ* & *Anticriticæ* statores, tanto fervore compugnantes, ut *statum quæstionis* nunquam rite discreverint; atque ita *Veritatem*, pro qua quisque se decertare credebat, inter manus amiserint; *controversia Capitali* eum in modum intricata, obscurata, nebulis cavillationum infinitarum circumfusa, ut ne nunc quidem adhuc, post centum, & quod excurrit annos, distincte percipiatur; sed eadem ferme regnet confusio, & complicatio, qua sensuum, qua rerum, pondere ac momento tantum dissidentium, quantum terra a cœlo divergit.

Hoc mihi, huc descendere coacto ut omnia maxima, minima, cum pulvisculo, in his *quæstionibus* discutere, ac trutinari debuerim, tam compertum, perspectumque, quam quod oculis, manibus, sensibus cunctis attrectatur. Demonstratio præ manibus. Non *senserunt*, non *sentire* potuerunt Clariss. *Buxtorfii*, Viri integerrimi, & haud dubie sincero Religionis studio flagrantes, quod *sentire* existimati sunt, quin quod ipsi *se sentire* existimabant.

Hoc quantumvis paradoxum, & prima fronte perabsurdum, omnes mihi attestabuntur, attestabuntur *Buxtorfiorum* Manes, attestabuntur veritas & religio, si quod adhuc hac in *Controversia* involutum, & miris modis perplexum jacuit, evolvero.

Primo ergo, quum *Rabbini* contendunt *Sanctam* esse *Linguam*

guam Primævam, eandemque *Hebræam*, *eo quod Deum* IMMEDIATE *Auctorem habeat*, *eaque Ipse usus sit* in *colloquiis*, in *commerciis*, in *Oraculis* jam inde *a principio Mundi*, *hoc* contendunt, ad minimum, Deum nunquam quicquam *revelasse*, nec ad finem usque seculorum *revelare posse*, nisi in *Lingua Sancta*; ac proinde *Christi* & *Apostolorum Doctrinam*, *Lingua* חול *profana editam*, atque *in orbe propagatam*, esse *imposturam*, *profanitatem*, merumque *abominamentum*. Hoc nec *sensere*, nec *sentire* potuere *Buxtorfii*.

Secundo, quum *Legem* Dei *Sanctissimam*, cum reliquis *Scriptis Prophetarum*, hac *Lingua* non tantum *Sancta*, sed & *Sancto Charactere*, consignatam pugnant *Rabbini*; *impuram* esse & *profanam Legem Christi*, *profana* nostra *Euangelia*, *profana* reliqua *Apostolorum Scripta* ac Dogmata, *profanissima quippe* omnium *Lingua*, *Profanissimo Charactere Græco* exarata, pugnant. Hoc nec sensere, nec *sentire* potuere *Buxtorfii*.

Tertio, quum *Rabbini* tanquam ex *Tribunali* pronunciant, *Sanctam Linguam* solam possidere *summam* illam *perfectionem*, quæ ad *Naturam* ipsam *rerum visibilium* & *invisibilium* penetret; id pronunciant, eam *solam* esse *capacem Veritatum Divinarum*, *uniceque aptam* ad pondus ac decus *Revelationis* sustentandum: eoque ipso pronunciant, *Doctrinam Christi* & *Apostolorum* non ex *Patre luminum* emanasse, eo quod *per Luminosissimam Linguam Sanctam* non promanarit. Hoc nec *sensere*, nec *sentire* potuere *Buxtorfii*.

Quarto, quum *Rabbini* in *Synagoga* promulgant, *Sanctam* appellitari *Linguam*, quod sit *Populi Sancti peculium*, itemque *propter Terram Sanctam*, & *Urbem Sanctam*, cum *Templo* & *Sacrario Sanctissimo*, in quo Deus *supra Arcam* residebat; non nisi *Hebræa Lingua* adorandus; hoc promulgant, atque deceptis gregibus inculcant, non *Oeconomicam* & *Umbratilem* fuisse istam *Sanctitatem Populi Hebræi*, & *Terræ*, & *Urbis*, &

Templi; quæ per adventum *Jesu Christi* sit *abolita*, spirituali *Israële* in locum *Veteris* surrogato, cum *cœlesti Hierosolyma*, & *Sacrario invisibili*, ut *Christiani* jactitant; sed *esse Oeconomiam veram*, *vivam*, *æternum duraturam*, quum *vera*, *viva*, & *æternum duratura Sanctitas* in *semine Abrahami*, id est, *in ipsis*, resideat; atque etiamnum in *Terra Sancta* vigeat; in quam propterea etiam, cum *vivo usu Linguæ Sanctæ*, *Sanctarumque Cæremoniarum*, certo certius sint restituendi. Hoc nec *sensere*, nec *sentire potuere Buxtorfii*.

Demonstravi, & supra omnem dubitationis aleam evexi, magnos *Buxtorfios* id nec *sensisse*, nec *sentire* potuisse, quod *sensisse* existimati sunt ab omnibus, qui eorum *Auctoritati* sese addixere; quin quod ipsi *se sentire* existimabant.

Nil novi; nil adeo, pro indole ingenii humani, hoc in eventu, paradoxi! Centies id contigit, inde ab ævo, & procul dubio sæpius continget, in Theatro *Orbis Eruditi*: præsertim ubi *gravior* quædam *Litis contestatio* exarsit.

Vincere, ut supra ostendi, non poterat Cl. *Buxtorfius* minor, & nec suam, nec beati Parentis florentissimam famam, sustinere, nisi *Capellum* cum Universa illa *Schola Critica* profligasset. Profligari per omnia & promtius, & ad captum vulgi gloriosius, non poterat, quam per *splendidissimum* hunc *Titulum Linguæ Sanctæ*, ad mentem *Rabbinicam* exornatum. Is solus omnes conatus *Capellianos* deflare poterat simul, simul specioso zelo pro *causa* Dei, & *integritate illibata Codicis Hebræi*, jugulare.

Hac ansa quum solium occupasset *magnificus* ille *Titulus Linguæ Sanctæ*, atque sine ulla suspicione veneni *Judaici*, quo is continctus, a quam plurimis *Theologis*, ac *Philologis*, qui juventutis *Academicæ* studia & sensus formant, receptus, inculcatus, omnibusque *Grammaticis*, ad commendationem videlicet, inscriptus fuisset, inde nunquam postea detrahi potuit; sed contra multo latius, quam *Buxtorfii* intendebant, imperium

rium

rium ſibi vindicavit; atque tum *Fanatismo*, in varias ſeſe formas induturo, portam aperuit patentiſſimam; tum eos imperitiſſimis in *Literatura Orientali* addidit animos, ſpiritusque, quibus *Dialectorum culturam* a *Linguæ Sanctæ pomœriis* propulſare, quin *periculoſam*, ac noxiam eſſe, pronunciare non verecundarentur.

Ego vero *Cauſa Chriſti*, *Cauſa Veritatis*, jam patefacta, illuſtrata, & *Literati Orbis* in oculis defixa, adfirmare non verebor, *neminem ex Chriſtianis ſcriptoribus ſanis*, & *cordatis*, poſt expenſam hancce discuſſionem, & evictionem, *in poſterum exorturum*, *qui hunc Honoris Titulum Linguæ Hebrææ*, ad mentem faſcinatam *Rabbinorum*, & *Virulentos ſenſus*, quos *ſub* iſta *Sanctitatis Inſula* adverſus *Euangelium gloriæ*, & *Cæleſtiorem* Chriſti *Legem* ac *Doctrinam*, vaferrime abdiderunt, vel *privatim*, vel *publice* defenſare, in animum ſuum unquam ſit inducturus. Contra, qui ſciam omnibus, quibus *Chriſti nomen* inditum, *Chriſti gloriam*, & *Apoſtolorum auctoritatem*, non minus utique cordi eſſe, quam *gloriam Moſis*, & *auctoritatem Prophetarum*, huncce mihi fructum præſentiſſimum *Revictionis*, & *Apodeixeos*, promittere auſim, omnes cordatos *Theologos*, *Philologos*, *Literatores*, mecum concurſuros, ad huncce *Titulum Linguæ Sanctæ*, quo *Chriſtiano Nomini* a *Judæis* proterviſſime inſultatur, vel penitus eliminandum, vel eo usque ſaltem in ordinem cogendum, ut recentes & teneræ teſtæ adoleſcentium *veneno Judaico* inde attaminari non amplius poſſint.

Huc præivi in *Inſtit. ad Fund. Ling. Hebr.* p. 6. ubi tangens hanc *Linguæ Sanctæ* appellationem, non prudentiſſime a *Chriſtianis* receptam, *Antidoton* hocce appoſui. *Hæc a Judæis inducta eſt, ad Gentis, & Linguæ ſimul, decus Cælo locandum. Patimur; ſi* SUPERSTITIO *abſit:* & TITULO *illo* לשון הקדש LINGUÆ SANCTÆ *nihil aliud inferatur, quam Sanctiſſimos Hebræorum Vates ea uſos, ad* SANCTAM

VERITATIS DOCTRINAM *consignandam.* *Eximiam quandam* SANCTITATEM *ipsi* LINGUÆ, *quoad materiam formamque*, *arrogare*, SOLIS *licet* JUDÆIS, *qui se reliquis gentibus* SANCTIORES *eadem inanitate gloriantur.*

Istud *patimur*, satis innuit, *Titulum* nec probandum, nec sane commendandum videri; sed me in *Verbis* non cavillari, si modo *sensus* sint *integri*, & *nulla superstitione*, nulla *imaginatione Judaica*, contacti.

Dixerit aliquis, *hoc ipsum* etiam a Cl. *Buxtorfio* jam positum; quum *secundo* loco dabat; SANCTA, *quia Oracula Dei Sancta*, *Scripta Prophetarum Sancta*, *hac Lingua sunt conscripta.* Repono, ad *hoc ipsum* me collineasse, & quia in istam potissimum *rationem* nunc a plerisque insisti cernebam, submonuisse, ut *sensus Judaici* inde removerentur. Hi sunt, nec *voluisse Deum*, nec *potuisse*, pro *Sanctitate* sua, ulla unquam *Oracula edere*, quam in *Lingua Sancta*, & hisce *usibus sanctificata.* Hoc qui *sensu Judaico* admitteret, *Christum* abnegaret; *Euangelium Gloriæ* contaminaret; in *Synagogam* transfugeret *Judaïcam.*

Repeto proinde, *patimur si modo superstitio absit* &c. Sed jam addere liceat, *ægre patimur*, ob *manifestissimos abusus*, & *errores*, quibus *Magni* alias *Theologi* & *Philologi* semet implicuere; quibus in posterum omnem ansam præcidisse, & prudentius, credo, fuerit, & in *Doctrinam Christi* atque *Apostolorum* reverentius, si eam non infra *Mosis* & *Prophetarum Doctrinam* isto *Linguæ Sanctæ Titulo* deprimi patiamur. Quod si tamen vel sic eum morosius retinere quis gestiat, eundem saltem *Linguæ Christi Arameæ*, iterumque *Græcæ Apostolorum*, non deneget: & jam *Aramæa* quoque *Lingua Sancta*; itemque *Græca Lingua Sancta*, in *Scholis* & *Academiis Christianis* consalutetur.

Ad *tertiam* progredior *Thesin*; tam arcte præcedentibus in-

nexam,

nexam, ut inde dejungi nequeat; sed *Bigas* istas cum animose trahat, tum splendidissimo triumpho per ora gentium circumvehat, *Christianis* currum stipantibus.

Hæc est arrogantissima illa jactatio, qua contemta *Historia*, contemta *Experientia*; monumentis *Antiquitatis*, & documentis *Veritatis* omnibus fastoso pede obtritis; asseverare non erubuerunt, *Linguæ Primævæ Hæreditatem ex asse transmissam esse, in confusione Linguarum Babylonica*, ad *solum Heberum*, cum *suis posteris*; neutiquam tamen *omnibus*, qui *eadem e Domo* proseminati; sed tantum ad *Lineam Sanctam per Phalegum*; quippe *cui soli Lingua Sancta*, cum *Oraculis Cœlestibus*, non nisi *in Lingua Sancta* unquam *consignandis*, velut *sacratissimum pignus amoris* & *favoris Divini* tradi, atque commendari, potuerit.

Tralucent, seque ultro ingerunt, eadem indicia *perfidiæ* & *obstinationis Judaicæ*; per quam, hac in *Thesi* fabricanda, oculos suorum non jam *præstringunt*, sed plane *extinguunt*; *expuncta* simul ac *deleta* omni *luce memoriæ veteris*; & tenebris plus quam *Ægyptiacis* invectis. Id cæcæ *Synagogæ* ductoribus solens. Hanc autem in assertionem, proculcata omni *Antiquitate*, *Veritate*, *fide Historica*, *fide Experimentali*, *Demonstratione apodictica contrarii*, quæ vel *sexcentis auctoritatibus*, *sacris* juxta ac *profanis*, sit suffulta, se eo liberius & audacius effudere *Magistri*, quod *duabus* prægressis *Thesibus* semel susceptis, hinc resilire nemini fas sit, quantumvis alias *Erudito*, aliisque in rebus *oculato*, ac *perspicacissimo*.

Ergo nec resilire hinc jam tum seculo XVI. *Rabbinicæ institutionis* ut Alumni, ita *Fautores* & *Fotores*; multo minus inde abhorrere ejusdem *scholæ* insequente XVII. *Statores*, & *Fultores*: qui si hinc, pro *Eruditione*, qua florebant, resiluissent, eo ipso priores quoque *Theses* exauctorare, id est, *Victoriam* de *Systemate Critico*, quod hinc unice destrui non prudentissime

ſime ſibi perſuaſerant, dimittere debuiſſent; quum indivulſo nexu inter ſe conglobatæ ſint hæ jam *Trigæ* ſuperbiſſimæ: per quas capitibus omnium gentium, ac præſertim *Chriſtianorum*, in *Synagoga* inſultatum ſemper, atque etiamnum inſultatur.

Fervore interim diſputandi ablatus Cl. *Buxt.* junior in *Diſſertatione* III., quam inſcripſit de *Linguæ Hebrææ, poſt Confuſionem, conſervatione & propagatione*, & huic *Theſi* adſtruendæ *Auctoritatem* ſuam præſtans, inter complures, quas ibi pertractavit *quæſtiones*, duas haſce præcipuas propoſuit. I. *An in populis & familiis pluribus, an vero in una duntaxat familia, Heberi ſcilicet, Semi pronepotis, permanſerit & conſervata ſit?* II. *Quare potius in hujus Heberi, quam in alterius alicujus ex piis Semi nepotibus familia, ſit conſervata? quomodo item in hac familia ſit propagata?*

Quos etiam, his in *quæſtionibus* ad mentem *Rabbinorum* decidendis, paſſus ſit Manes, paternæ dignitatis & exiſtimationis Hæres, hic deducere longum foret; quin ſupervacuum. Quisque, qui *Diſſertationem* iſtam evolvet, confeſtim deprendet, maluiſſe Cl. *Buxtorf. F.* omnem ſuam *Eruditionem* deponere, omnem *lucem Hiſtoricam* ſeponere, quam Magni *Parentis* memoriam & famam non vindicare per infelix hocce *Syſtema Rabbinicum*, in *Capitali Lite* de *Antiquitate & Origine punctorum*, eorundemque *in omnibus Divina Auctoritate.*

Ne tamen defugere videar aciem rationum, & argumentorum, quibus hanc quoque *Theſin* a ſe perviĉtam autumavit Ipſe, autumarunt plauſores; *Quæſtionibus bis*, nec non *aliis*, eidem *Diſſertationi.* III. intextis, aliam deſtino *præfationem*, cum hacce uno tempore e carceribus tandem emittendam, ut meæ quoque *Bigæ* unam ad *metam* properare poſſint; id eſt, *deſtructionem molis* vere *Babylonicæ*, quam *in Cælum* usque evehere auſi *Judæorum Magiſtri*, non ſine applauſu Noſtrorum, imprudenter, ne quid gravius dicam, ſocias dextras jungentium.

Alia

Alia ista *præfatio* comitabitur novam *Editionem Grammaticæ Arabicæ Erpenianæ;* cum *selectis* ex *Anthologia*, quæ *Hamasa* vocatur, & nativum *Arabiæ* genium spirantibus *Carminibus Veterum Poëtarum*, ex *Academiæ Batavæ Penuario* a me depromtis ad antiquum *Sororiæ*, cum *Hebræa*, *Dialecti* decus ac pondus pandendum, atque hunc quoque pulverem ab oculis discutiendum.

Nulla mihi commodior nasci poterat occasio, ad materias hasce, quæ *disceptationis* magnopere indigent, ventilandas, atque a paleis infinitis levissimarum *opinationum* repurgandas. Huc se nunc ablegari non ægre ferent, qui mecum finem potius vellent *præfandi*, quam ut longius hac in Arena perstetur.

Dispiciamus itaque, reductiore gyro, de *quarta* & *quinta* simul *Thesi Rabbinica*, quas *pag.* hujus *Præfat.* X. delineavi. Nihil omnino, pro *Cardine* ipso *Rei*, a Cl. *Buxtorfio* de rigore *Rabbinorum* remissum *Dissertatione* II. de *Linguæ Hebrææ confusione*, *&* *plurium Linguarum Origine*. Si nil hic de *fraude Synagogæ* subolebat Viris Doctissimis, *Humaniorumque* peritis *Literarum*, imperitiam saltem totius gentis *Judaicæ* circa *Linguas*, omnemque *Literaturam* politiorem, recognoscere debuissent, neque illos hisce de materiis sibi *Arbitros* ac *Judices* constituere, qui nihil in iis nec intelligunt, nec intelligere volunt, quum alto supercilio omnes *Linguas Eruditas*, tanquam חול *profanitatem* meram, abominentur.

Sane si uspiam *confusio*, *contradictio*, *errores erroribus cumulati*, *ingenium fabulosum*, cum *audacia* simul, simul *stupore*, *conjunctum*, sese palpandum præbuit, id in his *Quæstionibus obscurissimis* de *Confusione Linguarum* ex arbitriis, judiciisque, quibus earundem decisionem sibi arrogarunt *Magistri*, omnibus modis palpari potest.

Suspensior ergo in hisce, & circumspectior quodammodo Cl. *Buxtorf.* quum ne ipsis quidem *Rabbinis* ullus satis calculus

culus ſtaret; *pag.* 73. ita ſuam mentem exponit. *Confuſionem Linguarum quod attinet, illam tunc temporis pœnam fuiſſe Divinam, generi humano inflictam, vix dubitari poteſt.* Subnexis dein rationibus quibusdam, unde id effici, colligique poſſe exiſtimat, *pag.* 75. deſcendit ad *crimen* ipſum & *ſacrilegium*, quod hanc *privationem Linguæ Sanctæ* & *Primævæ* attraxerit; atque jam apertiſſimis *Judæorum deliriis, ſomniisque* relictis, duo tangit tantum, quæ & *Moſen* ipſum exſignaſſe vulgo tenetur; *Facere ſibi nomen ac famam:* & *ſtabilire conjunctionem*, ac *diſperſionem præcavere.* Hæc quia per ſe non tam atrocia, ut *pœnam* omnium *atrociſſimam, orbationem Linguæ Sanctæ*, omnisque *Gratiæ Divinæ*, illis *Ædificatoribus* importaſſe cenſeri poſſe videatur, conquiſiti ad crimen acerbandum colores, quibus præter *ſuperbiam, ambitionem, Dei neglectum & contemtum, laborem irritum & inutilem,* inſperſum, *quod neglecto Cælo immortalitatem quæſiverint in Terra pag.* 76. Hæc Oratoria: nam cui tandem veriſimile omnes omnino *Novi Orbis* homines, qui ad *Turrim* iſtam *conſtruendam conveniſſe dicuntur*, tam *projectæ* ac *profligatæ improbitatis* fuiſſe, ut præ ipſo *Orbe Veteri*, per *Diluvium* deleto, *Lingua Primæva* & *Sancta* meruerint perpetuum exui, omnique Gratia Cœleſti excludi. Hoc ſi *Judæi* contendant, videmus quorſum innata vanitate & arrogantia tendant: ſed quid in talibus ſine ullo fundamento propugnandis intendant homines *Chriſtiani*, nullus videre poſſum, niſi quod clare cernam eos in luto *Rabbinico* ita obhærere, ut inde pedem extrahere non poſſint.

Intererat *Synagogæ*, quæ ſibi ſola *Hæreditatem* & *poſſeſſionem Linguæ Primævæ*, una cum *gratia Cæleſti, vindicare volebat*, cum *Gentium opprobrio ſempiterno;* ut crimen illud omnibus modis exaggeraret. Inde illa deliramenta de nefario auſu *Cælum* ipſum invadendi, de שם *Nomine*, id eſt, *Numine* ſibi

ſibi fabricando, atque in ſumma *Turri* ſacrando. Inde & *Abarbanelis* vaſramentum, de *Chamitis ad artes profanas lapſis*, atque propterea *Hæreditate Linguæ Primævæ*, ſive *Divinæ*, evolutis, una *cum univerſa ſocietate* hominum *poſtdiluvianorum*; excepto tamen *Semo*, ejusque pronepote *Hebero*; gentis *Hebrææ* conditore, qui a *ſacrilegio* manſerint immunes. Rationem *Commenti* hanc ſubjunxit pigmentis & fucatis venenis præpollens Artifex; quod hi ſoli in *puritate* & *Sanctitate imaginis Divinæ*, *Adamo* impreſſæ, perſtiterint; ac propterea meruerint *Linguæ Sanctæ poſſeſſionem* retinere; *Noachus* quidem & *Semus*, quoad viverent, pro ſe tantum, *Heberus* etiam pro ſua *poſteritate* per *Phalegum*, i. e. ramum *Hebræum*: altero ramo, qui per *Joctanem*, *Phalegi* fratrem, ex *Heberi Domo* propagaretur, inde etiam excluſo; atque per *Novum* hocce *Diluvium Confuſionis Linguarum*, ut ludere placuit *Argutatori*, cum *reliquis gentibus* & *familiis ſubmerſo*.

Hæc quum *arenam* eſſe *ſine calce* facile deprehenderet Cl. *Diſſertator*, ab iſto quidem *Dogmate*, vitalia ipſa *Religionis* & *Doctrinæ Sanioris* directe petenti, reſiluit: attamen vel ſic ſpecioſiores excogitare maluit colores; quibus & *crimen* illud exaſperaretur, & ad omnes in univerſum extenderetur, exemtis, quos ante nominavi, *Noacho* & *Semo* pro ſe; *Hebero item pro Ramo* tantum *Hebræorum*; quia inter illos ſolos *Cæleſtia Oracula edi* ac *reſonare* deberent.

Operæ fuerit oculis ſubjeciſſe ipſa Cl. *Buxtorfii* Verba, ſatis modeſta illa quidem, ſed quæ tanto mollius in animos illaberentur. *Ad quæſtionem cur Linguam Sanctam in Heberi potius familia conſervari voluerit, quid reſpondendum ſit, ex parte jam elucet ex iis, quæ dicta ſunt. Nempe quia* LEX DEI IN HAC LINGUA *ſuo tempore erat promulganda; cultus Divinus a populo Dei, quem pro ſuo Peculio, præ ceteris populis, elegit & aſſumſit*

in V. T. hac Lingua peragendus; VERBUM *Dei* HAC LINGUA *consignandum; conveniens etiam fuisse, ut per Eos continuo, & sine interruptione, conservaretur & propagaretur Ling. Hebræa; per quos ipsos Fides, Pietas, Cognitio Dei & Timor, atque ipsa etiam Ecclesia Dei, inde a Noacho usque ad Mosen, propagari debuit, & propagata fuit. Quo referri potest, quod Hebræi tradunt de Scholis* Semi, & Heberi, *in quibus Sancti Patriarchæ instituti fuerint, & Legem Dei didicerint Gen.* 25: 22. &c. &c. *Itaque per illos ipsos quoque* LINGUA DEI, & POPULI DEI, *continue videtur propagata esse sine interruptione: nec ulla ratio videtur dari posse, cur ista Lingua in hoc populo peculiari ad tempus amitti, & intercidere, atque postea a populo extraneo, & alieno, iterum precario quasi repeti debuerit.*

Hoc adversus illos insertum, qui statuunt, *Abrabamum* ex *Chaldæa* evocatum, *Chaldaica* usum *Dialecto*, atque in terra *Canaanis* demum *Linguam*, vel *Dialectum*, *Cananæam*, quæ eadem cum *Hebræa*, assumsisse.

Pergit porro Cl. *Dissertator. Quia ergo Heberi Linea & Familia* סגלה PECULIUM SANCTUM *erat Semi & Noachi, ideo quoque* לשון סגלה LINGUA PECULIARIS & SANCTA *in ipsius Familia, & non per plures, fuit propagata. Nam quæ* LINGUA *ante confusionem fuit* COMMUNIS OMNIBUS, *post confusionem* PAUCIS *facta est* PECULIARIS, *qui nempe quoque ob* PIETATEM & SANCTITATEM PECULIARES *fuerunt. Sic nempe visum Deo, per pauciores & selectiores, ceu* LUCIDIORES STELLAS, *agnitionem sui propagare, donec universo populo Israelitico, data per Mosen Lege, pleniori luce affulgeret. Sic* KAIN, *Adami primogenitus, ad impietatem est prolapsus;* ABEL *grati odoris Sacrificia* DEO *obtulit. Huic nefarie occiso substitutus est Sethus, a quo per certos, & Deo* PLACENTES SUCCESSORES, *Religio ad* NOACHUM *pro-*

propagata est. A Noacho ad SEMUM. *A Semo ad* HEBERUM; *ab Hebero ad* ABRAHAMUM; *ab Abrahamo ad* ISAACUM; *ab Isaaco ad* JACOBUM, *qui &* ISRAEL *dictus est; a quo* POPULUS ISRAELITICUS, *cui Deus Legem suam* DE PLENISSIMO *Dei* CULTU *gratiosissime exhibuit, eamque per* MOSEN *Doctorem* SUFFICIENTISSIME *declaravit.*

Enimvero dolendum est, principes sæpe numero *Philologos*, & *Theologos*, omnem ingenii aciem intendere ad manifestissimos errores colorandos; atque omne simul Auctoritatis pondus impendere ad eosdem commendandos. Longior illa contextura phrasium exquisitarum, est *pura puta Medulla Theologiæ Rabbinicæ*, qua *Synagogæ* suæ *soli* ideo LINGUÆ SANCTÆ *peculium* assignatum gloriantur, quod sola *Legem*, & *Oracula Cœlestia*, excipere meruerit in omnem seculorum perpetuitatem: quum DIVINÆ VERITATES non nisi DIVINA illa LINGUA promulgari potuerint.

Existimabat quidem Cl. *Dissertator*, satis se tutum fore per insertiunculam istam IN VETERI TESTAMENTO; sed ambabus quoque ulnis eandem amplectitur & exosculatur *Synagoga*, sibi cum superbissimo contemtu *Novi Testamenti* arrogans *Veterem & Veram Religionem*, *Veterem & Verum Cultum Divinum; Vetus & Verum Dei Verbum*, ipsâ LINGUA DEI, quæ sola *Capax* sit *Sanctissimarum Veritatum*, conscriptum, consignatumque; ut esset *perenne Peculium Israëlis*, atque *gratiæ Cœlestis prærogativa* nunquam eripienda, nunquam abolenda.

Atqui, reposuisset Cl. *Dissertator*, *Vetus Testamentum* jam *abolitum*. Recte vero. Id Nos affirmamus: *Judæi* negant; atque vel maxime eo nomine negant, ac pernegant, quod ipsis *Credita* sint *Dei Oracula; Credita* sit *Lex* ipsius *Dei manu*, atque adeo *Lingua Dei*, exarata; quippe quæ alia *Lingua*, utpote *humana*, ac *profana*, exarari non potuerit: addunt, *Creditam* cum hoc de-

depoſito Tabularum Legis *Sanctiſſimam* item *Linguam*, ut ipſis ſolis *nunquam abolenda Poſſeſſio* tum *Revelationis*, tum *Veræ Religionis*, ac *Communionis* cum Deo, Cœleſti *arrba* in omnem æternitatem oppigneraretur. Inſtant Veteratores, hanc ipſam ob cauſam omnes in univerſum gentes ab *Hæreditate Linguæ Primævæ* & *Sanctæ* eſſe dejectos, adoptata ſola *Domo Heberi*, in qua *Gratum* & *Vernaculum Hospitium*, ut *Clar. Buxtorf.* plus ſemel inſinuavit, reperiret. Quum interim in *Domo Heberi* duo commemorentur *Conditores* gentium, *Gen.* x. *Phalegus*; unde per *Abrahamum* deſcenderunt *Hebræi*; & *Joctanus*, cujus *tredecim Filii* nominibus pure *Hebraicis* inſigniti apud *Moſen*, totidem *populos* proſeminarunt, placuit tamen *Rabbinis* eos omnes item exuere, & exſpoliare, *paternæ Linguæ Hæreditate:* atque contra omnem *ſanam Rationem*, contra *Experientiam*, contra *Indicia* ab ipſo *Moſe* oculis noſtris ingeſta, contra *Curſum Naturæ*, decernere, *Joctani Filios* & *Poſteritatem* uſu *Primævâ Linguæ* orbatos fuiſſe; quamvis poſt *Confuſionem Linguarum* demum in lucem editi, atque in *Heberi domo* educati, non aliam quam patritam avitamque *Linguam* potuerint imbibere.

Hæc parum attendens Cl. *Diſſertator*, & hac in parte ſe a placitis *Rabbinorum* non avulſit; nec ſane, pro perpetua *Hypotheſi*, avellere potuit, ita ſuperius illud filum pertexens: *Proinde etiam per hanc familiam ſic propagata fuit, ut non ad omnes, qui ex Hebero deſcenderunt, pervenerit, ſed ad quosdam duntaxat, qui videlicet ipſius fuerunt* סגלה *Peculium, ejusque in Pietate ac Timore Dei veſtigia preſſerunt. Quæ enim ratio fuit conſervationis Linguæ Hebrææ, eadem quoque fuit propagationis.* HEBER *namque duos habebat Filios* PHALEGUM *&* JOCTANUM. JOCTANI FAMILIA *in hunc cenſum non venit; (nam hujus numeroſa poſteritas ut in diverſas terræ partes diſperſa fuit, ſic & in diverſa nomina tranſiit,) ſed quæ per* PHALEGI *duntaxat* LINEAM, *ad Abrahamum deſcendentem, eſt propagata, ea* He-

Hebræorum nomen & Linguam DIVINA AUCTORITATE *retinuit. Ex hac enim* LINEA ABRAHAM *pater credentium deduxit stirpem suam. Similiter non omnes, qui ab Abrahamo progeniti,* FILII ABRAHAMI *appellati fuerunt, sed tantum ii, qui ab Isaaco descenderunt Gen.* 21: 12. *Nec omnes qui fuerunt a patre Israël, fuerunt dicti* FILII ISRAEL, *ad Rom.* 9: 6. 7.

Mirificam profecto *Philologiam!* mirificam *Theologiam!* quam in *Ecclesiam Christi*, in *Academias*, in mentes sensusque tot hominum Eruditorum, subrepere potuisse, non possum non dolere simul, simul adstupere. *Joctanus & numerosi ejus Filii, quantumvis Hebero, pietatis statore unico, oriundi, non debuerunt, non potuerunt, paternæ Linguæ consortium vel recipere, vel retinere;* ac *proinde in hunc censum venire nequeunt, quia non erant e Linea Sancta.* Item, *ab Abrahamo, Patre credentium, progeniti, nec recipere, nec retinere potuere Patris sui Vernaculam, nisi solus Isaac: a consortio Linguæ expulso Ismaële, expulso reliquo semine Abrahami*, quod *Lineam Sanctam non teneret, atque hoc Gen.* 21: 12. *inculcari.* Iterum, *Esavus ab Isaaco ortus, natu major licet,* ut *benedictione, ita Linguæ paternæ hæreditate excidisse* censendus est; *non enim omnes qui fuerunt a patre Israël, fuerunt dicti* FILII ISRAEL *Rom.* 9: 6. 7.

Invisitatas enimvero & inauditas interpretationes posterioris illius contextus! qui si ad mentem scopumque *Apostoli* allegatus fuisset, necessario ex *Hypothesi Buxtorfiana* consequeretur, omnes *Carnales Hebræos*, vigente *Veteri Oeconomia*, usu *Linguæ Sanctæ* exutos & destitutos fuisse; eundemque penes solum *semen spirituale* remansisse, οὐ γὰρ πάντες, οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ. *Non enim omnes qui ex Israële, Israël sunt:* hoc est, ad istam quidem allegationem, *non omnes Sanctæ Linguæ Hæreditate ac possessione a Deo dignati & distincti fuerunt*, tanquam *semen Sanctum & Linea Sancta.*

Non

Non me fugit, quid *Kabbalistæ*, quid *Thalmudici*, quid *Synagogæ* proceres hic iterum *loliginis* & veneni alant, & quomodo *Linguæ Sanctæ Spiritualem Cognitionem* soli *Sanctæ Lineæ Antistitum*, inde a *Mose*, quin ab *Adamo* inde, arrogent; hæ enim sunt *Bases* utriusque *Kabbalæ*, & totius *Traditionis Thalmudicæ*; nunquam interrupta serie ac catena propagatam inter veteres *Sanctos* & *Sapientes* hanc *interiorem Medullam Linguæ Sanctæ*; cum profundissimis suis *Mysteriis*, in *illorum pectore* & *ore* debuisse *residere; Populo corticem* tantum adlambente; atque ab *nucleo suaviore* penitus excluso. Neutiquam tamen a me impetro, ut Cl. *Buxtorfium Lineæ Sanctæ Titulo* huc collineare existimem. Ne suspicari quidem fas est. Id liquido affirmare licet, & hunc *Lineæ Sanctæ* Titulum a *Magistris* huncce *scopum* sibi præstituentibus, quem indicavi, Phaleris & pompa Verborum exornatum, Doctores nostros mirifice præstrinxisse, atque in errores ineluctabiles implicuisse.

Non firmius suffulta est Cl. *Buxtorfii* sententia circa *Modum Confusionis Linguarum*. Eam declarat *pag*. 66. *Dissert*. II. *Videtur indigitari vocabulo Confusionis*, בלל, *ut quum hordeum & arena cum palea commiscentur in farraginem, Multiplicationem Linguarum factam esse non simpliciter per* NOVARUM LINGUARUM *creationem; sed per Admistionem & Confusionem aliorum seu* NOVORUM, *seu* EX HEBRÆA CORRUPTORUM, *aut potius* ALIQUA RATIONE DEDUCTORUM, *Vocabulorum; tanquam* ALIARUM *&* NOVARUM *quasi* SPECIERUM LINGUARUM CUM HEBRÆA, *apud plerasque scilicet Gentes: quia* HEBRÆA PURA IN UNA *duntaxat permansit* FAMILIA; *cujus respectu, & apud quam, nulla erat Confusio. Unde etiam adhuc in* OMNIBUS LINGUIS, *maxime* CARDINALIBUS, *ut vulgo vocant, aut* MATRICIBUS, *reliquiæ & Vestigia* LABII *illius* UNIVERSALIS *totius Terræ deprehenduntur. Hinc sunt*

ſunt qui putant, *Babylonicam iſtam* CONFUSIONEM NIHIL ALIUD *fuiſſe*, *quam* LITERARUM *radicalium* LINGUÆ HEBRÆÆ, *vel etiam* VOCALIUM, *permutationem*, *transpoſitionem*, *inverſionem*; LITERÆVE *alicujus additionem*, *ablationem &c.*

Hæc non valde lucida, multo minus enucleata eſſe, quivis cernit. Subdit deinde *Theod. Bibliandri* mentem, paulo diſtinctius expreſſam: *Labium variavit Deus ac miſcuit*, *non cuique Familiæ novum ſermonem attribuit. Aliter enim Moſes illud indicaſſet per verbum* פלג *diviſit*, *aut* הפריד *ſeparavit*; *aut* הבדיל *diſtinxit*; *ſed* נבלה *inquit*, *Confuſum & permixtum eſt Labium*; *ut ex uno ſermone Communi* PLURES DIALECTI *prodirent*, & PRIMOGENITUS INTEGER *ſupereſſet*, ÆTERNUS TESTIS, *quod aliquando* UNA *fuerit* LINGUA: *propter impietatem vero Nimrodicæ conſpirationis multa differentia introducta*, *quæ commercium ſermonis tolleret.*

Iſta *Dialectorum variatio* ab eodem *Viro* docto deinde exponitur, partim per *mutationem integræ dictionis*, partim per *Literæ additionem*, *detractionem*, *transpoſitionem*, *una in dictione*; partim, *in connexione plurium dictionum*, *ſive in tota phraſi*, ut *tollere pedem* aliud eſt *Hebræis*, aliud *Germanis*, aliud *Latinis* &c.

Video quid velit, ſed ita *varietatem* tantam *Linguarum*, quanta *Orbem terrarum* deinceps complevit, oriri potuiſſe non video. *Æternus* ille *Teſtis*, ad quem provocatur, contrarium atteſtatur, & demonſtrat omnibus, qui *Linguas Veteres* & *Recentiores* penitius introſpexere; atque inter ſe contendere valent.

Nego etiam, bene gnarus quid negem, ullam *Dialectum Linguæ Primævæ* ad *Turrim Babylonicam efformatam*: quod hæc *levior variatio Conſilio Dei*, de *diſpergendis Familiis*, & *tota Terra diverſiſſimis Coloniis implenda*, parum inſerviiſſet.

Dein *pag.* 67. *Diſſ.* II. ut *non abludens* ſententia *Bertrami*

in *Præf. Gramm. Hebr.* & *Aramææ* fubfumitur: *Merito igitur Ling. Hebr. omnium antiquiffimam appellamus, quin etiam addam* OMNIUM ALIARUM MATREM. *Ab ea enim Dominus, non Confufionis fed Ordinis Deus, certo quodam Confilio ac ratione, in mentes hominum, ad ædificationem Turris Babel perturbatorum, & jufto ejus judicio perculforum,* ALIARUM LINGUARUM SEMINARIA *derivavit, & indidit.*

Ne hoc quidem fatis difertum, quamvis ingeniofius fit excogitatum: quod *Seminaria*, fi quid judico, *naturam* & *indolem* fui *feminis* refundant; quod neutiquam in *Linguas toto Cælo* & *Solo* a *Primæva* divergentes, ac diffonantes, per *Univerfam* earum *Analogiam*, & *feminalem conftitutionem*, quadrare poteft.

Verum de his aliisque difcrepantibus non minus, quam numerofis opinionibus circa *modum confufionis*, commodius difpicietur in *Differt.* de *Lingua Primæva*, de qua fupra.

Nunc Cl. *Buxtorfii* meditationes pertexendæ. Ad hæc ergo fuum judicium apponens *pag.* 67. *Modus*, inquit, *quicumque fuerit, fuit is plane Arcanus & Miraculofus; utpote cujus vi homines illi prioris Linguæ fubito obliti funt, & momento* ALIA *ac* CONFUSA LINGUA *eis* INDITA, & INSPIRATA *fuit, fed pro Ratione populorum, quos Deus fimul habitare volebat, ut ex Linguæ cognatione fuam quisque Familiam agnofceret, fedemque aptam eligeret.*

Quid fit ALIA & CONFUSA *Lingua*, quæ *hominibus*, fubito *prioris Primævæ oblitis*, *indita* & INSPIRATA fuerit *modo Arcano* & *Miraculofo*, minus me fateor percipere. *Confufæ* illæ *Linguæ*, & quidem *Infpiratæ ab ipfo Deo*, me confundunt haud parum. Credibile, Cl. *Differt.* idem tamen nunc velle, quod fupra præftructum, ubi concipiebat *Admixtionem*, & *Confufionem aliorum, feu Novorum, feu ex Hebræa corruptorum,*

rum, *aut potius aliqua ratione deductorum vocabulorum*, *tanquam* ALIARUM *&* NOVARUM *quasi* SPECIERUM LINGUARUM *cum* HEBRÆA &c. &c.

Sed non invenio, quo pacto hæc conciliari queant cum longiuscule prægressis *Dissert. pag.* 56. ubi impugnaturus Cl. *Buxtorf. fabulosissimum* illud *Commentum Rabbinorum*, de LXX. *Angelis*, qui LXX. *Linguas* Turris structoribus *infuderint*, adversus eos hocce, quinto loco, educit argumentum: *Opus hocce Linguarum Confusionis non est Opus Angelorum, sed* OPUS DEI; *& quidem Tale, in quo nullo modo videtur Ministerialis Angelorum operæ esse Usus. Duo enim hic concurrunt*; primo, PRIORIS LINGUÆ *quam callebant*, *& ab incunabulis noscebant*, OBLIVIO; *quæ inducenda erat.* Secundo NOVARUM LINGUARUM *notitia*, *quæ introducenda; quæ* OPERA *sunt plane* DIVINA *&* MIRACULOSA; *non minus ac* PRIMÆ LINGUÆ CREATIO.

Lucidum profecto *Radium Veritatis!* omnes *nebulas Rabbinicas* uno ictu dissipantis. *Novas Linguas*, *deleta* & *penitus erasa* per oblivionem *Veteri*, introducere, & *generi humano* INSPIRARE; verissime *opus est Dei*, & quidem *Miraculosum*; quod *Vires Naturæ* videlicet *superscandat*. Est *opus non minoris potentiæ*, & *sapientiæ; quam primæ Linguæ Creatio.* In hoc omnes *Theologi* & *Philologi*, qui rem rite pensitabunt, Cl. *Buxtorfio* assentiant necesse est. Mihi quidem, quum admirabile illud lumen *Analogiæ*, quod in omnibus *Linguis*, mihi cognitis, resplendet, contemplor, ne umbra quidem dubitationis relinquitur. *Opus*, *Opus Creatoris est*, omnis *Lingua Matrix*, quæ vocatur; quales satis *numerosas* & *diversas* ad *Turrim Babelis* exortas, in *Dissert.* quam paro, pervincetur.

Collabitur ergo universa *Rabbinorum* moles & substructio, multo superbior, quam illa ad *Babelem* ædificatio, qua *Linguæ Primævæ* arrogabatur *Divinitas*, arrogabatur *Sanctitas*

essentialis, arrogabatur *Lumen Sapientiæ* ad ipsas *Naturas interiores rerum* omnium, *humanarum* ac *Divinarum* juxta, intromittens, eo quod in *prima creatione Adamo inspirata*, sive *immediate*, id est *sine institutione*, *impressa* fuisset. Atqui Novæ Linguæ Matrices, quas Deus humano generi ad *Turrim Babyl.* indidit, & *immediate impressit*, non inferiore gradu collocandæ, Judice ipso *Buxtorfio*, quam *primæ Linguæ Creatio.*

Ille conspectus, unice *Theologo* ac *Philologo Christiano* dignus, si nunquam ex oculis dimissus fuisset, nunquam tanta turbela, tanta in *Ecclesiam Christi* invecta fuisset confusio.

Hinc deflectere potuisse Cl. *Dissertatorem*, tanto magis mirari est, quod contra *Fabulatores* eosdem, *septimo loco*, urserit p. 57. *Cum simile opus* (*inspirandarum* nempe *Linguarum*) *in die Pentecostes olim in Apostolis operatus sit Deus*, *non legimus Angelorum opera id effectum dedisse Deum*, *sed* MOMENTO & MIRACULOSE *plane*, *atque adeo* IMMEDIATE, *Spiritum Sanctum esse operatum. Hujus itaque solius opus est.*

Fuere & alii Magni nominis Viri, qui *Utrumque* hoc *Eventum admirabile*, *Linguarum uno velut Momento Divinitus impressarum*, inter se contulere; atque eam foverunt sententiam, *Varias Linguas* ad *Turrim Babelis* non *Pœnæ loco inflictas*, sed potius *Beneficium* fuisse, certe *adminiculum commodissimum humano Generi temperando*, atque *in Colonias* ac *Civitates ordinatas* dispescendo, *summopere necessarium.*

Mihi, sive *Pœnæ* alicujus rationem induat illa *Novarum Linguarum productio*, sive pro *insigni Beneficio sit* habendum, sive, quod malim, & utraque pars admittere cogitur, *necessarium* censeatur *adminiculum dispersionis Familiarum*, omnia integra; atque ne tantillum quidem meo *Systemati*, in *Ratione*, *in S. Scriptura*, in *Antiquitate*, *Historia*, *Experientia*, *præsentissimisque documentis fundato*, vel accedit, vel decedit.

Ad

Ad *Beneficium*, & *munificam* Dei *manum*, in *variandis Linguis* inclinasse Cl. *Buxtorf.* tum, quum superiora illa scriberet, ne ambigi quidem potest. At *pag.* 73. ejusdem *Dissertationis* ad *Pœnam*, & quidem *atrocissimam*, hæsitabundus tamen, declinat: *Confusionem Linguarum quod attinet, illam tunc temporis Pœnam Divinam fuisse, generi humano inflictam,* VIX DUBITARI *potest. Ut enim eximiæ Dei gratiæ, & maxima felicitatis humanæ pars, universum genus humanum, ad* SACRUM *societatis* VINCULUM *conservandum* UNAM & COMMUNEM *inter se* LINGUAM *habere: pariter* HORRENDÆ DEI IRÆ, & INSIGNIS POENÆ, *ac* INFELICITATIS HUMANÆ *testimonium erat*, PRODIGIOSA *ista hominibus immissa* LINGUARUM VARIETAS.

Hæc non sine exaggeratione dicta, toto cœlo jam abeunt ab antegressis. Nempe qui in *Quatuor Thesibus prioribus* totus fuerat *Rabbinorum*, hic, in medio disputandi cursu, non poterat manere *suus*; atque *nobiliores* illos *sensus suos* retinere.

Sine *pœna*, & quidem multo *Capitalissima*, ob *Capitale crimen*, *scelestissimumque Sacrilegium*, stare non poterat illud *ereptum Divinitus prærogativum Decus Linguæ Sanctæ; qua* tamen *Conscelleratissimus ille Orbis Antediluvianus* neutiquam orbatus & exutus fuit.

Quid *Abarbanelis* vafrities ad apertissimam *repugnantiam* commenta sit, supra dedi. Cl. *Buxtorfius* ab ista mente remotissimus. Quid ergo huc pertraxit Cl. *Dissertatorem?* Nil aliud quam *vis* ipsa *dissertandi*, qua *Sanctitatem Linguæ Primævæ*, ad *Systema Rabbinicum*, sibi tutandam, quin pervincendam, desumserat.

Idem ille *Orbis Antediluvianus* satis arguit, UNAM & COMMUNEM *inter se habere* LINGUAM, *hominibus*, post *Lapsum* utique, & *peccato* inter Eos *dominante*, frustra appellitari *Sacrum vinculum Societatis*, &c. &c. Ego potius colligerem *Unitatem Linguæ*, quam cum *sedibus unis* haud dubie *structores*

illi ad longum satis tempus retinuissent, displicuisse Deo, cum alias ob rationes, alibi promendas; tum & hanc ob causam, quod *unitas Linguæ damnosissima sit generi humano*, ubi semel *prava vitiorum agmina Terris incubuere*, quippe quæ per hocce *vinculum communionis* contagia sua quaquaversum *spargere*, atque latius *disseminare* queant.

Apparet, securius, quam par est, tantas *Quæstiones* tractatas in orbe *Erudito*, atque etiamnum tractari. Tale est & illud, quod tanquam *dubio vacuum* assumserit Cl. *Buxtorf. Hebræam Linguam* esse *Matrem omnium Linguarum*. Hæc iterum pugnant cum prægressis. Si enim *oblivio inducta prioris Linguæ*; si item *novarum Linguarum notitia miraculose & immediate impressa fuit istis hominibus*, *non minore virtute*, quam *quæ se in prima Linguæ creatione exeruit*, non video quo tandem *jure* aut *Titulo* salutari possit *earundem Mater*. Ne umbra quidem nominis *Materni* relicta. Consimiliter *Matris Titulo* decorari haud potest, ad alterum illum *modum Confusionis*, ad quem, ne totum *Systema Linguæ Sanctæ* huic scopulo allisum frangeretur, compulsus fuit Cl. *Dissertator*, quum ad *verba* saltem *Abarbanelis*, ejusque *phrases*, concipit *admixtionem*, *Confusionem*, & *Corruptelam cum Hebræa priori*, quam *supra pag*. LXIV. expromsi.

Inde quo colore *Maternum nomen* exsculpi queat, non reperio: nisi quod fœcundo cerebro homo iste sibi confinxerit *fœtus impuros*, *abortivos*, & *abominabiles*, e *Sancto Sanctæ Linguæ utero excussos*, vel *ultro* potius inde *revulsos*, haud secus ac *monstrifici partus*, qui a *Sanctitate Primæva* ultro resilirent.

Idem intendisse *Kabbalistas*, sub fabulis phalerisque LXX *Angelorum*, magna & justa suspicio est: nam unum in *Centrum Profanitatis* conspiratur; qua, ut vidimus, *omnes Gentes*, *cum novatis sibi Linguis suis*, *Gubernatione* & *Providentia Dei exclusas*, *ad Angelorum Præfecturam* & *Providentiam*,

tan-

tanquam *vilissimam* quandam, & *impuram*, *fæcem abjectos esse*, *Synagogæ suæ* inculcant.

Adversus hæc, ut par erat, insurgens Cl. *Buxtorfius*, se tamen a *verbis* & *phrasibus Abarbanelis* non removit, quin ne removere quidem potuit, quod *profanior* saltem *impuritas Linguarum novatarum* retinenda erat, ne *totum Systema Linguæ Sanctæ*, ad hanc *Quintam Thesin*, subitis semet ruinis destrueret, ac sepeliret.

Consimile quid passus Cl. *Dissertator* in *Sexta Thesi*, *pag.* 160 & seq. ubi rejecta *prima* ejus *parte*, de *Lingua Hebr.* una cum *Sancto Dei populo*, & *Synagoga e ruderibus suscitanda*, quum *Messias* adventabit, *in Terræque Sanctæ sedes Antiquas* denuò immittenda; *alteram partem*, de *Cælesti Gloria per ejusdem usum consummanda*, non quidem pleno sancit calculo, sed tamen ad favorem insinuat; *quippe cui non pauci Viri pii & Docti subscribant; saltem non adversentur.* Eorundem quoque *rationes* subnectit hasce; primo, *quia quemadmodum Hæc prima, & sola, in nascentis mundi exordio fuit, ita probabile sit Eandem quoque fore ultimam; & solam superstitem futuram, mortalitatis serie finita:* secundo, *quia Hæc Lingua e* COELO *quasi* ORIGINEM *traxit; utpote quæ* A DEO *sit* CREATA; *& in statu* INNOCENTIÆ, *& integritatis, Homini ornamenti &* PERFECTIONIS LOCO *data, &* CONCREATA, *atque* IN PARADISO TERRESTRI *ab ipso* USURPATA; RELIQUÆ *autem* IN PECCATI POENAM IMMISSÆ. *Ergo iterum volunt probabile esse* EANDEM *in* PARADISO COELESTI, *in Statu Gloriæ*, & quando DEI UNIUS *erit* REGNUM, *abolitis omnibus ejus inimicis, permansuram; ac* RELIQUAS *quæ* PECCATI *&* POENÆ PECCATI SPECULUM ac *Mnemosynon forent, atque ideo* GLORIOSUM *hominis* STATUM *nonnihil* OFFUSCARENT, *abolendas & exterminandas.*

Est *Medulla* & *Flos delibatus Theologiæ Kabbalisticæ*, secundum

dum quam qui LINGUAM HEBRÆAM possidet, IMAGINEM *possidet* DEI; atque adeo ipsam DEI SANCTITATEM ESSENTIALEM; quum LINGUA illa SANCTA EMANATIO sit *Patris Luminum*, quæ LUMINE omnis SAPIENTIÆ, PERFECTIONIS, SANCTITATIS & GLORIÆ *possessores suos* sit *convestitura* ac *Coronatura*. Profunda, ut quivis cernit, *Satanæ!* quæ cum *Fumo Abyssi*, cujus *patefacta* jam omnium oculis subjeci *Mysteria*, abominabuntur, quicumque *Dominum Jesum amant ἐν ἀφθαρσίᾳ.*

Pleno in die relucet, non lætum, non optabile *Christiano Nomini* fuisse, ut *illibatissima integritas universi Codicis Hebræi*, ad MASORETHARUM PUNCTATURAM *bonam & malam* juxta, *Veram Veteremque* non solum, sed & *Erroneam*, *superstitiosam*, *Contradictoriam*, *novationis Judaicæ manifestam*, eodem pede *defendenda* & *asserenda* susciperetur, adversus *immoderatum impetum factionis Capellianæ.*

Si *victoriam* hac via *reportatam* fuisse censeatur ab iis, qui *Materias* hasce nunquam *profundius* introspexere, sane *Cadmea*, & multo *funestissima*, illa *victoria* accidisset: quippe per quam simul *Synagoga* de *Christiana Ecclesia triumpharet*, *Arx perduellionis* adversus *Dominum gloriæ sex Thesibus*, haud scio *superbiusne*, an *contumacius*, sese *attollens*, *victricia* explicaret *vexilla;* atque *opima* de *Christo* & *Apostolis spolia* deportaret.

Sed bonum Factum! Non *vicit* Cl. *Buxtorf.* quantumvis *vicisse* visus fuerit multis; nec profecto *vincere* potuit id, quod *vincibile* non erat. *Ceciditne* ergo? *Cecidit* ea in parte, ubi *stare* ne *Ipse* quidem pro ea, qua erat *Religione* ac *pietate*, voluisset, si *Mysteria Iniquitatis Systemate Rabbinico* recondita, adspexisset. *Non cecidit*, sed *vicit*, sed *triumphavit*, ubi Eum *stare* ac *triumphare Veritatis* intererat, ac *Religionis;* in parte videlicet Ea, quæ *Antiquitatem* & *Auctoritatem* spectat *Vocalium Ipsarum;* sine quibus *Lectionem* & *Intellectionem Sacri Textus constare*

ſtare potuiſſe, audacius, quam peritius, affirmatum in *Schola Critica*, ut in *Præfat. Inſtit. Hebr.* indicavi. *Vicit* quoque, *victus* licet, quod *Lectum* æque ac *Scriptum* propugnaret; ſed *vicit bonitate* ipſa *Cauſæ*, quæ plane *vinci* non poterat, in refellenda *inſtantia* Cl. *Capell.* impotenti nimis, & nil minus quam *bene Critica*; *Lectiones Maſorethicas*, quas *Margini* alleverunt, arguere tum *manifeſtas corruptiones Codicis Hebræi*, plus *mille locis* ipſorummet manu ſignatas, tum *occultas* in multo pluribus, *Veterum* ex *Verſionibus*, quin & ſagacioris vi ingenii, ſine ullo ſcrupulo emendandas.

Hic *Exceſſus* merito offendit *Theologos*, atque omnes *Scripturarum reverentes*, ſed eos ita *conterrere* non debuiſſet, ut propterea in multo graviorem irent *Exceſſum*, atque in *præcipitia Syſtematis Rabbinici* circa LINGUAM SANCTAM ſeſe conjicerent.

Debuiſſent potius, junctis manibus viribusque, iſta *mole*, & *Arce Babylonica*, inde a *fundamentis Linguæ Primævæ* convulſa, *Analogiam Dialecti Hebraicæ*, quam conſtituere non potuerunt *Magiſtri*, *illiterati* plerique, quin *Literaturam* omnem ut *Profanam* חול & *abominabilem Deo* a ſe averruncantes, ad *lucidiorem purioremque* veræ *Criſeos facem* illuſtrare, atque inde ipſas *Lectiones marginales* confutare.

Pulcherrime profecto, id ſi ſuſceptum fuiſſet, nunc ſtaret ac floreret *Eruditio Hebraica.* Clariſſime eluceret *Antiquitas* & *Auctoritas Vocalium*, ad exactiſſimam amuſſitata *Analogiam*, *Anomaliarum Rabbinicarum ſpinis* moleſtiſſimis, & *ſuſpicionum Criticarum nebulis*, ſimul revulſis ac depulſis.

Reſplenderet *integritas Codicis Hebræi*, quam ipſi *Maſorethæ* delibarunt; & *cerulis* ſuis *Criticis*, ex ignorantia plerumque, vel ſuperſtitione profectis, temerarunt.

Refulgerent *Origines Antiquiſſimæ*, & hic potiſſimum præcluſæ, *Linguæ*, ex *Antiquiſſimis* tantum, & *ſororia conſangui-*

nitate connexis Linguis; secundum omnia veræ Eruditionis principia, hauriendæ; ducibusque *peritia* ac *prudentia* ad *styli Sacri* decus & pondus in lucem evocandæ.

Radiaret denique, ut sol in meridie, atque suo se jubare efferret; *dignitas*, *gravitas*, *excellentia*, & *Majestas Linguæ Primævæ*, (qua *Linguæ* jam,) *capacissima magnorum sensuum*, & ad omnia *lumina* & *ornamenta Eloquentiæ* admirabiliter *a Deo* ipso *conformatæ*: non tamen propterea DIVINÆ; non SANCTÆ; non in *Literis*, *Vocabulis*, *sonis*, *significationibus*, omnique ambitu *Grammatico*, SANCTIFICATÆ; quæ ob istam *cœlestem Originem*, & *Primævam institutionem*, meruerit *tanquam* סגלה *pretiosissimum Cimelium* per *Sanctam Lineam* ab *Adamo* ad *Mosen*, & *Prophetas Hebræos*, tantum *transmitti*, atque *ab* omnium *gentium profanarum communione* dissepiri.

Tantum *imaginationis*, usque & usque habenas sibi laxaturæ, atque adversus *solidam Eruditionem*, immotis *principiis* ac *fundamentis* subnixam, sese animaturæ; invexit *infaustus* ille *Titulus Linguæ Sanctæ*, cum *Thesibus Rabbinicis* Eidem superstructis.

Ex hoc jam Fonte scatuere omnes illæ *præjudicatæ opiniones*, cum suis sibi *suspiciunculis*, & *criminatiunculis*; quibus vel publice, vel privatim, semper impetiti; qui supra *Rabbinos* sapere velle in *Re* & *Lingua Hebraica* reperiebantur.

Et nos calumniolæ istoc honore dignatæ sunt; atque existimati sumus aliquid, nescio quid, parturire, qui *Rabbinorum Grammaticam reformare* ausi; *Rabbinorum Lexica* & *Commentarios defectuum* etiam coarguere sustinuimus; quin *Rabbinos* nihil in *Originibus* nec vidisse, nec videre potuisse, asseveramus.

Sed quiescant hæcce; & modeste rogare liceat *Theologos*, ac *Philologos*, quibus *Hebræa Lingua* tractanda atque percolenda ubique *Orarum regionumque* incumbit, quo tandem nomine nostra non *oppugnent* equidem, sed tamen plus minusve principia quæ sequimur *improbent*, atque a se impetrare non possint,

ut

ut post tot *Demonstrationes Veritatis*, *supra omnem dubitationis aleam subvectæ*, *ac luce meridiana clarius refulgentis*, non mihi, quod petere superbum foret, sed *Veritati*, sed *Demonstrationi* ejus *evidenti*, sed *Causæ Christi* contra perfidam *Synagogam*, sed *Cursui Reformationis* hinc *exortæ*, hinc *provectæ*, hinc *provehendæ*, & ad *Culmen perducendæ*, accedere, atque *Viam Regiam Hebraizandi*, sociatis mecum dextris, insistere audeant.

Compertissimum habeo, ut præmonui, maximam *vim dissensionis* ex *altissime radicata* illa *opinatione Linguæ Sanctæ* semet acuisse; ac proinde mihi promittere & audeo, & debeo, eandem semet, post *Revictionem* nostram, esse remissuram; quin in consensionem amicam convertendam fore.

Sentio interim aliud adhuc a me flagitare posse Eos, quorum mentibus penitius insedit, *Primævam Linguam*, indeque *propagatam* haud dubie *Hebræam*, fuisse non SANCTAM quidem nunc illam, sensu detestabili *Rabbinorum*, sed tamen *Principem*, sed maximis *luminibus* a Deo ipso *auctam*, sed *statui integro & perfecto Adami aptam*, *omniumque* proinde *Eminentissimam*; quin *omnium* sine ulla controversia *Matrem fæcundissimam*; ac propterea *Dialectos*, quæ tanto post demum emersere, quæque *Filiarum* tantummodo *gradu*, ad summum, collocari queant, non videri opportunas, ad *Analogiam Maternæ stirpis* restituendam, multo minus ad *Origines Antiquissimas Radicum*, & *Vocabulorum* inde ductorum, eruendas atque in lucem vindicandas.

Est satis gravis & speciosa Objectio, quam non *Prudentia* solum, sed ipsa *sanior Critica*, *aciesque* solidioris *judicii* suggerere potest, & debet omnibus, qui altioribus studiis avocati, & occupati, *Linguarum Veterum profundiori cultui* se totos dedere nequeunt.

Jus postulant, qui hunc vel scrupulum, vel, ut autumant, scopulum, *Systemati* nostro adversum, removeri postulant.

Insinuavi quidem quam plurimis in locis, quin & duabus

Orationibus Academicis, quæ *Tom.* II. *Originum* ſubnexæ, *Chaldaicam*, *Syriacam*, & *Arabicam Dialectos*, non ſatis accurate vulgo appellitari *Filias Linguæ Hebrææ*, per quam ſtricte intelligunt vulgo *Linguam Primævam;* ſed eas appellandas eſſe *Sorores Dialecti Hebrææ*, quæ ex *una Matre Primæva* enatæ, *Unam* eandemque omnes *ſtirpem* teneant *Antiquiſſimam:* haud ſecus atque *Quatuor Dialecti Græciæ*, *Jonica*, *Dorica*, *Æolica*, & *Attica*, ex una *Stirpe Pelasga vetuſtiore* effloruerunt.

Hæ tamen monitiones, quæ jam non *ſcopulum* ſane, ſed *ſcrupulum* ſic ſatis tenuem, eximere potuiſſent, auditæ haud ſunt, nedum perpenſæ, atque juſtis lancibus examinatæ.

Hoc in *Orbe Erudito* licere, certe decere, nunquam exiſtimabitur. *Digna* erat *materia*, de qua diſquireretur; *gravis* ſatis *cauſa* quæ *ad liquidum* perduceretur; *Utilitas*, *Neceſſitas*, *Auctoritas Veterum Dialectorum*, *Chaldaicæ*, *Syriacæ*, & *Arabicæ* ex æquo, in *ſacri Codicis Lingua*, id eſt, *Dialecto Hebrææ* illuſtranda. Univerſus *Eruditorum* Chorus, inque iis vel *Rabbiniſſimi*, ea de Veritate convictus. Nemo contradixit, niſi vel rotunde faſſus, vel manifeſto prodens, ſe nunquam ad *Literas* haſce acceſſiſſe. Qui *Unius* tantum *menſis* ſpatio *Elementa* ſibi Earundem *inſtillari* paſſus eſt, hanc rem tam parum ambigit, quam *Atticam*, *Jonicam*, *Doricam*, *Æolicam Dialectos*, eſſe *ſororias*. Ne *poteſt* quidem *addubitare;* haud ſecus ac qui *ſolem* ſereno cernit Cœlo *addubitare* nequit, an luceat.

Tali jam *Veritati* aſſenſum negare, quod *opinionibus* vel abſurdiſſimis, vel non fundatiſſimis ſane, quas in adoleſcentia imbibimus, diſconveniant, nemo *Amorem Veritatis* nominitare audeat. Quænam hæ *opiniones?* Præter illam, nunc ſatis confoſſam, de *Lingua Sancta*, hæ *Duæ* peræque imperioſæ, quodque arripuere pro decretis Fidei ſancientes, quia iterum *ſpecie* quadam *religioſa* majoris erga *Codicem Sacrum* venerationis ſemet obvelarunt. *Prima* eſt, *Linguam Hebræam* propter *Antiquitatem* & *Eminen-*

tiam justissimo *Titulo* omnium *Linguarum Matrem* salutari: *Altera*, in *Confusione Linguarum Babylonica* ex *hac* ipsa *Lingua Hebræa*, qua *Codex sacer* consignatus, omnes in universum sive *Dialectos* propiores *Chaldaicam*, *Syriacam*, *Arabicam;* sive *Linguas* longius dilapsas, ut *Armenicam*, *Persicam*, *Scythicam*, *Indicam*, *Turcicam*, &c. &c. itemque *Ægyptiacam*, *Æthiopicam*, &c. nec non *Jonicam*, sive *Græcam*, *Latinam*, *Celticam*, *Germanicam* &c. &c. tanquam *Filias proseminatas* fuisse, cunctas aliquid de *Materno sanguine*, *succo*, *colore*, *distinctius*, *indistinctius*, *trahentes*, atque etiamnum, post tam longam *seculorum* seriem, *Hebræam stirpem* innumeris in vocibus *referentes*, atque *repræsentantes.*

Populares profecto errores! quos *summa* potuisse *fiducia* inculcari etiam ab iis, qui *Hebraica* cum *Græcis*, *Latinis*, aliis *Vernaculis* comparare valebant; quin & qui *Dialectos Orientales*, *Chaldaicam* utique & *Syriacam*, ipsi tractarant, & splendide ornarant, majorem in modum adstuperem; nisi & hic iterum ludum suum lusisset ille *Linguæ Sanctæ* ex *Rabbinismo* haustus conceptus, qui his quoque in *Thesibus* judicia supplantavit insignibus Viris; eas nunquam adscituris, si *Lumen* consuluissent suæ *Eruditionis*, atque a fermento veteri *Scholæ Rabbinicæ* sese removissent.

Ex illo impurissimo *Fonte* videlicet etiam hæ duæ *Theses* effluxere, non tam venenatæ illæ quidem, quam *sex Dogmata Synagogæ* de *Lingua Primæva*, sed tamen *Hominibus Eruditis* parum dignæ; quippe quæ cum *apertas repugnantias* invehunt, tum *sapientissimæ* Dei *in novis Linguis* inducendis *ordinationi*, ac *providentissimæ Gubernationi*, nebulas offundunt.

Res confestim pellucebit, si aperuero quam levem ad ansam, atque quas ad ratiunculas, gemina hæcce sententia subrepserit earundem *Auctoribus;* atque inter *Theologos* ac *Philologos* etiam primæ notæ proserpserit.

In *Dissert.* I. de *Origin.* & *Antiq. Ling. Heb.* *Quæstionem* ponit Clar. *Buxtorfius pag.* 21. & seq. *Quænam fuerit Lingua, quam Deus ab initio Mundi creavit, primisque Hominibus tradidit ac communicavit?* Eam sic protinus dirimit. *Primam & Antiquissimam Mundi Linguam, qua Deus O. M. cum primis nostris parentibus* IN PARADISO, *illi vicissim cum Deo, & inter se, locuti sunt, fuisse* EAM quæ LONGE POST *hominum & Linguarum distributionem* HEBRÆA, *consequentibus etiam temporibus* SANCTA *dicta fuit, sicuti* COMMUNIS *& recepta, ita* VERISSIMA est SENTENTIA &c.

Ad hanc decisionem firmandam, *primo* in aciem educuntur *Auctoritates* qua *Synagogæ Columinum*, qua *Luminum Ecclesiæ Christianæ.*

E castris *Judaicis* antiquiores, primum, *Jonathan* cum *Hierosolymitano Paraphrasta:* Liber *Zohar* totius *Kabbalæ* centrum: *Thalmud Hierosolymitanum*, seculo II. *Æræ Christ.* emissum: *Midrasch* sive *Mysticus Comment. Legis: Tanchuma* sive *Consolatio Israëlis* inscriptum opus. *Bereschith Rabba*, alius ejusdem notæ *Commentarius in Genesin.* Deinde *Liber Cozri*, *Jarchius; Aben-Esra; Gersonides, Nachmanides:* Junctæque umbone phalanges.

Has tamen non esse Veras illas & invictas *Macedonum*, facile sentiens Cl. *Dissertator*, adducit, *secundo*, CHRISTIANOS *Scriptores*, AUCTORES GRAVISSIMOS, *priscos & recentes*, *tam Linguæ Hebrææ* PERITISSIMOS, *quam de Ejus dignitate, præstantia, & antiquitate gravissime ac* PRUDENTISSIME *judicantes;* qui *calculum* suum *magno consensu* & *applausu* huc *adjecerint: R. Gedalja* in *Catena Kabbalæ* hoc ipsum contestante; quum ait: SAPIENTES CHRISTIANORUM *indagarunt quænam fuerit* LINGUA PRIMA: *tandem* TOTUS MUNDUS, *i. e. Omnes confessi sunt, esse* LINGUAM

GUAM SANCTAM, *qua ab Adamo ad* דור הפלגה *seculum Divisionis usi sint Mortales.*

Hoc in agmine *Christianorum*, princeps conspicitur *Hieronymus*, in *Comment.* ad *Zophon. Cap.* 3: 18. ubi in *Hebræo* Vocabulum נוגי *Nuge*, quod valet *dolore confectos*, ut rarius abstrusiusque non intelligens, arripuit *Nugas*, addens, *Quod diximus* Nugas, *sciamus in* HEBRÆO *ipsum esse* LATINUM SERMONEM נוגי *Nuge; & proinde a nobis ita, ut erat in Hebræo, positum; ut nosse possimus* LINGUAM HEBRAICAM *omnium* LINGUARUM *esse* MATRICEM. An poterat quicquam *gravius*, *peritius*, *prudentius*, ad hanc *Quæstionem decidendam* produci? Dicat pro me ipsemet *Buxtorf. Non arguimus hic, an hoc exemplo argumentum Hieronymi possit confirmari: duntaxat* SENTENTIA *ejus adducitur*, QUA AGNOVIT LINGUAM HEBRÆAM *omnium* LINGUARUM *esse* MATREM. An ergo *Agnitio* locum *probationis* in talibus implebit? Certe: nam nec *Origenes*, nec *Augustinus*, nec *Ambrosius*, qui deinceps producti, *Cognitores*, sed tantum *Agnitores* extitere.

Succenturiantur *Patribus* hisce *Lyranus*, *Mercerus*, *Pagninus*, *Bertramus*, *Pererius*, *Junius*, adjecto, *plurimos alios præteriri.* Merito; neque enim finis fuisset, quum *pro certo*, *persuaso*, & *indubitato haberetur*, PRIMIGENIAM *Linguam fuisse* HEBRAICAM, ut scribit *Mercer.* ad *Gen. cap.* XI. *Pagnino* etiam, ut *Grammaticæ* suæ *Hebrææ* pondus & decus adstitueret, *cap.* I. statim insinuante, *Hujus vero Linguæ Auctor fuit Deus* O. M. *qui eam creavit, qui eam primum docuit hominem;* CUNCTIS LINGUIS, (*in quas deinde* DIVISA *fuit*) *&* PERFECTIOREM, *& ad* LEGENDUM APTIOREM.

Sane quot *Scriptores* tunc, tot *Testes* admovere potuisset Cl. *Dissertator;* quum vix *unus* foret aut *alter*, qui ab hac sen-

ſententia dominante recedere auderent; tendentes, quod tamen obtineri non poterat, *Linguam Primævam*, qua *Adamus* & omnes *Ante-diluviani* uſi, penitus *intercidiſſe*, vel in *Confuſione Babylonica* ſaltem ita eſſe *diſciſſam*, atque *inter* omnes *gentes diſſipatam*, ut *qualis* ea fuerit, plane *reſciſci* nequeat. Hoc ut crudius, jure exploſum; atque ea ipſa occaſione tanto fortius, quin & animoſius, præſertim ab iis qui hocce *Fundamentum* ſibi cum *Rabbinis* jecerant *Linguæ Sanctæ*, pugnatum pro *Unitate*, ſive, ut loquebantur, IDENTITATE *Linguæ Primævæ* cum *Hebræa Bibliorum*, etiam ad *omnem rationem*, & *conformationem Dialecti*; quæ utique non primo *Ortu* alicujus *Linguæ Matris* poteſt exiſtere, ſed interveniente *uſu*, & quidem ſatis *longo*, ſolet ſubnaſci, *curſuque* demum *ſeculorum* conſtabiliri, in *regionibus*, *provinciis*, & *civitatibus*, *Unam* quidem *Matricem Linguam* tenentibus, ſed *Dialecto* tamen, id eſt, *Cortice externo* variantibus: ut quantumvis *ſtirpis Unius* ſint, & maneant ſemper, *Rami*, eodem ſucco ac vigore *Radicali* pollentes, tamen ſenſim ſine ſenſu longiuſcule, quoad *exteriorem ſpeciem*, a ſe invicem diſpandantur, atque divergant.

Hæc ſi *Rabbini*, a *Literis Humanioribus*, *Linguiſque*, quas vocitant, *profanis* & *impuris* abhorrentes, dignoſcere non potuere; an a Noſtris, *Græca* & *Latina Eruditione* imbutis, non debuiſſent diſtingui? Sed non anticipandum; filum potius, quod exorſus eram, detexam.

Nempe quam levis eſſet hæc, & *Velitaris* manus, cernens Cl. *Diſſert. pag.* 25. ſic *graviora Arma* commovet. *Sed ne auctoritatibus tantum & teſtimoniis nudis niti, atque ita precaria duntaxat, vel eblanditis ſuffragiis corrogata, hæc Ling. Hebrææ Primæva dignitas videatur; age* RATIONES *etiam producamus* VALIDISSIMAS, *quibus Eadem confirmatur. Rationes aſſeruntur præcipue ſequentes ab Hebræis.*

Ex-

Nemo non expectat *Rationes* a primi Ordinis *Theologo* & *Philologo*, gravissima in causa, de *suo*, id est, de *Christiano* penu, promendas: sed ablegamur ad *Hebræos;* id est, *Synagogam*, Ejusque fastosissimos *Magistros*, juratos & conjuratos *Euangelii gloriæ* inimicos.

Ex iis ergo *prima* affertur *ratio a Natura Ling. Hebr. in genere*, *sive* SUMMA *ejus* PERFECTIONE; *quæ fine* DEFECTU & ERRORE *ullo* OMNES RES *propriissime ac* PERFECTISSIME *denominaret*. *Erat* scilicet *Donatio perfecta*, *perfecto*, *a Perfecto* data, ut habet acumen R. *Azaria* suo in *Lumine Oculorum*, quo sibi suisque lumina extinxit: nam hæc est ipsa illa *Thesis*, quæ *Linguæ Sanctæ* universam substructionem sustentabat: ac proinde *hac* quidem *Ratione* nemo in posterum, meliora monitus, nitetur.

Subditur *pag.* 29. *Dissert.* I. *secundum argumentum*, a *Forma externa* ductum. Hoc a *Rabbinis* ita urgetur, ut contendant *Literas*, *vocales*, *sonos*, *significationes*, *omnium Verborum*, &c. *Universamque* adeo *Linguam Hebræam*, a *Creatore inspiratam* atque *infusam* fuisse; vel *generatim* tantum; vel & *speciatim* simul, per *omnes illas formas*, & *constructiones*, quæ in *Hebræo Codice* comparent. Est *Fanatismus Kabbalisticus*, quem supra nudavi.

Ad hanc ansam de *suo* etiam *penu* Cl. *Dissert. Criticam* destringit *Ratiocinationem*, qua si *Materiam* hanc *ad vivum secuisset*, ad *Veritatem* ipsam sese penetrasset; nunc *cursim* tantum eam *perstringens*, semet elusit, conceptamque jam ante *opinationem* de *Lingua Sancta Adami*, eadem cum *Hebræa*, per omnem *normam Dialecti*, id est, *formam exteriorem*, corroboravit.

Ratiocinium hoc *secundum* sic habet. *Extra controversiam ponendum videtur*, LINGUÆ *alicui* ORIENTALI PRIMATUM *inter omnes Linguas esse deferendum. Cum vero inter has*, HEBRÆAM & CHALDÆAM *ceteris omnibus* PRIO-

RES *esse*, *a nemine Rerum perito in dubium vocetur*, ALTERUTRAM *saltem illarum eam* LINGUAM *esse*, *qua primi parentes locuti*, *haud absurde concludi videtur.*

Cur illud par tantum *Linguarum Orientalium* adduxerit *Vir Doctiss.* quum sciret earum *Quaternionem* ad nos pervenisse, & prægressis *Syriacam* atque *Arabicam* adjugandas esse, non satis perspicio.

Sub oculis certe habebat ibidem adductam *gloriationem Maronitarum*, SYRIASMUM *antiquiorem* HEBRAISMO *contendentium*. Non ignorabat quoque, *Arabes* suæ *Linguæ* idem *Honoris Primævi* arrogare. An nimium visum, si ad *quadrigeminum* jactum *Alea* hæcce demitteretur? in *gemino* certe *Quæstionem* continuit: ita pergens. *Quod si inquiratur cui illarum iste Honos debeatur? convenienter procul dubio respondebitur*, *illam præferendam*, *quæ* SIMPLICIOR & PLANIOR *est*; & *unde*, *sana cum ratione*, *altera deducta* & *derivata fuisse apparet. Atqui sive Vocum*, *Ipsarum spectes* FORMAM, *sive illarum* INFLEXIONEM, *liquebit* HEBRÆAM *priorem esse* LINGUA CHALDÆA; & *hanc ab illa multum*, *illam ab hac nihil*, *mutuatam esse*; *sed quæcunque habet*, ex *suo proprio habere* PECULIO.

Generosum fuit, quin religiosum, *Naturam* ipsam *Linguarum Orientalium*, atque *Analogiæ Formam*, *Judicem* tulisse; Ejusdemque *Arbitrio Litem* hancce *secandam* commisisse. Hanc *Auctoritatem* qui defugit, haud dubie *Veritatem* reformidat. Ea ex hoc ipso *Argumento*, *justo*, *solido*, vere *Critico*, omnes tandem *nebulas*, *Materiæ* huic *offusas*, omnemque simul *dubitationem*, ab oculis mentibusque abstergebit; pervincetque *Primævum* jus *quatuor sororiis Linguis* peræque vindicandum.

Idem asseverare possum de *tertio Argumento*, quo *primatum Ling. Hebrææ* evinci censet Cl. *Dissert.* ex *Notatione*, vel *Etymologia Nominum propriorum antiquissimorum primi Mundi*;

quæ

quæ ex Lingua Hebræa sic deflexa sunt, & causam denominationis in Ea adeo EMPHATICE *& efficaciter explicant, & exhibent, ut* NULLA *alia* LINGUA *eam pari* FLEXU & ENERGIA *imitari, multo minus assequi possit.* Interſertis quibusdam, ſubjungitur. PALMARIUM *hoc est Hebræorum pro Linguæ suæ* PRIMÆVA ANTIQUITATE *argumentum; quod gloriose passim jactant; & utroque brachio movent.*

Ut *Achilleum robur* ſentiatur, *Nomina* propria proferuntur *Adami, Evæ, Kaini, Sethi, Noachi, Phalegi:* itemque *appellativum* magis אשה *Ischa, mulier*, ſic dicta *Gen.* 2: 23. quod ex איש *Isch viro esset sumta.*

Ad hæc longa texitur ſeries *Rabbinorum, Critico* hocce in *Campo* revera *gloriosissime* ſemet *jactantium* &, ut monebat Cl. *Differt. utramque brachium moventium;* non ſolum *dextrum*, videlicet, ſed & *ſiniſtrum;* quo *Cauſam* dum *ſtruebant, deſtruxere*, quicquid *ſolidi* ſuberat, *frivolo acumine* enervantes.

Hæc ſibi reſervari poſtulat *Diſſertatio de Lingua Primæva*, quam *Viæ Regiæ Hebraizandi* brevi *Lucem viſuræ*, ſociam & fidam Comitem addere animus eſt: ut quicquid forte ſcrupuli aliquem hic obſidere adhuc poſſet, *placidiſſima demonſtratione veritatis* eximatur, atque ſumma *ſententiarum* concordia, cum *animorum* pace, circa *graviſſimam* illam *Quæſtionem* conſtabiliatur.

Nunc tantum, ad *tertium* hocce *argumentum* præmonebo, id ſi *aliquid Nervi habeat*, ut *habere* ipſe pervincam, *honorem Juris Primævi* tam parum *Dialecto Chaldaicæ, Syriacæ*, & *Arabicæ* derogari poſſe, quam *Hebrææ;* quippe quæ, ad minimum, *eodem gradu conſiſtant;* atque *ſuam* ſibi *ſortem*, & *hæreditatem* in *Lingua Primæva*, cum *ſororia Hebrææ Dialecti cognatione*, detrahi, & quidem ab iis tantum, qui *Eas* ne a Limine quidem adire dignantur, tandem aliquando indignari poſſent; atque paulo fortius iſtum nec juſtum, nec prudentem, nec pudentem ſane, impetum a ſeſe propulſare.

 Glo-

Gloriam *Primævæ Antiquitatis Ling. Hebrææ* tandem; *quarto loco*, vindicat Cl. *Buxtorf.* p. 40. *Diss.* I. a *Reliquiis*, sive *vocibus quæ post* CONFUSIONEM LINGUARUM *in* OMNIBUS *aliis* LINGUIS *remanserunt*, *quæque vel* PURE HEBRAICÆ *sunt*, *vel* ORIGINEM HEBRAICAM *non obscure demonstrant*. Attexit mox circa *confusionem Linguarum* multum diversam a *duabus* supra pag. LXIV. LXVI. excussis *Hypothesin*; ita pergens. *Et quo quisque populus Hebræis, & ipsorum Terræ, fuit vicinior, tanto quoque plures voces ex Ling. Hebræa retinuit. Sic Syri vel Chaldæi voces plerasque cum Hebræis communes habent, flexione tantum variatas. Sic Arabica cum Chaldaica plurima participat. Remotiores ab Hebræis populi remotiores ab illis Linguas conceperunt.* HEBRÆA *tamen omnium* MATER *in omnibus* SUOS *quosdam* PARTUS *reliquit, qui* MATREM *suam referant, ut Linguarum peritis notum est, & publicis quoque scriptis demonstratum. Ita Joh.* AVENARIUS *in suo Lexico Hebraico Voces* GRÆCAS, *Latinas*, GERMANICAS *cum Hebraicis convenientes, diligenter annotavit. Sic Steph. Guichardus scripsit librum Gallicum, cui Titulus*, Etymologia Harmonica Linguarum, *in quo ultra* DUODECIM LINGUAS *cum Hebræa confert, & earum Originem* ac *significationem ex* HEBRÆA LINGUA *pulcherrime explicat. Et novissime Math.* MARTINIUS *in suo Lex. Etymol. Latino passim idem quoque ostendit.*

Nullam in hisce *Confusionem* cerno *Linguarum*, *quæ* ad *Turrim Babylonicam* subito ingruerit; hominesque ob *Sacrilegium* ibi commissum *Primæva Lingua* uno eodemque die *exutos*, in *omnes* Terrarum *oras* dispulerit. Nihil aliud in his discerno, quam *lentiorem* illam *secessionem Familiarum*, quæ aliis quoque Viris primæ notæ placita; qua *sensim* ac *pedetentim* vel *propiores se formarint Dialecti*, *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*; vel *remotiores* & longius divagaturæ *Linguæ* per *populos longius*

a centro *Terræ Hebrææ recedentes* CONCEPTÆ *sint*, ac *conformatæ*.

Hoc est *Systema* illud, quod tunc tempestatis fere in *Orbe Erudito* obtinebat, atque consentiente *principum* quoque *Criticorum* calculo comprobabatur, adversus pauciores illos, qui *Linguam Primævam* penitus *extinctam*, vel saltem *confusam*, ac per omnes reliquas *diffusam*, tendebant, *corpore Antiquo* per *dispersas Familias* veluti *discerpto* atque *distracto*; unde quælibet Gens *membra*, quæ placuissent, rapuerit, vel potius *truncatas*, & *minutatim concisas* tantum *particulas* secum avexerit.

Merito judicatum nil *confusius*, & alienius, excogitari potuisse: ac propterea tanto junctius conspiratum in *Syntagma* minus violentum, & *specie* multa *rationis eruditionisque* temperatum.

Huic etiam subscriptum adhæsumque haud dubie a Cl. *Buxtorfiis*, *Parente* juxta ac *Filio*; ut hic *plane pleneque* expressum: adjecto & *signaculo quartæ* huic *instantiæ* ex verbis *Steuchi Eugubini* ad *Gen.* 37. *Est autem* LINGUA HEBRAICA, *ut ceteris Linguis* PRIOR *ac vetustior*, *ita* OMNIBUS *admista & interspersa quasi. Ex Ejus enim Vocabulis in omni Lingua reperies; quod & ab* HIERONYMO *sæpius est observatum. Nam* LINGUAM CHALDAICAM *quidem*, ARABICAM, SYRAM, PUNICAM, & ÆTHIOPICAM *sileo; quarum* TANTA *est cum* HEBRÆA SIMILITUDO *ut* EÆDEM *pene esse videantur.*

Hoc *esse* & semper *fuisse* genuinum *Systema Buxtorfianum*, addubitare non patiuntur *immortales Virorum sudores*, in *magnum* illud *Lexicon Chaldaicum* & *Thalmudicum* exhausti; *Opus XXX annorum*, unde ut *Major Buxtorfius* sibi integrum *Vicennium*, ita *Minor* solidum vindicat *Decennium*, cum reliquo cumulo laboris, qui in *Editorem* omnis incumbebat.

Nunquam profecto a se impetrassent Viri laudatissimi, ut tam

arduæ *Provinciæ* humeros subjungerent, nisi ex *restituta Cognitione Dialecti* nobilis insignem *Lucem* in *Hebræam Linguam* debere redundare, & jam ante judicassent, & inter operandum quotidie summo cum fructu persensissent.

Quorsum hæc? Ut ostendam, etiam atque etiam curandum, ut qui *Virorum Eruditorum*, cujus tandem cumque doctrinæ, scientiæ, auctoritatis, dignitatis, *scripta* legunt, sequuntur, venerantur, *Veras* eorundem *sententias* accuratius explorent; neque se implicari patiantur *opinionibus*, & *hypothesibus*, quas *fervor Disputationis* alicujus *animosioris* iis suggerit: inde enim consequatur necesse est, ut quemadmodum *ipsi* ultra *Verum*, quin ultra *Veras* suas *sententias*, se efferri siverunt, ita *Eorum sequaces* & *Vero* cum Ipsis excidant, & simul *genuinis sententiis Eorum*, quibus semet addixere.

Veniamus in rem præsentem. Jam a centum, & ultra, annis creditum fuit a bene multis, *Auctoritate* magnorum *Buxtorfiorum*, LINGUAM HEBRÆAM *fuisse* SANCTAM, ea *Sanctitate*, qua *Kabbalistæ Veteres*, & *Recentiores Rabbini*, Eam mactarunt; media in *Synagoga* hocce suum tanquam *Idolum* simul, simul *Arcem Rebellionis* in *Christum*, erigentes.

Hanc *Sanctitatem Ling. Hebrææ* intendere non potuisse *Buxtorfios*, supra evictum dedi. Nunc idem illud ex hocce *quarto argumento*, quo Cl. *Dissertator* optima haud dubie fide, & pro intima animi sententia, usus est, coarguam.

Qui statuit nempe *Linguam Hebræam* esse ipsam *Primævam*, quæ simul omnium *Linguarum Mater* sit, unde tanquam *fæcundo partu*, ut *propior soboles*, exierint *Dialecti Orientales*, *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*, quæ inde vulgo *Filiæ* salutantur: deinde *remotiores propagines reliquarum Linguarum*, is non potuit *Linguam Hebræam* concipere *Sanctam*, *Rabbinica* illa *Sanctitate*, qua aciem sibi præstringi passus est tum, quum *certamen* illud *infaustissimum* cum *Capello* cum maxime flagraret, atque uni-

universum *Nomen Christianum* per *Europam* erexisset, & collisisset.

Non potest, inquam, ne *concipere* quidem *talem Sanctitatem Linguæ Primævæ*, nisi animum simul inducere possit, ut *in communionem* ejusdem *Sanctitatis Maternæ* etiam *Filias* admittat, id est *Chaldaicam*, *Syriacam*, ac *Arabicam Dialectos*. Hoc ut perabsurdum, & infinita repugnantia cumulatum; ita a *veris* & *genuinis sensibus Buxtorfianis* longissime fuit repulsa ista *imaginaria Synagogæ Sanctitas*: atque qui sub *vexillis Buxtorfiorum* se hac in parte militare autumant, non *Christiana* magnorum Nominum *Signa* sequi, sed *umbram* tantum & *speciem evanidam*, quæ ipsis ad tempus illusit, amplexari reperiuntur.

Reliqua, quæ ex hac ipsa *Hypothesi* de *Lingua Hebræa*, *Matre indubitata* omnium *Dialectorum Orientalium*, *omniumque* in universum *Linguarum*, dicenda haberem; exequi haud vacat, quum ampliora deposcant spatia, quæ in *Dissertatione* de *Lingua Primæva* commodius decurrentur.

Nunc ex digressiuncula, quam *Materia* trahebat, memet revocans, atque ad metam adspirans, fatebor, hanc *novissimam sententiam Buxtorfianam* calculo omnium ferme *Eruditorum* confirmatam, etiam Eorum qui DIALECTOS ORIENTALES comiter venerantur, & mihi in *prima juventute*, tantis sub auspiciis, unice arrisisse, tamque potenter sese insinuasse, ut *non nisi post aliquot annos* inde avelli potuerim, *potentiore vi veritatis*, usque & usque *lucidiores* ingerente *radiolos*, qui tandem *diem* mihi *aperirent*, per *Analogiam* ipsam *Linguæ Hebrææ* penitius introspectam, per *Analogiam* item *Dialectorum Chald. Syræ* & *Arabicæ*, per *cultam*, præfiscini! non indiligentem *Linguæ Græcæ*, & *Latinæ*; per aliarum quoque *Linguarum* cognitionem haud perfunctoriam, inter quas nunc, quia ad hanc rem faciunt, nominare verecunde liceat, præter *Æthiopicam*, *Samaritanam*, & *Thalmudico*-

Rab-

Rabbinicam, *affinitate* cum *principibus Dialectis Hebr. Chald. Syr.* & *Arab.* connexas, *Ægyptiacam*, vel potius *Copticam*, *Armenicam*, *Perſicam*, *Turcicam*, non tam *toto ſolo*, quam *toto Cœlo*, id eſt, *indole* & *conſtitutione Analogiæ Univerſæ*, cum a ſe invicem, tum a *Dialectis*, quas modo percenſui, adeo diſcrepantes, ut citius ex *æthere piſces*, aut *e mari quicquid eſt* in Cœlo *avium* emicuiſſe, ac provolaſſe, aſſeverarem, quam *illas*, quas poſteriore loco tetigi *Linguas*, ſatis tamen *Antiquas*, nec non *Græcam* cum *quatuor* ſuis *Dialectis principibus*, reliquisque minoribus, *Latinam* item aliasque *Europæas*, veteres juxta ac recentiores, quas ſcire mihi aut adire datum fuit, ex *Matre Primæva* vel a *Dialectis ſuis*, ad *partus fœcundiores*, ſi ita placeat, adjuta, emerſiſſe ac *proſatas* fuiſſe.

Non eſt interim, quod miremur, tanto conſenſu in hanc *opinionem* de *Hebræa Lingua* omnium *Linguarum Matre* deſcenſum fuiſſe. Vetuſta erat opinio, quæ inde ab ævo altiſſimas egerat radices. Videbatur dignitatem addere ipſi *Codici Sacro.* Auctoritates auctoritatibus confertæ *Catena* quadam trahebant vel invitos. Alios ſatis blanda in quibusdam ſpecies illectabat: ut μυστήριον ab *Hebræo* מסתר *Miſtar*, *ſecretum:* quæ ſi corticem ſpectes, conſonant: ſi ad *Radicem* penetretur, tam diſſonant quam μύω & סתר *Satar.* Iterum משורה *Meſura*, & *Menſura Latinorum*, idem plane ſignant: at prius a *Sur*, poſterius a *Metiri* haud dubie deſcendit. Innumera talia; ſub *Magnis* etiam *nominibus* in lucem edita. Quum in *Græcis* & *Latinis* non adluceret *Etymon*, continuo ad *Hebræam Matrem* itum, & moſtella fœtuum reluctanti excuſſa. *Martinii Lexicon* illud *Etymol.* ad quod provocatum ſupra, talibus refertum. Audacior volatus *Job. Avenarii*, ipſas *ſignificationes*, quin & *Origines Radicum Hebræarum*, id eſt *Primævas* virtutes, in *Græco*, *Latino*, *Germanico Cœlo* venati per aucupium mirificentiſſi-

tissimæ *alliterationis*, quam verbulo attigi *Tom.* II. *Orig. p.* 178. 180. Sunt *vitrea fracta*, & *scintillæ e silicibus ungula Cursoris equi excussæ*, quibus *Arabum* argutius *Adagium* hocce *genus acuminum* comparat. Plausores tamen bene multos, vel ob ipsam *Hypothesin* de *Matre Hebræa*, nactus vir ingeniosissimus, hanc *Causam* evicisse visus est bene multis *Opere Lusorio*, quo *Eandem* potius *confutatissimam* dedisse censeri debuisset.

Si Cl. *Dissertator* hic iterum non aliorum judicio, sed suo stare maluisset, solo *suo*, & *paterno Lexico Chaldaico-Thalm.* per quod *Res Hebræa veram & solidam accessionem Lucis* percepit, illud *Avenarii* una spongia in perpetuum extersisset. Illius Viri *judicium* quale fuerit, inde facile constiterit, quod in *Præfatione* moneat, se *Linguæ Græcæ*, *Latinæ*, *Germanicæ collatione* usum, eo quod *has tantum Linguas nosset. Alios aliis ex Linguis alia observaturos.* Nempe vixit, quum nec dum *Dialecti* innotuissent; *Chaldaicam*, *Syriacam*, *Arabicam* penitus ignorabat; nunquam profecto huc præcipitii evehendus, si Earum primo tantum *tinctu* fuisset imbutus. *Buxtorfius* contra in *Dialectis pertinctus;* quique agnoscebat *Linguam Chaldaicam*, *Arabicam*, *Syram*, *Punicam*, & *Æthiopicam*, *cum Hebræa tantam habere similitudinem*, *ut* EÆDEM *pene esse videantur*, non debuisset deserere, hac in *Disceptatione*, illam qua præpollebat *peritiam*, ut ad *imperitiam* aliorum circa has *materias* sese accommodaret.

Concludo tandem, lustrata *acie Auctoritatum*, & *Rationum*, quibus *Matrem Linguarum omnium* esse *Hebræam* pervinci arbitrabatur Cl. *Dissertator*, hanc *Causam* omni *jure*, omni *fundamento* esse destitutam; quin eam *Naturæ*, *Rationi*, *Experientiæ*, *Analogiæ*, & *universæ indoli Linguæ Primævæ*, cum *suis sibi Dialectis*, e diametro adversari; atque adeo *admirabilem* Numinis *Sapientiam* in *Linguis constituendis* & *ordinandis* offuscare.

Hæc *largam materiam* ministrant *Dissertationi de Ling. Pri-*

mæva, brevi evulganda, quæ præsentissimis documentis ea, quæ nunc stringo, in clariorem conspectum educet, atque *Naturam*, *Rationem*, *Experientiam*, *Analogiam*, & *Universam indolem Linguæ Primævæ Testem sui* producens, *Eidem soli* omne quoque *Causæ* hujus *Arbitrium Judiciumque* committet; ut Illius fallere nesciis *decretis* stetur, atque hoc in gremio *Veritas* diu multumque jactata, & infinito fluctu circumacta, tanquam fida in statione, conquiescat.

Eadem quoque *Dissertatio* discussum adstructumque dabit, non felicissime calculos subductos a *Maximis Virorum*, quum in *disceptanda Lite* de *Lingua Primæva* nunquam distinxerunt inter *Dialectum*, & *Linguam;* quum tamen pro lumine suæ *Eruditionis* compertissimum haberent, *maximum* esse *discrimen Dialecti* & *Linguæ*. Contendatur ab aliquo, qui limina salutavit *Dialecti Atticæ;* vel, si placet, qui *Isocratem* suum jam probe intelligit; *Dialectum* istam esse *Antiquissimam* totius *Græciæ*, quæ *Jonicam*, *Doricam*, & *Æolicam*, longo intervallo anteverterit; eoque etiam nomine *primatum* reliquis præripiat: ecquid vel minimum *Græcis* in *rebus callere* ac dispicere judicari poterit?

Contendatur item, atque ex illo, contra *Naturam*, contra *Rationem*, contra *Experientiam*, contra *Analogiam Universam*, assumto *Dialecti Atticæ primatu*, eliciatur, *Eam* ergo esse *reliquarum Matrem*, atque *Ionicam*, *Æolicam*, *Doricamque* non altiore gradu locandas, quam *Filiarum*, & quidem *Filiarum Degenerum*, quæ ad *illibatam puritatem*, & *pulchritudinem Primævam* suæ *Matris*, ne e longinquo quidem adspirare possint; ecquid vel tantillum in *Literatura Græca* videre, aut pollere, existimabitur?

Contendatur iterum (imaginatio imaginationem enim prolectat, error errorem trudit) ut *longius* a *Matrice* sua *Attica deflexere*, ita *impuriores* esse reliquas illas *Dialectos Græciæ*, quam

quam ut *Atticus ſcriptor* iis magnopere indigeat, vel ad *Grammaticam*, vel ad *Syntaxin*, vel ad *verborum ſignificationes*, vel ad univerſam *Rhetoricam Græcam* in *Metaphoris*, *metonymiis*, reliquisque *tropis* ac *figuris* orationis, enucleate conſtituendam; ecquid vel ſemet ipſe intelligere cenſebitur?

Contendatur denique, abſurdiſſimum eſſe, ut quis *Antiquisſimæ* illius, &, quod bona fide ſibi perſuaſit, *Primævæ Atticæ Origines*, id eſt, *vetuſtas Verborum Virtutes*, *ex recentioribus* iſtis & impurioribus *Dialectis* conetur inveſtigare, atque *Matri* reſtituere; ecquid *Dialecto* illi *Atticæ*, quam merito maximi facit, quam jure reliquis anteponit, quam propterea unice colere decrevit, veram ita deferret culturam, verum exhiberet honorem? an vero Eidem commoda & lumina ſua invidiſſe reperiretur?

Eſt ſimilitudo multo propior, quam quis primo intuitu ſuſpicetur. *Lingua Primæva*, qua uſus *Orbis Ante-diluvianus*, uſum item *univerſum Genus poſt-diluvianum* usque ad *ædificationem Turris*, ſine dubio inſtar habuit *Annoſæ* alicujus & *Ramoſæ Arboris*.

Hæc pro curſu *naturæ*, & *ſermonis* humani, ante immiſſum etiam *Diluvium*, quædam *principia Dialectorum*, id eſt, *levicularum varietatum* in *cortice*, manente una *ſtirpe*, uno *vigore radicali*, in ſe non potuit ſolummodo, verum etiam debuit admittere, ac ſenſim ſine ſenſu conformare. *Principia* dico *Dialectorum*, quæ *Unitatem Linguæ* non tantum ſervabant; id enim ſemper fecere; ſed etiam *ſocietatis*, & *communionis* ad omne commercium. Non congruebat cum rationibus *Providentiæ*, ut idem iſtud *vinculum Orbem* quoque *poſt-diluvianum* contineret. *Colonias* condi, *Faciem Terræ* diverſis *Civitatibus*, & *Regnis*, impleri volebat Deus. *Unitas Linguæ* iſti conſilio & moderamini *Obſtaculum* poſuiſſet. *Diſperſioni* obſtitum, quoad poterant, a novi *Orbis* incolis; Eique occurrere annisi ſunt

per *Ædificationem Arcis suæ*, & *Turris*, in *campestribus amœnissimis Babyloniæ;* quæ esset *Meditullium Communitatis non divellendæ.* Hoc *Moses* disertim commemorat. Extra *Mosen* sapit, qui ultra sapit. Ista ergo molimina ut uno momento difflaret Deus, *Primævæ Linguæ possessione* iis relicta, quos *iisdem*, vel *circumsitis* in *sedibus*, manere voluit; longius dimittendis & auferendis *novas Linguas inseminavit;* multum inter se *diversas*, & *Universa Analogia* tam discrepantes, ut nihil omnino inter se commune haberent.

Hoc quale sit, hic *exemplis* deducere prolixum foret: *Dissertationi* de *Lingua Primæva* discussionem *amplissimæ materiæ*, atque demonstrationem nostri *Systematis*, in *Natura* & *Experientia* fundati, assignamus.

Eadem *Natura* & *Experientia* sanciunt, atque omni dubitationi eximunt, *Primævam Linguam* non fuisse *excisam* e terris, multo minus *concisam*, ac *concerptam* in laceramenta per totum orbem spargenda: ne *corruptam* quidem *ulla admixtione sordium, fæciumque externarum*, quæ adhuc *nullæ erant*; sed *integram*, qualis ad id tempestatis tot per secula floruerat, remansisse apud *multos* Ejusdem *possessores*, non *Noachum* tantum, & *Semum*, atque *Domum dimidiam Heberi*, quod ad *Imaginariam Lineam* & *Linguam Sanctam* obtinendam audacissime commentos fuisse vidimus *Synagogæ Apices*; sed etiam apud *Syros*, *Chaldæos*, atque ex *Domo Heberi* primum, mox *Abrahami*, & *Isaaci*, oriundos *Arabes*, cum *aliis* adhuc *gentibus*, præsertim *Cananæa*, eodem in *Opere* commodius percensendis.

Inter has *gentes*, quarum ut *sedes*, ita *nomina*, postmodum demum distincta & nobilitata fuere; *Dialecti* quoque *principes* eviguere, *Hebræa*, *Arabica*, *Syra*, & *Chaldæa*, quæ *Unitate Linguæ Primævæ*, & *Radicali societate Maternæ stirpis*, nunquam rescissa, nunquam imminuta, in *cortice*, & *exteriore habitu*, ad *semina* jam ante *Diluvium* concepta, longiuscule ut

locis,

locis, ita *ſonis quibusdam domeſtici* magis *ſermonis*, divergere cœperunt, plane ut in *Græcia* factum fuiſſe deprendimus; ubi ex *Pelasga Matre*, cum aliis minoribus, *quatuor principes Dialecti*, non ſimul ſemelque ſane, ſed curſu temporis, ſuccreverunt; ſeque in diverſas *formas exteriores* induerunt; *Unitate ſtirpis Antiquæ* perpetuo *vigente.*

Ad hæc *indubitata principia* ut *Literaturæ Græcæ*, ita *noſtræ Orientalis*, ſi attendiſſent homines *Eruditi*, nunquam tam *immatura judicia* circa hasce *Materias* introrumpere potuiſſent, atque omnia ſusque deque miſcere.

Quem *conſpectum* inter *Dialectos Græciæ* offert *Attica*, ratione *elegantiorum formarum*, & *contractionum innumerarum*, quæ ex *vetuſtiore Lingua Græca* longo demum uſu, & tritu, enituere; eum *adſpectum* oculis ingerit quoque *Dialectus Hebræa*, qualem eam tempore *Moſis* conformatam jam, atque nitidiſſime perpolitam, cernere datur.

Hanc *Dialectum*, qua *Dialectum*, fuiſſe *Primævam* qui tendunt, non *ſexcentis*, ſed *ſexies ſexcentis*, & *millenis repugnantiis* ſeſe implicant, haud ſecus, atque is, qui *Atticam Dialectum*, qua *Thucydides*, *Iſocrates*, *Demoſthenes*, reliquusque *Flos Athenarum* præcelluit, ipſiſſimam illam *Primævam Pelasgorum* non jam *Linguam*, ſed *Dialectum*, eſſe pertenderet.

Tam capitalis error, quem in *Græca Literatura* nemo unquam, niſi plane *illiteratus*, potuiſſet committere, *Literatiſſimi* etiam *Virorum* in *Orientali* hacce *noſtra* admiſere; pars *Linguæ Sanctæ Primævæ illuſione Rabbinica* præſtricti; pars ſumma tracti veneratione erga *Codicem Sacrum*, ad cujus *Dignitatem* pertinere autumabant, ut ejus *Dialectum* quoque *Primævam* eſſe obtinerent.

Quid *Verbo Dei*, ejusque *Cœleſti Lumini*, hæc vel illa *Dialectus*, hæc vel illa *Lingua* adſtituat *Dignitatis?* Quid item, inverſis vicibus, *Verbum Dei* huic vel illi *Dialecto*, huic vel illi *Linguæ*, qua *Linguæ*, infundat *præcellentiæ*, aut *Sanctitatis?*

Cessent tandem aliquando *Eruditis* hominibus *indignæ* plane *opiniones;* atque cum *fermento*, unde emersere, ad *Synagogam* in perpetuum amandentur.

Hæ tenebræ, de *Dialecto Sacri Codicis* omnino *Primæva*, in *Materiam* nostram nunquam incubuissent, si inter *Dialectum* & *Linguam* rite discriminatum fuisset.

Omnes *Dialecti Græciæ* ut uno *vinculo cognationis* continentur, ita *commune jus* haud dubie possident in *Linguam Græciæ Primævam*, sive ea *Pelasga*, sive *Jonica*, appellitetur, ab *Ione* Gentis conditore; non jam ut *Dialectus*, sed ut *Lingua Matrix*.

Hæc, non præsentis disceptationis, alteri occasioni deputantur. Hic pleno nunc jure subsumo tantum, ut nulla *Dialectus Græciæ* dici potest *Primæva*, sine infinita absurditate, & repugnantia, sic omnes *Natura*, *Experientia*, *Ratione* ducibus, testibusque, dicendas esse *Jonidis Linguæ Primævæ* majores *Ramos*, ac *propagines*, quæ *eundem* ex Ea hauserint succum *Radicalem;* vel quæ, ut in *Matris* insistam imaginem, tanquam *genuinæ* ejusdem *Filiæ*, omnes pari & *Sororio* jure *Maternam Hæreditatem* occuparint, & quidem per *Erctum non citum*, id est, *Patrimonio Primævo non diviso*, sed plane *integro*, quod, in *Linguis* quidem, *Hæreditatis* ipsius *Natura* cogit, ut quævis gens *Matricis alicujus Linguæ particeps* per *Dialectum*, *totam* & *indivisam* Eam possidere; atque omnem ejus *opulentiam maternam* in sinum suum recepisse, censenda sit.

Hoc sane sensu *Linguam Mosis* esse *Linguam Primævam* ultro largior: sed eodem quoque *sensu* ac *jure Linguam Arabicam*, ex *Heberi* primum, dein *Abrahami* & *Isaaci Familiis*, magnis *Coloniis*, magnis *Alveis* dimanaturam, *Linguam Primævam* appellitari posse, ac debere, quivis jam ultro distinctissime internoscere valet. *Aramæam* consimiliter *Linguam*, gemino canali ex *Aram* longe lateque diffundendam per *provincias Syriæ*, & *Chaldææ*, titulo *Primævæ Linguæ* ornari par esse & verum, nemini non in oculos incurrit.

Hoc

Hoc si quis refugeret, *Hebrææ* tantum *Linguæ* id honoris tribuendum pugnans; rationem rogatus, *Eruditis arbitris* dignam nullam, credo, reperiret. Recurretne ad *Sanctitatis cælestem prærogativam*? Ea quidem jam expuncta. An ad *immediatam* saltem *inspirationem*, qua *Protoplastis* infusa Ea? *Naturale* tantum fuit *Munus* hoc, non *supernaturale*; æque ac ipsa *Loquela* & *sermonis Facultas*. An ad *Eminentiorem* ergo *perfectionem*, *virtutem*, *lucem*, quæ isti *Primævæ Linguæ* fuerit inseminata? Hæc *mera* iterum *imaginatio*, qua *Synagoga* greges suos fascinat, ex *Sanctitatis* fermento hausta. Imo vero, inquit aliquis, quia *solâ* ea *Lex* promulgata. Itane *solâ*? Ubi ergo *Oracula Danielis Chaldaice* edita? ubi *Scriptio* item *Chaldaica Ezræ*? Sed quid tandem ille *Mosis Hebræus sermo* ad *Jus Primævum* sibi *soli* vindicandum? Hoc ipsum, inquit, rem decidit; nam vocabula *Adami*, *Evæ*, *Edenis*, *Kaini*, *Habelis* &c. &c. &c. *Hebraica* sunt; & *Hebraicis Radicibus* effloruere. Nil certius: sed simul quoque certissimum, easdem hasce *Radices* esse *peculii* ac *patrimonii Chaldaici*, *Syriaci*, & *Arabici* ex æquo, ac propterea *vi* ac *nervo* hujus *argumenti*, quo *Jus Primævum Linguæ Hebrææ* adstruxisse supra vidimus *Rabbinos*, vidimus Cl. *Buxtorf.* etiam, *Linguæ Chaldaicæ*, *Syriacæ*, & *Arabicæ* id adstructum assertumque censeri debet.

Quid vero, si ipsa illa *Nomina* propria *Adami*, *Evæ*, *Edenis*, *Kaini*, *Habelis*, universamque adeo *seriem Antediluvianam*, & *Postdiluvianam*, plenius & *illustrius* ex *Arabica Dialecto* enucleare liceat, quam unquam a *Magistris* ex *Hebræa* factum? ecquid adhuc *Linguæ* tantum *Hebrææ Primatum* arrogabunt; atque *Luciferi* fumo *Templum Domini* opplebunt? id juris derogando *Linguis Sororiis*, quod Earundem Conditor sapientissimus iis attribuit, atque tam altis, tam evidentibus, notis impressit, ut nullo *seculorum* cursu deteri potuerit, atque obscurari.

Ex hisce jam, oculis, manibus, sensu omni contrectare licet

cet cunctis, qui Veritatem amant, qui Veritatem pati possunt, *Dialectis Sororiis*, non utique *Chaldaicæ* solum, & *Syriacæ;* sed vel maxime *Arabicæ*, eo nomine quod omnium *Sororum* opulentissima, & excultissima sit, atque super *Primæva* stirpe *Primævo* etiamnum vigeat honore, *Hæreditarium* competere *Munus*, ut ubi ob angustias unius *Voluminis*, intra cujus arctiora pomœria nunc *Dialectus Hebræa* coangustatur, nec *Analogia* constet *Grammatices;* nec *concordia pugnantium sæpe significationum* ulla reperiri queat; nec *dignitas*, *ubertas*, *gravitas Linguæ* splendeant pro *decore* & *pondere Rhetorico;* nec *Lumen* præsertim *Originis* ullo in *Lexico* refulgeat; sed contra miris nebulis offuscatum sit, & præstinctum; ut ubi inquam hæc, & alia consimilia, occursent, occursant autem crebro, socias *Sorori Hebrææ* operas præstent, Ejusque tum *Analogiam* solidius, quam confieri potuit, constabiliant, tum *Rhetoricam* splendidius adhuc collustrent, tum præsertim, ad hoc ipsum consummandum, *Origines* plenum in diem educant, atque expromant.

Qui hoc par esse negant, nunquam profecto expenderunt quid negent, quo fundamento negent, quin quanto cum detrimento *Rei Hebraicæ* negent; quod nec *Natura*, nec *Ratio*, nec *Experimentalis demonstratio*, nec *Religio* ipsa, & *Veneratio* Sacro Codici debita, negari patiuntur.

Quis tam inverecundus in *Orbe Erudito*, ut negare sustineat *Dialecto Atticæ*, scriptoribusque, qui Ea purissime usi, infinitam lucem accedere posse ex collatione & copia *Dialecti Jonicæ*, reliquarumque *Sororum* pro *Grammatica*, pro *Syntaxi*, pro *Rhetorica*, pro *Originibus* denique, earumque *nativa indole* ac *virtute primigenia?*

Simillima res & ratio in *Dialectis* nostris. *Hebræa* ob venustas *contractiones*, aliasque *polituras*, cum *Attica Dialecto*, hac in parte, proxime conferri potest. *Arabica* formarum *Veterum* retinentior, *Jonicæ* meretur assimilari. *Chaldaica* &

Sy-

Syriaca eum ferme gradum obtinent, hac in comparatione *Orientalium Dialectorum*, quem *Æolica* & *Dorica* inter *Græciæ Dialectos* sibi vindicant.

Hæc jam inconcussa *Hebrææ Dialecti* illustrandæ, & excolendæ, principia, atque fundamenta, a *Rabbinis* omnibus, quantumvis *Linguæ suæ Sanctæ* opinione obsessis, omni ævo agnita fuere: quum in dubium revocare non possent, quod se oculis eorum cum evidentissima convictione ingerebat. Primi quidem illi sub ditione *Saracenica instauratores* collapsæ *rei Hebraicæ*, seculis IX. X. XI. XII. qui *stamina* posuere *Grammatices*, & *Lexicorum*; ne minimum quidem dubitare potuerunt, eo quod *Dialectum Arabicam* haberent *Vernaculam*; ut supra *pag.* III. insinuatum; atque *Chaldaicam* item ea saltem tenus ex *institutione* illorum temporum inter *Judæos* callerent, quatenus ad *Paraphrastas Chaldæos* intelligendos requireretur. Posteriores item *Magistri*, seculis XIII. XIV. XV. in *Hispaniis*, *Galliis*, *Italia*, nihil ambegerunt; non firmi illi quidem in *Dialecto Arabica*, & *alienis* oculis sæpe vidisse contenti, *suis* tamen usi quoque in collatione *Chaldaica*, quam *Synagoga* nunquam negligi passa est, ob reverentiam *Paraphrasium* hac *Dialecto* consignatarum. Eadem interim religiose semper sanxerat, ut *Hebrææ Matris Primævæ Majestati* nihil *derogaretur*.

Ex horum schola deinceps profecti seculo XVI. Doctores *Christiani*, nunquam *Dialectorum utilitatem* & *auctoritatem* in dubium devocarunt; nunquam eas pro *impuris* vel *corruptis*, vel longissime *degenerantibus*, sprevere; sed maluerunt *Rabbinis*, unde *Eruditionem* suam *Hebraicam* hauserant, id accredere; quam *Fundamenta* labefactare, super quibus *Rem Hebraam* satis pulchre extructam judicabant; atque ad *imaginarias*, & omnis *Confusionis plenas Hypotheses* deflectere *Forsteri* primum, mox *Avenarii*; quarum conspectum delineavi *Orig. Tom. II. pag.* 174--180.

** ** ** ** ** ** *

Ibi-

Ibidem quoque ostendi; lumine *Syriacæ* & *Arabicæ Dialecti* exorto, ac primulos, sub finem XVI. atque initium XVII. seculi, radios spargente, lætius quoque *Literaturam Hebraicam* enituisse; atque cum per *Primipilos Scholæ Criticæ*; tum per *Scholæ Anticriticæ Principes*, admirabilia percepisse incrementa.

Nullus hic inter Eos dissensus; nedum conflictus: nisi quod vehementiores *Critici* nec *Primævam* esse *Hebræam* contenderent; & ipsa *Aramæa* recentiorem eam pronunciarent, sine multa *probationis* cura; quum *Auctoritatem* fere suam ut *probationem* sat idoneam spectarent, ab aliisque suspici cernerent.

Qui non tantum sibi sumebant, tutius videntur existimasse, ut se a *Rabbinicis* placitis non sejungerent circa *Primæva* æque ac *Materna jura*, *soli vindicanda Linguæ Hebrææ.* Sane summi *Dialectorum* vindices, *Bochartus*, *Hottingerus*, aliique huc cum Cl. *Buxtorfiis*, strenuissimis item *Dialectorum* Cultoribus, concessere.

Hinc & mihi, qui horum e *Fontibus* adolescentulus bibebam quotidie, *Primæva* illa & *Materna Dignitas Linguæ Hebrææ* tam alte in medullas erat infixa, ut *Matrem*, & *Filias*, ad *stylum publicum Orbis Literati* per longum tempus frequentarim: donec ad *Analogicam constitutionem* omnium *Dialectorum* admissus, hoc est postquam docendo, & incudem hancce tundendo, ferme consenueram, deprehendi *Hebræam Dialectum Sacri Codicis* tam parum censeri posse aliarum *Dialectorum Orientalium Matrem*, quam *Atticam*, cum omni sua *dignitate* & *præcellentia*, in *Maternam* quoque aliarum *Græciæ Dialectorum auctoritatem* immitti.

Nullum interim divergium erat, quocumque tandem nomine *Hebræam Linguam* insignirent, multo minus divortium, circa *Necessitatem Dialectorum.* Attestantur mihi ipsa illa *Orientalis Literaturæ*, cum *Theologica Sapientia* consociatæ, sidera *Helvetica* Cl. *Buxtorfii*, *Hottingerus*, *Heideggerus*, ex nostris

Cocce-

Coccejus, *Altingius*, &c. &c. aliique Magni, ubique orarum ac regionum, Viri, qui ex *Dialectis* illam, quam appellitare amabant, *Matrem*, ad majorem splendorem provexerunt; eoque nomine immortalem sibi laudem pepererunt. Hoc ne ipsa quidem Invidia inficiabitur; sed quam diu suus *Eruditioni Hebraicæ* stabit honos, usque & usque fateri cogetur.

Qui ergo fieri potuit, ut *Regia* ista *Via*, tot splendidis Nominibus præsignis, quot hoc in studio unquam excelluere, sensim sine sensu ita obscurari cœperit, atque obliterari in *Belgio*, in medio, inquam, *Belgio*, ut ubi Eam ab omnibus vel concelebrari, vel commendari, oportuisset semper, nescio cujus *Novitatis* suspiciuncula respergatur a multis, quam liquet *Antiquissimi* esse *juris*, *usûsque Eruditi*, nemine, ne *Uno* quidem, vel *Theologo*, vel *Philologo*, nisi qui *Dialectos nostras* ignoravit, & ignorare voluit, addubitante, quin *Systema* nostrum in *Natura* ipsa *Dialectorum*, in *Ratione Literaturæ*, omnique *Philologia* ac *Theologia*, in *Experimentali Demonstratione* denique, ac *Evictione*, sit fundatum.

Ad has Lampadas tenebræ, quæ ante duo admodum secula *Ecclesiæ* incubabant, cœpere dispelli. Ad earundem crescens Lumen *Verbum Dei* nitidius identidem effulsit, per elaboratissimas, & a multa fœce repurgatas, Versiones ac Commentationes. Ad plenius earum jubar quicquid adhuc nebularum *Codicem Hebræum* premebat, atque ex vere *Noviciis* & plane *Imaginariis Hypothesibus*, quarum *Quadrigæ* jam *Ecclesiam*, qua *Augustanæ*, qua *Anglicanæ*, qua *Nostræ* Confessionis persultant, denuo Eidem circumfusum est, dissipabitur, atque super *Candelabro Sacrarii* summo in Culmine resplendebit illa *Dialecti Hebraicæ* nativa *indoles*, *dignitas*, *excellentia*, qua etiam ut *Dialectus*, (sejunctim a *Veritatibus Cœlestibus*, quæ omnibus in *Linguis* sunt, & manent, *Divinæ*) qua, inquam, ut *Lingua humana*, *Hebræis* haud dubie *Vernacula*, nulli *Sororum*,

 id

id est, *potentissimarum Dialectorum*, addo nulli vel *cultissimæ* & *copiosissimæ* LINGUARUM, mihi quidem cognitarum, concedit; sed palmam cunctis aut dubiam facere, aut præripere, ex ipsis *Fontibus* ac *principiis Analogiæ* ejus *Universæ* demonstrari atque pervinci queat.

Ad hæc, & alia superius indicata, quibus *Hebræi Codicis Majestas* contra omnes in universum *infaustas Hypotheses* supra omnem aleam evehi tandem, atque in *Arcem* immitti queat, meus labor semper adspiravit. Huc *Originum Tomi duo* collineant. Huc *Opusculum de Defectibus Cognitionis nostræ hodiernæ in Ling. Hebr.* Huc *Clavis Dialectorum*. Huc *Institutiones Ling. Hebr. quibus via panditur ad Analogiam ejus restituendam ac Vindicandam*, cum *Præfatione* satis ampla; quæ si puro tantum oculo *inspecta* fuisset, omnis mea *mens*, *ratio*, *via*, *Veritatis* ipsius & *Religionis* præsidio permunita, sese nemini non *Veritatis* & *Religionis* amanti insinuare debuisset. Huc *Commentarius* in *Jobum*, cum *Præfatione* eandem incudem tundente; huc reliqua, quæ in lucem dedi, tanquam in commune *centrum* ac *Meditullium* conspirant.

Principia hæcce altius jacta esse, quam ut tangi, nedum velli possint, experti, qui facilem sibi de me & meis reculis triumphum promittebant. Nempe nemo nostra vel publice, vel privatim, impetivit, unquamve impetet, quam vel ex ignorantia *Viæ Veteris* & *Regiæ*; vel ex *erronea Hypothesi*, per quam ab ista REGIA, & per *Veritatem* ac *Religionem munitissima via*, sese transversum rapi sivit.

Tales sunt *opinationes* illæ ex schola *Rabbinica* transsumtæ, de **LINGUA PRIMÆVA, EADEMQUE *eo ipso* SANCTA, DIVINISSIMA, LUMINOSISSIMA, PERFECTISSIMA, *ad* NATURAS *ipsas* RERUM PENETRANTE, *ideoque* ORACULIS COELESTIBUS *consecrata: utpote quæ* SOLA *apta nata esset ad* REVELATIONIS PONDUS *ac* DECUS** *susti-*

sustinendum: quaque eum in finem in SOLA FAMILIA HEBERI; & *quidem non tota; sed per* SEMEN *tantummodo* PHALEGI; *atque per* SANCTAM *ejus* LINEAM, *in* ABRAHAMO *continuandam, debuerit asservari, ad* SOLAMQUE GENTEM HEBRÆAM *pro Sacrosancta & inviolabili Hæreditate transmitti; ut hocce pignore, &* סגלה PECULIO COELESTI LINGUÆ SANCTÆ, *universus* POPULUS HEBRÆUS *tanquam* עם קדש *populus Sanctus*, & עם סגלה *populus pretiosissimi peculii, Deo sacraretur;* Ex his, cognatisve, sensibus omnem adversus me vel æstum, vel dissensum, commotum, persentiscet, qui sinum suum pertentare non recusabit.

His nuncium non illubentes, credo, remittent, qui quantum in hisce lateat *æruginis*, & *malignitatis Judaicæ*, adversus *Euangelium gloriæ* protervius sese sufflantis, ex *Revictione* nostra introspexere. Quantum etiam vel *ignorantiæ*, vel *impudentiæ Rabbinicæ* hic non serpat, sed grassetur, quum contra omnem *Antiquitatis memoriam, lucem temporum, Auctoritatem sacram juxta ac profanam, monumentis* & *documentis illustribus subnixam*, omnibus *araneis* & *inaniis inaniorem istam* nobis *telam* contexuere, si forte alicui necdum satis luceat, operam dabo, tum in *Præfatione Grammaticæ Arabicæ*, quæ simul cum hoc *Opere* in lucem prodit, tum in *Dissertatione* nostra de *Lingua Primæva*, quæ jam jam prodibit; ut & hæ nebulæ ab omnium oculis detergeantur; atque indubitata *Historiæ Veritas* omnes istas *offucias præstigiasque* Nationis arrogantissimæ deleat, atque confundat.

Vix autem exputare queo, qui fieri potuerit, ut Cl. *Gussetius*, qui *Hebræam Linguam* comparare ausus cum *Sole*, *suis sibi radiis omnem, quæ requiri possit, lucem abundantissime præstante*, a se impetrare potuerit, ut a *Systemate Buxtorfiano* de LINGUA SANCTA *desciverit*, atque adsciverit *Hypothesin*, quæ toto Cælo ab ista *imaginatione* divertit; eandemque fun-

ditus destruit. *Hebraica Lingua* inquit *pag.* I. *Comment. hominibus creatis statim indita fuit. Sola ab illo tempore existens, & usque ad Babelem superstes; ubi aliæ Linguæ natæ sunt, ipsa non desiit esse, sed inde ad* CANANÆOS *devoluta, ab illis tradita fuit Abrahamo.* Paucissimis lineis *Turrim* superbissimam *Linguæ Sanctæ* solo exæquat. *Cananæos Chami posteritatem*, & *gentem maledictam*, constituit *primarios Hæredes Linguæ Hebrææ*; unde *Abrahamus*, in *Canaänem* translatus, *Hebræam* demum *Linguam* assumserit. Nempe videbat, quod & alii Viri *Literatissimi* viderunt, vim inferri *Historiæ*, non *profanæ* solum, sed & *Sacræ*, quum negatur, Veteres illos incolas *Canaänis* eadem *Lingua*, vel *Dialecto* jam distinctius, fuisse usos, quæ apud *Hebræos* obtinuit. Omnia nomina *propria Virorum*, *Urbium*, *Locorum* in *terra Cananæa*, quum adhuc hospites ibi versarentur *Patriarchæ*, ejusdem plane sunt *monetæ*, ejusdem *formæ & normæ*, qua *Hebraica*. Eadem res & ratio cum universa regione, quum in ejus possessionem per *Josuam* immissus fuit *populus Hebræus*. Omnia jam *Hebræa* ante *Hebræos*, & totus *Liber Josuæ*, Reges *Cananæos* & *partitionem terræ Cananææ* enarrans, mera *nomina Hebraica* nobis offert, non utique *nova*, & tum a *novis colonis* imposita, sed vetusta haud dubie, & a priscis *Cananæis* posita atque frequentata. Qui hoc negaret, jus sibi adimeret unquam quicquam affirmandi, *Pyrrhonis* in scholam ablegandus.

Laudandus proinde Doct. *Guffet.* qui *Linguæ*, vel *Dialecti* potius, ex *Primæva Lingua* derivatæ *possessionem* contra *Historiæ lucem*, & *memoriam* temporum evidentissimam, non extorserit, quantumvis *maledictione Divina percussis*, atque *exitio devotis*, *Cananæis*.

Quod tamen ut æque *dubio vacuum* subsumit, *Abrahamum* ex eorum commercio demum *Ejusdem Linguæ* usum adoptasse, haud perinde laudaverim; non quasi quicquam inde *Dignitati* & *Sancti-*

stimoniæ Abrahami decessisset, ut *Rabbini*, & *Rabbinis* nimis addicti *Christiani*, contenderunt; sed quod subductiorem calculum, & *Veritatem Genealogicam Dialectorum*, ex *Primæva Lingua propagatarum*, aliud sancire, ac postulare deprehendam.

Materia curatius, quam adhuc factum in *Orbe Literato*, pertractanda, atque ex *Analogia*, primisque *Dialectorum staminibus*, eruenda, *Dissertationi* de *Lingua Primæva* delegatur; quippe quæ & *Hæredes* ejusdem, ac *Legitimos possessores* per *Dialectos* inde proseminatas, pleniorem in diem sit eductura: ut, si fieri possit, *Orbis Eruditus* tandem aliquando emergat ex *Confusione* plusquam *Babylonica*, cum qua circa hocce Argumentum multo profundissimum conflictatur; atque discussa nocte, benigniorem cernat Auroram; ad cujus lucem & radios visa somniorum ultro evanescant, atque *Linguæ Hebrææ studium* in *Belgio*, & alibi Regionum, sopitum, quin intermortuum ferme, e veterno, quo per male faustas illusiones obtorpuit, exsuscitetur; atque ad vigorem præcedentis seculi, magnorum ingeniorum in nostro hocce curriculo feracissimi, exstimuletur.

Hæc *Literaturæ Orientalis* auspicatissima incrementa, quæ per cultum *Dialectorum* in *Belgio*, in *Germania*, in *Britannia*, in *Helvetia*, in *Gallia*, in *Dania*, *Suecia*, *Polonia*, *Hungaria*; omnibusque adeo Regionibus, ubi non juratur unam in Versionem *Authentia* donatam; quin & illo ipso in cœtu *Romanensi*, admirabiliter enituere; summis fastigiis delibavi *Origin. Tom.* II. *p.* 99-101. ibidemque insinuavi *præcipuum*, inter tot alia, *Decus* seculi XVII. censendum, quod *Harmoniam quatuor principum Dialectorum* ad *summam evidentiam* provexerit, per quam, qui modo oculos aperire volet, confestim agnoscat unius *stirpis Primævæ quatuor nobiles Ramos*; qui eodem *succo Radicali* vigentes, eundem spirantes florem & honorem Antiquissimæ *Matris*, eandem in *Analogiam Originalem* com-

completiſſime concreſcere reperiantur; haud ſecus atque *quatuor Dialecti principes Græciæ* unam in *ſtirpem Vetuſtam* coaleſcunt, atque *Matris* ſuæ *lineamenta*, altiſſime cunctis impreſſa, repræſentant.

Illa *Harmonia* interim, feliciſſime inchoata, exactius adhuc enucleari ac perpoliri deſiderat: ſociatas hunc in finem operas ſibi depoſcens, non eorum qui *Limina* ſalutaſſe *Literarum Orientalium*, & *Lexica evolvere* poſſe, pulchrum ducunt; ſed qui ad *Adyta* ſeſe penetrare geſtiunt, atque pertinaci quodam tum labore, tum amore, hoc agunt, hoc in opus incumbunt; ex ipſis *Fontibus* hauriendo, pectusque nova identidem copia, & acceſſione lucis, implendo.

Ex *Concordia* illa vere *Sororia*, in qua illuſtranda *publice privatimque* operam navare haud intermitto, ea efflorеſcit *Eruditionis Hebraicæ Maturitas*, quæ *Origines* præbet guſtandas: id eſt, quæ *Lumina* & *Ornamenta Linguæ*, qua *Linguæ*, recludit, atque ad ejus *nativum decus* & *pondus* in omni genere *orationis*, pro *natura* & *dignitate ſtyli*, ſive *pedeſtris*, & *ſocco induti*, ſive paulum aſſurgentis, ſive *cothurno* ſeſe *attollentis*, ſive & *ſublimiſſimum* capientis *volatum*, atque *fulmina* & *tonitrua vibrantis*, ſummo cum voluptatis ſenſu fructuque intromittit.

Hoc, ne jam de *Originum Libris*, earundemque *vindiciis*, aliisque *opusculis*, huc collineantibus, loquar; *Verſio Jobi*, atque perpetuus antiquiſſimi illius, & profundiſſimi, Monumenti *Commentarius* ita demonſtrare cœpit; ut & *Æquiorum* aſſenſionem plenam *Evidentia veritatis* abſtulerit; & *iniquiorum* diſſenſionem ac dubitationem maximam partem minuerit; apud quos non hoc vel illud ſiniſtri affectus lateret; aut quos non *infelices* illæ *opiniones*, quibus hac in *Præfatione* nervus eliſus, detinerent.

Luculentius adhuc, quid in omni *Stylo* valeant pendantque *Origines*, omnium oculis ſenſibusque ſubjiciet *ditiſſimus* hicce *The-*

Thesaurus Proverbiorum, & *Aurifodina* inexhausta *Luminum* simul, simul *acuminum*, quæ tandem cumque omnem in formam sententiosam magna mente concipere, magno ore enunciare, artifice & pictore stylo consignare potuerit Divinitus collustratum pectus Maximi regum, ad amorem Religionis, Pietatis, & Virtutis hinc, illinc odium impietatis & vitiorum inseminandum; atque disciplinam cœlesti *Philosophia* dignam in *Ecclesia* sanciendam.

Ad hæc adyta *Sapientiæ*, & *Eloquentiæ*, non penetratum a *Rabbinis*, nemini mirum accidet, qui attenderit, quam parum hi homines hoc in genere polleant: quamque a *Clavi Originum*, per quam ea unice reserari queant, fuerint imparati.

Nostrorum nimis multi, ultra *Magistros* illos sapere haud ausi, multa non sane sapida dicta *Salomoni* attribuere maluerunt, quam ingenuam edere confessionem sensus hactenus impervii. Grave inde vulnus *Rei Hebraicæ* impressum: quin dignitati Verbi inde non parum subinde derogatum, atque detritum; quum quæ in *Versionibus* offendunt, in *Sacros* ferme *Scriptores* conjici soleant. Imprudentissime: asseverare enim liquido possum, quicquid unquam carptum, taxatumque, in *Stylo Hebræo*, (& quam sæpissime ille carptus;) id ex Fontibus male intellectis, & pejus adhuc transfusis, arreptum fuisse.

In *Proverbiis* nostris copia sese talium offeret. Specimina dabunt *Cap.* 18: 8. & 25: 10. itemque una in vicinia *Cap.* 26: 6. 7. 8. 9. 10. Hoc ipsum autem me ad idem ferme genus adegit commentandi, quod in *Jobum* exantlavi.

Tot fluctibus dissonarum, quin collisarum, opinionum me denuo non committere decreveram.

Consilium minuere, & laborem non subterfugere, jussit verecundia; suasit prudentia; coëgit necessitas. Credi nequit, tanto opere dissideri, ac fluctuari a præstantissimis quibusque In-

terpretum, nisi cunctorum conatus in conspectum expromantur, & quid in iis desideretur, patescat.

Sic demum dilucescit, quid sagacissimos quoque virorum defecerit, destituerit, deluserit, in sensus sæpe vix ac ne vix quidem tolerabiles impulerit: & quanam via ac ratione ex hisce tandem *Defectibus* per uberiorem copiam *Veteris Linguæ*, atque præsertim per *Origines*, emergi possit.

Eidem modestæ & honestæ Libertati, qua aliorum sententias sub examen misi, meas quoque examinandas permitto non solum, sed & committo. Area Domini nobis perpurganda, ut non nisi solidum nitidumque ibi granum remaneat. Paleas quoque meas evannari, lætus spectabo. Causa agitur *Veritatis*. Decus ac pondus *Verbi* ut super *Candelabro* resplendescat, candide & cordate sub oculis *summæ Sapientiæ*, quæ *Academiis*, Religionisque ac Virtutis seminariis præsidet, connitendum.

Illo præsidio fretus, sustinui *Salomonis Sapientiam* integra *Versione*, quantum *Latina* dictione consequi valui, exprimere. Elegantias in ea nullas extra Fontem *Hebræum* captavi; & *Latino* aliquid sermoni decedere malui, quam *Hebræam Syntaxin*, formamque loquendi, dimittere. Hoc ad omnem ferme versiculum deprendent utriusque *Linguæ* periti. Non incidendus fuit nervus dictis *Salomoneis*, ut *Latinitas* mollius flueret. Concisum illud, & abruptum, quod in hisce sententiis viget, utcumque saltem adumbrandum duxi. Adumbrandum dico, nam revera *umbratio* est, quam dedi, non eminens imago pulchritudinis illius quæ in *Hebræo* præfulget.

In *Versionem* inserui ex *Originibus* id tantum, quod genius *Latinus* vel admittere posse videbatur, vel non omnino repudiare. Non parum sæpe tamen illos limites migrandum, & audacius aliquid tentandum fuit. Illam audaciam in primis mihi permisi, quum subjecta *Commentatio* genus loquendi, & construendi, *Hebræum*, vel *Figuras* & *Metaphoras Orientales* declarabat.

bat. Integrum concinnare *Commentarium* haud e re, & utilitate publica, autumavi. Supervacuum erat recte jam constitutis, explanatis, illustratis, vel & suo se lumine ingerentibus, aliquid superaddere: Sententiarum certe a magnis ingeniis conceptarum, ea plerumque virtus est, ut semet in mentem profundius demittant, sine explicatione verbosa; per quam nimium sæpe quantum obscurantur, aut diluuntur. Altum pectus uno ictu persentiscit intime, quod in humilius & angustius ne sub verborum quidem syrmate sese penetrat. Tacita sæpe cogitatio amplam commentationem longissime exsuperat. Hoc consilio, atque hac publici veneratione ductus, abstinui ab iis, in quibus opera nostra onerasset *Librum*, onerasset Lectorem.

Vel sic tamen modum excessisse forte judicabor in longioribus illis cursibus, quibus *Origines* verborum elucidavi. Quid dicam? Trahit sua quemque voluptas. Trahebat tamen & *Operis* suscepti ratio: trahebat ejusdem religiosa obligatio, qua orbi Erudito exponendum fuit, quibus fundamentis, & firmamentis, *Origines* nostræ suffulciantur. *Veritas* lucem amat. Trahebat ergo ipsa *Veritas*, & clariorem in diem educi gestiebat.

Multi post duos *Originum Tomos*; post *Viam Regiam Hebraizandi*, isti materiæ limandæ, & ad *Elementa Rhetorica* demonstrandæ, delineatam; post alia eandem incudem tundentia, etiamnum, quid sint *Origines*, ignorare se dictitant: atque earundem investigationem spernunt. Hoc tantundem est ac si *Rhethoricam* se ignorare dicerent, atque omnia ejus Lumina & Ornamenta nescio quo contemtu ac fastidio delerent. Nunquam eo rem in *Belgio* perductam credidi, atque etiam haud adducor, ut ab iis qui *Sacras* tractant *Literas*, quid *Rhetorices* sit flos, honosque, nesciatur. Deponantur modo errores, quos supra revici; exuantur studia partium; atque confestim *Origines* allucebunt. Eas sub conspectum dant *Indices*, tum *locorum S.*

Codicis qui hinc enucleati, tum *Vocum Hebræarum*, *Arabicarum*, *Aramæarum;* itemque *Græcarum*, ac *Latinarum;* quarum *nativa Virtus*, ac *proprietas*, ſua ſe luce cuivis non illiterato inſinuabit ultro, ac commendabit. Eos digeſſit *Literarum Orientalium* eximius cultor *P. Gyongyoſſi;* cujus induſtriam nemo non mecum agnoſcet ac dilaudabit.

Scripſi *Lugduni in Batavis* poſtridie *Kalendas Majas* A°. MDCCXLVIII.

PRO-

PROVERBIA SALOMONIS.

CAPUT PRIMUM.

Vers. 1 משלי שלמה בן דוד מלך ישראל׃

2 לדעת

Vers. 1 Sententiæ *Salomonis* filii *Davidis*, Regis *Israëlis*.

2 Ad

NOTÆ.

Vs. 1. Vocabulum משלים, amplectitur *Proverbia*, *Parabolas*, *similitudines*, *sententias*, *sententiosa dicta*, in quibus *exemplum* veluti reluceat, quod mentibus *impressum* volumus. Thema משל geminam potestatem exerit, alteram *Dominationis* & *Imperii*; alteram *assimilationis* & *exempli*. Posteriorem cum priore illa ita copulat Cl. *Cocc.* *quod qui assimilatur*, *in potestate sit & dominio ejus cui assimilatur*. Eodem nexu Cl. *Guss.* verba quæ *auctoritatem* habeant & *potestatem* quodam quasi Imperio nos ducendi, appellata censet משלים; quasi *Dominia.* Argutius, quam solidius. Alii ab *assimilatione exemplum*, ab *exemplo parabolam*, & *proverbium*, nec non *sententiam exemplarem* emanasse autumant. Hoc satis limpidum: nec tamen dixerim, ab *exemplo*, & *exemplari virtute*, *dominationem* derivatam. Nempe *Origo* desideratur; quæ sita fuit in *premendo*, *imprimendo*, *premente manu tractando*. Hinc vetus formula *Arabum*, مثل משל מושל ماثل *intensius studium*, ac *robur*, *quo quid premitur*, *urgetur*, atque *efficitur*. Habes משל مثل & مثال *exemplum*, *similitudinem*, *formam accuratissime expressam*, *effictam*, *effectam*; cum *sententia*, seu *sententioso dicto* inde procuso, aliisque usibus, quos jam non exequor. Habes quoque vim *imperandi*, *dominandi*, & *manum inbibendi*, atque adeo *imprimendii cum effectu.* Primaria hæc virtus elucet *Gen.* 24: 2. ubi *Abrahami* servus *Eliëzer* insignitur titulo

המשל

2 Ad cognoſcendam ſapientiam, & diſciplinam; ad intelligenda dicta prudentiæ.

3 Ad capiendam diſciplinam maturationis: juſtitiam, & æquitatem juris, & complanationes.

4 Ad

2 לדעת חכמה ומוסר להבין אמרי בינה׃

3 לקחת מוסר השכל צדק ומשפט ומשרים׃

4 לתת

המשל בכל־אשר־לו *moderantis omnia quæ ejus*, eademque *ſub manu* ac *poteſtate* habentis. Idem cernere eſt *Exod.* 21: 8. & 1 *Chron.* 26: 6. Pulchre *Pſ.* 103: 19. מלכותו בכל משלה *Regnum ejus in omnia vim imbibet effectricem illam*; quam vocamus *dominationem*. Cernis quoque, & ſentis, quid ſit ממשלת *dominium diei*, Soli, quid *noctis*, Lunæ attributum *Gen.* 1: 16. Reliqua ad hos radiolos ultro clareſcent.

Vſ. 2. Creberrime inculcandum mihi erit, omni vi, ac copia *Latini* Sermonis vix ac ne vix quidem attingi gravitatem & dignitatem *Linguæ Hebrææ*. Ne affectandum id quidem, niſi ubi anſula forte aliqua convenientiæ illuc traxerit. Qui pro דעת *ſcire*, *cognoſcere*, ſubſtituerit ad *Originem* verbi ידע *depoſuit*, *condidit penes ſe*, & חכמה *ſapientiam* daret *ſoliditatem*, itemque *diſciplinam* מוסר ex nativa indole *adſtrictionem*, *alligationem*, atque ita ſententiam efferret, *ad condendum ſoliditatem atque alligationem*; obſcurum & putidum cavillatorem, non ſolidum ageret verborum explanatorem. Et tamen nemo in hiſce notionibus non agnoſcit, ac perſentiſcit, aliquid grave, nervoſum, luminoſum; quod *Paraphraſta* ſic repræſentaret. *Ad deponendam apud ſe ſoliditatem ſapientiæ; revinctionemque diſciplinæ.*

Ibid. Vocabulum בינה *prudentia*, ſive *intelligentia*, proprie ſignat *vim ſecantem*, quæ res *articulatim diſtinguat*, *penetret*, *perſpiciat*, *dijudicet*, atque *diſcernat*. Inde הבין ad nativam potentiam iſtius *Conjugat.* eſt *ſibi articulatim diſtinguere*, *penetrare*, *dijudicare*, ac *ſecante acie diſcernere* interiora rerum: quod per *intelligere* utcumque exprimi poteſt. Alibi plura.

Vſ. 3. Splendida figuratio in phraſi לקחת מוסר השכל *ad accipiendam diſciplinam maturitatis*, vel potius *maturationis*. שכל in Lexicis recte exponitur, *Bene rem gerere. Prudenter*, *fortiter*, *feliciter agere*; ut *Cocc.* vel ut alii, *prudentem eſſe*; itemque *felicem eſſe* ac *proſperum*. Sed parum videt in hiſce, qui omnia hæcce *ſecundario* ſtare *gradu* non videt. Cuncta pendent a *primaria* virtute *matureſcendi*, quæ ſub شكل aſſervata apud *Arabes*, cum *metonymicis* item notionibus *congrui*, *proſperi*, & *prudenter*, *feliciterve*, *ſuccedentis negotii*. Apud *Latinos* quoque *maturum* partim pro *prudenter cogitato*, partim pro *feliciter expedito* ſeſe præbuit. Digniſſime poſitum 1 *Sam.* 18: 30. *David præ omnibus ſervis Regis* שכל *maturus erat*; i. e. *ſimul prudens*, *ſimul felix in rebus gerendis*. Admirabiliter in *Pihhel*, *Gen.* 48: 14. *Iſraël* שכל את ידיו *maturas fecit manus ſuas*, in diſpenſandis nempe dextra & ſiniſtra, iiſdemque in Capita *Ephraimi* & *Manaſſis* imponendis: *ſumma maturitate eas diſpoſuit & diſpenſavit.* Qui dant *prudenter direxit manus ſuas*, rem dant, non rei colorem venuſtiſſimum. Qui reddunt, *intelligere fecit manus ſuas*, oſtendunt, quanto damno *Origines Hebrææ* abſint, & negligantur. In *Hiphh.* השכיל exponitur, 1. *intelligere* & *intelligere facere* 2. *feliciter provenire*, & *facere provenire.* Subſtituatur *commaturare ſemet*, vel *alium*, & habebis, quod cum dignitate & gratia ſuis ubique locis applices. Ergo jam מוסר השכל erit, vel *diſciplina maturitatis*, & *percoctæ* veluti *prudentiæ*: vel, quod malim, *maturefactionis* ſive *emat urationis*, per quam *prudentia* & *felicitas* ſimul noſtra conſummatur. Hanc illuſtrem *metaphoram* ſuſtinet quoque verbum לקחת *ad accipiendam*, non *ſimpliciter* poſitum, ſed ex uſu illo ſignantiſſimo, quo לקח ut لقح adhibitum in *concipiendo ſemine*, atque *fœcunditatem* inde *percipiendo*. Venuſta figuratio ad

Vſ.

4 לתת לפתאים ערמה לנער דעת ומזמה :

4 Ad dandam fatuis calliditatem: puero fcientiam, & folertiam.

5 ישמע חכם ויוסף לקח ונבון תחבלות יקנה :

5 Audiet fapiens addetque doctrinam; & prudens artes moderandi acquiret.

6 להבין

6 In-

Vf. 5. clariorem in lucem dabitur. Nunc hæc teneatur Paraphrafis. *Ad concipiendum*, & *in cordis receffu fovendum tanquam femen cœlefte*, *difciplinam ematurationis*, *per quam & prudentia*, *& felicitas tua compleatur.* Omittere hic nequeo fpecimen in *Comm.* ad *Job.* 17: 4. productum לבם צפנת משכל *Cor eorum craffo velut loculo appegifti*, *quo minus maturefcere queat.*

Ibid. צדק *Juftitiam*, proprie valere *rectitudinem rigidam* five *flecti nefciam*, tom. I. *Originum* pervictum. Ad משפט *judicium*, ejusque Thema שפט *judicavit*, non repudiabitur a bonis ingeniis *primaria* poteftas *æquandi*, & *æquationis*; fub سفط refidens: nam *æquare caufas* eft *judicare*: & משפט cum *judicio æquiffimo* confignat *modum* quoque *æquum*, quin & *moderationem temperatam æquitate.* i. e. *humanitate* ac *facilitate.* Inde سفط *Arabibus* etiam eft *benignus*, *humanus*, *facilis*, *liberalis*; quafi *æquus.* Poftremum משרים *complanationes* defignat fecundum *Originem*, five *lævitates complanatas*; quas nulla *fcabrities*, nulla *falebra*, afperet, atque intercidat. Hanc genuinam *Radicis* ישר يسر potentiam *Arabia* nobis e divite penu refundit.

Vf. 4. פתאים *fatui*, arceffi folent a פתה *deceptus* fuit, quafi *opinionibus decepti* ac *delufi.* Altius fcandendum: nam illud *decipi* fecundum *Originem* fuam eft *laxari*; inde mox *laxe*, *negligenter*, *fupine agere*; *remiffum effe* atque ita fe *decipiendum* ac *deludendum dare.* Infra diftinctius enucleabitur. ערמה *calliditatem* malui reddere, quam *aftutiam*, quia *Callidus* in bonum quoque fe porrigit; eftque *Latinis* proprie, is qui *Callum* fibi *obduxit* frequenti exercitio: inde *Callere in arte*, & *Callere artem* mox invaluit, pro *exercitatiffimum in ea effe.* Sic *callidus* pro *exercitato*, *trito*, *fubacto* ufurpari, atque ad *veteres artis*, feu *veteratores*, potiffimum inclinare cœpit; manente tamen jure vetufto in bonum. Noftrum ערמה *exercitationem* item probe *tritam* ac *fubactam* confignat; fed alio ex fonte, *nudi*, & *nudationis*, unde & *Græci* derivarunt γύμνασμα, γυμνασίαν; γυμνάσιον; quo & ipfa *palæftra exercitiis colluctantium nude*, *feque fupplantantium*, dicata continetur: & γυμνάζεσθαι eft *ita exerceri*; curfu verbi mox latiorem in campum permittendo. Ad מזמה item in *bonum* veniens, & in *malum*, opportuniora fefe loca offerent fæpiufcule. Nunc teneatur modo *fubftrictio*, five *inftrictio*, fub عق refidens, unde *folertia fubftricta* ultro fe infinuat, & commendat. Sæpe *audaciam* quoque *obftinatam*, & *facinorofam*, ex eadem vena attraxit.

Vf. 5. Vocabulum לקח *Doctrina*, a לקח *cepit*, *recepit*, fic dicta creditur, vel quod *digna* fit *quæ recipiatur*: quafi *acceptabilis fermo*: vel quod *animos capiat*, atque *demulceat.* Ad *Job.* XI: 4. obfervavi, apud *Arabes* لقح effe *femen*; & quidem *fæcundum* ac *fæcundans* fimul: atque لقاح denotare *florem feminis quo palma mafcula fpathas fæmellæ fuæ adfpergens*, *easdem ad maturitatem perducit fructuum.* Hinc לקח لقح *cepit*, *percepit*, fpeciatim valet *fæcundavit palmam adfperfo flore feminis*: & paffive, *capta*, *percepta eft* palma, *refperfo maris flore fæcunda fætaque reddita fuit.* Hunc fignatiffimum ufum in *Judæa*, *palmifera* illa fertiliffima, etiam viguiffe, ambigi non poffe videtur: atque inde gemmulam figuræ, & delibatiffimum flofculum expromam ad *Prov.* XI: 30. *Fructus jufti arbor eft vitæ*; *& fæcundans animas*, *fapiens.* Sic *Allegoria* ifta non claudicabit, fed pulchro firmoque ftabit talo. A *conceptu prægnantis* etiam *Ezech.* 1: 4. tranflata videtur *Nubes magna*, ואש מתלקחת *& ignis gravidans*; nec non *Exod.* 9: 24. *Grando*, *& ignis gravidans in medio ejusdem.*

A 2 *Ibid.*

6 Intelligendo ſententias, & obliquam figurationem; verba ſapientum, & ænigmata eorum.

7 Timor Jehovæ principium ſcientiæ; ſapientiam & diſciplinam ſtolidi contemnunt.

8 Audi, Fili mi, diſciplinam Patris tui, & inſtitutionem Matris tuæ ne dimittas

9 Nam corolla gratioſa capiti tuo illa; & torques cervicibus tuis.

10 Fili

6 להבין משל ומליצה דברי חכמים וחידתם :

7 יראת יהוה ראשית דעת חכמה ומוסר אוילים בזו :

8 שמע בני מוסר אביך ואל תטש תורת אמך :

9 כי לוית חן הם לראשך וענקים לגרגרתיך :

10 בני

Ibid. תחבלות *moderamenta*, proprie *gubernationes*, metaph. a *Nauclero* deſumta qui חֹבֵל, ut *funis nauticus* חֶבֶל, & *arbor navis* חִבֵּל. Ad *Job.* 37: 12. tactum: & infra ulterius exequendum, cum reliqua ſerie ſignificationum.

Vſ. 6. Rarior vocula מליצה, bis ſolummodo occurrens, diſtrahit: aliis enim eſt *oratio obſcurior, interpretatione egens:* aliis *clara* & *diſerta*, quæ ſit ipſa *interpretatio.* Nempe הליץ a לוץ & ליץ notat *interpretem agere.* Sunt etiam quibus placuit *ſermo figuratior* qualis eſt *irriſoris*; qui לץ vocatur, ut Thema לוץ cum ſuo הליץ pro *irridere* poſitum ſæpiuſcule. Dirimendæ dubitationi *Origo* ſubſerviat. ליץ لاص media *Jod* per חיר حاد exponitur *in Camuſo.* quod eſt *flexit, deflexit: torſit.* Conſimiliter לוץ لاص media *Waw* ibidem iterum חיר حاد *inflexit; obliquo oculo adſpexit. Limis intuitus eſt a dextra, & ſiniſtra*; quod in 3. *ſpecie eſt* لاوص في نظره *obliquavit viſum.* In 4. הליץ الاص *obliquato flexu fecit circuire* aliquid: in 5. denique تلوص declaratur تلوي وتقلب *intortus atque inverſus fuit.* Ex hiſce primariam virtutem in *torquendo*, & *obliquando* ſitam fuiſſe, ſatis liquet. Quomodo לץ *irriſor, ludificator* hinc deductus ſit, ad alia loca dabitur. הליץ quoque, quo flexu pro *interpretem agere* invaluerit, alibi in hiſce notulis reddetur. Nunc tantum teneatur מליצה ex hoc fonte eſſe *Synonymum* חידה *ænigmatis*; quod ut a *flexu*, ita noſtrum hocce ab *obliquatione torta*, nomen invenit. Ex *Hipbb.* ſi, ut *Analogia* ſuggerit, derivetur, ſignatiſſime valebit *obliquans ſeſe oratio.* Hinc omnis ſcrupulus, qui Viros Doctos torſerat, levabitur *Hab.* 2: 8. *Tollent ſuper eo* משל *parabolam*, & מליצה חידות *orationem obliquantem ſeſe flexibus figurarum.* Haud quadrat ibi *interpretatio*, quicquid coloris Docta miſcuerint ingenia. Poſſes quoque preſſius, *participiali* potentia; & *orationem obliquantem flexus:* hoc eſt *flexibus obliquis figuratam:* nam vivente Lingua haud dubie ſtrui potuit הליץ חידות *Obliquare tortos flexus*; pro *obliquis figuris orationem intorquere.* Nempe & חדה *flexum tortuoſum* ex Origine conſignat, a Themate חיר حاد *med. Jo·l*, quod *Arabum* Gloſſatores exponunt per مال *flexit, deflexit*; & لاص *intorſit, contorſit.* Inde حيدة العقدة في قرن الوعل חידה ſpeciatim notat עקרה בקרן היעל *Nodum in cornu rupicapræ. Gjeubar.* Inde translatio percrebuit ad *nodos ænigmatum, flexusque tortuoſos.* Derivatio aliorum a חדד *acutus fuit*, quaſi *acutum dıctum*, ſuffragio *Analogiæ* deſtituitur.

Vſ. 7. אוילים *ſtolidi*; ita dicti ab אול آل *incraſſari*: ut *Græcis Latiniſque* παχεῖς *craſſi*,

10 בני אם יפתוך חטאים אל תבא :

11 אם יאמרו לכה אתנו נארבה לדם
נצפנה לנקי חנם :

12 נבלעם כשאול חיים ותמימים כיורדי
בור :

13 כל הון יקר נמצא נמלא בתינו
שלל :

14 גורלך

10 Fili mi, si illectabunt te peccatores, ne consentias

11 Si dicant, ito nobiscum, insidias nectemus sanguini, & quidem occultissimas, innocenti gratis.

12 Deglutiemus eos instar Orci vivos: & integros tanquam descendentes in foveam.

13 Omne genus opulentiæ prægravis nanciscemur; implebimus domos nostras spolio.

14 Sor-

crassi, pro *stupidis* frequentati. Ipsum quoque *stupere* a *crassitie stipata* ac *compacta* ductum.

Vs. 9. לוית חן *corollam gratiæ* dedi; pro *additamento gratiæ*. Intellige *sertum plexile*, multa se *gratia* & *venustate* commendans: nam נלוה non est simpliciter *addi*, *adjungi*, sed *circumplicari*, [illegible], *circumplecti*; *innecti*. Indicatum jam ad *Job*. 3: 8. indeque לויתן *Leviathan* haud dubie *Serpens contortuplicatus* nomen traxit. Apud *Arabes* لواء לוי est *flexus* ac *spira* Serpentis: & لية *plicatura* sive *plicatio* omnis: a *them*. لوى *flexit; plicuit*, *contorsit*. تلوى *Contorsit se: in semet aut sibimet obtortus ac complicatus fuit:* itemque لاوى *Torsit & inflexit se* serpens; *seque* homini *obvolvit*. Ad *hederam* item, ad *vites*; aliasque res, multo *flexu*, *plexuque sese innectentes*, & *circumplicantes*, se porrigit. Hinc dignitatem agnoscas *metaphoræ Esaj*. 56. 6. הנלוים על יהוה *qui Jehovæ innectentur*, *circumplicabuntur: sese firmissimis nexibus illigabunt*. Applicetur ad alia eodem lumine orationis aucta: & teneatur quoque in transitu, unde idem hocce לוה valeat *fœnerari*, *mutuum accipere*, quod est *obligari*, & *obstringi*, *ære alieno:* & הלוה *fœnori dare*, quod est *sibi obligare*, & *nexu* illo æris *obstringere*. Vide *Deut*. 28: 12. 44. Et *Prov*. 22: 7. עבד לוה לאיש מלוה *Servus est fœnori sumens fœneratori*: ubi ad *nexum servitutis* simul adlusum.

Vs. 11. Hebraismus solemnis נארבה נצפנה *insidiabimur recondemus*, pro, *quam occultissime insidias nectemus*. Ea nempe est proprietas verbi ארב, ارب *nexuit*, *innexuit*. Inde proverbiali formula dicunt ارب عقدته *nectere nodum suum:* pro ita *circumvenire alium ut inde exsolvi nequeat*. Reperies etiam apud *Golium* ارب الدهر *adversa*, *dura*, *& gravis fuit fortuna:* quasi *nexuit nodos*, *struxit fraudem*, *insidiata est*. Non mirabere jam ארבת ab hac radice *fenestras* designare, vel *cancellos*; ab *opere reticulato*, quo *innodantur*. Nec refugies ארבות ידים *Esaj*. 25: 11. convertere *nexus manuum firmiter nodatos*.

Ibid. Variatur in vocula חנם *gratis*. Plurimis valet, *nil tale merentem: qui nulla nos injuria affecit*. Alii ad *Latrones* referunt, qui glorientur se *impune* grassaturos. Aliis *gratis*, est *in cassum*; quasi insinuaretur *frustra futuros* illos grassatores: quippe qui innocenti molientes, sibimet perniciem potius arcessant, ac maturent. Omnino tenuerim *in cassum*; sed propiore nexu, quo נקי חנם *gratis innocens* a *sannionibus* hisce vocetur *virtutis & Religionis cultor*, quem fiducia in Deum sua parum sit adjutura.

Vs. 12. תמימים *integri*, jam non ad *integritatem vitæ* ac *virtutis* refertur; sed vel simpliciter *totos* sonat: ut אליה תמימה *cauda integra*, *tota*. Lev. 3: 9. & שנה תמימה *annus integer* sæpiuscule; vel *integris viribus & fortunis florentes*; ut تميم.

Vs. 13. Sub הון יקר *opes pretiosæ* aliquid exquisitæ & interioris latet elegantiæ; cum

A 3 Oxy-

14 Sortem tuam inter nos jacies: & crumena una erit nobis omnibus.

15 Fili mi, ne eandem cum iis viam eas: cohibe pedem tuum ab eorum tramite

16 Nam eorum pedes ad malum currunt: & festinant ad effundendum sanguinem.

17 Profecto gratis ventilatur rete in oculis omnis alitis.

18 Ast illi insidias nectunt suomet sanguini; & quidem quam occultissime,

14 גורלך תפיל בתוכנו כיס אחד יהיה לכלנו :

15 בני אל תלך בדרך אתם מנע רגלך מנתיבתם :

16 כי רגליהם לרע ירוצו וימהרו לשפך דם :

17 כי חנם מזרה הרשת בעיני כל בעל כנף :

18 והם לדמם יארבו יצפנו לנפשתם :

Oxymoro conjunctum. Nempe הון proprie est *levitas*, *facilitas*, unde, ut apud *Latinis facultates* invaluere pro *opibus*, quibus *facillime vivatur* & *agatur*, ita apud *Hebræos* & *Arabes*, succrevit *Metonymica* potestas *opulentiæ* ad *omnia vitæ commoda redundantis.* Illa *levitas*, *facilitas*, insignitur Epitheto יקר *gravis*, *ponderosæ*, *pondere* & *pretio valentis.* Origo certissima, quam consensus *Dialectorum* sancit, non solum omnibus usibus secundarlis nativum decus & pondus adstituit: sed etiam iis locis, in quibus *gravitas præponderans* desideratur, benignam facem accendit. Specimen sit *Prov.* 17: 27. ubi sive וקר רוח legas, sive cum *Masorethis* יקר רוח exibit tibi, non *pretiosus spiritu*, ut vulgo datur, nec *rarus spiritu*, i. e. *animositate*; quod *Coccejo* nostro placitum; sed *gravis spiritu*, *modesta gravitate præditus*. Lubens quoque 1 *Reg.* 5: 17. & 7: 9. de *fundamentis* Templi אבנים יקרות *Lapides prægravi pondere præditos* reddi paticre: citra *metonymiam*: quamvis & *metonymice* ita appellitentur *gemmæ pretiosæ*. *Prov.* 3: 15. 1 *Chron.* 20: 2. En aliud illustre: *Ps.* 116: 15. יקר בעיני יהוה המותה לחסידיו Converti solet, *pretiosa est in oculis Domini mors piorum suorum.* Atqui *Psaltes* animam suam *morti ereptam* canit, postquam se *vinculis mortis oppressum* deplorasset. *Vs.* 3: 9. Reddatur ergo, sensu & Lingua ducibus, *Grave est in Oculis Domini*, *mortem versus*, *pro piis ejus.* Non patitur eos *prædam mortis* *rapi ad inferos.* Id intendi universa series attestatur.

Ibid. Habet quoque aliquid signatum illud, *Domos nostras* נמלא שלל *inplebimus spolio*: proprie *distendemus*, *effarciemus distentas præ copia.* Sic *distenta ubera*; & *crumena distenta*, pro *fartis*, & *farciendo oppletis* neminem fugere possunt. שלל *spolium* ab *extrahendo* dictum, quod sub سل asservatum. Confer *Ruth.* 2: 16. ubi primaria potestas se exerit.

Vs. 17. Pulchra Allegoria; in cujus connexione laboratur. Plurimis hic placuit adspectus: *quemadmodum aves in rete ante oculos ipsarum jactum*, *expansumque*, *se induunt*: *ita improbi in perniciem pravisam præcipites ruunt*, *neque vel præsentissimo retis jactu sese patiuntur absterreri.* Multum in his desidero. *Aves in retia*, *ante oculos ipsarum jacta*, *involare*, non consciscant Magistri aucupiorum. Constructio quoque חנם מזרה *frustra spargitur* aliud spirat, atque *Jactum frustratum* suggerit. Addo מזרה non simpliciter sonare *rete expansum*, sed *ventilatum*, *cum ventilatione* & *excussione sparsum.* Hoc ubi fit בעיני *in oculis*, *conspectu*, *omnis* בעל כנף *ala præditi animantis*, quantocyus *avolabit*, *seque pesti*, adversus se structæ, *eripiet.* Habes quod ad prægressas præceptiones se accommodet in hunc sensum. *Enimvero rete tibi tenditur*, *quum verbis pellacibus te compellant illi Lucripetæ*: *sed jam monitus*, *volucres imitare*, *quæ quum pestem perniciemque*

לנפשתם׃

19 כן ארחות כל בצע בצע את נפש בעליו יקח׃

20 חכמות בחוץ תרנה ברחבות תתן קולה׃

21 בראש המיות תקרא בפתחי שערים בעיר אמריה תאמר׃

22 עד מתי פתים תאהבו פתי ולצים לצון חמדו להם וכסילים ישנאו דעת׃

23 תשבו

sime, adversus suas ipsorum animas.

19 Sic itinera omnis lucrum inhiantis: animam captantium illud capit.

20 Sapientia in platea personat; in amplis foris vocem suam edit.

21 In capite ferventium *vicorum*; in ostiis portarum; in urbe, dicta sua edicit.

22 Quousque, fatui! amabitis fatuitatem? & fanniones fannam flagrant sibi? elumbesque, *stolidi*, scientiam odio habebunt?

23 Con-

que sibi ante oculos instrui cernunt, ancupem frustrantur, atque deludunt. Id quidem non incommodum: sed commodius, nervosiusque, quod ex nexu cum sequente *Vs.* redundat. *Nulla ales tam stupida, quæ se in rete ante oculos ventilatum, ejectumque, induat: at perditissimi hi peccatores;* suis manibus, *sub suis ipsorum oculis, eas struunt tendiculas, quibus in certissimam pestem* necemque semet ultro *involvant.* Nempe qui *innocentium sanguini insidias nectunt, se in easdem induunt, & innectunt:* quique *tanquam Orcus vivos deglutire* moliebantur *probos; ipsi Orco deglutiendos sese offerunt veluti*, atque *in perniciem suam ruunt.*

Vs. 18. Hunc sensum firmat clausula. Formula בצע בצע *Lucripetam turpem* designat, a notione primaria *secandi, resecandi:* quasi qui undique *exsecant, derodunt, deradunt*, quod *crumenam farciat* ac *distendat.* בצע est κέρμα; ἀπὸ τοῦ κείρειν: unde & κερματίζειν eodem usu invaluit. κερδαίνειν quoque & κέρδος, ex eodem fonte dimanarunt. ב׳נ׳ליו resolutum in בעלי בצע *Domini*, vel *Magistri* κέρμαλος, *turpis lucelli*, notat *eidem toto adfectu deditos & infixos:* a בעל *turfit;* cujus graves & venustas *metonymias*, alia occasioni explanabo.

Vs. 20. *Sapientia in platea* תרנה *personat;* a רנן *tinnulum tremuit;* proprie in *arcu;* cujus ille sonus *Arabibus* رنين ,רנין, & رنّة רנה: ut ipse *Arcus talem sonum reddens* מרנן مرنان appellitatur. Hinc appositissima *metaphora* permitti cœpit ad *vocem altam & sonoram:* sive ad *clamorem tremulum & tinnulum*, quo *aures* fortius *feriantur.* Hic attenditur *vibrans* & *penetrantissima oratio;* prout رنّان רַנָּן ad *Altisonum Oratorem* se porrigit. Aliubi *lætam jubilationem* exprimit: aliubi *quiritationem plorabundam.* Hæc suis quæque locis quisque aptabit. Posterius תתן קולה *vocem suam dat, edit*, potest generalius accipi: potest & specialius, *personat:* nam *edere vocem* sæpe valet *tonare:* vide 2 *Sam.* 22: 14. *Psalm.* 68: 34. *Jer.* 10: 12. Βροντᾶν *tonare* dici *Oratorem potentem*, nemini ignotum.

Vs. 21. Vocabulum המיות absolute positum vel *turbas* notat *frequentes & frementes effuso* velut *æstu:* vel, quod malim, *loca ipsa*, quæ *turbis effusis fervent*, & *æstuant.* Radix המה *æstuavit, æstu efferbuit*, gravissimis usibus se diffundit in omnem dignitatem, ubertatemque, Linguæ.

Vs. 22. Thema אהב *amare, diligere*, vim istam *secundariam* induit a *primaria spirandi, adspirandi, anhelandique;* prout *anhelare aliquid*, est *vehementius petere, & adamare.* Significationes hæ sub هب & اهب, asservatæ. Forma ex פִּיעֵל in פִּיעֵל, & suppresso *Jod*, פִּעֵל descendens, exprimit *affectum intimius fixum.* Sub altera חמד *cupere, concupiscere, desiderare, appetere*, quæ item secundarii gradus notiones, primaria virtus dat *flagrare*, unde mox *flagrantius appe-*

23 Convertamini ad redargutionem meam; ecce ebulliam vobis ſpiritum meum: cognoſcendos deponam penes vos ſermones meos.

24 Quandoquidem clamavi, & gravati eſtis; tetendi manum meam, & non erat qui purgatam præbuerit aurem.

25 Et diſturbaſtis conſilii mei nexam ſeriem; atque redargutioni

23 תשבו לתוכחתי הנה אביעה לכם
רוחי אודיעה דברי אתכם :

24 יען קראתי ותמאנו נטיתי ידי ואין
מקשיב :

25 ותפרעו כל עצתי ותוכחתי לא
אביתם :

petere invaluit. Sic חמדת حمدة النار אלנור in *Camuſo* eſt صوت التهابها *ſonus ſtrepens flagrantiæ ejus*: & يوم יום מתחמר محتمد exponitur مشتد الحر *vehementer calidus*, *flagrantiſſimus*. ליץ *ſannio*, a *Themate* ליץ *torſit*, *obliquavit*, id nominis invenit, ab *oculo*, *vultu*, *lingua diſtorquendis*, atque ad *virulentam* illam *illuſionem inflectendis* quam & *Latini* eadem fere anſa appellarunt *ſannam*, quæ *Os cum vultu diſtortum* ſignat. Hinc *ſannio*, *ſannator*, *ſubſannator*, pro *acerbiſſimo irriſore* ac *ludificatore*. Poſtremum כסיל *ſtolidus*; proprie *elumbis*: qui *lumbo infracto torpet*. كسل *torpuit*; *ſegnis & ignavus fuit*.

Vſ. 23. Radix נבע نبع, eſt *ſcaturire*; & quidem cum *ſtrepitu*; quod eſt *ebullire*: *rebullire*: quaſi *bullis excitatis ſcaturire*. Quum *Latina* conſtructio etiam admittat *ebullire copiam*; *ebullire ſcientiam*, convertere ſuſtinui *ebulliam ſpiritum meum*, ad potentiam *Hebræi* ſermonis vividius reddendam. Gravitatem figurationis nemo aſpernabitur, quæ jucundas explanatori venas aperit. In אודיעה illud *deponere* adjeci ex *origine* ידע & ودع *poſuit*, *repoſuit*; ſpeciatim *aſſervandum vaſe*, *ciſta* &c. Inde in IV. اودع *depoſuit quid*, *ac ſervandum dedit*: *Communicavit* cum aliquo ſermonem; *commiſit* arcana; *pro depoſito commendavit*.

Vſ. 24. Notiones *renuendi*, *recuſandi*, *nolendi*, quæ ſub מאן *ſpecie Pihhel* in *Lexicis* exhibentur, *ſecundario* tantum gradu ſtare, vel imperitior recognoſcat, ſi modo ad *compoſitionis Latinæ* vim his in verbis attenderit. Simplex illud, quod in omni *primigenia* ſignificatione elucere debet, anquirenti, obtulit ſe *gravem eſſe*: unde *metonymice* ductum ſit *gravari* tanquam *onus*, ac *ſarcinam*, *quam* quis *ſubire renuat*, ac *recuſet*. Dialectus *Aramæa* frequentat quoque noſtrum מאן pro *tædio* & *moleſtia oneroſa*. Talis *ſarcina* appellatur مؤونة מאונה & מאנה. Adhuc tamen inter probabilia tantum id haberi velim; donec in plenam probationem evaleſcat. Non tam ſuſpenſo pede verſor ad מקשיב quod integra phraſi eſt מקשיב אזן *purgans aurem*, a קשב قشب *nitidus*, *terſus fuit*. Ita *Jeſaj*. 32: 3. ואזני שמעים תקשבנה & *aures audientium nitidæ*, *purgatæ*, *erunt*: ad figuram illam *Horatianam*,

Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem.

Quum *attendere*, vel *arrigere aurem* dicunt *Latini*, cuivis ratio *metaphoræ* patet. Eandem in *Hebræo* quoque fonte contineri, temere aſſeveraretur. *Auſcultare* profundioris eſt Originis vel ab *auſicula* pro *auricula*; unde *auſiculare*, *auſicultare*, *auſcultare*, eſſet *auſiculam præbere*: vel ab *auſe*, id eſt *aure*, *cultare*, *occultare*, ac *recondere*. His omnibus dignius quid, lectiusque, adfert *nitidare*. *tergere*, *repurgare*, *emundare aurem*, figuratione Orientali genio accommodatiſſima: quam & ſub כרה كري *effodit*, *fodiendo emundavit*

אביתם׃

26 גם אני באידכם אשחק אלעג בבא פחדכם׃

27 בבא. כשאוה פחדכם ואידכם כסופה יאתה בבא עליכם צרה וצוקה׃

28 אז

ne meæ haud annuiſtis.

26 Etiam Ego in exitio veſtro ridebo: ſubſannabo quum adventabit pavor veſter.

27 Quum adventabit tanquam fragor erumpens pavor veſter; & exitium veſtrum ut procella ingruet: quum irruet ſuper vos anguſtia ſtringens, & anxietas opprimens

28 Tunc

vit rivum, puteumve, receperunt: indeque cum magnis interpretibus explicandum duco illud אזנים כרית לי *ambas aures effodiſti mihi, ac nitidiſſime emundaſti: Pſ.* 40: 7. Vulgaria expoſitio, nec genio Linguæ litat; & *typo*, ad quem ſolet trahi, directe adverſatur.

Vſ. 25. Abſtruſior vis & indoles verbi פרע. Lexica dant, *Nudare, detegere. Num.* 5: 18. *Lev.* 10: 6. & 13: 45. Nimis dilute. item *rejicere, deſerere.* Et hoc dilutius. Utraque claſſis a *primaria* virtute *ſcindendi*, adfert *diſſolutionem rei nexæ*, & *ordinatæ*; ut quum *crines diſſolvuntur*, ac *diſturbantur*. Item quum *Linea* ſeu *Filum*, quo *nexæ ſunt margaritæ*, aliæve *baccæ*, *ſcinditur*, ac *diſturbatur*. Talis *linea* appellatur نظام, a نظم, pro quo & نزم נזם effertur, *conſeruit, connexuit margaritas.* Hanc *Lineam*, illuſtri figura transferunt ad *diſciplinam pulchre conſertam* ac *connexam*: omnemque *ſtatum bene ordinatum* ac *compoſitum*. Illius *conſerta lineæ ſciſſionem, diſturbationemque*, exprimit noſtrum פרע. Hinc *Jud.* 5: 2. בפרע פרעות *in ſumma diſturbatione rerum omnium in Iſraële*: quum *Lineæ Religionis, diſciplinæque omnis eſſent diſciſſæ ac disjectæ.* Geminum, 2 *Chron.* 28: 19. הפריע ביהודה *Lineam diſturbavit in Juda, Achazus; & perfidiſſime adverſus Jehovam prævaricatus fuit.* Germanum quoque *Exod.* 5: 4. *Quare populum ab operibus ſuis* תפריעו *diſturbata* velut *linea abſtrahitis?* Confer quæ in *Comment.* ad *Job.* 4: 12. deducta. Nec aliud poſtulat *Eſech.* 24: 14. *Ego Jehova dixi: adventat (quod comminatus ſum) & effecero*: לא אפרע, *non luxabo lineam diſciplinæ ſeveræ; neque connivebo &c.* Languet, quod ibi dari ſolet, *retrocedam*; vel *omittam*: quæque alia. Languidius etiam, quod in hocce noſtro contextu edi ſolet, *deſeritis, omittitis omne conſilium meum*, vel & *rejicitis.* Imo vero *disjicitis* & *diſturbatis* veluti *Lineam ejus aptiſſime nexam, & tanquam admonitionum gemmis, margaritisque, conſertam.* Lucem & gratiam ulteriorem infundet, quod ſtylus ſublimior dat, شنف الاسماع بجواهر العظات *Gemmis admonitionum aures tanquam inauribus ornavit:* & شنف بجواهر حكمه اذني *Aurem meam gemmis ſuæ ſapientiæ tanquam inauribus ornavit.* Voculæ עצה in in *Vſ.* noſtro reſpondet عظة *admonitio*, a יעץ وعظ *conſuluit, admonuit:* ſpeciatim, de *admonitione ſacra*; unde *Orator ſacer* κατ' ἐξοχὴν יועץ واعظ audit. Confer quæ ad *Nawabigh* annotavi.

Vſ. 26. Aliud *ſubſannandi* verbum לעג, crebro occurſurum, jam illuſtratnm dedi ad *Job.* 9: 23. ubi *Originem* ſitam eſſe oſtendi in *vibratione nictante*; & quidem ſpeciatim vel *oculi*, vel *linguæ*, vel *flagri huc illuc moti, aut incuſſi.* Habes fontem unde *illuſio ſannis inſultans* omnem in partem ſeſe diffundat.

Vſ. 27. Negotii aliquid faceſſit Criticis forma שַׁאֲוָה *fragor*; pro qua *Maſoretha* ſubſtituunt שׁוֹאָה. Hoc ſuſpicionem movit textus minus integri; quippe in quo *Waw* manifeſto vel transpoſitum ſit vitio librarii, vel ſaltem ſupervacuum, ac propterea de-

 len-

28 Tunc inclamabunt me, & non respondebo: multo mane quærent me; & me non invenient.

29 Pro eo quod odio habuerunt scientiam; & timorem Domini non elegerunt.

30 Non annuerunt consilio meo, contumaciter spreverunt omnem meam redargutionem.

31 At-

28 אז יקראנני ולא אענה ישחרנני ולא ימצאנני :

29 תחת כי שנאו דעת ויראת יהוה לא בחרו :

30 לא אבו לעצתי נאצו כל תוכחתי :

31 ויאכלו

lendum. Temere. *Waw* illud legitimum. Nempe vel *part. fœm.* est שֹׁאָה, שׁוֹאָה per *quietem tert. rad.* pro שְׁאָוָה; unde mollius, *tertia* in pronunciando suppressa, שְׁאוָה *erumpens fragor*: vel potest esse *substant. segolat.* quod *masculine* שְׁאוֹ, in *fœmin.* reddit שְׁאָוָה *Sjobwaa*, mox in שְׁאוָה *Sjoo-aa* confessurum, ad *Analogiam*: manente *Waw* ad indicium *Radicis*, quæ שאו est; æque ac שאי; nam & שָׁאוֹן item *fragor*, ad easdem leges *quietis* ex שְׁאָוֹן est contractum.

Ibid. Dignissima Radix שאה quæ in nativam potentiam asseratur. *Coccejus* in *Lexico* exposuit, *Confundi*, *conturbari*; eique שואה est proprie *confusio* sive *subita conturbatio*, *ut a procella*. Alii primo loco ponunt *vastari*, *desolari*; atque inde, quia *vastatio* non sine *strepitu* & *tumultu* fit, *perstrepere*, *tumultuari*. In *Hithpah.* השתאה *stupere*, *obstupescere*; *attonari*; quasi *vastari*; ajunt, aut *desolari*: at *Coccejo* id proprie sonat *confundi*. Mitto alia longius nos abductura. Omnia clamant *Originem* adhuc abesse. Eam reponunt nobis *Arabes* sub ثاي שאי *Lacerari*, *diffindi*, *disrumpi cum fragore*: ut quum *discinditur* quod *bene consutum*, aut *compactum erat*: de *veste*, *muro*, aliis rebus. In *Gjeubario* citatur ex Poëta veteri

راتق الثاي اذا النعل زلت

Resarciens rupturam, *quum calceus impegit.*

Id est, *res*, *fortunasque*, *laceratas*. Inde in specie IV. اثاي השאה est *fecit disrumpi cum fragore* regionem, gentem, pro *ferro*, *flammis*, *grassando evastavit*, *desolavit*. Sentias hinc pondus Orationis *Hebrææ*, *Jesaj.* 6: 11. *Usque dum* שאו הֶעָרִים *cum fragore disrumpantur urbes*: *& terra* תשאה *disrupta crepet in siderationem*. Iterum *Jesaj.* 37: 26. *ad faciendum ut cum fragore disrumpantur in acervos revulsos Urbes præmunitæ.* Et *Cap.* 17: 23. in *aquis mutua collisione disruptis cum fragore ac tumultu*. En שואה *procella cum*

fra-

31 ויאכלו מפרי דרכם וממעצתיהם ישבעו׃

31 Atque comedent de fructu viæ suæ; de consiliisque suis saturabuntur.

32 כי משובת פתים תהרגם ושלות כסילים תאבדם׃

32 Sane aversatio fatuorum trucidabit eos: & liquida securitas elumbium (ignavorum) disperdet eos

33 ושמע לי ישכן בטח ושאנן מפחד רעה׃

33 Ast auscultans mihi, reclinabit secure; & liquide tranquillus erit; sine ullo pavore mali.

fragore erumpens. In *Hithpah.* השתאה est quasi *stupore fatiscere* ac *dirumpi.* Ita تاه quoque *debilitationem mentis attonitæ* & *stupentis* ditione sua amplectitur.

Vs. 30. Verbum נאץ *gradum* aliquem *majorem contemtionis* obtinet: qui unde adscitus sit, haud liquet. Succurrit نايص in *Camuso* رافع راسه *caput attollens cum contumacia*, vel *contemtu.* Sed & hoc profundiorem habet *Originem*, quam necdum discutio: quod longiora spatia requirat.

Vs. 32. Thema הרג proprie valuit, ut هرج *minutatim cædere, concidere.* Inde *gravem occidionem* sæpe consignat: qualis & nunc attenditur. Malui propterea *trucidandi* verbo uti, quod istam proprietatem utcumque assequitur. De primaria virtute ש שלו in *defæcata*, & *eliquata*, ut sic dicam, *tranquillitate*, *opulentia*, ac *securitate* inde oriunda, late actum *Origin.* t. II.

Vs. 33. Pulcre dictum, pictumque, ישכן בטח *reclinabit in plano*, vel *planum reclinabit*; ad *summam securitatem* & *fiduciam*, quam nihil infestare unquam possit, repræsentandum. In postremo membro plerosque fugit solemnis *Hebraismus*, quo מן *absolutam* infert *negationem*, a *præcidendo* quod in من מנן continetur. Quod vulgo datur, *tranquillus erit a timore mali*, dilutius exit. Erectior requiritur sensus, & שאנן per se concipiendum, illa virtute, quam alibi adstruxi, *liquide fusi*, ad *summam tranquillitatem* exprimendam. Isti statui cumulus imponitur per מפחד רעה, quod item per se membrum efficit, & clausulam appositissimam. *Demto omni pavore mali: absque ut ullus unquam pavor increpet.* Ita *Job.* 21: 9. בתיהם שלום מפחד *Domus eorum pax; demto, præciso, omni pavore:* & *Hab.* 2: 16. *exsatiatus es inustione ignominiæ*, מכבוד *demta, præcisa, omni gloria.* Adde *Ps.* 107: 25. *emacruit caro mea* משמן *demta pinguitudine omni.* Et *Jer.* 10: 14. *Obbrutuit omnis homo*, מדעת *demta omni cognitione:* uti jam recte Nostri, aliique.

CAPUT SECUNDUM.

Verſ. 1 Fili mi, ſi accipies ſermones meos, & præcepta mea recondes tecum:
2 Aures purgatas præbendo ſapientiæ; inclinabis cor tuum prudentiæ:
3 Quin ſi intelligentiam advocaveris; atque ad prudentiam intenderis vocem tuam:
4 Si veſtigaveris eam ut argentum; & ut theſauros conditos ſcrutatus fueris eam:
5 Tunc intelliges (diſtincte percipies) timorem Jehovæ; & agnitionem Dei invenies.
6 Nam

Verſ. 1 בני אם תקח אמרי ומצותי תצפן אתך׃
2 להקשיב לחכמה אזנך תטה לבך לתבונה׃
3 כי אם לבינה תקרא לתבונה תתן קולך׃
4 אם תבקשנה ככסף וכמטמנים תחפשנה׃
5 אז תבין יראת יהוה ודעת אלהים תמצא׃
6 כי

Vſ. 1. *Accipies* תקח, *Metaphora* illa ſignatiore, quam *Cap.* 1: 3. 5. enotavi. Alterum הצפן *recondes*, item *figurate*, tanquam in *penu*, in *theſauro*. Latius ad *Vſ.* 7. infra.

Vſ. 2. Plena jam phraſi habes הקשיב אזנים *nitidare aures; aures purgatiſſimas præbere.* Redi ad *Cap.* 1: 24. & adde *Pſ.* 130: 2. & 2 *Chron.* 6: 40. *ſint aures tuæ* קשבות *purgatæ.* Alia quoque forma *Neh.* 1: 6. און קשבת *Auris ſemet purgans.* i. e. *aperta* & *promtiſſima.*

Vſ. 7. Nodum nectit criſis *Maſorethica*, quæ pro וצפן margini appoſuit יצפן *recondit*; nempe *Dominus.* Mihi tutius quod in *textu* poſitum, quin & cumulatius: *& recondere æquis*; id eſt, *& quod recondant ſibi æqui*, tanquam theſaurum; ipſa *ſoliditas*; nempe *ex ore Domini* eſt. quæ ſoliditas ſapientiæ *clypeus ſit incedentibus integerrime.* Sic omnia rotundius exire videntur. צפן *condere, recondere* in loculo, in theca, in theſauro: unde מצפנים *theſauri*: *Obad. vſ.* 6. itemque צפון *Pſ.* 17: 14. Hinc *Pſ.* 31: 20. *Quam ſpiſſum bonum tuum, quod* צפנת *recondidiſti timentibus tui.* Proprie *compegiſti, congeſſiſti in theſaurum.* Nempe صفن in ſtirpe valuit *pangere, appingere, compingere:* atque inde صفن eſt وعاء *vas, loculamentum*, in *quod aliquid reconditur.* Hinc *Job.* 23: 12. *præ demenſo meo* צפנת *recondidi verba Oris ejus:* tanquam *in penu aggeſſi*, ac *compegi.*

Vſ. 8. חסיד *pius* non tantum de *hominibus*, ſed etiam de *Deo*; *Jer.* 3: 12. חסיד אני *pius Ego, ait Jehova, non aſſervabo iram in æternum.* Ita apud *Latinos* quoque *pietas* tam *Numinis*, quam *hominis*; a primaria virtute, quæ adfert *ubertatem ſucculentam*, quæ eſt in πῖον, & πίαρ. Eadem proprietas *Thematis* חסד *uberavit, ubertate ſucci affluxit.*

6 כי יהוה יתן חכמה מפיו דעת ותבונה :

6 Nam Jehova dat sapientiam; ex ore ejus *est* cognitio & prudentia.

7 וצפן לישרים תושיה מגן להלכי תם :

7 Et quod recondatur pro rectis solidum (& quam recondant sibi recti solidam rem;) *quod* clypeus sit incedentibus in integritate.

8 לנצר ארחות משפט ודרך חסידו ישמר :

8 Ad servandum itinera æqui juris; & viam piorum suorum custodiet.

9 אז תבין צדק ומשפט ומישרים כל־ מעגל טוב :

9 Tunc distincte percipies rigorem justitiæ, & æquitatem juris; & complanationes, omnem orbitam boni.

10 כי תבוא חכמה בלבך ודעת לנפשך ינעם :

10 Quoniam intrabit sapientia in cor tuum; & cognitio animæ tuæ delicata erit.

11 מזמה תשמר עליך תבונה תנצרכה :

11 Solertia excubias aget super te; prudentia te tuebitur.

12 להצילך מדרך רע מאיש מדבר תהפכות :

12 Ad eripiendum te e via mali; e viro loquente perversitates.

13 העזבים

13 De-

fluxit. Est *Arabum* حشد, unde in *Camuso* extat حشدت الناقة *uberibus plenis affluxit Camelus;* quæ inde حشود dicta: itemque עין חסד عين حشد *fons affluens jugiter,* & *exuberans.* Hinc חסד حشد invalescere cœpit pro *studio promtissimo omnis officii*, in *quod quis velut exuberat.* Ita חסד nunc *virtutem* signat & *pietatem:* nunc *munificentiam*, & *benignitatem;* nunc *officium* omne *humanitatis*, *summo studio oblatum*, *præstitumque.* Hæc qui observant, *Exuberantium* חסידים titulo insigniti.

Vs. 10. בא hic non simpliciter est *venire*, vel *intrare;* sed *intrare tanquam in hospitium.* Sic *Arabibus* باءة באה est *mansio*, *hospitium:* ut & مباءة מבואה *diversorium:* & verbum ipsum بآء בוא speciatim *intravit hospitium.* Unde apud *Golium*, بوّأ *paravit hospitium, vel mansionem, in eamve recepit, atque ibi locavit.* Verbum נעם *suavem, delicatum, amœnum esse*, istas *metonymicas* notiones induit, a *propria* & primaria *mollitiei*, & quidem *tenerrimæ*, quæ *teneritudine* sua *mulceat.* Ita נועם ناعم exponitur, *Mollis, lenis, tener, amœnus, delicatus, voluptate omni juvans.* & נעים نعيم *commoditas, voluptas; opes; bona omnia, quibus quis fruitur & deliciatur.*

Vs. 11. Jucundus lusus in מזמה תשמר עליך *Solertia excubias aget super te.* Nempe מזמה a זמם *adstrinxit*, proprie sonat *adstrictionem* illam *mentis*, qua quis se solertius applicet, & intendat, ad agendum. שמר generatim *servare, custodire*, speciatim *custodem agere, excubare, vigilare*, in Origine valet *succingi.* Unde ad *vigilem curam, custodiamque* facilis transitus.

 Vs. 15.

13 Derelinquentibus itinera planissima, ad incedendum in viis horridæ caliginis.

13 העזבים ארחות ישר ללכת בדרכי חשך :

14 Qui lætantur quum patrant malum; exultant in perversitatibus nequam.

14 השמחים לעשות רע יגילו בתהפכות רע :

15 Quorum distorta sunt itinera; quique in orbitis suis flexuosi sunt.

15 אשר ארחתיהם עקשים ונלוזים במעגלותם :

16 Ad eripiendum te a femina aliena, a peregrina, quæ lubricat suos sermones.

16 להצילך מאשה זרה מנכריה אמריה החליקה :

17 Quæ

17 העזבת

Vs. 15. עקש non *perversus* tantum, sed majore illo gradu, qui in *distortus* cernitur. Monui jam sub fine *Clavis Dialect.* in *Addend.* collato عقص, & عقيصة *torta, in spiras contorta coma.* Adjicio nunc ex *Camuso* عقش pro *flagellis contortis* & *distortis palmitum*: nec non pro *specie oleris contortuplicati*: quemadmodum Thema ipsum عقش est *contorsit, contortuplicavit.* Verbum לוז non *recessit* proprie, quod *Lexica* offerunt, sed *flexit, obliquavit*; ut لاث, & لاث. Inde لوث *flexus, ambitusque, montis*: itemque *flexus vallis fluminisve.* Inde jam נלוזים non *retrocedentes*, quod Cl. *Cocc.* exhibet, sed *flexuosi*, *flexibus multis obliquati.*

Vs. 16. Minus concinne אמריה החליקה a plurimis conversum, *sermonibus suis blanditur.* Genius Linguæ poscit, *sermones suos lubricat, glabros & lubricos reddit.* חלק ut خلق est *lævis, glaber, lubricus fuit*; *Gen.* 27: 11. 16. Inde חלקות *lævitates glabræ, lubricæ*; *Ps.* 73: 18. quæ & signantiore forma חלקלקות *Ps.* 35: 6. & alibi. Inde *Ps.* 55: 2. חלקו מחמאות פיו *Lubrica sunt butyracea oris ejus.* Simile occurret *Prov.* 5: 2. חלק משמן חכה *Lubricum est præ oleo palatum ejus.* Utrobique duplex se potentia exerit, altera propria, quæ *butyro* congruat, & *oleo*: altera impropria, quæ verbis *mollibus*, *lævigatis*, *blandis*, & *adulatoriis* quadret. *Glabram, & lubricam facere linguam* החליק לשון habes *Ps.* 5: 7. ubi iterum minus feliciter vulgo, *blandiri lingua*: quia sic venustus ille color, quo *blandimenta* pinguntur, non lucet. Admirabiliter conformatum *Ps.* 63: 3. החליק אליו בעיניו *Lubricat erga sese oculis suis*: hoc est, *oculis lubricis semet miratur, circumspicit, adulatur.* Infra *Cap.* 7: 21. habebimus חלק שפתים *glabritiem lubricam labiorum*; ubi cum *amatoriis blanditiis*, *lasciviæ lubricitas* conjungenda. Pariliter & hic, *lubricare sermones* haud dubie *blandimenta lasciva* complectitur.

Vs. 17. אלוף aliis *ductorem* sonat, aliis *Amicum.* Utrumque in *Maritum* quadrat. Thema אלף الف adfert *conjunctionem intimam*; atque inde apud *Arabes* exponitur; *assuetus fuit. consuevit. didicit*: item *mansuefactus est*: itemque *copulavit, sociavit, conjunxit.* الف *familiaris socius, consuetudine junctus*; qui & אלוף الوف, nec non אליף اليف. A *conjunctione* descendit אלף الف *mille*, quasi *conjunctio & copulatio major* numerorum. Eadem vox *familiam* quoque & *cognationem* designat; itidem a *conjunctione.* A *mansuefactione* vel *assuefactione* ducta est no-

17 העזבת אלוף נעוריה ואת ברית אלהיה שכחה :
18 כי שחה אל מות ביתה ואל רפאים מעגלתיה :
19 כל באיה לא ישובון ולא ישיגו ארחות חיים :
20 למען תלך בדרך טובים וארחות צדיקים תשמר :
21 כי ישרים ישכנו ארץ ותמימים יותרו בה :
22 ורשעים

17 Quæ derelinquit Socium juventutis suæ; & fœdus Dei sui oblivione delet.
18 Sane sidit ad mortem domus ejus; & ad Orcinos orbitæ ejus.
19 Omnes intrantes eam non revertentur; & non assequentur itinera vitæ.
20 Quocirca ambulabis in via bonorum; & itinera justorum custodies.
21 Nam recti inhabitabunt terram; & integri in ea nervabuntur.
22 At

notio tertia *bovis*. Inde & *discere* succrevit, quasi *assuescere*, *assuefieri*: ut *docere* in *Pihh.* quasi *assuefacere*: *exercere*, *familiari exercitio erudire*: prout *Arabes* id enucleant. Pro *Amico & socio intimo* אלוף nostrum haud dubie venit *Ps.* 55: 14. nec non *Prov.* 16: 28. & 17: 9. ubi attenditur ad Originem *summa familiaritate copulati* ac *conjuncti*. At *Jer.* 11: 13. cohærent כבש אלוף *Ovis mansuetissima, familiarissima.* Quod attinet ad significationem *Ducis*, *Ductoris*, in nostro אלוף, eam non a *Bove* descendisse, sed a *socio junctissimo*, prout صاحب *socius*, *comes*, in potestatem *præfecti* commigravit, alibi jam submonui. Quodcumque ergo sequare, *socium* habebis *conjunctissimum*.

Vs. 18. Plerique dant; *declinat ad mortem domus ejus*. Alii maluere, *declinat* adultera *ad mortem domum suam*, vel *quoad domum suam*. Acute *Cocc.* in *Lex.* *Nam depressum est ad mortem, domum ejus ire*: ut prius membrum *impersonaliter* concipiatur; posterius in *ellipsi*. Conatus hi posteriores inde nati, quod בית & שחה *genere* videantur discrepare. At quum *Segolata* fere communia sint, scrupulus ille tanti non est: præterquam quod in totum levari possit, si *He paragogicum* habeatur. Pro *declinat* autem, vel *vergit*, reddendum potius *sidit*, *subsidit*, *ad mortem Domus ejus*: nam ساخ per رسب *subsedit*, *immersus fuit* exponitur in *Camuso*: & تسوخ est *immersus fuit in lutum*: *subsedit in fundo*. Eadem est potentia Sororiæ Radicis ثاخ, quam *Phiruzab.* in *Camus.* declarat per خاض *mergi in profundum*. Hinc שוחה & שיחה *fossam* consignant, & quidem *lutosam*, *in qua sidatur*. Quid ponderis contextui superaddat ista imago, nemo non cernit. Abstrusius vocabulum רפאים *Rephaim*, late discussi ad *Job. Cap.* 26: 5. ubi *Orcinos* reddidi, sive *Manes Orco addictos*.

Vs. 19. Habet aliquid in recessu illud; *ineuntes eam non redibunt*. De *vastis* nempe & *imperviis desertorum*, aliisque *viis inviis*, in *præcipitia* ac *voragines* deferentibus, dicunt Orientales, *non datur ex hac via reditus*. Hoc decentissime hic applicitum; ad *certissimum exitium talis commercii* depingendum.

Vs. 21. Verba ישכנו, & יותרו summa cum venustate respondent sibi invicem, resonantque. Prius *reclinari* hic speciatim notat *tendere*, *tentorio posito occupare*, & *habitare*: posterius יותרו *nervabuntur* oculis subjicit *nervos*, sive *funes nerveos*, quibus *tentoria* firmantur. Ita *Jer.* 10: 20. *Tentorium meum evastatum est, nervi mei convulsi sunt.* Et *Exod.* 35: 18. *paxilli* המשכן *Tentorii*, *Atriique*; & מיתריהם *nervei funes eorundem.* Apparet ישכנו *reclinabuntur*, *residebunt*; & יותרו *nervabuntur*; *nervis, funibus bene firmis irroborabunt in terra*, sibi invicem recinere. De שכן ejusque *proprietate* infra. Nunc Radix יתר enucleatius pan-

22 At improbi exſcindentur ex terra; & perfidi ex illa everrentur.

22 ורשעים מארץ יכרתו ובוגדים יסחו ממנה :

CAPUT TERTIUM.

Verſ. 1 Fili mi, inſtitutionem meam ne obliviſcaris, & præcepta mea ſervet cor tuum.
2 Nam

Verſ. 1 בני תורתי אל תשכח ומצותי יצר לבך :
2 כי

pandenda: in *Lexicis* redditur *excellere*, *præſtare:* item *reliquum eſſe*, *ſupereſſe*, *redundare.* יותר *reſiduum*, *amplius;* יתרון & מותר *præſtantia; excellentia.* Itemque *Segolatum* יתר tripartita notione *Reſiduum; excellentia; nervus* aut *funis.* Nihil in hiſce *primarium;* & fruſtra acumen ſuum in iiſdem digerendis fatigarunt homines Eruditi. *Primario* proximum haud dubie יתר *nervus.* Is a *Græcorum* νεῦρον; quod ἀπὸ τῦ νεύειν *nuere*, *tremulum vibrare.* Eadem proprietas verbi יתר, وتر, quod eſt inter ὀνοματοπεποιημένα, conſignans *intenſiorem illum tremorem*, qui reddat ſonum *Tir.* Inde apud *Golium* in II. *Specie* habes, *tetendit* arcum, *obducto nervo*, & quidem *validius.* In IV. item אותר اوتر *nervum obducens tetendit* arcum: & توتر תותר *durus tenſusque fuit* nervus: veluti *Tir* reſonans. Ex hoc fonte ותר وتر eſt *Nervus*, ſive *arcus*, ſive *citharæ*, & quidem *tenſus.* ותרה وترة *imbrex* naſi; *frænum* linguæ. *Sphincter: vinculum* ſive *nervus dorſi.* Itemque, *pars illa arcus unde emittitur ſagitta.* Vides in omnibus illud *intenſe vibrans:* quod & loca *Biblica* exerunt, ubi יתר pro *nervo* adhibetur; ſive *arcus*, ſive *tentorii*, vel & pro *funibus firmis* generatim. *Pſ.* 11: 2. & 21: 13. *Job.* 30: 11. *Jer.* 10: 20. *Jud.* 16: 7, 8. 9. Inſigni *figuratione* dictum *Job.* 4: 22. *Ecce nervus eorum, qui in ipſis, eſt Nihil* לא τὸ μηδὲν; & quidem נסע *revulſum*, *ſemet convellens*, *conſcindens*, *lacerans* mole mortalitatis ſuæ. Habes cum iſto *Nervo*, *Robur vibrantiſſimum;* ſentisque quomodo ultro hinc ſuccreverit poteſtas *excellentiæ*, & *præſtantiæ:* nec non *vigoris durantis.* Hanc ad anſam *part. præſ.* יותר *vibrans*, notate cœpit *eximium*, *amplius*, *præcellens;* & יתרון *præcellentiam*, quæ *vibret* quaſi *præ* aliis, ſupra eas *eminens.* Signatiſſime *Gen.* 49: 4. *Ruben primogenitus meus Tu*, *robur meum & principium virium mearum;* יתר שאת ויתר עז *vibrans nervus eminentiæ*, & *vibrans nervus vigoris.* Eodem colore mox *Vſ.* 5. ſubnexum, *Tumor tanquam aquarum;* אל תותר *neutiquam nervum facies vibrantem* i. e. *neutiquam dignitate & robore præcelles; quia torum conſcendiſti paternum.* Completiſſime etiam *Deut.* 30: 9. & 28: 11. הותירך *nervabit te Dominus in omni opere manuum tuarum; in fructu ventris*, *in fructu agri &c.* hoc eſt, *nervo* in his omnibus *durante*, & *vibrante*, *te augebit*, ut *viribus*, *opibus*, *fortunis*, *emineas*, atque *præcellas.* In hanc amplitudinem quoque reſolvendum exiſtimo noſtrum יותרו *nervabuntur* quod proprie *Tentorium* depingit, *nervis funibusque tenſis* quam firmiſſime revinctum: improprie *fortunas vibrantes;* omnique *opulentia* ac *dignitate præminentes.* Vulgo hic reddi ſolebat, *relinquentur*, *reliqui erunt*, ex altero illo uſu, quo יתר etiam *reliquias* aliquando deſignat, & נותר *reliquum fieri.* Is cum ſuperiore illo ita eſt connexus, quod *vibrationem*, *vibramen*, *nervum*, quoque uſur-

2 כי ארך ימים ושנות חיים ושלום
יוסיפו לך :

2 Nam longitudinem dierum, annosque vitæ, & pacem, addent tibi.

3 חסד ואמת אל יעזבך קשרם על
גרגרתיך כתבם על לוח לבך :

3 Virtus & fides ne derelinquant te; alliga eas cervicibus tuis; fcribe eas fuper tabula cordis tui.

4 ומצא חן ושכל טוב בעיני אלהים
ואדם :

4 Et invenito gratiam, ac maturitatem uberem, in oculis Dei hominumque.

5 בטח

5 Con-

furparint, pro *eo*, *in quo* aliquid *vigoris* ac *durationis* adhuc remanfit. Sed hoc jam dignitatem hujus fenfus ne attingeret quidem, nedum expleret.

Vf. 22. Verbum יִסְּחוּ a multis accipi video, tanquam *fut.* in *Niphh.* a נסח, quod *Coccejo* eft *auferre.* Unde hic dat, *perfidi auferentur ex ea.* Addit, *nifi fit ex kal*, impersonaliter, *perfidos auferent ex ea.* Sane نسخ נסח *tranfitivum* eft, valetque *vulfit*, *revulfit* *Prov.* 15: 24. *Pf.* 52: 7. ubi יסחך מאהל non fimpliciter eft, *evellet te e tentorio*; fed *evellet*, extirpabit te funditus, *ne fis tentorium: ne familiam amplius ullam* in terris *efficias.* Sed quia יִסְּחוּ pro יִנָּסְחוּ durius eft, quam ut digeri queat, vel *imperfonale* illud fequendum, *perfidos revellent ex ea*; vel decurrendum ad סחה *erafit*, *everrit*; unde in *fut. Niph.* exiftit opportuniffimus fane fenfus, *perfidiofi everrentur ex ea.* Rariufcule occurrit in *Bibliis*, ubi tantum *Ezech.* 26: 4. reperitur סחיתי עפרה *everram pulverem ejus ex ea:* & סחי *purgamentum quod everritur: Thren.* 3: 44. In *Dialecto Arabum* pertritum سحت, idem quod جرف *verrere*, *verrendo extergere*, *eradere*, *afportare.* Ejus *partic.* ساحبة fpeciatim eft *fluxus* omnia *radens*, *verrens*, *afportans.* Iftam imaginem huc lubens admoverem.

AD CAPUT TERTIUM.

NOTÆ.

Vf. 3. Conjunctim ire amant voces חסד ואמת, pro nativa indole *Ubertas & firmitas.* De Deo *Pf.* 25: 10. & 89: 15. De hominibus *Gen.* 24: 49. & 47: 29. *Jof.* 2: 14. Utroque ufu adfert *uberrimum* & *finceriffimum ftudium bene faciendi*, ubique *firmum* ac *conftans*; neque ufpiam *fallens* aut *deficiens.* De *hominibus* quidem nil commodius fuccurrit, quam *virtus & fides*, quæ omne genus officiorum fincere, ac conftanter præftitorum, includunt. Graviffime pofitum, *ne derelinquant te*, inverfa fyntaxi, qua quis dicitur עזב חסד ואמת *derelinquere virtutem & fidem*, ut *Gen.* 24: 27. quum longius inde deflectit, atque officii curam abjicit. Nunc contrario ordine, *virtus & fides* dicuntur *aliquem derelinquere*, quum eum fibimet velut permiffum ruere & vagari finunt, omni ejus cura quafi ac cuftodela abjecta. Hoc fententiofum habet decus; & fortius penetrat. De formula *Religa eas fuper cervicibus tuis*, mox ad *Vf.* 22. aliquid dabo.

Vf. 4. *Et invenito.* Eft folemnis conftructio, qua *Imperat.* cum mandato, ponitur pro *futuro* promiffionem ferente, ac fanciente. Notiffimum illud, *Fac hoc, & vivito*: pro *tum certiffime vives.* Sic 2 *Chron.* 20: 20. האמינו והצליחו *Credite, & profperi eftote.* Notabilis feries *Pf.* 37: 3. *Confide in Domino & fac bonum*: hæc officii: *Reclinis habitato terram*, & *pafce fecuritatem*: hæc promiffi, & fructuum Divinitus reddendorum.

5 Confide in Jehovam, toto corde tuo; & prudentiæ tuæ ne innititor.
6 In omnibus viis tuis agnoſce eum; & ille complanabit itinera tua.
7 Ne ſis ſapiens in oculis tuis; timeto Jehovam; & recedito a malo.
8 Sanatio *id* fuerit umbilico tuo; & irrigatio tuis oſſibus.

9 Ho-

5 בטח אל יהוה בכל לבך ואל בינתך
אל תשען :
6 בכל דרכיך דעהו והוא יישר
ארחתיך :
7 אל תהי חכם בעיניך ירא את יהוה
וסור מרע :
8 רפאות תהי לשרך ושקוי לעצמותיך :

9 כבד

rum. Exempla aggerere ſuperſedeo. שכל טוב *maturitatem uberem* proprie ſonat. Hæc cum *prudentia felicem* nunc *ſucceſſum* amplectitur. Redeatur ad *Cap.* 1: 3. Poſſes quoque, *maturitatem boni*; *uberis*; in *neutro*; eadem amplitudine.

Vſ. 5. בטח proprie *complanari*, *ſterni in planum*: ut quum *æquor ſternitur* ac *complanatur*. Ad *Vſ.* 23. *Arabum* بطح exprometur. Inde ad *ſecuritatem mentis complanatæ* veluti, atque *in plano*, *tutoque reſidentis*, pingendam, traducitur. Succinit alterum נִשְׁעַן, quod eſt *fulciri*, vel *ſemet fulcire*, *ſuffulcire*.

Vſ. 8. In mentione *umbilici* alluſum eſſe ad *fœtum* in utero materno per *umbilicum* alimenta recipientem, exiſtimant plurimi: quaſi ſenſus foret, ſicut fœtui per umbilicum ſubminiſtratur nutrimentum, ſic timor Domini vires & robur vitale menti tuæ ſubminiſtrabit. Aliis placet *umbilicum* hic *ſynecdochice* complecti *ventrem*, *viſcera*, *Cor* ipſum. Cl. *Cler.* בְּשָׂרֶךָ *carnis tuæ* commodius legi poſſe cenſet: nec tamen quicquam demutat, *quod multa loquendi genera ſint Orientalibus*, *quorum rationes nemo adſequatur.* Ea ſane culpa eſt eorum, qui vetuſtiſſima, & conſummatiſſima, Orientis monumenta ſine ſtyli geniique Orientalis profundiore cognitione enucleari poſſe confidunt. سر שר, *fœm.* سرة שרה *umbilicus*, figuram præbet *meditullii*, & *centri*; itemque *abditi* & *profundi receſſus.* Figura *Græcis* quoque placita, quibus ὄμφαλος τῆς γῆς *umbilicus terræ* vocabantur *Delphi*, quod in *meditullio orbis* Oraculum hocce conſtitutum crederent. Crebro apud *Pindarum* reperias; apud *Callim.* quoque *Hymn.* 6. habes ὀμφαλὸν Σικελίας *Ennam*; unde *Cic. in Verr.* hauſit quum eandem hanc *Cereris* antiquam *ſedem* appellat *Siciliæ umbilicum.* Quid? quod *Livius* dixerit, *Ætolos umbilicum Græciæ incolere.* Fons omnibus *Homer. Odyſſ.* 1: 50. *Inſula in circumflua*, ὅτι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης, *ubi umbilicus eſt maris.* Ubi *Schol.* ὄμφαλος τὸ μεσαίτατον, *umbilicus*, *meditullium.* Largius ſibi indulget Genius Orientis, qui *umbilicum* etiam *Cordis* admittunt, pro ejusdem *meditullio*, atque *abditiſſimo* ſimul *receſſu.* Apparet שר *umbilicum* hic *meditullium corporis* & *cordis* junctim exprimere; quemadmodum עצמים *oſſa* eorundemque *medullas*, pro *corporis* & *mentis* ſimul *firmamentis* venire nemo inficias iverit. *Sanatio umbilici* hic inducta; quod *fomenta* iſti parti admota vim ſuam per omnia didant, ac diffundant. Ad hanc rationem reverentia Numinis, & odium omnis mali, *ſanitatem* præſtat *corpori*, *ſanitatem* animæ; atque utriusque *facultates intimas firmat*, ac *ſerenat*: confer quæ ad *Job.* 21: 24. annotata.

Vſ. 10. Splendide dictum; *Diſtenduntur*, *differcientur apothecæ tuæ ſaturitate*: i. e. *omni copia ſatiante.* Ita شبع *Satur*, pro *divite* & *copioſo.* Et verbum in *Diw. Hud.*

رايث

9 כבד את יהוה מהונך ומראשית כל תבואתך׃
10 וימלאו אסמיך שבע ותירוש יקביך יפרצו׃
11 מוסר יהוה בני אל תמאס ואל תקץ בתוכחתו׃
12 כי את אשר יאהב יהוה יוכיח וכאב את בן ירצה׃
13 אשרי

9 Honora Jehovam de opibus tuis; & de primitiis omnis proventus tui.
10 Et distendentur apothecæ tuæ saturitate; & musto lacus tui erumpent.
11 Disciplinam Jehovæ, fili mi, ne exulcereris; & ne dirumparis sub redargutione ejus.
12 Nam, quem amat Jehova, redarguit; & ut pater filium, quem acceptum habet.
13 Bea-

رايت معاشر يثني عليهم
اذا شبعوا واوجههم قباح

Vidi familias, quæ laude concelebrantur,
Ubi Saturæ sunt; quantumvis fœdo sint vultu.

Ubi *Schol.* اذا كانوا ذوي مال *quum opulenti evaserunt.* יקבים non sunt *præla, torcularia*; sed *Lacus, in quos vinum excipitur.* Thema وقب apud *Arabes* conservatum notat *cavum esse, excavari.* Inde وقب omnis *scrobs* profundius *excavata*; & quidem in *saxo*; ubi aqua restagnat. *Puteus in petra, altitudine unius aut alterius Orgyiæ.* תירוש *mustum*, suum sibi Thema reposcit תרש, adhuc exulans e *Lexicis*, ترش *agilis fuit; ferbuit.* A Specie פיעל descendit, quæ *Jod* sibi insertat. Minus commode sub ירש ordinatum. פרץ *rupit, erupit, prorupit*; speciatim in *aquis*, quum *victis obicibus sese diffundunt.* Hinc ad *copiam prorumpentem* traductum. Vide *Gen.* 30: 30. ויפרץ לרב & *prorupit in multitudinem*: & confer *Job.* 1: 10. quæque ibi prolata.

Vf. 11. Egregie se sustinent, amicamque inter se opem præstant, verba מאס & קוץ. Prius ex Origine designat *ulcerationem, exulcerationem purulentam* vulneris. Hanc in Sacris quoque extare, discas ex *Comment.* in *Jobum.* Transitus hinc proclivis ad *animum exulceratum*, & *purulento* velut *affectu alienatum.* Hoc apud *Golium* est *succensuit.* Transitive quoque, *Turbavit rem; amicitiamque inter eos*: proprie *exulceravit animos.* Qui istud *malum ulcus affricat* appellatur مايس *exulcerator*, quo titulo insignitur نمام *obtrectator virus spargens.* Eandem figuram admiserunt sub شاف *laboravit malo ulcere*: item *odit.* Ita *Gjeub.* يقال شبغته فلانا اي ابغضته *Dicitur ulceratus fui illum, pro odio eum habui.* Pulchra, & in proverbii vim dimissa, locutio, استاصل شافته *extirpavit malum ulcus ejus*: i. e. *odium contumax*; *aversationem purulentam, atque propter malum virus insanabilem.* Ut autem hic Glossographus hanc Radicem, ita *Phiruzabad.* ماس improprie exposuit per بغض *odio habuit*: prout proprie exposuerat اتسع الجرح *diductum hiavit ulcus, vulnusve.* Succinit in eandem *metaphoram* alterum קוץ قاض *dissiluit cum fragore, diruptus fuit.* Inde subsumta *secundaria* potestas *nauseæ*, & *tædii gravissimi*; quo quis *dissilit* veluti, aut *disrumpitur.* Qui consimiles usus figuratiores in *Græcia*, in *Latio*, compertos habent, eorumque dignitatem agnoscunt, illa orationis lumina *Hebræis* quoque vindicari, haud ægre ferent.

 Vf. 13.

13 Beatus homo qui invenit sapientiam; & homo qui depromit (impetrat) intelligentiam.

13 אשרי אדם מצא חכמה ואדם יפיק תבונה :

14 Nam uber negotiatio ejus præ negotiatione argenti; & præ auro proventus ejus.

14 כי טוב סחרה מסחר כסף ומחרוץ תבואתה :

15 Pretiosior est gemmis; & omnia monilia tua non æquabunt eam.

15 יקרה היא מפניים וכל חפציך לא ישוו בה :

16 Longitudo dierum in dextera ejus; in sinistra ejus divitiæ & gloria.

16 ארך ימים בימינה בשמאלה עשר וכבוד :

17 Viæ

17 דרכיה

Vf. 13. Geminam ansam habet verbum יפיק. Plurimis est, *qui expromit intelligentiam*; e *suo* scilicet *penu* largius instructo. At *Cocc.* maluit *qui impetrat intelligentiam*, ex *manu* & *penu* Dei. Adblanditur; ut cum præcedenti membro conjunctius: nec dubitare patitur *Cap.* 8: 35. infra: *qui me invenit, invenit vitam*, ויפק רצון & *impetrat benevolentiam a Jehova*, tanquam *ex promtuario.* Adde *Cap.* 12: 2. & 18: 22.

Vf. 15. Crisis *Masorethica* pro פְּנִיִּים legere jubet פנינים; ad formam hoc in Libro sæpiuscule recursuram, atque apud alios quoque Scriptores Sacros ita reperiundam. Erit ergo indicium manifestissimum Textus minus integri, & unius literæ saltem damnum passi. Sic quidem multi decernunt: sed non ad fundamenta veræ *Critices*; quæ sancit, nil pronunciare, ubi fontes *Linguæ* haud patent. Quid sonet vocabulum פנינים, & a qua descendat stirpe, non liquet. Sunt qui *carbunculos* reddant, sunt qui *pyropos*; sunt qui *corallia*; sunt qui *gemmas* generatim. *Boch. Hieroz. part.* 2. contendit pro *margaritis*; ductus potissimum vicinitate soni cum πίννα *pinna*, pro *concha margaritifera*. Probatio parum tuta. Qui *pyropos*, vel & *corallia* adsumsere, inducti sunt loco *Thren.* 4: 7. *Rubebant præ Penynym.* Id quum *margaritis* parum convenire videretur, observavit ὁ πᾶν *rutilare* etiam dici de iis, quæ *eximio candore prænitent*. Vides incerta omnia. Radix quoque minus certa. Vulgo statuitur פנן, unde פִּנָּה *angulus.* Alii ipsum illud פִּנָּה *angulus* a פנה *obvertit* derivant; unde פָּנִים *facies. plural.* Suspicabar olim, ex altera ejus forma פָּנִין, procusum פְּנִינִי *in diversas facies perpolita gemma.* Ejusdem *singulare* ἀναλογῶς dare potuit פְּנִיִּי, *multam in faciem politus lapis pretiosus.* Inde פְּנִיִּים integritatem suam satis defendit: quæ munitior adhuc erit, si pro פְּנִינִים restituatur in *sing.* פְּנִינִי, a פני, ex specie *Pehalhel*, ut עֲרִירִי *valde nudus*, a ערה, ערי. Sic פְּנִיִּי & פְּנִינִי unius *Radicis* sint sorores, quæ *gemmam multa arte expolitam* consignent. Sequens חֲפָצִים *oblectamenta*, omne id, in quod *inclinatior fertur adfectus*, hic *monilium* & *Cimeliorum* significationem adfert; καθ' ἐξοχὴν· re ipsa, & serie, vim hanc postulante. Confer infr. 8: 11.

Vf. 17. נתיבות non sunt *semitæ*, sed *aggeres elati*, & *viæ amplæ, eminentes, regiæ*: a *Themate* נתב; quod in *Bibliis* nuspiam occurrens, ex *Dialecto Arabum* intelligitur valuisse *eminuit.* Sic in *Camuso*: نتب نهد ونتا *Verbum* נתב *est protuberare & altius eminere.* Verbum דרך *incessit; calcavit;* item

17 דרכיה דרכי נעם וכל נתיבותיה שלום׃

17 Viæ ejus viæ amœnitatis; & omnes aggeres ejus pax.

18 עץ חיים היא למחזיקים בה ותמכיה מאשר׃

18 Arbor vitæ illa apprehendentibus eam; & retinentium eam quivis beatus prædicandus eſt.

19 יהוה בחכמה יסד ארץ כונן שמים בתבונה׃

19 Jehova in ſapientia fundavit terram: firmavit Cœlos in prudentia.

20 בדעתו תהומות נבקעו ושחקים ירעפו טל׃

20 In ſcientia ejus abyſſi effiſſæ ſunt, (proruptæ) & æthereæ plagæ deſtillant rorationem.

21 בני

21 Fi-

tem *tetendit* arcum; proprie eſt *glomeravit.* Inde *via* a *glomeratione pedum* dicta.

Vſ. 20. Plus in ſinu continet illud, *ruptæ ſunt abyſſi*, quam frons affert. Figuratiſſima eſt locutio, duplici *metaphora* ſplendens. Prima deſumta eſt a *fœtu*, qui *effinditur*, & *excluditur*: ut *Eſaj.* 59: 5. & 34: 15. Altera, a *copia aquarum*, *quæ effindi* dicitur *e gremio terræ*; quum *ſcaturit* & *effunditur*. Huc feruntur loca *Eſaj.* 35: 6. נבקעו במדבר מים *effiſſæ ſunt*, *eruperunt ſeſe in deſerto aquæ.* ἐῤῥάγησαν. LXX. Et in *Pibb. Hab.* 3: 9. נהרות תבקע ארץ *fluvios effindebat*, *findente impetu ſcaturiebat terra*: iterum *Job.* 28: 10. בצורות יארים בקע *in rupibus æſtuaria effindit*: facit *prorumpere*, itemque *Pſ.* 78: 15. abſolute יבקע צרים במדבר *effindebat rupes in deſerto*; *& potandas dabat tanquam abyſſos copioſiſſime.* Ad priorem claſſem pertinere ſuſpicor, quod negotium faceſſit 2 *Reg.* 15: 16. *Tunc percuſſit Menahem Tiphſacham & omnes terminos ejus* את כל ההרותיה בקע *omnes ejus gravidas effidit*, id eſt, *fecit abortiri.* Eſt formula proverbialis, apud *Arabes* pertrita, qua *diriſſima ſtrages* pingitur. Occurrit etiam 2 *Reg.* 8: 12. *Amos* 1: 13. & *Hoſ.* 13: 16. Sed de eo quidem ampliare nunc malim. Ad geminatam autem heic loci *translationem* contendi velim *Job.* 38: 8. Origo eſt, *crepare*; *cum crepitu findi*, *diffindi.*

Ibid. Themati רעף lucem adfundit *Arabum* رعف, proprie in *utre* ita *pleno* ac *diſtento*, ut *orificium ruptum exſtillet.* Ita Poëta vetus apud *Gjeubar.*

يرعف اعلاها من امتلائها

Exſtillat orificium ejus præ plenitudine.

Inde in IV. ارعف eſt *ita opplevit utrem ut præ copia efflueret aliquid.* Idem illud لرعف apud *Avicennam* eſt *hæmorrhagia affici e naſo*: quod & in I. رعف *ſtillavit ſanguinem e naribus*; qui inde رعاف *abſol.* apud eundem *Medicorum* principem. Poëtis رماح رواعف, *Haſtæ ſtillantes* ſunt, *victrices*; *hoſtium ſanguine cruentatæ.* Alio adſpectu سحاب رواعف *Nubes ſtillantes*; in *Hiſt. Salad.* majore, per *Iſpahanenſ.* In *Camuſo* רעוף رعوف declaratur per الامطار الخفاف *pluvias leves*; quaſi *ſtillationes rorationesve.* Eſt etiam quantivis pretii *Gloſſa* ſub X. ſpecie השתרעף استرعف, quæ in *Camuſo* exponitur استقطر الشحمة واخذ صهارتها *fecit exſtillare adipem*, *atque ejus eliquationem excepit.* Minus clare *Golius* noſter. Applicetur ad *Pſ.* 65: 12. מעגלותיך ירעפון דשן *Orbitæ tuæ pinguedinem exſtillant*, *eliquant.*

21 Fili mi, ne deflectant ab ocu-
lis tuis: ſervato ſoliditatem & ſoler-
tiam.
22 Eruntque vita animæ tuæ, &
gratia faucibus tuis.
23 Tunc ibis ſecure viam tu-
am; & pedem tuum non dedola-
bis.
24 Sa-

21 בני אל ילזו מעיניך נצר תשיה
ומזמה :
22 ויהיו חיים לנפשך וחן לגרגרתיך :
23 אז תלך לבטח דרכך ורגלך לא
תגוף :
24 אם

Vſ. 21. Languidius ילוזו redditur, *diſcedant*, *recedant.* Supra jam producta genuina virtus, in *flexu obliquato:* unde jam; *ne obliquentur ab oculis tuis*: ſententioſe & venuſte; pro *rectis* & *irretortis oculis* has *vitæ* tuæ *duces fideliſſimas* adſpecta; eaſdem *firmo gradu* ſequere, nec in dextram, nec in ſiniſtram, deflectens.

Vſ. 22. Præciſim enunciatum *Gratia cervicibus tuis*, pro לוית חן *torques gratioſus* & *venuſtus*; quo *amabilis* idem *laudabiliſque* incedas. חן *Gratia*, etiam *venuſtatem* deſignat; ut in illo *Prov.* 31: 30. שקר חן *fucus eſt gratia; pulcbra forma; & quicquid ornamentorum* ſibi circumdat; ad *gratiam* augendam. Figuram ipſam illuſtrat *Torques* pro *inſigni honoris* perfrequens in Oriente. *Torquati* videlicet procedunt *Reges*, virique *Honorati.* Hinc *Hariri Conſ.* 39. صيغ الطوق والتاج *Conflatus torques & corona*: pro *ornamenta principalia parata ſunt.* Ut ergo *Corona*, ita & *torques* imaginem offert Viri *omni dignitate eminentis.* Hinc flos honoſque orationis *Orientalis* celebrat *Torquatum virtute*, *Torquatum religione*: itemque *Torquem ſibi circumdare gravitatis*, quæque alia divite copia ſub manibus hic ſuccreſcunt. Redi ad *Vſ.* 3. ſupra. Plura *infr.* 6: 21. quod interim conferri velim.

Vſ. 23. Reſpicitur ad primigeniam vim in לבטח, *ibis ſecuriſſime viam tuam;* nam ut ſupra commonui בטח *ſtratam planitiem* vel *complanationem* proprie exprimit. Inde بطح in II. *ſtravit*, *pavimento æquavit ſolum*: & تبطح *exporrectus* ac *complanatus fuit campus.* Cum iſta *viæ complanatione ſolida*, ſpectatur ſimul *complanatio mentis ad omnem ſecuritatem compoſitæ.* Hoc ſæpiuſcule explanandum, & pro ſerie accommodandum recurret. Ad נגף *percuſſit* ejuſque interiorem indolem, ac medullam, prælucet نجف *dolavit*, *dolando aſciavit*, ac *deraſit*; item *funditus excidit* arborem: بري وقطع من الاصل ut eſt in *Camuſo*: & غار منجوف eſt *antrum profundius exeſum*; quaſi *edolatum.* Inſignis uſus quem II. ſpecies offert, *dedolavit ventus collem arenarum*, نجف الكثيب i. e. *deraſit & attenuavit ejus ſummitates*, *ut fieret* נגפה نجفة i. e. ارض مستديرة مشرفة على ما حولها *terra turbinata*, *& eminens ſupra partes circumjectas.* in X. ibid. *exhaurire & emaciare*, quaſi *dedolare.* Inde jam pulchre, *dolare aliquem*, pro *graviore plaga percutere:* nec non *dolare exercitum hoſtilem*, pro *fœda ſtrage deaſciare* quaſi, & *concidere*: מגפה *dedolatio*, *deaſciatio*, pro *ſæviſſima cæde*, *ſtrage*, *occidione.* Ea & נגף dicta. At אבן נגף eſt *Lapis offenſionis*; ad quem *pes impactus dedolatur*: ut *Jer.* 13: 16. *Antequam* יתנגפו *dedolent ſe pedes veſtri ad montes tenebricoſos.* Et *Pſ.* 91: 12. *Ne dedoles ad lapidem pedem tuum.* Eadem ibi ambiguitas ſtructuræ, quæ hic: nam תגף poteſt eſſe 2. *maſc.* poteſt & 3. *fœm.* inde liceat quoque, *ne dedoletur ad lapidem pes tuus:* ſed ut *ſecundam* iſto in loco maluere; ita & heic eandem malim; quum plurimi in *tertia* efferant, *& pes tuus non offendet*; quod eſſet intranſitive *dedolabitur.* Eundem hunc uſum *Arabes* agnoſcunt; in-

24 אם תשכב לא תפחד ושכבת
וערבה שנתך :

25 אל תירא מפחד פתאם ומשאת
רשעים כי תבא :

26 כי יהוה יהיה בכסלך ושמר רגלך
מלכד :

27 אל

24 Sane decumbes, non pavebis: dormiesque & ſuavis erit ſomnus tuus.

25 Nequaquam metues a pavore necopinanter irruente; & a fragore erupto improborum, quum advenerit.

26 Nam Jehova erit firmitas lumbi tui: & cuſtodiet pedem tuum, a captura viſci.

27 Ne

indeque נגוף نجاف eſt *limen inferius portæ*; ab *offenſando pede* ſic dictum.

Vſ. 24. Gemina hic virtus ſub verbo שכב *fundi, fuſum jacere*, ſe exerit: nam in primo membro eſt *procumbere; recumbere*; in altero *obdormiſcere*. Latiniſſime quoque *fundi in gramine molli* dicuntur, qui ibi *recumbunt*; & *requieſcunt*: itemque *fundi ſomno*, qui *obdormiſcunt*. Amat ſtylus Orientis tales luſus, ex duplici verborum uſu redundantes. Prius שכב *fundi* ſignat *gratam, quietam*, & *tranquillam occupare ſedem*, ut *Hoſ.* 2: 18. & *Lev.* 26: 6. *Dabo pacem in terra*, ושכבתם ואין מחריד & *recubueritis nemine conterrente*. Adde *Job.* 11: 18. *Molli ad fodiendum terra gaudens in plano ſecuriſſime recumbes*. Poſterius שכב *fundi*, valet *ſomno ſopitum* & *effuſum jacere*: ut *Jud.* 16: 3. 1 *Reg.* 19: 6. Hoc imaginem ſubjicit *altiſſimæ pacis*, & *mentis ad profundam tranquillitatem compoſitæ*, ac velut *conſopitæ*; ut extra tumultus rerum, terroresque, ſit poſita; haud ſecus, ac qui *fuſus molli in ſtrato*, in *ſuaviſſimum ſomnum* totus *effunditur*. Iſtam figuram, literali ſenſui ſuperſtructam, dignitas ſententiæ, & genius Linguæ, depoſcunt. Conferatur *Pſ.* 3: 6. & 4: 9.

Vſ. 25. Rarus, & exquiſitior uſus *particul.* אל, *ne*, jam non adeo *probibentis*, quam *promittentis*, ſub fortiſſima *negatione* mali: *nequaquam metues*. Subeſt tamen *ſpecies probibitionis*, & tanquam *abominationis*, *ne tale* quicquam vel in ſuſpicionem veniat, in mentemve cogitando admittatur. *Pſ.* 121: 3. אל יתן *nequaquam permiſerit, ut nutet pes tuus*: אל ינום *nequaquam dormitarit cuſtos tuus*: q. d. *ne vel ſuſpiceris, id fieri poſſe*. Velim *abominere* illam *cogitationem*. Radix eſt אלה pro אלי, vel אלו, quæ *Arabibus* الى & الا, *adſtrinxit, conſtrinxit*. Inde *ſecundario* adſcitum, *adſtrinxit vinculo jurisjurandi*, quod الية, cum *plur.* الايا, inde אל Θεὸς ὅρκιος *Deus jurisjurandi præſes* & *ſancitor*. Qui alia docent, *Analogiæ* non litant. Hoc anſa אל pro particula *probibitionis graviſſimæ* invaluit; qua quis veluti *adſtringitur*, & *retrabitur*, ſub vinculo *adjurationis* inſolubili.

Vſ. 26. Non ſatis erectum, quod multi dant; *Dominus erit cum ſpe tua*: nec quod Cl. *Cocc.* maluit, *Dominus erit in fiducia tua*. Hoc bifariam explicat, vel ut *Dominus* dicatur *in bac* animi *tranquillitate præſens* futurus: vel ut inſinuetur, Dominum *eſſe in eo, cui pius confidit*; i. e. *Salvatore*. Neutrum tale, quod ſenſum expleat. Is requirit, ut בכסלך *in fiducia tua* accipiatur illo uſu, quo *Prapoſ.* ב ſæpiſſime infert *intimam rei*, vel *perſonæ, qualitatem*; ſive *expreſſum* & *eminentem characterem* quo aliquid *inſignitum eſt*, atque *diſtinctum*. Sic *Arabes* ſignatiſſime efferunt الله بقدير *Deus eſt in potente* pro *ſane potens*. In *Hamaſ.* pulchre,

لا ثوب البقاء بثوب عز ☼

Non veſtis donatæ vitæ in veſte gloriæ eſt.

i. e. *Sane non ornat virum, ut vita ei ab boſte condonetur*. Inter *Sententias* poſt *Gram. Erpen. Gol.* p. 275. ليس بعلم ما يعى القمطر ما العلم الا ما وعاه الصدر

Non

27 Ne cohibeas bonum ab iis quibus debetur; quum fuerit ad poteſtatem manus tuæ id præſtare.

28 Ne dicas proximo tuo, abi, & redi, & cras dabo; quum præſentiſſima tibi res ſit.

29 Ne

27 אל תמנע טוב מבעליו בהיות לאל ידיך לעשות׃

28 אל תאמר לרעך לך ושוב ומחר אתן ויש אתך׃

29 אל

Non eſt in ſcientia, quod condit bibliotheca: ſcientia tantum eſt quod pectus recondit. Vides *in ſcientia*, & *ſcientia*, vices commutare; niſi quod prius fortius ſit, ita reſolvendum, *neutiquam ſane ſcientia cenſenda quod* &c. Crebrum quoque in Sacris: *Eccleſ.* 7: 12. בצל החכמה בצל הכסף *Sapientia eſt in umbra; argentum eſt in umbra*: pro *ſane umbra eſt*, ſive *aliquid quod obumbret, recreet, protegat.* בים שברך *in mari eſt confractio tua*: i. e. tam *lata, patens, profunda, vaſta*, ut *ipſum ſane mare ſit.* Adde *Jer.* 49: 23. Ita & heic loci, *Jehova erit in firmitate lumbi tui*: i. e. *ipſa ſane lumbi tui firmitas.* Hoc ſequenti membro unice reſpondet. Quo jure כסל ſic convertam, dabo. Mira diſſonantia notionum ejus. primo, *fiducia, confidentia*; ſecundo, *ſtultitia, ſtoliditas*: tertio *lumbus* & *latera adipoſa.* Magno cothurno *Job.* 15: 27. *Quoniam conveſtivit faciem ſuam adipe ſuo; & fecit farturam*, culcitram fartam, *ſuper lumbo.* Alibi quoque כסל & *plural.* כסלים complectitur regionem *lumborum* & *ilium ſpiſſiorem* illam, & *graviorem*, quæ *adipe* eſt obſita: a *them.* כסל كسل quod *ſpiſſam gravitatem* adfert; exponitur enim per تثاقل *prægravari, tardari* pinguitudine, craſſitieve. Hinc كسول & مكسال eſt *puella delicata*, & *mollicula, quæ vix ſede ſua ſurgere, & pedem movere poteſt.* Scilicet præ *gravitate lumborum.* Tales Poëta vetus in *Diw. Hud.* pingit لف ثقال العقايب *Craſſis femoribus præditas, graves peris*; i. e. *lumbis adipe fartis; ſuffarcinatis.* Hac occaſione ex *lumbis* bene *fartis* ſuccreviſſe autumo vim *fiduciæ ſecurioris*, ac *confidentiæ*: ut *Job.* 31: 24. *ſi poſui aurum* כסלי *fiduciam meam*: proprie *lumbum fartum, quo ſubnixus incedebam.* Conſule quoque quæ ad *Job.* 8: 14. notavi. Refer & huc *Pſ.* 49: 14. *Hac via eorum* כסל למו *fiducia ipſis; firmamentum robur, lumbus ſuffarctus.* Omnibus in Linguis ſic *Lumbi*, *Dorſum*, *Latera* transferri amant. Apud *Arabes* صلب المال *Lumbus opum*, eſt *præcipuus nervus earundem*: & صلب العسكر *Lumbus exercitus*, ejus *præcipuum robur*: & *lumbus* omnium *rerum*, earum *firmamentum.* Vides cur *firmitatem lumbi* hic adſumſerim. Non plane extra oleas *Vulgat*: *Dominus aderit in latere tuo.* Diverſo flexu כסל *gravitas ſpiſſa lumbi* in vitium vergit, atque ad *elumbem ſegnitiem, tarditatemque* ſe porrigit. In *Lexicis* noſtris id per *ſtultitiam, ſtoliditatem*, exprimitur: ut *Pſ.* 85: 9. atque ita כסיל creberrime in *Proverbiis* pro *ſtolido* obverſatur. *Arabes* ſuum كسل & كسيل *ignavum, ſegnem* exponunt. Intellige *gravem lumbo*; eoque ipſo veluti *elumbem.*

Ibid. Scitur לכד eſſe generatim *capere*; ſed quænam ſit *Origo*, & nativa potentia, neſcitur. Ne quidem ex collatione cum لكد apud Cl. *Golium*, eam condiſcas; *Gloſſæ* enim iſtæ non ſatis lucent. Teneatur ergo, quod *Schol. Diw. Hud.* promſit اصل اللكد التلزج اذا يلزم بعض الشي ببعض *Radicalis virtus verbi hujus eſt conglutinari, quum res rei adhæreſcit.* Inde لكد *tenax, viſcoſus*, pro *avaro*, cui *manus viſcatæ*, apud eundem *Scholiaſten*: quemadmodum & امساك اللكان *infin.* 4. ibidem exponitur الشي من غير ارسال *apprehenſam tenere rem ſine ulla dimiſſione.* Hunc *nexum conglutinatum*, & *viſco adſtrictum* quaſi, exerit התלכד *Job.* 41: 8. & 38: 30. eandemque

29 אל תחרש על רעך רעה והוא
יושב לבטח אתך :

30 אל תרוב עם אדם חנם אם לא
גמלך רעה :

31 אל

29 Ne cudas malum adversus proximum tuum; quum ille securissime sedeat tecum.

30 Ne Litem homini intendas gratis; eo quod nihil tibi mali futurus sit.

31 Ne

que repræsentat מלכרת *tendicula.* Hinc *Esaj.* 8: 15. *illaqueabuntur &* נלכדו *visco capientur:* & *Amos.* 3: 4. *An laqueus tolletur de terra* ולכוד לא לכד *quum nihil adhuc visco captum teneat.* Talem *capturam viscosam* & hic intendi, nemo inficietur.

Vs. 27. Abstrusior *Syntaxis* nubeculam offudit. Verba sic reddi solent, *ne probibeas bonum a Dominis* vel *Magistris ejus.* Id nonnulli ad *restitutionem bonorum raptorum, injusteve possessorum*, trahunt. Series aliud postulat; cui satis respondet, quod aliis visum, designari *pauperes*; qui *Domini*, vel *Magistri*, eleganti figura, vocitentur *bonorum*, quæ a Divitibus possidentur, quatenus inde ipsis *justa portio debetur.* Coactam interpretationem judicat Cl. *Cler.* rogans *ubinam pauperes dicantur Domini alienorum bonorum?* Adjungit, *hoc pacto pauperibus potestatem concedi rapiendi, undecumque possent, quæ necessaria ducerent.* Durior sequela; quam *figuratus* loquendi modus procul esse jubet. Sed nec בעל proprie *Dominum* vel *Magistrum* sonat: quamvis pro eo nonnunquam veniat. בעלי עיר utique non sunt *Domini urbis*; sed *incolæ*, qui *arctissimam* erga eam *habent relationem.* בעלי ברית non *Domini fœderis*, sed *fœderati*, qui fœdus cum altero contraxere. בעלי ריב non *Domini litis*; sed *Litigatores*, tam qui eam *intendunt*, quam quibus *intenditur.* Sic בעלי טוב hic *passive* sunt, quibus *bonum impertiendum* est ex lege charitatis; & quibus illud isto ex vinculo debetur: ut id suo quodam jure exigere, & expectare, possint. In his *pauperibus* suus sane locus; quamvis neutiquam præceptum hocce istis cancellis contineatur.

Ibid. לאל ידיך *ad potestatem manus tuæ* venuste dictum, pro באל *in potestate.* Est in priori illo aliquid promtius, & expeditius. In יָדְךָ nihil vitii inest; & miniatula sua cerula abstinere potuisset *Masora.* Nec tamen est *Jod plurale*; sed *radicale* in *sing. num.* ubi יָד *manus* ex יָדָה vel ידי contracta, nam radix est ידי ultima *Jod* mobili, qualia sunt אב *pater*, אח *frater*, aliaque, quæ *tertiam* per *quietem* suppressere. Sic *Arabum* Critici observant يد esse ex يدي. Non est, quod isti literulæ dica scribatur: quæ ex veteri *Orthographia* potuit retineri. Complusculа talia passim occurrunt.

Vs. 28. Attollendus sub finem sensus in voculis ויש אתך. Languidiuscule datur; *quum fuerit tecum*, nempe *id quod petit.* יש non *verbum* est, sed nomen *substantiam* exprimens, & quidem *solidam.* Redde ergo: *quum substantia solida tecum sit.* Quum habeas unde confestim expromas, atque elargiaris.

Vs. 29. Verbum חרש latam tenet ditionem, notatque, *cudere, fabricare*; item *arare: sulcare*; nec non *silere, obticescere*; quin & *obsurdescere.* Omnia ex uno fonte ἢ κόπτειν & κόπτεσθαι· quemadmodum *Græcum* κόπτειν partim est *cudere*; partim *arare*: & κωφὸς ab eodem themate est *mutus* & *surdus*: cui vel *Lingua*, vel *auris* est *obtusa* atque *hebetata.* Ex posteriore illo usu foret, *ne sileas super socio tuo malum*; quod resolvi possit in, *silentio, clanculum, moliaris*: ut Nostri, aliique, 1 *Sam.* 29: 9. מחריש הרעה *clanculum parare malum* reddidere. Huc Cl. *Cler.* inclinat. Ex media potestate redundaret, *ne arato malum.* Hoc Cl. *Cocc.* placitum; figura haud sane pœnitenda. Prætuli tamen, *Ne cudas malum.* Hunc *fabrum, incude, malleo, igne, follibusque* formidolosum, alia loca expingunt. In ישב *sedere* continetur *familiare consortium*; ut *Ps.* 1: 1. & alibi.

Vs. 30. Incommodum, nec *Salomone* dignum,

gnum, quod multi exhibent. *Ne litiges cum homine gratis*, temere; ſine cauſa; *ſi te malo non affecerit*. Lis temeraria, omniſque injuria, vel ab inimiciſſimo capite procul habenda. Emollitur a nonnullis ita, ut poſteriora hæc propius declarent τὸ חנם *gratis*, id eſt, *ſi te nulla affecerit injuria*. Alii copulam ſupplendam cenſent; *& ſi te malo non affecerit*: h. e. *& ſi prior non laceſſiverit*. Hanc viam tenens Cl. *Cler.* etiam aliquid remedii pro ſententia laborante quærit in אדם, quem nunc *hominem plebejum* deſignare cenſet. Sane אדם *homo*, & איש *vir* ita nonnunquam, ubi unam ſedem occupant, diſtingui videntur. At אדם per ſe *plebejum* ſonare, haud conceſſerim: quin vel ſic claudicabit ſenſus. Si enim vim vi refellere & refutare licet, non utique in *plebejo* tantum licet, ſed & in *potentiore*. Ad fortius aliquid, commodiusque, prælucere poterit *Origo Thematis* גמל. Id *Lexica* per *retribuere*, *rependere* declarant; nec non *ablactare*, *educare*, *maturare*: Cl. *Cocc.* primariam vim deſiderari ſentiens, ingenioſe adſcivit, *cumulare*, *cumulate proſequi*, vel *afficere*, tum *bono*, tum *malo*. Genuina poteſtas eſt *fovit*, *confovit*; *operuit fomentis* ad ciendum calorem, ſudoremve. Hæc *Arabes* ſub غمل aſſervarunt; quod eſſe noſtrum גמל, dubitare non patitur *Gloſſa* in *Camuſo*, غمل البسر גמל אלבסר, quod eſt غمه ليدرك *immaturam uvam fovit*, operuit fomentis, *ut matureſceret*. Sic *Eſaj.* 18: 4. בסר גמל *Omphax matureſcens*. Iterum غمل العنب גמל אלענב, eſt نضد بعضه على بعض *uvas confovit*, *alias aliis inſtravit*, *ac ſuperimpoſuit*. Habendus quoque & hic adſpectus: غمل الاديم افسده وجعله في غمه لينفسخ صوفه اى دفنه في الرمل لينتن فيسترخي فينشف شعره Verbum גמל *in pelle*, *eſt illam fovendo corrupit*; *ac depoſuit ſub fomento*, *ut lana ejus diſſolveretur*: *aut obruit illam arenis*, *ut putreſcat*, *atque emolleſcat*, *ac pili ejus conſumantur*. Ex hac jam vena *metaph.* inſignes in *bonum*, & in *malum* defuſæ: quemadmodum & *fovere* apud *Latinos*, utramque in partem divergit. *Fovere*, *confovere ſuper aliquo*, dicitur *qui beneficia in eum congerit*. Ut *Pſ.* 13: 6. & 116: 7. *Joël.* 3: 4. Pulchre, appoſite, cumulate 2 *Sam.* 19: 37. *Ad quid Rex* יגמלני הגמולה הזאת *fotura me hacce confoveret?* Pro *me tam largis beneficiis muneraretur?* Exquiſitiſſime *Prov.* 11: 17. גמל נפשו *confovet animam ſuam vir benignus &c.* de quo uberius infra. E contrario, in *malum*; graviſſime *Jeſ.* 3: 9. *Væ animæ ipſorum* כי גמלו להם רעה *nam confoverunt ſibimet malum.* Et mox *Vſ.* 12. *Væ improbo*, *caſſus eſt: quoniam* גמול ידיו *fomentum manuum ejus reddetur illi*: id quod *ſuismet manibus confovit* ſibi; quin & *commaturavit*. Speciatim ſe porrigit ad *malignitatem pectoris*, *averſationem*, *odiumve*, *coquentis*: vel *aliquid alta mente repoſtum foventis*. Illuſtre ſpecimen, 2 *Chron.* 20: 11. *Ecce Ammonitæ & Moabitæ* גמלים עלינו, *ut veniant & expellant nos ex hæreditate Tua*, *quam nobis occupandam dediſti*. Vertitur *rependunt*, *retribuunt nobis*: inconcinnius ſane, neque ad rei veritatem; multo minus ad *affectum* loquentium. Is flagitat, *fovent ſuper nos*: pro *ſubulcerato pectore odia adverſus nos coquunt*, *& maturare moliuntur*. Nervoſe quoque, ac ſuccincte, *Deut.* 32: 6. *An Domino* תגמלו זאת *confovebitis hoc*, *populus inſipiens!* Tantam *vim corruptionis*, tantamque perverſitatem, contumaciam, rebellionem *impio pectore coquetis?* Intelligitur, גמל ubique potens eſſe vocabulum, magnoque ſenſu fœtum: ſive veniat pro *inferre malum*, ſive pro *referre*. Uterque uſus mihi offert aliquid ſubtile, ſententioſum, ac *Salomone* dignum. Primus; *Ne lite contendas cum homine*, *gratis*; *eo quod nihil tibi mali confoverit*: i. e. *quia mitis*, *placidus*, *benignus eſt qui injuriam injuria repulſurus non ſit*, *propter inſignem bonitatem*. Grave profecto crimen! paſſim tamen regnans. Alter preſſius inſiſtens in *vindictæ cupiditatem*, & *retaliationem*, in hunc modum: *eo quod tenuior ſit*, & *debilior*, quam ut *odia* adverſus te *coquere*, ac *mali quid tibi fovere*, & *moliri*, *audeat*. Deteſtandum ſcelus: quod tamen ſemper in orbe graſſatum. Particula אם non ſolum *conditionis* eſt, ſed etiam *illationis*; per *quando*, *ubi*, *quandoquidem*, *eo quod* convertendum. Vide *Eſaj.*

4:

31 אל תקנא באיש חמס ואל־ תבחר בכל דרכיו׃

32 כי

31 Ne æmulatione inflammator in virum violentum, (cruditatis) & ne ullam viarum ejus eligas:

32 Nam

4: 4. & 24: 13. &c. Cl. *Cocc.* ſic ſumit infra hoc *Cap. Vſ.* 34. de quo mox. Senſus, quos promo, ſua ſe dignitate ſatis commendant: eosdem aleæ dubitationis eximit verbum רוב, vel ריב, quod *rixam acriorem* & *acerbiſſime intentam* pro *Origine*, & uſu frequentiore, exprimit. Non erat, cur *Maſorethæ* ad lectionem תרוב adhærescerent; nam & *media Waw* æquum jus poſſidet. Nempe راب per *Waw* & *Jod* medias, eſt proprie *quati*, *concuti vebementius*. Inde ad *Lites*, & *rixas*, cum *minis*, & *terrore incuſſo*, conjunctas, tranſitum eſt. Hoc *conditionalem* vim voculæ אם plane miſſam facere jubet. Monendum denique *conjunctionem* hancce efficere plerumque *modum ſubjunctivum*, & *converſionem præter.* in *fut.* ac proinde ita conſtituendam ſententiam, *eo quod non conſoturus tibi ſit malum.*

Vſ. 31. Ad vim nativam Radicis קנא, quæ *Zelotypiam*, *æmulationem*, & *invidiam* ditione ſua includit, enucleatius conſtituendam, præſtruam pro iis, qui ad hæc minus promti, firmique, quod *Lib.* III. *Tuſc.* obſervavit *Cic. invidiam*, & *invidentiam ductam eſſe a nimis intuendo fortunas alterius*; atque inde *Attium* in *Menalip.* conſtruere auſum

Florem quisnam liberum invidit meum.

Non *flori*, ut *conſuetudo* popoſciſſet. Iſti *Origini* facete alluſum a facetiſſimo *Lucil. Nulli me invidere, non ſtrabonem fieri deliciis me iſtorum.* Nempe ut *Magn.* noſter *Voſſ.* ſubnotavit, *invidi aliena bona oculis non rectis, ſed pravis, ſtrabonum in morem, adſpiciunt.* Ad iſtud ergo exemplum *ſtrabonem fieri* tantundem eſt ac *invidere*, *invidentia tangi*; quod Imitatori ejus *Horat.* eſt *obliquo oculo alterius commoda limare.* Quod autem, ut idem ait,

Invidus alterius macreſcit rebus opimis,

Tabeſcere, inprimisque ac ſolentius, *Liveſcere*, ob *effectum* illo ex *affectu tabifico* oriundum, illuc tralata ſunt: atque *Livor* improprie *invidentiam* ſignare cœpit, quum proprie *lividum colorem* ſonet. Pariliter πέλιος & πελιδνὸς *lividum* utroque adſpectu denotant: quin & ὠχρὸν *pallidum* pro *invido* reperias. *Hebræum* קנא *livorem* quoque *proprie* valuiſſe, nemo, credo, ſuſtinuerit; cui vel mica judicii. Multo minus *proprietas* conſtitui poterit in *invidendo*, i. e. *intuendo.* Propius accedit *Zelus*, ζῆλος, ἀπὸ τοῦ ζεῖν *fervere*, *bullire*; quaſi dicas *fervorem bullientem.* Pro quo *Zelotypia* ζηλοτυπία *ictum pulſumque vehementiorem* talis *fervoris*, preſſius adhuc, adfert. Eandem tamen eſſe *Originationem Hebraicam* temere affirmaretur; quum קנא nuſpiam, in Sacro Codice, *primigenio* ſuo uſu compareat; ſed ſemper ſub vi *ſecundaria* vel *Zeli*, *Zelotypiæ*; vel *æmulationis*, vel *invidentiæ* ibi obverſetur. Qui hinc non manibus ſuis palpat, vel de *Origine* tacendum penitus; vel ex *Dialectis* eam eruendam, ac conſtabiliendam, plane ad hæc hebes ſit. Auſpicatiſſime ſuccurrit *Arabum* copia; apud quos قنا קנא *intenſius rubuit.* Inde قاني احمر קונא אחמר *valde & pulcre rubicundus*, apud Cl. *Golium.* Proprie, *rubicundus candens*, *candeſcens*; ut quum *ferrum igne inflammatum percandeſcit.* Habes *rubedinem flammantem* vel *inflammatam*; qua *Zelo*, & *Zelotypiæ æmulatrici*, repræſentandæ nil vividius, completiusque. Ad *Originem* iſtam ſæpiuſcule alluſum. Specimen unum alterumve appoſuiſſe juvabit. *Pſ.* 79: 5. *Quousque* תאנף *iraſceris naſo ardente*, --- *flagrabit tanquam ignis* קנאתך *Zelus tuus inflammatus.* Adjectum *Vſ.* 6. *Effunde* חמתך *excandeſcentiam tuam ſuper gentes* &c. ut קנאה proinde & חמה proximam inter ſe colant affinitatem. Conjunctim veniunt *Zach.* 8: 2. חמה גדולה קנאתי לה *excandeſcentia vehementi inflammatus ſum pro ea*; ſive *rubedine inflammata* tin-

32 Nam abominatio Jehovæ eſt tortuoſus, & cum rectis eſt ipſius commercium arcanum.

33 Execratio Jehovæ in domo impii eſt; & manſioni juſtorum benedicit.

34 Pro-

32 כי תועבת יהוה נלוז ואת ישרים סודו׃

33 מארת יהוה בבית רשע ונוה צדיקים יברך׃

34 אם

tinctus fui, ac *totus perfuſus*. Infra *Cap.* 6: 34. aliud occurret, ibidem illuſtrandum.

Ibid. Vocabulum חמס, quo omne genus *injuriæ*, *violentiæ*, *oppreſſionis*, & *extorſionis* comprehenditur, proprie deſignare *cruditatem*, ſive *acerbitatem immaturam* & *duram*, jam alibi inſinuatum, atque mox *Cap.* 4: 17. ulterius adſtructum dabo.

Vſ. 32. Tenue nimis, quod נָלוֹז *part. paſſ.* a לוז reddatur *retrocedens*. Ne quidem *diverſus*, vel *in diverſum abiens*, vim nativam exprimit; quæ requirit *tortuoſum*, *obliquatum*; *perverſum*. Is plenius *inf.* 14: 2. eſt נלוז דרכים *tortuoſus viarum*. Eadem forma *Jeſaj.* 30: 12. *neutro genere* poſita, deſignat *id quod tortuoſum*: *quod inſignite detortum*. Eſt oppoſitum ישר *aqui*, *plani*, *recti*.

Vſ. 34. Nimis ſollicite *conditionem*, quæ ſæpe in particula אם incluſa eſt, & hic retinuere quidam; *ſi illuſores ipſe illudet*; *manſuetis quoque præſtabit gratiam*. Propius cum *Vſ.* præc. connectendum cenſuit *Cocc.* dans, *ſiquidem*, *quandoquidem*. Mihi præplacet, quod Noſtris quoque placitum, *certe*, *profecto*. Uſus ſæpe quidem viſus, ſed & ſæpius prætervisus. Id paſſim in *Jobo* indicatum. Nunc *Originem* ſubjicio ab אמם أم *tetendit*; *intendit*, *contendit*: unde omnes uſus quos *conjunctio* hæc exerit, ultro ſubnati: quemadmodum & reliqua Radicis hujus ſoboles.

Ibid. Anxia Criſis *Maſoretharum*, quæ pro עֲנָיִים *manſueti*, margini attexuit עֲנָוִים: quum enim *Radices* ענו & עני æqualia habeant jura, vetus Lingua ex æquo admiſit עָנִי & עָנָו, cum *pluralibus* עֲנִיִּים & עֲנָוִים. Quod autem עֲנָיִים alibi non occurreret, quemadmodum nec *ſing.* עָנָי, ſed tantum עָנִי, cujus *plur.* dat עֲנִיִּים, ſuſpicio mendi inceſſit, & עֲנָוִים ſubſtitutum fuit. Temere profecto: quum *Analogia* & *amplitudo* vetuſta præpollentis Linguæ ſic ſub jugum veluti mittatur, quum potius in priſtinum regnum debeat immitti. Augeantur ergo Lexica derivato עָנָי, cum hocce legitimo *plurali*. At עָנִי ex עָנָיִי contractum, ut alium habet *typum*, ita alium quoque *plural*: conformat עֲנִיִּים; quem hic ingerendum eſſe, fruſtra contenderunt, qui *Antiquitatem Punctorum* impugnant.

Vſ. 35. Edecumatum eſt verbum נחל *hæreditare*: *hæreditario jure occupare*, ac *poſſidere*. Eſt *impropria* & *metonymica* virtus, quæ ſuccrevit ex *propria* & primaria *cernendi*, *excernendi*; quæ ſub *Arabum* نخل aſſervatur. Hic apud *Golium* habes غربل *cribravit*; *ſecrevit* farinam: & منخل מנחל *cribrum*: & نخل الدقيق in *Gjeubar.* eſt غربلة *quod de farina excernitur*: *flos farinæ*. Hinc نخل الشي & تنخل انتخل apud *Gjeub.* exponitur استقصي افضله تخيره *excerpſit præſtantiſſimam rei partem*, *ſibique elegit*, *ſecrevit*. Pulchre in *Hamaſ.*

نخلت له نفسي النصيحة
انه
عند الشدايد تذهب
الاحقاد ۞

Ex-

34 אם ללצים הוא יליץ ולעניים יתן
חן :
35 כבוד חכמים ינחלו וכסילים מרים
קלון :

34 Profecto irrisores ipse irride-
bit; at mansuetis dabit gratiam.
35 Gloriam sapientes cernent hæ-
reditatem: & elumbes nobilitat in-
ustio infamiæ.

Excrevit ei anima mea sincerum monitum, namque
Adversis in rebus odia longe facessunt.

Ubi *Tauriz.* نخلت اي خلصت وجات بصريحها كالشي الذي ينخل بالمنخل فيوخذ جيده وخياره *Verbum* נחלת *excrevit, purum putum designat, ac delibatissimum quid; veluti quum aliquid cribro excernitur, ejusque optimum ac lectissimum excerpitur.* Adjungitur ibidem, ومنه تنخلت الشي اي اخترته *inde dicitur, excrevi mihi rem, quum eam mihi elegi, ac vindicavi.* Hac ansa נחל Latinissime vertas *cernere hæreditatem*; quamvis non eadem plane potestate: nam *cernere* & *adire hæreditatem* differunt apud consultos juris; ut *cernere hæreditatem* strictius sit, *deliberare* num eam *adire* velis. Ergo *cernit* nonnunquam, etiam qui non *adit*: sed quia plerumque *aditur*, sub formula, *hanc ego hæreditatem cerno adeoque*, pro *occupare hæreditatem* invaluit: atque inde *cernere hæreditatem paternæ gloriæ* apud *Cic. Liv.* aliosque, est *suo sibi jure vindicare, ac possidere.* Apud *Hebræos* adhuc cumulatius quid attulit, secundum ea quæ præstruxi: & strictius quidem de *primogenitis* usurpabatur, qui *præstantissimas* sibi *partes excernebant*, ac *delibabant*: usu tamen mox latius admisso ad omnes *hæredes*, cum eo, ut semper aliquid *eximium, selectumque*, suggerat. Jucunda hinc lux & gratia per universam Linguam se diffundit. Heic loci *delibatus* ille *flos bonosque portionis hæreditariæ*, ita resplendet, ut nil cumulatius concipi, atque efferri possit. Splendide *Zach.* 2: 16. *Et Dominus Judam cernet*, excernet, *portionem suam.* Eum *sibi proprium, eximiumque, vindicabit.* Sub illustri figura *Jer.* 16: 19. *Patres nostri* נחלו שקר *mendacium creverunt hæreditatem.* Hoc ipsis *proprium eximiumque.* Hoc *præclarum peculium*; ac *patrimonium.* Eandem *gravitatem* addas velim iis quæ *Job.* 11: 3. jam annotata.

Ibid. Fluctuatur in extremo membro. Opinionum divortia persequi haud vacat. Plerique struunt: *stolidorum* quisque *tollit ignominiam.* Hoc aliis est, *suscipit, seque ea onerat, & obruit*: aliis *aufert eam*, tanquam *portionem* debitam. Satis speciose. Limpidior tamen constructio, inverso ordine, *stultos tollit ignominia*: i. e. secundum quosdam, *aufert e medio, in exitiumque rapit*: secundum alios, *elevat, attollit, longe lateque conspicuos reddit.* Haud inconcinne. Concinnius venustiusque fuerit, si *Oxymoron* assumatur. Nempe קלון *ignominia*, non a קלל *levis, vilis fuit* derivandum, ut vulgo fit: sed a קלה *ussit*, unde & *Cocc.* in *Comment.* cogitat *de inflammatione faciei: in eo, quem pudet.* Id tenuius: summus enim gradus ignominiæ, & infamiæ, hac voce designatur: *inustionem, notam inustam* ergo malim, succinente proprietate ך קלה قلى in *torruit, frixit in sartagine*, quæ مقلى & مقلاة מקלה *masc.* & *fæmin.* vocitatur. Hinc קלי *tostum, frixum.* Respiciuntur στίγματα *stigmata fronti tergove inusta.* Ita insigne *Oxymoron* subnascitur. *Elumbes nobilitat inusta publice infamia.* הרים *Tollere in altum, celsum & nobilem reddere.* Gravis & sententiosa oppositio; per quam & *stolidis sua* assignatur *hæreditas præclara*, ad posteros prodenda, ac propaganda, *infamia* semper *duratura*, per quam ipsi quoque suo more, meritissimoque jure, *nobilitentur.*

CAPUT QUARTUM.

Verſ. 1 Audite, Filii, diſciplinam patris, & aurem purgate, ad cognoſcendum prudentiam.
2 Nam florem doctrinæ uberem dedi vobis; inſtructionem meam ne deſeratis.
3 Nam filius extiti patri meo; tener, & unicus, ante faciem matris meæ.

4 Is-

Verſ. 1 שמעו בנים מוסר אב והקשיבו לדעת בינה׃
2 כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזבו׃
3 כי בן הייתי לאבי רך ויחיד לפני אמי׃

4 וירני

Vſ. 1. Solemnis *Hebraismus*, שמעו והקשיבו *Audite*, & *nitidate*; pro, *aure nitida ac purgata audite.* Redeatur ad *Cap.* 2: 2.

Vſ. 2. Jucunda phraſis לקח טוב, *florem ſeminis uberem* reſonans, juxta ea quæ de utroque vocabulo jam ante inſinuata. Hic *Doctrinam* illam *bonam*, *vivam*, *vita immortali fœtam*, quæ *Lege* Dei continetur, genuino charactere inſignit.

Vſ. 3. Signanter, *Filius extiti patri meo*, pro, *Filius eximius*, *eximie carus.* Id maſculum magis, ut ſic dicam; quam ſi ſtruas, *Filius extiti patri meo tener.* Omnino illud רך poſteriori membro relinquendum; *tener & unicus ante faciem matris meæ.* Illud רך *tener*, quamvis *teneriorem* adhuc *ætatem* non excludam, quippe quæ jam tum *imbuenda*, & *in palato titillanda*, על פי דרכו *ſecundum os viæ ejus*, *ut quum* יזקין *mento fuerit pendulo*, *inde non deflectat: Prov.* 22: 6. præcipue tamen infert *tenerum* & *delicatum* illud *amoris materni*, quo Filium huncce haud ſecus atque *unicum* præ reliqua prole fovebat, in oculiſque gerebat. Huc tendit quoque phraſis exquiſitior לפני אמי *ante faciem matris meæ;* præ qua jacet, & languet, *Maſorethicum* illud לבני *filiis*, vel *apud filios matris meæ.* Inſinuat, *tanta ſe teneritudine dilectum*, *ut ex oculis nunquam dimitteretur.*

Vſ. 4. Eximie figuratum *prebendat verba mea cor tuum:* i. e. omni *niſu*, omni *nervo*, ea *teneat*, diſcendo, & *obtineat* præſtando. In שמר habes *cuſtodiam accinctam.* In שמר וחיה *cuſtodito promtus*, & *vivito;* prius *mandantis* eſt, poſterius *promittentis* atque cum *imperio* veluti *deſponſantis.* Redeatur ad ea, quæ ſupra tetigi.

Vſ. 5. Ampliſſimæ ditionis eſt קנה, *acquirere*, *comparare*, *emere*, *poſſidere ut peculium*, *ut prolem eximie caram; & domi ſtudioſe aſſervatam.* Id ad *Job.* 1: 3. jam commonere cœpi, & exemplis communivi. Ad *Originem*, de qua nihil adhuc productum, ducit Gloſſa *ſervavit intemeratum pudorem:* & paſſive, قنيت *Domi ſervata fuit*, *ne temeraretur*, *puella.* Hoc manuducere videtur ad *inflammationem* illam, quæ reſidet in קנא: indeque *metonymice* ventum ad *inflammatum ſtudium* & *Zelum*, quo quid vel *acquiritur*, vel *poſſidetur* tanquam *peculium* egregie *carum.* Ita ſynonymum حمي *ignitus & candens fuit*; in eandem ferme amplitudinem

4 וירני ויאמר לי יתמך דברי לבך
שמר מצותי וחיה :

4 Isque docuit me, dixitque mihi; prehendat sermones meos cor tuum; custodi præcepta mea, & vivito.

5 קנה חכמה קנה בינה אל תשכח
ואל תט מאמרי פי :

5 Vindicato Sapientiam, vindicato Prudentiam; ne obliviscaris, & ne deflectas a sermonibus oris mei.

6 אל תעזבה ותשמרך אהבה
ותצרך :

6 Ne deseras eam, & custodiet te: atque amato eam, & servabit te.

7 ראשית חכמה קנה חכמה ובכל
קנינך קנה בינה :

7 Princeps sapientia, vindicato sapientiam; & omni possessione tua cariore prudentiam vindicato.

8 סלסלה ותרוממך תכבדך כי
תחבקנה :

8 Circumflectitor eam, (ut vitis flagellis suis) & attollet te: cohonestabit te, quod amplexatus eam fueris.

9 תתן

9 Ad-

nem immissum, adfert *possessionem inviolabilem*, atque *intactam*, quam *ignito* ac *candente* quasi *studio comparatam* quis *defensat*; & *vindicat*; eam nunquam e manibus dimissurus. Ita in *Diw. Hud.* حامي الحقيقة est, *Defensator ignitus justi*; sive *vindex candentissimus*, pro quo & قاني الحقيقة קונה substituere liceat, secundum *Glossam* modo adductam. Ita *Haririus Cons.* 23. قني الوفاء *intemeratam fidem retinere*, & *ut peculium inviolabile vindicare*: & *Cons.* 31. قني التواضع خلقا *Vindicavit sibi indolem, modestiam. Modestiam* tanquam *peculium Unice carum possidet*, atque *inviolatam asservat*. Non spernetur, credo, decus & pondus hinc omnibus locis accrescens.

Vs. 7. Languidiuscule exit, quod multi dant; *principium sapientiæ* est, *acquire sapientiam*. Constructio quoque minus rotunda. Rectius, & erectius, dederunt Nostri. *Præcipuum sapientia*. Proprie *Capitale*. Ita *Amos.* 6: 6. ראשית שמנים *Capitale unguentorum* vel *princeps*. Quidni & hic: *princeps Sapientia*? Huc collineat exaggeratissima illa evectio, *vindicato* ergo *Sapientiam*; *& omni possessione tua intelligentiam vindicato*. קנין *possessio*, ab eodem *themate* propagatum, signat *peculium eximie carum*, ad lineolas, quas paulo ante duxi: unde ad *emphasin* vocum effloresceret venustior hicce lusus, *vindicato peculium*, *sapientiam*: *& pro omni peculio tuo* cariore *intelligentiam peculium vindicato*. Cave Tautologum credas. Est gemmula Orationis, & *congeries*, qua nihil cumulatius enunciare datur. Tale est. *Amœnitatibus amœnis amœnum hunc oneravit diem*. Tale illud *Apostoli* καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης, *excellentissime excellens æternum pondus gloriæ*. &c. &c.

Vs. 8. Solitarium verbum סלסל, haud dubie insignem aliquam *figuram* exprimens; quam tamen ob *defectum hodiernum* Linguæ, & *inopiam lucis idoneæ*, constituere non possumus. A סלל *exaggerare viam*; plerasque versiones infedit, *Exaggera eam*, ut viam Regiam, & munitam; *atque attollet te*; non invenusta lusione. Cl. *Cocc.* maluit *accumulationem in thesaurum*. Alii simplicius *exaggerationem laudis* tenent: quum tamen סלל nil simile offerat. Cl. *Gusset.* ex סל *corbis*, *canistrum*, tentat, *Eam in corbe ponito*, cum allusione ad *corbes vindemiantium*. Laudo quod apposuerit, *non posse Locutiones speciales*

9 Addet capiti tuo ſertum gratiæ; coronam decoris ultro elargietur tibi.

10 Audi, Fili mi, & accipe ſermones meos; & multiplicabuntur tibi anni vitæ.

11 Viam ſapientiæ præmonſtravi tibi; feci ut greſſus glomerares in orbitis complanationis.

12 Quum incedes, non arctabitur greſſus tuus; & quum curres, non impinges.

13 Fir-

9 תתן לראשך לוית חן עטרת תפארת תמגנך׃

10 שמע בני וקח אמרי וירבו לך שנות חיים׃

11 בדרך חכמה הרתיך הדרכתיך במעגלי ישר׃

12 בלכתך לא יצר צעדך ואם תרוץ לא תכשל׃

13 החזק

les hujus naturæ niſi ope multorum exemplorum erui ac conſtabiliri. Nil verius. Et tamen nil magis tum a *Guſſet.* tum ab aliis, ſectam ejus ſequentibus, præterviſum, quin impugnatum. Paucis arridebit, puto, hoc in loco *corbis* cum *vindemia.* Aliquid a *vitibus* mihi quoque in mentem venit: ex *Jer.* 6: 9. ubi סלסלות *vitium flagella* malim cum Clar. *Cocc.* quam *corbes*: quemadmodum سلسلة *catenatos flexus, nexusque longa ſerie fuſos* ſignificat. Verbum quoque سلسل *connexuit, concatenavit*: & تسلسل *cohæſit catenæ more.* Hinc promſi, *circumplicator ei*; ſive *flagellis circumfuſis* veluti, *inhæreſcito ſapientiæ*; haud ſecus ac *vitis ulmo maritata*: concinit, & *attollet te*; eodem ſub adſpectu: nam *vites* ita *maritatæ*, & *arboribus ſubnixæ*, ſe animoſiſſime attollunt, & explicant lætiſſime. Magnopere attendi meretur, idem hoc سلسلة exponi in *Camuſo* رمل ينعقد بعضه على بعض وينقاد *arenæ quæ innodantur aliæ ſuper alias, atque ductiles ſunt*: nempe ad *aggerem*; *conſerendum.* Ergo סלל proprie fuerit *conſerere* viam, ſive *conſertam aggerare* & *agger* a *ductili nexu* ſit dictus. Amplietur interim: neque quicquam pro indubitato a me venditetur, quod anſam dubitationi relinquit.

Ibid. In eandem Allegoriam collineat verbum חבק *amplecti*; quod eſt حبك *plexuit, conſtrinxit, connexuit, connodavit*: unde حبك *coma criſpa*, item *lorica ex annulis conſerta, annulata.* Inde ad *amplexationem arctiorem* tranſitus factus, quum *brachia innectuntur*, & *innodantur.* Nil aptius huic ſedi, ad imaginem propoſitam; nil ſenſui utrique, tum *proprio* a *vitibus*, tum *improprio*, congruentius.

Vſ. 9. Ad לוית חן *tortilem coronam gratiæ*, conſulatur *Cap.* 1: 9. Verbum מגן ex rarioribus eſt; & tria tantum loca obtinet; e quibus ad ſeriem exſculptum, *tradere* in poteſtatem, *dedere*, *donare.* Ita *Hoſ.* 11: 8. *Quomodo* אתנך *tradam te Ephraim*, אמגנך *dedam te Iſraël*? Item *Gen.* 14: 20. *Benedictus Deus altiſſimus, qui hoſtes tuos* מגן בידיך *dedidit in manus tuas.* Inde tamen alii, ut tota hæc *methodus conjecturalis* eſt, elicuerunt, *clauſit*, *concluſit*, *cinxit*, captata inſuper alliteratione cum גנן *cinxit*, *ſepſit*, *circumſepſit.* Hinc noſtro textui ſubjiciunt, *corona magnificentiæ cinget te*; vel *circumſepiet*; nam & *ſepiri corona caput* eleganter dici poteſt. LXX a מגן *clypeus*, quia *ſepit*, ex eodem hoc fonte ὑπερασπίσῃ σου. Hæc ſabulo fluxiora. Prius *dedere*, *donare* & quidem *gratis*, præſidii aliquid habet in *Chald.* מַגָּן *gratuita donatio*; & *gratis.* Id *Arabibus* ſimiliter مُجَّانًا *adverb.* At *nomen* ipſum مُجَّان in *Camuſo* explanatur per ما كان بلا بدل

13 החזק במוסר אל תרף נצרה כי
היא חייך :

14 בארח רשעים אל תבא ואל תאשר
בדרך רעים :

15 פרעהו אל תעבר בו שטה מעליו
ועבר :

16 כי

13 Firmiter prehende disciplinam, ne relaxes; servato eam, nam vita tua est.

14 Iter improborum ne intres; & ne vestigia imprimas in via malorum.

15 Disturba seriem ejus, neque in eam transeas: frenum mordeas ab ea revulsus; & evadito.

16 Nam

بدل *quod sine compensatione fit*; itemque الكثير الكافي *sufficientissime copiosum*: nec non ماء مجان كثير واسع *de aqua, copiosa & ampla.* Apud *Gjeubar.* similiter قولهم اخذه مجانا اي بلا عوض *quod dicitur* אחזה מגן *valet, cepit illud sine pretio: gratis.* Ex his colligenda datur potentia *Largitatis*, & *elargiendi*, subsumta ab *effusione*, vel *profusione*, quam *Glossa* illa in *aqua ampla* & *copiosa* suggerit. Inde quoque prono alveo decurrit aliud *glossema*, quo מגן مجن exponitur لا يبالي ما صنع *non curavit quod faceret*: quasi dicas *profusus fuit*: postremum tamen hocce non omnino certum. *Largitatis* & *gratuitæ donationis* vis, sic satis evidens, & tum hic tum alibi peropportuna; *elargiri gratis*, بلا عوض *sine compensatione*, ac *pretio*, cumulum haud spernendum sententiæ nostræ addit. Consimiliter *Gen.* 14: 20. *Hostes tuos elargitus est in manus tuas* sive *gratis dedidit*; absque *damno*, *pretio*, *sanguine*. Et *Hos.* 11: 8. *Quomodo tradam te? elargiar te?* Hæc interim ultra *secundarium* gradum non procedunt: ac proinde de *Origine* deliberandum adhuc restat.

Vf. 11. Protrita in Oriente figura *gressus stricti*, *substricti*, *arctati*, quum *ad incitas* quis redigitur. Exempla congessi ad *Job.* 14: 7. ubi eadem phrasi, יצרו צעדי אונו *arctabuntur gressus potentiæ ejus.* Unum alterumve adjicio ex *Harir. Conf.* 30.

ومساعي في الترجي القاصرات
الخطى عوج ❁

Et conatus in iis quæ spero curtati gressu, recurvi.

Idem *Conf.* 36. يا من تقصر عن مداه خطى مجاريه وتضعف *O ille a cujus meta attingenda curtati sunt gressus concertantis, & debilitati!* in צעד *gressu*, sive *gradu*, aliquid grandius contineri ibidem submonui.

Vf. 15. Parum dignitatis inest in versionibus, quæ fere habent, *omitte*, vel *rejice illam*; *ne transeas per illam*: *declina ab illa*, & *transi.* Non tam humili socco incedit Noster. פרעהו *figuratum* est, quin *cotburno* indutum; ad ansam illam, quam supra aperui *Cap.* 1. Nempe & improbi habent *nexam* suam *seriem*; suam *factionem conspirationemque*, qua junctis viribus animisque grassentur. Hanc Numinis Cultor jubetur, pro se quidem, *disturbare*, indeque se *divellere* ac *dissociare*. Solemnia hæc *Arabibus* حل سلك نظامه *solvit filum seriei ejus*: pro *societatem cum eo dissolvit.* Fortius sonat فرط quod est *abrupit.* Scilicet societas cum improbis non *dissuenda*, sed *discindenda*, ac citra ullam moram *disrumpenda.* Huc tendit אל תעבר בו *ne transeas per illam*; i. e. *ne vel pedem* illuc *immittas.* En subtilius adhuc: עבר *transire* quadrat in *baccam* quum *filo insertatur.* Sic foret, *ne inseraris in illam*: prout سلك

16 Nam non dormiunt, niſi malum patrarint; & abigitur ſomnus eorum ſi non offenſarint.

17 Quin veſcuntur panem improbitatem, *(turbulentiam;)* & vinum bibunt cruditates.

18 At

16 כי לא ישנו אם לא ירעו ונגזלה שנתם אם לא יכשולו׃

17 כי לחמו לחם רשע ויין חמסים ישתו׃

18 וארח

filum ſignat & *agmen longo* velut *filo conſertum.*

Ibid. Non decreſcit alterum membrum. שטה non eſt ſimpliciter *declinare*; ſed *ἀφηνιάζειν excutere frenum*; سطا, unde *Mulieri Sota* nomen inditum, quæ *ἀφηνιάζει frenum mordet* adverſus maritum; venuſte transfertur: ut in *ἀφηνιάζειν τῆς ἀρετῆς*, *virtutis frenum excutere.* Apud *Joſeph. ἀφηνιάζειν ἀλλήλων mutuum frenum excutere*, eſt *amicitiam contumacius utrimque reſcindere.* Cum primis pulcrum, quod *Ælian.* 4: 9. enotavit, de *Platone*, qui *Ariſtotelem* appellitabat, *πῶλον pullum*; cujus ſit *λακτίζειν τὴν μητέρα calce ferire matrem*: quippe qui & ipſe *recalcitraret magiſtro*; & *ἀφηνιάζειν frenum excutiens*, *atque emordens*, *Platoni inſultaret.* Ad iſtum colorem graviſſime figuratum illud שטה מעליו *frenum excute deſuper via illa*: i. e. *ne ſuper illa te vel trahi*, *nedum duci patiare*: ſed inde *emorſo* & *excuſſo* velut *freno* confeſtim *reſilito.*

Ibid. Extremum ועבר *& tranſito*; ſuo quoque pollet nervo: quadrat enim עבר *tranſivit*, in ea quæ *cum impetu auferuntur ex oculis*: ut quum *gluma*, *ſtipula*, *nubes*, dicitur *tranſire.* Sic eſſet; *in diverſam ac contrariam virtutis viam quantocyus transferaris.* En aliud. עבר *tranſire* ſpeciatim valet *evadere periculum.* Sic haberemus, *& evadito:* quod vel ſtrictius capere licet, ut ſit *imperantis*: vel laxius, ut ſit *promittentis*, & felicem vitam *deſpondentis:* ad exempla ſæpiuſcule jam viſa. Non præterlabatur ſuavis luſus in duplici potentia rum עבר, quod aliud in priore, aliud in poſteriore membro efficit: quale & ſupra habuimus *Cap.* 3: 24.

Vſ. 16. Quomodo gradum tueri poſſit lectio יכשולו ex *Kal*; ad *Vſ.* ſeq. dabitur.

Vſ. 17. Duplex vertendi ratio. Prior, quam fere tenent omnes: *nam veſcuntur pane improbitatis; & vinum injuriarum bibunt*: i. e. *aliena bona rapiunt*, *iiſdemque ſe ſaginant.* Senſum hunc commendat *vinum injuriarum*, in *conſtructione* poſitum: nec non præced. *Vſ.* ſi verba ירעו & יכשילו accipiantur, pro *maleficiis* & *offendiculis graſſari* ad alios circumveniendos, & deprædandos. Poſſunt tamen hæc verba latiore ſenſu capi de *vitiis* quibus hi homines indulgent, quibuſque ſe auferendos tradunt, alios ſuo quoque exemplo abripientes. Hoc etiam ſtylo ſacro eſt הרע *malum patrare* & חכשיל *ſcandalum ponere:* quin & ex *Kal*, כשל *offendere*, *ruere*, *impingere.* Sic יכשולו gradum ſuum tueretur. Ad iſtum jam ductum concinnius ita continuaretur. *Nempe veſcuntur panem*, *improbitatem: & vinum*, *cruditates potant.* Per appoſitionem. Hæc eſt celſior illa figuratio, quæ plenius effertur *Job.* 15: 16. שתה כמים עולה *potans*, *ut aquas*, *iniquitatem.* Et *Job.* 34: 7. ישתה לעג כמים *bibit ſannam ut aquas.* Ea ſe *recreat* & *oblectat.* Pro his ſubſtituas licet, omiſſa *præpoſit: Bibit iniquitatem*, *ſannam*, *aquas:* ut in illo: האכיל לחם לחץ ומים לחץ *veſcendum dare panem anxietatem*, *& aquam anxietatem*: 1 *Reg.* 22: 27. *Eſaj.* 30: 20. Hoc quaſi *unicum* dare *nutrimentum*: ſub gravi Oxymoro. Objicietur forte יין חמסים *vinum injuriarum*, in *ſtatu Conſtr.* aliud poſtulare. Sed primo, יֵין pro יַיִן abſolute poni, permittit *Analogia*; לֵיל & לַיִל promiſcue veniunt. Secundo, manente propiore copula, *vinum cruditatum* reſolvi ſe patitur in *cruditates quæ ſint vinum*; *loco vini*: quæ *tanquam vinum avide hauriantur.* חמס *injuria*, *violentia*, in *Origine* valet

18 וארח צדיקים כאור נגה הולך ואור עד נכון היום׃

18 At iter juſtorum ut lux jubaris Orientis, procedens & lucens usque ad ſtabile culmen diei.

19 דרך

19 Via

let *cruditas*, *durities cruda*, *aſpera*, *acerba*. Sic in *Camuſo* حمس صلب واشتد فهو حمس واحمس وهم حمس والحمس الامكنة الصلبة *Thema* חמם *notat crudus*, *durus fuit*, *& vehemens in omni re: talisque vocatur* חמם *&* אחמם; *cum plur. fr. quod & loca aſpera deſignat.* Similiter *Tauriz.* ad *Hamaſa*, الحماسة, ita vim recludit. الحماسة الشدة في الامر يقال حمس الرجل في الامر حمسا وحماسة اذا اشتد فيه وهو احمس ويقال قد حمس الشر وحمس الوغا قال الشاعر

وفر اذا حمس الوغا

وكثر ذلك حتي سميت الشجاعة حماسة لان الشجاع يشتد على قرنه عند المراس

Hamaſa, *cruditas*, *eſt durities in aliqua re; diciturque, crudus extitit vir ille in re aliqua, cum infinit.* חמם *&* חמסה, *quum vehemens, & durus; eſt: qui & ipſe* אחמם: *dicitur quoque, crudum ſane fuit malum; & crudum fuit prælium; quum vehementiſſimum eſt. Sic Poëta.*

In fugamque emicuit, quum crudeſceret prælium.

Hoc eo usque evaluit, ut etiam ſtrenuitas bellica, vocata ſit *cruditas*; *quoniam ſtrenuus bellator durus & ſævus eſt contra adverſarium ſuum in conflictu.* Hæc ex *Latinorum* uſibus ſub *crudus*; & *Græcorum* ſub ὠμὸς illuſtrabit, qui volet. Mihi nunc ſufficit *cruditas* illa *acerbior & indomita*, ad colluſtrationem uſuum *Hebraicorum*. Ad *Originem* proximum *Job.* 15: 33. *Crudum excutiet, tanquam vitis, omphacium ſuum.* Nervoſe *Job.* 21: 26. & *molimina quæ ſuper me* תחמסו *crudeſcitis. Crudi crudo impetu agitatis.* Affine *Thren.* 2: 6. *Jer.* 13: 22. aliaque, quæ ad aliud tempus remitto. Omitti nequit, quod *Cap.* 26: 6. occurret שתה חמם *bibens cruditatem*: י״ל haud dubio ad *Originem* alluſum; ut ibi demonſtrabo. Forte & hic idem reſidet acumen. *Vinum bibunt cruditates*: i. e. *delectantur* omni *cruditate injuriæ*, *violentiæ*, *acerbitatis*; quæ vere *cruditates* & ipſis tandem ſint futuræ; quibus *fauces*, *vitaliaque*, *erodantur*, ac *diſcrucientur*. Duplicatus ſenſus & priori colo ſubjungi poſſet; nam qui *turbulentia improba* ſemet *oblectat*; tanquam *cibo*, ac *pane*, *viſcera* tandem *ſua conturbaſſe* reperietur. Hæc interim, ne quid argutius obtrudam, in medio relicta, & ulteriori examini commendata ſunto.

Vſ. 18. Vox נגה *jubar* hic ſpeciatim ad *ſplendorem Solis Orientis* ſeſe refert. Clare *Jeſaj.* 60: 3. לנגה זרחך *ad jubar ortus tui: auroræ ſparſæ.* Et *Jeſaj.* 62: 1. עד יצא כנגה צדקה *usque dum emicet ut jubar Juſtitia ejus.* יצא *emicare* in *Sole Oriente* protritum. Conſonat uſus *Arabum*, quibus نجه נגה ultima *He mobili* eſt طلع *eminuit & emicuit* Sol Oriens. Concordat & وجه, cum وجه *facies*, ſic dicta ab *eminendo*, & *emicando*. Inſignis locutio נכון היום *erectum*, *firmum*, *ſtabile diei*; pro *culmine meridiano.* σταθερὰν μεσημβρίαν vocat *Chryſoſt.* Veteres τὸ σταθερὸν τῆς ἡμέρας· quod *Arabibus* quoque قايمة النهار *Stans diei*: قام قايم الظهيرة *ſtetit ſtans diei*; ἡμέρας σταθερὸν eodem adſpectu reperies ad *Job.* 11: 17. quin יום נכון *diem culminantem*; *in culmine ſtantem*: *Job.* 15: 23. ſublimi figura, ibidem explanata. Eadem granditate

 Lu-

19 Via improborum, ut occasus est perpetuus; nesciunt, ad quidnam impacturi sint.

20 Fili mi, verbis meis aurem repurgato: sermonibusque meis inclinato eam.

21 Ne se ab oculis tuis obliquent; custodi ea in meditullio Cordis tui.

22 Etenim vita sunt invenientibus ea: & omni carni cujusque sanatio.

23 Præ omni custodia serva Cor tuum; nam, ex eo scaturigines (emicationes) vitæ sunt.

24 Re-

19 דרך רשעים כאפלה לא ידעו במה יכשלו :

20 בני לדברי הקשיבה לאמרי הט אזנך :

21 אל יליזו מעיניך שמרם בתוך לבבך :

22 כי חיים הם למצאיהם ולכל בשרו מרפא :

23 מכל משמר נצר לבך כי ממנו תוצאות חיים :

24 הסר

Lucan. L. 9. *Quum cardine summo stat librata dies.* Attendendus solemnis *Hebraismus* in הולך ואור *procedens & lucens*; pro *clarius clariusque relucens.* Ita *Esth.* 9: 4. הולך וגדול *procedens & invalescens*: & *Jon.* 1: 11. *Mare procedens & inhorrescens.* 2 *Sam.* 15: 12. *Eratque conjuratio nervosa*, והעם הולך ורב *populusque procedens, & densus cum Absalomo*: i. e. *magis magisque densebantur globi.* Exprimitur *continuatio identidem increscens.* Pulcherrimum schema. *Via justitiæ* & *virtutis occasum nescit*: atque *ubi semel illud illuxit jubar, identidem lætius lætiusque effulget*; *donec stabile culmen obtineat gloriæ* & *immortalitatis.*

Vf. 19. Plenior est, & celsior, figura, quam sentitur ex *versione*; *via improborum ut caligo.* Verbum افل אפל enim *occasum* signat, & quidem *continuatum, perpetuum, magis magisque sidentem*, atque *ad suum* quoque *centrum*, & *culmen* veluti, *caliginis horridissimæ evectum.* Sic utriusque viæ discrimina summum attingunt utrobique gradum. Confer *Job.* 15: 23. Amplitudinem hanc vocis אפילה, simulque *Originem*, haurias ex *Comm. Job.* 3: 6. & 10: 22.

Vf. 20. Cohærent hæc, הקשיבה הט אזנך *nitida, tende aurem tuam*: solemni *Hebraismo*, pro *nitide purgatam tende aurem tuam ad verba & sermones meos.* Hanc complexionem simpliciorem in duo membra dispescit stylus sententiosus: ut sonantior feratur oratio. Qui in הקשיב proprietatem *attendendi* inesse autumant, si huc oculum intendant, differentiam haud obscuram deprehendent; quam in lucem erui, ad majestatem Sacri Codicis pertinet; quam sane non colunt, qui *Origines*, sola *Dialectorum* ope vestigandas, vel insuper habent, vel per devios tramites, quin & præcipitia, consectantur.

Vf. 21. Nodi quid in forma יַלִּיזוּ; quæ *anomalos* pro יָלִיזוּ posita censetur. Mire hic argutus Cl. *Cler.* quum autumat *Masorethas Dagesh* hoc inseruisse, ad indicium Radicis נזל *fluxit*; unde prodiret, *ne effluere faciant* improbi *dicta mea ex oculis tuis.* Sic יִזְּלוּ foret legendum, nexu sensuque parum apto. Facessant tricæ. Thema statuendum ולז ولز, sororium לוז & לוח *obliquus* fuit, unde יַלִּיזוּ in *Hiph.* valet, *obliquent sese*, contractum ad legem *deficientium prima Waw*, & *Jod*; de quibus in *Instit. Grammat.* Figuratio, quæ hic subest, jam ad *Cap.* 3: 21. indicata.

Vf. 23.

24 הסר ממך עקשות פה ולזות שפתים
הרחק ממך :
25 עיניך לנכח יביטו ועפעפיך יישירו
נגדך :
26 פלס מעגל רגלך וכל דרכיך
יכנו :
27 אל תט ימין ושמאול הסר רגלך
מרע :

24 Removeto a te distorsionem oris: & flexuositatem labiorum a te longe amandato.
25 Oculi ad scopum acrius tendant sese (vibrent;) & palpebræ tuæ complanate collineent e regione tui.
26 Elibrato orbitam pedis tui, & omnes viæ tuæ constabilientur.
27 Ne declines ad dextram sinistramve; amove pedem tuum a malo.

Vs. 23. Vox משמר non tam *rem custodiendam* significare videtur, quam ipsam *custodiam, excubiasque*, & quidem *accinctas, pervigiles, in statione paratas*; ex *Origine*: metaphora desumta ab *urbe*, vel *arce*. Vide modo *Neh.* 4: 3. 16. & 7: 3. Nempe & *Cor* veluti *Arx* est; pro qua *excubandum accinctissime*. Hoc sive *literam* spectes, sive *spiritualem sensum*, ultro sese explicat. Gemino isto adspectu adjunctum, *nam inde sunt exitus*, emicationes, *vitæ*. Respicitur ad *munus cordis, sanguinem* & *spiritus animales didentis* omni momento, ac quaquaversum *dispensantis*, per universum corpus: metaph. desumta a *scaturigine*, ejusque תוצאות *jugi emicatione aquarum*. Hoc jam ad *vitæ spiritualis fontem* sublimius applicitum.

Vs. 24. Iterum aliquid scrupuli ad voculam לְזוּת, quam a לוז derivari, ut ferme fit in Lexicis, haud patitur *Analogia*. Ea requirit *Thema quiesc.* 3. *Waw* vel *Jod*, *Jod*, לזו, לזי, לזה, لذي quæ alia adhuc soror verbi לוז לוי *obliquus fuit*. Observatum jam a *Cocc.* qui *recessionem* vertit. *Obliquatio labiorum* commodiorem præbet, & completiorem, imaginem. In הרחק *removeto* magna emphasis; *abominationem* inferens rei fœdæ, & turpis, quam procul a te repulsam velis, ne contagione ejus adhæris: ut ad *Job.* 11: 4. & 22: 16. monui.

Vs. 25. Lucidi, & venuste temperati colores. *oculis* additum verbum יביטו infert *aciem cum intensione vibratam*; τὸ ἀτενίζειν, & αὐγάζειν. Id *tom.* I. *Originum* latius deductum firmatumque. לנכח *recta, e regione*; κατὰ σκοπὸν, *ad scopum collineando*; ut dextre *Cocc.* Unde? Haud liquet. Conjicio a notione illa, quam conservat *Arabum* نكخ, quod in *Camuso* declaratur نهز idem cum نكز *pungere* κεντεῖν. Inde *centrum Scopi*, quod *collineando ferit* jaculator. Notiones sub نكخ hinc subortæ. Alibi plura. Succinit יישירו *complanent sese palpebræ tuæ*. Qui *scopum ferire* conatur *collineat* simul, simul *complanat* aciem: quin *palpebræ* isti *complanationi* vel maxime subserviunt. Hæc sibi quisque facile explanabit.

Vs. 26. Verbum פלס *appendit, ponderavit, libravit*, ex Origine offert *motum tremulum* & *vibrantem*, quo quid *examinatur*, atque *elibratur* tandem exactissime. Sic πάλλειν *vibrare* inter alia pro *Librare* se præbet: & πάλλεν πέλεκυν apud *Apollon. Rhod.* idem sonat quod *Librare securim*, ut *certius feriat*. Insignite hinc *Jes.* 26: 7. מעגל צדיק תפלס *Orbitam recto-rigidi elibras*: ad *libramentum æquas*. Consimiliter hic *Elibrato*, ad *libramentum exigito* & *æquato orbitam pedis tui*. Confer: quæ mox *Cap.* 5: 6. 21. recurrent.

CAPUT QUINTUM.

Verſ. 1 **F**ili mi, ad Sapientiam meam nitidato; ad Prudentiam meam tendito aurem tuam:

2 Ad

Verſ. 1 בני לחכמתי הקשיבה לתבונתי הט אזנך :

2 לשמר

Vſ. 2. Conciſius לשמר מזמות *ad ſubcingendum adſtrictiones*, ita reſolvitur, *ad cuſtodiendum quam promtiſſime omnem ſolertiam adſtrictam.* Apud *Golium* ſub زم זם habes, *Ligavit, conſtrinxit habena* jumentum: *Corrigiis tranſverſis adſtrinxit* calceum. Hæc proprietas *Pſ.* 17: 3. evidens זמתי בל יעבר פי *adſtrinxi, nequaquam transgredietur os meum.* Ad *Harir. Conſ.* p. 70. plura jam dedi. Hic מזמות complecti videtur *ſolertiam* illam *adſtrictam*, qua *cor*, *oculi*, *lingua*, &c. fida & firma ſub cuſtodia continentur.

Vſ. 3. Vox נֹפֶת non *favum* indicat, ſed, ut *Cocc.* jam commonuit, *quod ſponte eliquatur e favis.* Ἄκοιτον *mel.* A נוף, ubi ordinari ſolet, minus liquide deſcendit. Vera *Radix* נפת نفث *efferbuit, ebullivit: bullitione eliquavit.* Hac Pomœria Linguæ amplianda. Verbi נטף نطف nativa virtus eandem *eliquatam puritatem* ſuſtinet: nam نطفة נטפה exponitur الماء الصافي *liquor limpidus*, quaſi *deſtillatio; id, quod deſtillando exprimitur.* Operæ fuerit, ex *Hamaſ.* adduxiſſe Verſiculum *Antaræ*

لعلك تمني من اراقم ارضنا
بارقم يسقي السم من كل منطف

Fortean feriaris de ſerpentibus terræ noſtræ
Tæterrimo quodam, qui potionatur veneno ex omni diſtillatorio.

Ubi *Tauriz.* اذا نطف السم من قطر ويستعمل النطف في كل سايل كالماء والدمع ونحوهما والنطفة هي القطرة قال

فبت كان العين افنان سدرة
عليها سقيط من ندي الليل ينطف

Ex uſu ℥ נטף *in veneno, quum ſtillatim exprimitur. Adhibetur quoque in omni re quæ fluit, ut aqua, lacbryma, ſimilibusque.* נטפה *autem eſt gutta ſtillans: Poëta*

Et pernoctavi ita ut Oculus ramos referret loti,
Super quibus pruina e madore noctis deſtillat.

Haud injucundum hinc lumen, cum ad *Harmoniam Dialectorum*, tum ad ſignatiores uſus S. Script. redundabit.

Ibid. חלק *glabrum præ oleo palatum*; excellentem præbet *figuram*, ad *blanditias molles*

2 לשמר מזמות ודעת שפתיך ינצרו׃

3 כי נפת תטפנה שפתי זרה וחלק
משמן חכה׃

4 ואחריתה מרה כלענה חדה כחרב
פיות׃

5 רגליה ירדות מות שאול צעדיה
יתמכו׃

6 ארח

2 Ad custodiendum solertias; utque scientiam labia tua conservent.

3 Nam eliquationem mellis stillant labia alienæ mulieris; & lubricum (glabrum) præ oleo palatum ejus.

4 At extremum ejus amarum est ut absinthium; acutum ut gladius anceps.

5 Pedes ejus descendunt ad mortem; (descensores mortis:) Orcum gressus ejus prehendunt.

6 Iter

les & mollientes. Attigi, supra *Cap.* 2: 16. *Palatum* חך, sedes *Linguæ*, & *loquelæ* organum, utriusque significationem sub se recepit.

Vſ. 5. Connixit acies Interpretum ad [illegible], quo se mens *Salomonis* congesta evehit; utroque in membro. *Pedes ejus* ירדות מות *descendentes Mortem*; non simpliciter valet, *vergunt ad mortem*, *in perniciemque tandem* & *ruunt*, & *trabunt*: sed *in mediam mortem audacia profligatissima se ultro immittunt*, *atque immergunt.* Altius scandi nequit hoc in genere. Est *metaphora* desumta ab iis, qui *in profundos aquarum gurgites se immergere* sustinent. Id nostrum ورد ירד *descendere* absolute consignat apud *Hebræos* & *Arabes*; atque inde subsumti multi usus insignitiores, in *periculis*, in *prœliis audacter subeundis*; de quibus alibi. *Zobair.* in *Moallek. tertia*

وردوا غمارا تغرى بالسلاح
وبالدم

Descenderunt gurgites gladiis & sanguine collisos.

In *Hamaſ.* strenui bellatores ornantur titulo وراد حومة الموت *Descendentium gurgitem Mortis.* Infinita talia. Defungar uno omnium animosissimo.

اذا اشرعت فيه الاسنة
خاضها
الى الموت حتى يترك
الموت احمرا ☼

Quum protensæ in eum cuspides, immergitur illas
Ad mortem; sic ut Mortem linquat purpuream.

Hoc est, *Mortem ipsam evincat*, *cruenta strage edita.* Ad hunc adspectum, *pedes adulteræ* vocantur *descensores mortis*, vel *descendentes mortem*: qui *in mortem* animose veluti *incurrant*, atque *irruant*; neque ullo ejus terrore se tangi, retrahique, patiantur. Cave intelligas *Mortem* in adulteras ex Legi sancitam. Intelligitur *mors vitiorum* & *scelerum*, cum Numinis contemtione, omnique obduratione in peccato, conjuncta: quæ opposita *vitæ*, & *viæ virtutis* ac *religionis*; in *Vſ.* seq. *Hanc in mortem descendunt*, *ejusque gurgitibus* ultro *se committunt* non solum, *sed & immittunt*, quæ *voluptati frena laxant*, atque *libidini se auferendas permittunt.* Geminum germanum est, quod admisere in خاض *ingressus est & transvadavit aquam.* Unde mox خاض حياض الموت *Vadavit vada mortis*, pro *pericula*, *prœlia*, *animose ingressus fuit.* Alio flexu *immersit se voluptati & vanitati*: unde in *Alcor. Sur.* 52: 12. & 70: 42. & 74: 46. كنا نخوض

6 Iter vitæ ne forte libraverit: nutant orbitæ ejus, haud curat.

7 Et nunc, Filii, auſcultate mihi; & ne deflectatis a ſermonibus oris mei.

8 Lon-

6 ארח חיים פן תפלס נעו מעגלתיה לא תדע :

7 ועתה בנים שמעו לי ואל תסורו מאמרי פי :

8 הרחק

نخوض مع الخايضين *vadati fuimus cum vadantibus:* hoc eſt, *in voluptates & vanitates mundi nos ultro immerſimus male perituri.*

Ibid. Eadem ſublimitate enunciatum, *Orcum greſſus ejus prehendunt.* צער eſt *ſcandere, & grandire gradum.* Hinc צעדים *greſſus grandiores, audacioresque: Prov.* 30: 29. *Pſ.* 18: 37. Vide ſis ad *Job.* 18: 14. Hi *audaces greſſus* admirabiliter dicuntur *Orcum* ipſum *prehendere, & arripere* veluti, profligatiſſima illa temeritate, qua omnis terror *Orci* irridetur, atque eluditur, quin imo per quam grandi gradu *Orcus* quaſi invaditur, & occupatur. Non ſimpliciter ſpectatur exitus, quem tandem habitura ſit adultera, *Orco* demittenda. Multo minus שאול *ſepulcrum* reddendum; quaſi inſinuaretur, per *libidinoſam vitam mortem & ſepulcrum approperari.* Inculcatur cumulus *Mortis ſpiritualis;* in pectore criminibus vendito, & addicto; quippe quod *Orcum* ipſum ſinu foveat, atque ſecum audaciſſime circumferat. Ita *prehendere gloriam; prehendere Divitias: Prov.* 11: 6. eſt *injecta manu arripere, ſuumque facere: Obtinere firma manu.* Nonnunquam & *fulcire, ſuffulcire* תמך ב׳ ſubjectum: ut *Exod.* 17: 12. Vide, num inde placeat? *Greſſus ejus* audaciſſimi *Orcum ſuffulciunt.* Hoc jam non *invadere* eſſet, & *occupare Orcum;* ſed *eundem* inſuper *adificare,* ac *ſubnixo* velut *gradu* ſuſtinere. Prius teneo.

Vſ. 6. Aliud alio trahitur. Inde & hic aberratum a genuino ſenſu. Efferunt plurimi in 2. perſ. *Viam vitæ ne forte tu libres, nutant orbitæ ejus:* Ita *ut non cognoſcas.* Uno complexu Cl. *Cocc.* פן quod *dubitantis* alias, pro *abſoluta negatione* accipit, ſic reddens: *iter vitæ ne libres, vagantur ejus orbitæ, non ſcires.* Applicat ad *permixtionem veri & falſi, errorumque ac ſophismatum* πλίγματα, ac *ſtrophas, per quas via vitæ inveniri nequeat.* Illam *plenam negationem* etiam *Nold.* in *Concord.* recepit: nec non *Gejer.* in 3. *fœmin.* pro arctione nexu edens: *viam vitæ ne pendat, vagantur orbitæ ejus, ne ſciat;* vel *ut non ſciat,* quo vadat. Hoc Cl. *Cler.* ſuum fecit, ſub leni mutatione ad finem, *ne* viam eam *ſciat.* Omnino 3. *perſ.* tenenda; & per duo diſtincta cola ita continuandum: *Iter vitæ ne forte libret: nutant orbitæ ejus; nec curat.* Habes, quod cum præced. *Vſ.* intime cohæret. Audaciſſime *ſe mediam in mortem* vitiorum *demittit* ac *demergit;* atque *ſubnixo gradu Orcum* vel *invadit,* vel *ſuffulcit: ne forte* morſu tacta conſcientiæ, *minus audacter, minus ſecure, peccet;* atque *iter vitæ incipiat librare.* Abhorret ab omni cogitatione vitæ emendandæ, & cupiditatis compeſcendæ. Religionem ac virtutem procul faceſſere jubet. Hunc acutum non minus, quam gravem ſenſum, magis perſentiſcas, ſi tenueris פן non tam *dubitantis* eſſe particulam, quam *præcaventis,* vel *cautelam commendantis.* Huc directum quoque alterum membrum: *nutant orbitæ ejus:* i. e. *ruunt, præcipites feruntur.* Si malis *vagantur,* eodem recurres; id enim fuerit a *virtute & religione* reſiliunt atque *per invia divagantur.* Cumulum imponit לא תדע *non curat.* Lectiſſimus uſus ידע: ut *Deut.* 33: 9. את בניו לא ידע *Filios ſuos non curavit.* ut optime *Cocc.* Eximiam hanc vim pluribus adfirmabo infra. Poſſes quidem, *non animadvertit, non ſcit* ſe male perire. Sed prius fortius. *Profligata eſt, & plane perdita,* nec ullo Dei metu, ulla cura ſalutis, tangitur. *Nutat; vagatur, præceps ruit, omni cura ſui e pectore excuſſa.* Eadem hac amplitudine, atque exaggerata vehementia, augendum quoque nunc cenſeo quod iisdem coloribus aliter adhuc expreſſum, *Cap.* 2: 18. 19. Nempe non *exitus* ibi

8 הרחק מעליה דרכך ואל תקרב אל פתח ביתה :

8 Longe remove ab illa resiliens viam tuam: & ne appropinques ad ostium domus ejus.

9 פן תתן לאחרים הודך ושנתיך לאכזרי :

9 Ne forte prodas alienis decus tuum; annosque tuos immani.

10 פן

10 Ne

ibi quoque, sed *præsentissimus status* ad vivum expressus.

Vs. 8. Hic demum *secunda* suscipitur *persona*; directa ad *virtutis* & *religionis alumnos.* Id verbulo subinnuo, ut sentiatur, nimis festinasse, qui eam præcedenti Versui accommodare conati sunt. Ceterum magna emphasis in particula מעליה, non simpliciter *ab ea*, sed *resiliendo.* על infert sæpe proximam *conjunctionem*, *cohæsionem*, & *familiaritatem.* מעל hinc crebrum in *rescisso* omni *commercio.* Instar omnium esto nunc *Ezech.* 23: 18. *Et divulsa est anima mea* מעליה *de super ea, quemadmodum divulsa fuit anima mea* מעל אחותה *de super Sorore ejus:* omne *cum ea commercium rescindens*, & *abhorrens.*

Vs. 9. Quæritur, quinam sint אחרים *alieni*: & multa hic multi, quæ non discutiam. Hoc vocabulo modeste inter *Israëlitas* notati *peregrini*, a religione vera *alieni*; atque adeo ejusdem *hostes.* Respici puto ad *venditionem in servitutem*, qua quis se mancipat *sub nexum peregrinorum.* Grande scelus *semet vendere*; grandius *peregrinis*, atque *a cultu* Numinis *alienis.* Qui *adulteræ* adhæret, ex *familia* Dei *semet vendit*, ac *tradit in domum* ac *servitutem alienam.* Huc tendit quoque נתן *dare*, quod nonnunquam est *tradere*, *prodere*, *abjicere.* Sic *Mich.* 5: 2. *Profecto* יתנם *dabit eos, tradet in servitutem, hostibus donabit*; ut in *donare*, ac *condonare*, interior vena elegantiæ apud *Ciceron.* aliosque graves Auctores. 1 *Reg.* 14: 16. ויתן *& dedit Israëlem, propter peccata Jeroboami:* pro *hostibus donavit*, 1 *Reg.* 13: 26. *Et dedit eum* יתנהו *Dominus Leoni, qui eum fregit.* Id cum *Tullio* efferas, *donavit, prodidit.* Notanter *Ps.* 44: 11. תתננו *Donas nos sicut oves comestionem*; *dapem: & in gentes evannasti nos.* In eandem figurationem se dat, *ne prodas alienis* הודך *pondus* & *decus tuum: Gloriam* nominis, *gloriam* gentis Deo sacratæ, *gloriam* libertatis, & *prærogativam* gloriosæ immortalitatis, ad quam vocatus es. Dignitatem addit etiam vocula פן *ne forte*, quæ ita *dubitantis* est, ut magis adhuc sit *præcaventis*, aut *cavere* monentis.

Ibid. Ad eandem metam aurigatur, *& annos tuos immani.* Quid *anni? vita* inquiunt, aut *tempora vitæ.* Alii *annos florentis ætatis* κατ' ἐξοχήν. Est etiam qui respiciat ad *annua munera*, quibus excidat adulter, probiore ei surrogato. Mihi *anni* quoque sunt *vitæ tempora*, quæ *tradat*, *prodat*, *immani*, ac *sævo*; qui quum *Liber* esse deberet, ac *sui suorumque temporum Dominus*, postquam se *jugo* libidinum submisit, *luce* ac *libertate* frui non possit amplius, sed tanquam *in pistrinum mancipatus*, *truculentum* quotidie tyrannum experire cogatur. Τῷ אכזרי subjecta vis *truculentiæ immanis*, & *barbaræ*; quæ misereri nescit: *Jer.* 6: 23. & 50: 42. &c. &c. *Originem Job.* 30: 11. jam tactam, ad ansam inferius porrigendam, exequar. Nunc modo teneatur illud *Barbarum*, & *truculentissime sævum*, quod imaginem a me productam sustinet, ac commendat. *Horat. Ep.* 1: 2.

Sirenum voces, & Circæ pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset;
Sub Domina meretrice fuisset turpis & excors.
Vixisset canis immundus, & amica luto sus.

Illud *exsors* ab acutissimo *Marcklando* est; pro *excors*: quod eandem sui *venditionem*, *mancipationemque sub nexum alienum*, infert. Omnis præstantium ingeniorum Chorus eadem *figuratione* hac in materia delectatur.

F *Vs.* 10.

10 Ne satientur peregrini robore tuo; & nervi tui sint in domo alienigenæ.

11 Et infremas temet vorans ad extremum; in consumenda carne tua, & tuis visceribus.

12 Dicasque, quomodo odio habui disciplinam; & redargutionem contumaciter sprevit Cor meum!

13 Et non auscultavi voci docentium me, & acuentibus me non inclinavi aurem meam.

14 Pa-

10 פן ישבעו זרים כחך ועצביך בבית נכרי :

11 ונהמת באחריתך בכלות בשרך ושארך :

12 ואמרת איך שנאתי מוסר ותוכחת נאץ לבי :

13 ולא שמעתי בקול מורי ולמלמדי לא הטיתי אזני :

14 כמעט

Vf. 10. Novæ lineæ ad eandem tabellam illuminandam. זָרִים *peregrini* passim pro *hostibus* populi *Israëlitici*. נכרי *alienigena* consimiliter. Pari passu veniunt *Thren.* 5: 2. *Obad.* vs. 11. Sic בית נכרי *Domus alienigenæ* est *Domus servitutis*. Adhæsum ad עצבים, non sane *dolores*; non *opes dolore & labore quæsitæ*: sed *nervi & tendines*; qui *Arabibus* عصب, a *them.* عصب עצב *arctius vinxit*, ac *strinxit*. In *Opusculo* de *Defect.* id demonstratum. Apta biga כח ועצבים *Robur & nervi*: cum *proprie* tum *tropice* expliciti. Idem par vocabulorum *servitutis* ac *pistrini* picturam consummat.

Vf. 11. Gravissimum verbum נהם *infremuit*, نهم, *vehementi altoque spiritu rugiit*, *barrivit* elephas, camelus. Item *vehementer & insatiabiliter voravit.* Utraque potestas, *infremuit vorabundus*, se in locis exerit. Ita infra *Cap.* 28: 15. ארי נהם *Leo infremens præ aviditate vorandi.* Iterum *Esaj.* 5: 29. *& infremet vorabundus, & rapiet prædam*: nec non *Vf.* 30. וינהם עליו *infremetque super eo*; ita malim, quam *contra eum*: ut pingatur *Leo incubans super præda, & vorans sævo sub murmure.* Item *Ezech.* 24: 23. ונהמתם *& infremetis alter ad alterum, vorabundi*; tanquam *alii alios devoraturi.* Duplex hinc nascitur facies. Prima hæc, *Quum consumta fuerit caro tua, ac substantia; infremes* sera pœnitentia, *temet* quasi *vorans*, temet *lanians.* Altera vehementior; quam in Versione proposui: ad quem adspectum illud בכלות *præsens* tempus, ac *præsentem* actum exprin ר.: atque vivis coloribus repræsentetur *sui ipsius carnifex, tortor, vorator, sibimet quasi incubans, suisque dentibus* inter fremitus & murmura *carnem* ac *viscera sua dilanians.* Sic *Job.* 18: 4. reperies, טרף נפשו באפו *Qui cum naso suo* fumante, fremente, *suam ipsius animam laniat*, ac *discerpit.* Hoc *Homero* passim *cor suum edere*: ut *Iliad.* 24: 129. σὴν ἔδεαι κραδίην. *Odyss.* 9: 75. & 10: 143. 379. Fortius adhuc δάπτειν ἦτορ *laniare cor*, & διαρδάπτειν *dilaniare*; quod & καταδάπτειν, *Odyss.* 16: 92. Huic sensui sequentes tres Versiculi subserviunt; quibus *Cor suum* cum maxime *lanians*, ac *viscera* sibi sua sub sævis morsibus conscientiæ *dilacerans*, oculis subjicitur.

Vf. 14. Flaccent interpretationes non una via euntium. Plurimis placuit, *ferme fui in omni malo: in medio cœtus ac congregationis*: Hoc alii strictius exponunt de *cœtu piorum*; alii laxius de *multitudine populi*: alii denique de *turba hominum malorum*, quorum se *consortio* addiderit; & cum quibus *digito* notetur. Nihil horum pertingit ad *vehementiam* illam, quam series exigit; *infame supplicium*, & *exitum scelerata vita dignum.* Huc ferri puto illud בתוך *infin.* verbi بتك בתך *secuit, amputavit; conscidit.* Ejus sororium בתק semel occurrit *Esech.* 16: 40. *Et adscendere facient super te* קהל *cœtum*; *teque obruent lapidibus*; ובתקוך *atque conscindent te*

14 כמעט הייתי בכל רע בתוך קהל
ועדה׃

14 Parum abeſt quin extiterim in
omni malo, proſciſſio Comitii &
Conventus publici.

15 שתה מים מבורך ונזלים מתוך
בארך׃

15 Bibe aquas e ciſterna tua, &
fluenta ex tuo puteo.

16 יפוצו מעינתיך חוצה ברחבות פלגי
מים׃

16 *Tunc* exundabunt ſcatebræ
tuæ foras: in plateas rivi aqua-
rum.

17 יהיו לך לבדך ואין לזרים אתך׃

17 Exiſtent tibi, tibi ſoli; & a-
lienis nihil tecum erit.

18 יהי מקורך ברוך ושמח מאשת
נעוריך׃

18 Eſto fons tuus benedictus; &
lætator de uxore juventutis tuæ.

19 אילת

19 Cer-

te ſuis gladiis. En קהל *Panegyrin*, in totius populi *conventu ad ſupplicium publicum* & inſpectandum, & infligendum. Idem uſus recurrit *Eſech.* 23: 46. 47. Alterum עדה item *conventus*, *cœtus*, eidem uſui accommodum: ut *Pſ.* 22: 17. Appoſitiſſime ergo, *conſciſſio comitii* & *conventus publici.* Si quis בתוך *in medio*, retineat, hunc *Supplicii publici* conſpectum tamen non dimittat: quia illo demum dehortatio hactenus deducta completur. Eodem collineat illud, abruptum, *tantillum modo* abfuit; *quin extiterim* בכל רע *in complemento omnis mali*: in *omnium malorum meditullio*, & *cumulo congeſto.*

Vſ. 15. Allegoria ſuſcipitur per aliquot Verſiculos decurrens: in qua enucleanda magnopere variatur. Sunt I. qui *Aquam bibere de Ciſterna ſua*, traxerint ad *facultatum* & *divitiarum* ſuarum *fruitionem liberalem* ut *Vſ.* ſeq. ad earundem largiorem erogationem. Ita nexus plane deſeritur. Cl. *Cocc.* II. cum aliis retulit ad *fontes ſapientiæ* in Verbo Dei recluſos, ut inde aquæ ſalutis combibantur, atque cum aliis quoque communicentur. Id paulo propius accedit. Proximum III. quod plurimorum calculus comprobat, ut dehortationi ab illegitimis amplexibus, & *aquis furtivis*, ſubnectatur commendatio *matrimonii*, & *thori conjugalis*, caſtiſſime colendi; ad propagationem legitimæ prolis. Nihil honeſtius, tritius quoque nihil, præſertim in Oriente, hac figura: ubi verba ירד وَرَدَ *deſcendit in aquatorium*, نَهِل נהל *prima vice bibit*: & عَلّ עלל *ſecunda vice potavit*, *ſitim reſtincturus*, huic rei dicata. Conſimiliter *fontes*, *ſcaturigines*, *aquatoria*, *putei*, *ciſternæ*, in vocibus منبع, بئر, حوض; nec non in דלי دلو *ſitula*; & ادلى *ſitulam demiſit*: ماح *deſcendit in puteum*, hanc ſedem paſſim occupant. Exempla in Sacris ſat lucis fundunt. *Num.* 24: 7. *Jeſ.* 48: 1. & 51: 1. *Jer.* 2: 23.

Vſ. 16. Quomodo filum ſuum hic proſequantur, quos *num.* I. & II. memoravi *Vſ. præc.* ibidem jam inſinuatum. Tertia ſententia, quæ & noſtra, hæc applicat ad *propagationem* generis, & *amplificationem familiæ*, per *rivulos connubiorum*, a liberis contrahendorum. Limpida res, & ratio. Turbant tamen nonnulli. Cl. *Cler.* inſerit *interrogationem*, *An diſpergentur fontes tui foras?* additque, *mirum eſſe*, *rem ſatis ex ipſa ſerie orationis apertam*, *tot interpretes fugiſſe*; *præſertim quum* LXX & *Aquila*, negatione addita expreſſiſſent, μὴ ὑπερεκχείσθω &c. μὴ διασκορπιζέσθωσαν. Non fugerat Interpretes; & Cl. *de Dieu* hanc jam palmam, ſi palma, tulerat. Cl. *Capell.* ſe permittens auctoritati τῶν LXX *negationem* approbaverat. Falluntur. Nec *negationi*, nec *interrogationi* ullus hic locus. Qui tam potenter detonaverat in amplexus adulterarum; non ad idem, tam dilute, rediret. Fefellit, quod יפוצו redderetur *diſpergi*; quum ſit potius *dimanare*, *exuberare*; فاض: ut

19 Cerva amorum, & rupicapra gratiæ; cujus te ubera irrigent omni tempore; cujusque amore jugiter impliceris.

20 Quid enim, fili mi, impliceris in aliena, & amplexeris gremium peregrinæ?

21 Profecto coram oculis Jehovæ Viæ Viri (cujusque,) omnesque ejus orbitas perlibrans ille.

22 Pravitates ſuæ viſcabunt ſibi ipſummet improbum: atque funibus peccati ſui prehendetur.

23 Ille morietur, quod caſtigari nullus queat; atque in ſpiſſitudine craſſitiei ſuæ *ſtolidæ* implexus hærebit.

19 אילת אהבים ויעלת חן דדיה ירוך בכל עת באהבתה תשגה תמיד :

20 ולמה תשגה בני בזרה ותחבק חק נכריה :

21 כי נכח עיני יהוה דרכי איש וכל מעגלתיו מפלס :

22 עוונתיו ילכדנו את הרשע ובחבלי חטאתו יתמך :

23 הוא ימות באין מוסר וברב אולתו ישגה :

ut *tom.* I. *Orig.* p. 118. admonui, ubi in *propagatione generis* id verbi adhibitum reperies. Fraudi inſuper fuit חוצה *foras*; quaſi *illegitimos* & *alienos thoros* deſignaret. Atqui שלח החוצה *emiſit*, *elocavit foras*, eſt, *in matrimonium locavit*: *Jud.* 12: 9. *Deut.* 25: 5. Confirmabere hoc in ſenſu, ſi attenderis, non *officium* ſanciri, ſed *promiſſum*: qua *caſtum thorum fœcundo* & *caſto ſemine exuberaturum*, atque nullo *adulterino ſanguine* maculandum, inculcetur. Hoc *Verſ. ſeq.* pro complemento additum.

Vſ. 19. Uſus rarior verbi שגה aliquantum impedivit. Quum *Lexica* tantum exhibeant *errare*, *deviare*; plurimis id nunc poſitum videtur pro *inerrare tanquam ſui oblitum*, & *amore* quaſi *vagari*. Cl. *Cler.* cenſet *metaph.* eſſe a *villa amœna*, *inter cujus nemora oberretur*. Amatorium ſatis. Idem *Doct Gejero* placitum, adſciſcenti inde vim *oblectationis*. Promtius, quod *Origo* miniſtrat, *implicari*; *implicitum hærere*. Inde *errandi* notio excrevit. Proprietas iſta ſedi huic mirifice adcommodata, in *bonum*; quemadmodum & in *malum* Verſ. ſeq. *Implicari amore* & *in amorem* apud *Latinos* ad utrumque ſe porrigit. *Hærere* quoque & *adhæreſcere*, utrique uſui paratum. Preſſius ad *Vſ. ult.* hujus *Cap.* mox.

Vſ. 22. Pleonasmus *Pronom.* aff. ita exprimi ſolet: *Pravitates ſuæ capient ipſum*, *improbum* inquam. Rotundius dederis, & fortius, in *dativo*; *viscabunt ſibi*; ſecundum *Originem* ſupra productam. חבלים *funes*, pro *tendiculis* & *retibus*, percrebrum apud *Arabes*; indeque חובל حابل *retia tendens*, *venator*: & احتبل *reti venatus eſt*: حبل *retia tetendit*; *reti cepit*.

Vſ. 23. Non valde erectum poſterius Colon, ita converſum: *& in multitudine ſtultitiæ ſuæ errabit*, *aberrabit*. Non expectaſſes, poſt id quod prægreſſum. Succurrat interior Linguæ medulla. אולת eſt *concretio appacta*, ſive *craſſities*: inde *ſtoliditas*. רב eſt *ſpiſſitudo*, *denſitas*: inde *multitudo*: שגה eſt *implicari*, *implicitum hærere*. Hinc eniteſcit, *Et in ſpiſſitudine craſſitiei ſuæ implicabitur*. Hoc ſeſe ultro explicat.

CA-

CAPUT SEXTUM.

Verf. 1 בני אם ערבת לרעך תקעת לזר
כפיך :
2 נוקשת באמרי פיך נלכדרת באמרי
פיך :
3 עשה זאת אפוא בני והנצל כי
באת בכף רעך לך התרפס ורהב
רעיך :
4 אל

Verf. 1 Fili mi, fi fidejufferis fodali tuo; depanxeris alieno volas tuas.
2 Illaqueatus es fermonibus oris tui; tui oris fermonibus vifcatus es.
3 Hoc labora quomodo tandem cumque, Fili mi, & eripitor, (temet eripito) quum venifti in manum fodalis tui; vade, exculcato temet, atque cogitationes tuas conterreto.
4 Ne

Vf. 3. Intricatiffimus nodus, non unam nectens difficultatem. Priora fatis expedita. Impeditius medium colon. Poftremum intricatiffimum, & *Gordium.* Illud באת בכף רעך *venifti in manum proximi tui*, redditur, & ad *Creditorem* applicatur, cujus *in manum depactæ* fint *manus* fponforis: ut fic *fub poteftatem* ejus ceciderit. Id minus commodum, quia ibi רע *amicus* pro quo *fpondetur*, diftinctus a זר *alieno*, cui fit fponfio. Hinc alii *debitorem* potius intelligunt, cujus *in manum veniffe* dicatur *fponfor*, quod ei jam *obnoxius* fit, ab ejusque *fide* pendeat: Id malim; atque כף a כפף كفّ pro *laqueo*, ac *nexu conftricto* etiam accipi posfe commoneo: ut كفة حابل in *Hamafa* eft *laqueus aucupis.* Id verfui præcedenti arctius innexum. In poftremo membro, quot capita, tot fenfus. Præcipui funt. 1. *Vade profterne te, & robora focium tuum.* Iterum ad *Creditorem*: pro *ei te fummitte*; ac *fecurum effe jube*; de *fponfione* præftanda. Ita *Merc.* cum agmine. 2. Ad *Debitorem* refert *Gejer.* convertens, *Vade proculca & interpella focium tuum*, ut quantocyus *fidem* fuam, nomenque, liberet. His רעיך eft *fingulare.* At 3. *Cocc.* in *plurali* extulit, *Age, profterne te, & animofe age cum proximis tuis.* Partim *fupplicando*, partim *animofius inftando*, *extunde* potius *a proximis*, *quo te ifta obligatione eximas*; quam ut ea tenearis conftrictus. Huc ferme & *Cler.* concedit. Mitto alios aliorum conatus. Nihil horum tale, in quo acquiefci queat. רעיך illud vel *fodalem*, vel *fodales* nunc fignificare, a vero abludit. Opportunior poteftas רֵעִים quod ut *amicos*, & *fodales* notat a *pafcendo, compafcendo*, ita *fubftantive* adfert *Cogitationes*, *agitationes mentis*, a רעה *pafcendo* fic dictas, quibus *mens* veluti *pafcitur*; & *quibus difcurrit.* Ampliffimam obtinet ditionem in *Dialectis Aramæa* & *Arabica*, ad *curas* & *follicitudines* quoque fe extendens: Inde tentandum duxi, *calca temet*, & *conturba* vel *conterre cogitationes tuas.* Hunc tenorem fili fuggerit res ipfa, fecundum illud ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα· fuggerit quoque *Vf. feq. Ne des oculis tuis fomnum* &c. רפס *calcare, conculcare, exculcare, calcando conturbare aquas*, difertim *Efech.* 32: 2. & 34: 18. *Prov.* 25: 26. Gemina quoque radix apud *Arabes* رفس & رفش. Prior in *Camu-*

4 Ne des oculis tuis somnum; & palpebris tuis dormitationem.

5 Eripe temet, ut Dorcas e laqueo, atque ut avicula e nexu aucupis.

6 Abi ad formicam, piger; videto vias ejus, & sapito.

7 Cui nec dux est, nec moderator, nec dominator.

8 Parat *interim* æstate panem suum; in messe cibum suum coacervat.

9 Quo-

4 אל תתן שנה לעיניך ותנומה לעפעפיך:

5 הנצל כצבי מיד וכצפור מיד יקוש:

6 לך אל נמלה עצל ראה דרכיה וחכם:

7 אשר אין לה קצין שטר ומשל:

8 תכין בקיץ לחמה אגרה בקציר מאכלה:

9 עד

so est ركض بالرجل *percussit pede:* & صدم *elisit.* Posterior دق وهرس *pulsavit, & contudit minutatim.* In *Gjeubar.* رفس item per ضرب بالرجل *verberavit*, vel, *quassit pede* exponitur; unde cernere datur, qua ansa *calcatio, conculcatio, exculcatio aquarum* sit assumta. Quod autem התרפס a multis hinc reddatur *sternere se & subjicere*, quasi *semet conculcandum præbere;* non sane tutum. Extra locum nostrum non recurrit, nisi *Ps.* 68: 31. Ibi *Delio* natatore opus. *Substernens se frustis argenti*, coactissimum. *Insternens sibi laminas argenti, iis* quasi *incrustans sese*, quod *Cocc.* exsculpsit, explicari possit de *Crocodilo*, cujus regnum *Nilus*, qui vocetur חית קנה *Fera arundinis;* & Regi *Nilotico* applicari. Is tanquam *Exculcator fluminis sui* introducitur *Ezech.* 32: 2. adhibito Themate nostro רפס. Inde extundi possit, *Exculcans sibi frusta argenti*, & tyrannicis concussionibus extorquens. Est conjectaneum; cui generi parum fido. Defectus subsidiorum, ultra progredi necdum patitur. Qui talia satis intelligunt; de iisque decidunt; vires suas non intelligunt. Ne hic quidem ultra conjecturam procedere possum: secundum quam התרפס dedi, *exculcato temet*, pro, *temet conturbato, concutito; extundito. Cave tranquillus residas: & lentus eventum exspectes.* Id scopum recta ferit. Sequens ורהב רעיך reddo, & *extorreto cogitationes tuas.* Vel, *conterretor cogitationibus tuis.* Θορυβάζῃ. Τυρβάζῃ. In *Dialecto Syr.* רהב crebro sic venit. Apud *Arabes* item رهب est *terreri;* & *terrorem incutere:* ut in illo adagio apud *Gjeubar.* رهبوت خير من رحموت *Præstat terrorem incutere quam commiserationem:* presse: *formidolositas melior quam commiserabilitas.* Hoc fundamento רַהַב *formidolosum quid*, sive *molem formidolosam* exposui, qualis est *monstri marini;* ad *Job.* 26: 12. Ejus *fœminino* رهبة רהבה *Jer.* 5: 30. convertitur *Hebr.* שערורה *horrendum quid:* prout مرهوب *Leonem* sonat, *monstrum horrendum* κατ' ἐξοχὴν. *Ferocia*, quam *Cocc.* in *Lex.* unice amplexus non multum hinc abludit. Pulchre *Job.* 9: 13. *Sub illo fidunt* עזרי רהב *Auxiliatores formidolosissimi.* Admirabili cum lepore *Jesaj.* 30: 7. *Ægyptus vanum & inane auxiliantur: Ideo nomen ei posui, Formidolositas illi sedendo.* i. e. *Verbis formidinem incutiunt; ad arma ubi eundum, sedent, cessant, torpent.* Respicitur simul ad רהב per *antonomasiam* veniens pro *Ægypto, Ps.* 87: 4. *Jesaj.* 51: 9. ut *formidolositas* signet *Imperium formidolosum.* Tale schema illud Poëtæ, *Æneid.* 11.

Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi
Tum, quum bella manus poscunt, Patribusque vocatis
Primus ades, sed non replenda est Curia verbis.

In

9 עד מתי עצל תשכב מתי תקום משנתך:

9 Quousque, piger, decumbes? quandonam e ſomno conſurges.

10 מעט שנות מעט תנומות מעט חבק ידים לשכב:

10 Pauxillum ſomnorum; pauxillum dormitationum; pauxillum complicationis manuum in ſinum dum decumbitur.

11 ובא כמהלך ראשך ומחסרך כאיש מגן:

11 Et adventaverit tanquam graſſator pannoſa tua paupertas; & raſa tua egeſtas ut Vir Clypeatus.

12 ארם בליעל איש און הולך עקשות פה:

12 Homo nequam, Vir vanitatis; ambulans tortuoſitatem oris:

13 קורץ

13 Vel-

In *plural.* רהבים *Pſ.* 40: 5. ſemel tantum occurrens, aliis ſonat *fortes*, *robuſtos*; aliis, *faſtuoſos*, *inſolentes*; Cl. *Cocc.* maluit *ferocias*, φρυάγματα. *Abſtractum* pro *concreto*, *formidoloſitates* valet *homines formidoloſos*, inſolentia & ferocia *terrorem* longe lateque *ſpargentes*. Fluctuatur etiam *Cant.* 6: 5. *Deflecte a me oculos tuos* שהם הרהיבני *Cocc.* *nam illi ferocire me faciunt.* Alii, *vim mihi adferunt*; *prævalent robore.* Quidni? *formidinem incutiunt mihi*; vel potius, *formidoloſos ſe faciunt mihi.* Decenter; nam *Oculi* venuſti *radios* ſpargunt *formidoloſos*, quibus *meus externetur* quaſi. Hoc *Conſternari* πτοηθῆναι *Græcis.* Eadem dignitas locutionis *Pſ.* 90: 10. in רהבם πτόημα *eorum*: *formidoloſa ſpecies*, quibus mentes *percelluntur*, *attonantur*, *in admirationem rapiuntur.* Intelliguntur *opes*, *divitiæ*, *ſceptra*, *ſolia*, & quicquid *pompoſum* in rebus humanis: id omne עמל ואון *moleſtia ac vanitas.* Expertus docet *Eccleſiaſtes.* Diverſo flexu *Pſ.* 138: 3. תרהיבני בנפשי עז, vel disjunctim; *formidoloſum me facis*, hoſtibus; *in anima mea robur invictum*: vel conjunctim; *formidoloſum addis animæ meæ robur*: *potentiam formidoloſam mihi circumdas.* Claudat examen *Jeſ.* 3: 5. ירהבו הנער בזקן *Formidinem incutiunt pueri ſenibus.* Hoc *Cocc.* erat *ferociunt*, *inſurgunt cum ferocia adverſus eos.* Hinc jam, ut vela contraham, &, ſi forte, portum capiam: ורהב רעיך & *formidinem incute cogitationibus tuis*; id eſt, tibi ipſi *formidoloſus inſta*, & *incumbe*; ut e nexu, in quem te induiſti, quantocyus exuare, teque ex laqueo illo viſcato citra moram ullam revellas. Rotunda ſic omnia. Nec tamen id adhuc ſub pedibus ſentio, quod requiro in iis, in quibus nulla mihi nutatio, vel ſuſpenſio judicii, relicta.

Vſ. 11. Comparatio non adeo plana, & *advenerit paupertas tua* lacera כמהלך *inſtar viatoris.* Ita datur; exponiturque ab aliis *ſenſim*, ac *tandem* tamen, quantumvis *lente*: ab aliis *celeriter*, & *necopinato.* Hoc melius; ſed neutiquam plenum. Requiritur ſimul *impetus violentus*, & *vis armata*, quam Colon poſterius clariſſime exerit. Si *Viator* apud *Hebræos* eundem uſum obtinuiſſet, quem in *Latio* tenuit, quum ſignat *apparitorem*, *lictoremve*: non improbarem, quod *Corn. a Lapide* in mentem venit, alluſum ad *venditionem bonorum obærati ſub haſta*, & *præcone.* Sed quum de eo haud liqueat, tutius ſtabitur, ſi intelligamus *Graſſatorem.* Is quoque איש מגן לו *Viro clypei*, *clypeato*, propius reſpondet. הלך ſæpe *Graſſari* valet: ut *Pſ.* 73: 9. *Thren.* 5: 18. *Zach.* 1: 10. *Pſ.* 12: 9. *Job.* 1. ubi plura. *Graſſatores*, *Latrones*, vel & *milites qui latrocinia graſſando circumferunt*; ut *ſubito opprimunt*, ita *vi armata exſpoliant.* Talis *graſſatrix clypeata* eſt *paupertas* ad *laceros pannos*, & *raſam penuriam*, ſævo impetu redigens. Vocabula ראיש pro רוש, & מחסור, inferius declarabuntur.

Vſ. 12. Grande, & figuratum: הלך עקשות פה *incedens tortuoſitatem oris*: ut *Jeſaj.* 33: 15. הלך צדקות *incedens juſtitias*: pro-

13 Vellicat oculis ſuis, pedibus ſuis male urit, & tondet digitis ſuis:

13 קורץ בעינו מולל ברגלו מרה באצבעתיו :

14 Sub-

14 ההפכות

proprie *rectos rigores:* cum alluſione ad *Originem.* Id fortius, quam *in Juſtitiis*, *in tortuoſitate oris.* Nempe gemina eſt conſtructio הלך בדרך *inceſſit in via*, & הלך דרך *inceſſit viam*, quæ erectior. Inculcatur *tortuoſitatem oris* eſſe velut *viam*, *quam* jugiter *calcare* geſtiat hicce nebulo, eidem dedita opera addictus, & adfixus.

Vſ. 13. Abſtruſiſſimæ formulæ, ac vel *proverbiale*, vel *ænigmaticum* quid redolentes. Convertitur fere, *annuit oculis ſuis*, *loquitur pedibus*, *docet digitis ſuis.* Exponitur a quibusdam de *homine ficto*, & compoſito, cui *oculi*, *pedes*, *digiti*, in ſtatione parati, ad omnem fraudem. Doct. *Merc.* cum *Vſ. præc.* ita connectit, ut repræſentetur perditiſſimus nebulo, & nequam, cujus omnia membra Cordis improbitatem & malitiam præ ſe ferant, atque veluti eloquantur. *Cocc.* noſter ad *Aſſentatores* retulit, *qui oculis*, *pedibus*, *digitis* loqui ſoleant, paraſitari, *ad gratiam docere*, ſublimiore ſenſu. In alia omnia abit Cl. *Guſſ.* ſub קרץ ubi dat, *amputans oculos; ſecans pedibus;* & *vulnerans*, vel *jaculans digitis ſuis.* Hæc quibus fidiculis torſerit, in *Comment.* ejus videri poterit. Tomo II. *Origin.* vim genuinam verbi קרץ قرص quæ in *Lexicis* fluctuat, ad fidam ancoram conſtitui in *vellicando*; *vellicatim carpendo.* Eam poteſtatem locis ſuis reddidi, & aptavi. Noſtra phraſis bis adhuc occurrit: *Prov.* 10: 10. & *Pſalm.* 35: 19. *Ne lætentur de me inimici mei*; *Oſores mei* יקרצו עין *vellicent oculum*; vel *oculo*: id eſt, *me ſannis ludificentur.* Nil opportunius ad hanc quoque ſedem, in qua *Sannionem* depingi, tam liquet, quam cum meridie lucet. Huc collineare quoque debet מולל ברגלו, quod ſive *loquens pedibus* vertatur, ſpeciem quoque petulantem *Sannæ* neceſſe eſt ſignificet: ſive, ut malui, *urens pedibus ſuis*, ac *coquens quid* quaſi *ſubcinericium*; *cineribus ſuppoſitum*; quod acerbius adhuc. Si roges, quid hoc ſit ludibrii? rogabo viciſſim, quid ſint *pedes loquaces?* Geſtus *Sannionum* non ita mihi in promtu; ut hunc ſpeciatim exprimere, ac definire, ſuſtineam. Reperio *Pſ.* 22: 9. geminam *Sannam*; alteram *promicationem Linguæ inter labella protruſæ*, & *exertæ*, *inſtar floris e calyce erumpentis*, quod eſt הפטיר בשפה *florem erumpentem facere in labio*: alteram, *Capitis nutationem*, *quasſationemve.* Ambigi nequit, quin & *pedibus* additæ fuerint ſuæ geſticulationes ridiculariæ, & illuſoriæ. Ulterius procedere non audeo. Tertia, quæ præ manibus, *Sanna*, ſe ultro ingeret ſi reddatur, a *rad.* מרה in *Part. Præſ. Kal*; in quo & præcedentia enunciata, *tondens*, *tonſoris more ſtringens ſuis digitis.* Nempe *in tonſtrina eſſe* dicitur non nobis ſolum, ne *Belgiciſmum* ſuſpicere; ſed *Latinis*, *Græcis*, *Orientalibus*, qui *ludibrio habetur*, & tanquam *ſub novacula ſedens*, *vexatur*, *raditurque pro arbitratu tonſoris.* Illa *novacula* a מרה *ſtrinxit*, *ſtrigillavit*, nomen מֹרָה *ſtringentis cultri* invenit; ut dubitare fas non ſit, quin in *ſtrigillante tonſura* verbum hocce, vivente Lingua, regnarit. Dignus, qui hic conſpiciatur, locus *Hieron.* ad *Ruſt. Ne credas Laudatoribus tuis*, *imo Irriſoribus — qui cum te adulationibus foverint*, & *quodammodo impotem mentis effecerint*, *ſi ſubito reſpexeris*, *aut Ciconiarum deprehendes poſt te colla curvari; aut manu auriculas agitari Aſini; aut æſtuantem Canis protendi linguam.* Expreſſit tres virulentiſſimas *Sannarum* formas, quas *Perſ. Sat.* I. delineavit

O Jane! a tergo quem nulla Ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas;
Nec linguæ, ſitiat quantum Canis Appula, tantum.

Adeatur ibi ὁ πάνυ *Caſaub.* qui, ex *Galen.* adduxit quoque σείειν τὰ ὦτα ὥσπερ ὄνος *Aſini inſtar aures quatere.* An הניד ראש *quatere caput*, *Jer.* 18: 16. ſimile quid ferat; quem-

14 תהפכות בלבו חרש רע בכל עת מדנים ישלח׃

14 Subverſiones in Corde ejus; cudit malum omni tempore: litigia immittit.

15 על

15 Pro-

quemadmodum ſupra *Pſ.* 22: 12. הניע ראש; haud ſatis conſtat. Apud *Arabes* نغض راسه *motitavit caput* etiam *illudentis* eſt, *Alcor. Sur.* 17: 53. & alibi, nec non صعر خده *distorſit genam ſuam; Sur.* 31: 17. De cohærentia verbulum adhuc. Arridet quod vernacula noſtra tenet, ut per tres Verſiculos continuetur hæc *Sannionis* deſcriptio. Iſto nomine in *Proverbiis*, ac paſſim in Sacris, adficiuntur *illuſores* profani *religionis*, qui *Virtutem verba putant*, & *Lucum ligna:* atque internecivo adverſus Cultores Sanctiſſimi Numinis ſinceros odio flagrant. Huc tendunt Characteres *Vſ. præced.* ducti. Huc virulentæ illæ *Sannarum* ſpecies, quibus *ludibrio* & *contemtui publico* exponere quotidie conantur, qui *Religioni* ſe totos devovent, Eique fidem ac firmam operam *publice* & *privatim* præſtant. Huc denique, quæ *Vſ. ſeq.* attexuntur; jam porro examinanda.

Vſ. 14. Graviſſimum vocabulum תהפכות. *Perverſitates* generatim reddunt. Cl. *Cocc.* maluit *contraria:* ut aliud *loqui*, aliud *in Corde fovere* dicatur. Signantius fuerit, *everſiones*, *ſubverſiones;* atque adeo *deſtructiones*, quibus *fundamenta convelluntur.* Sic הפך pro *funditus vertere*, *ſubvertere*, *urbes*, *regna:* *Gen.* 19: 15. 21. 25. *Jon.* 3: 4. *Thren.* 4: 6. & alibi. Hinc מהפכה *everſio*, qua *ſedibus ſuis revulſa* regio, *ruinis* ſuis *ſepelitur.* Eandem potentiam Vocabulo תהפכות ſubjicio: & ad *fundamenta veritatis*, *virtutis*, & *religionis*, *ſollicitata*, ac *convulſa* applico. Tales *ſubverſiones* & *deſtructiones in Corde ſuo* & habet, & fovet, & molitur, *Sannionum* peſtilentiſſima illa natio, quam hic ad vivum expreſſam, & expictam dedit Rex ſapiens; crebro eandem aculeatiſſimis dictis confutaturus, ac confoſſurus. Omnia loca in quibus vox hæc adhibita, hunc *impietatis cumulum* conſignare videntur. Decem ſunt in univerſum. In *Proverbiis* novies occurſat: quæ ſuo ordine enucleabuntur in progreſſu. Regreſſus tantum faciundus ad *Cap.* 2: 12. 14. *Ad eripiendum te e Via Mali: e Viro* מדבר תהפכות *loquente perverſitates.* Sic & nos ibi. Completius fuerit, *loquente ſubverſiones:* id eſt, *ea quibus Veritas*, *Virtus*, *Religio a fundamentis convellantur.* Id poſtulat *Vſ.* 13. *Qui deſerunt itinera complanatiſſima, ad eundum in viis horridæ caliginis.* Ecquid ſentis *Lumen* Religionis *non obnubilatum* ab his hominibus: ſed *plane extinctum?* Significantius adhuc *Vſ.* 14. *Choream ſaltant* בתהפכות רע *in ſubverſionibus Mali.* Quum *per peſſima* ſua *principia Veritatem*, *Virtutem*, *Cultum Religioſum* Numinis *labefactant* in aliorum cordibus, *ac convellunt.* Series univerſa hunc cumulatiorem ſenſum expoſcit. Eundem poſtulat *Deut.* 32: 20. ubi poſt deſcriptionem omnibus numeris abſolutam *Idololatriæ*, & *Apoſtaſiæ profligatiſſimæ;* ſubnectitur: *Obvelabo faciem meam ab iis, videbo quodnam poſtremum eorum:* כי דור תהפכות המה. Tenue nimis, *nam natio perverſitatum illi.* Imo, *natio perverſionum*, *ſubverſionum;* quæ *fundamenta Fidei* Patrum, & *ſpei* in Meſſiam funditus *labefactavit*, *convulſit*, *ſubvertit.* Huc collineatum, arguit adjecta clauſula: בנים לא אמן בם *Filii in quibus nulla fides:* proprie *ſtabilitas*, *firmitas:* ſed *omnia inſida.* Notetur *Mackaph* & ὑφὲν in *non-firmitas*, *non-fides:* *nil minus quam fida firmitas.* Omnia *adverſa*, *adverſis frontibus arietantia principia*, per quæ *ſpem fidemque Iſraëlis a fundamentis deſtruant*, atque *ſubvertant.* Non putem, *perverſitatem* poſt hæc magnopere cuiquam placituram: quamvis vel ex ea *ſummum* huncce *gradum irreligionis* exſculpere daretur. Sex reliqui contextus *Proverbiorum* rem conficient. Offert ſeſe finem facienti conteſtatio indignationis plena *Jeſaj.* 29: 15. Idem ibi argumentum; eadem *abnegatio Numinis*, הפככם vulgo: *O perverſitas Veſtra! an ut lutum reputabitur Figulus?* Singularis Cl. *Cocc.* *Mutatio Veſtri ſi ut* mutatio *argillæ figuli reputabitur.* Non deberent magnis ingeniis talia excidere. Verte, O *everſionem Veſtram!* O *Veſtram* illam *ſubverſionem* & *Religionis*, & *Rationis! An ut lutum Figulus reputabitur?* *An ſicut Materia* cæca, & bruta, *ſubductis*

G qua-

15 Propterea derepente veniet clades ejus; momento confringetur ita ut resarciri nequeat.

16 Sex illa odit Jehova; & septem sunt abominatio animæ ipsius.

17 Oculi tumentes; Lingua fucata, & manus fundentes sanguinem innocuum.

18 Cor cudens summas subductas vanitatis: pedes festinantes cursitare ad malum.

19 Qui

15 על כן פתאם יבוא אידו פתע ישבר ואין מרפא :

16 שש הנה שנא יהוה ושבע תועבות נפשו :

17 עינים רמות לשון שקר וידים שפכות דם נקי :

18 לב חרש מחשבות און רגלים ממהרות לרוץ לרעה :

19 יפיח

quasi *calculis sophismatum*, *computabitur Numen*, *quod cuncta verbo potentiæ suæ & produxit e Nihilo*, *& portat?* Vates ipse mentem declarat, subdens: *Quoniam dicit Opus Factori suo*, *non fecit me: & figmentum dicit Figulo suo; non intelligit.* Spiritus *Sadducæismi*, qui ante *Sadducæos* regnavit semper in *Israële*, notatur, & nudatur.

Ibid. Eundem hunc scopum feriunt duo subnexi Characteres. Primo חרש רע *Cudit Malum omni tempore*; vel pressius ad *Hebraismum*, *in universitate temporis*; *tempore in universum omni.* Nunquam cessat, nunquam remittit *fornacem* suam *sufflare*, *incudem* hancce *tundere*, *procudere Malum illud*, per excellentiam, τὸ πονηρὸν, omnique *studio* ac *artificio conflatum*, quaquaversum *spargere* ac *disseminare.* Huc fertur secundo, מדנים ישלח *Lites immittit.* Intellige *Capitales* illas *Lites*, quibus *Religionem* invadunt ac sollicitant *Sanniones*; quibusque *Virtutis* ac *Pietatis fundamenta quatere* ac *pervertere* nituntur. Sic vox מדון *Lis*, simili in serie, ac materie, *Prov.* 22: 10. *Expelle* לץ *Sannionem*, *& exibit*, demigrabit מדון *Lis.* In ישלח *immittit* copia Linguæ, non unam suggerit *metaphoram*; possis, *serit*, *disseminat*, *longe lateque spargit*; ut *lites*, *ex litibus serere* apud *Livium*: possis quoque fortius, *Lites immittit* instar *Diluvii alicujus*: cuncta *inundaturi*: *Prov.* 17: 14. possis denique, *immittit* ut *incendium*, quod *laxatis* sæviat *habenis.* Omnes hos usus exerit τὸ שלח, *laxavit*, proprie, unde prægnanti sæpe potestate, *laxatis immisit habenis*; speciatim de *igne*: ut *Amos.* 1: 4. 7. &c. &c. Adde *Prov.* 6: 19. de quo statim. Posterius hoc cum חרש *fabro incudem tundente* propius consertum. Desino in notula *Critica* ad מְדָנִים, pro quo margini allitum מדינים. Hoc in מְדָיָנִים reformandum censent, qui *puncta* recentioris Originis esse tendunt. Extat sane ea forma *Prov.* 18: 18. Mirum interim, quum τὸ מְדָנִים recurrat mox *Vs.* 19. & *Cap.* 10: 12. non eandem ibi cerulam a *Masorethis* appositam. Quid causæ? Scilicet non putarunt mendi quid subesse, sed tantum indicare voluerunt, in quibusdam MSS. מְדִינִים comparere. Cave vitiosam credas Lectionem illam. מְדִינִים permittebat quoque *Orthographia* vetus; manente *media*, ad indicium *Radicis.* Vestigia talium passim Codici Sacro impressa.

Vs. 15. Crimen grave, gravem trahit pœnam. Ad *Job.* 18: 12. jam attigi *Originem* voculæ איד in *mole prægravante*, & *infringente costas.* Hinc ansa porrecta ad *atrocius* aliquod *exitium*, *suppliciumque*, pro exemplo inflictum: quale hic signantissimarum selectu phrasium exprimitur.

Vs. 18. Ad vim & gratiam Linguæ, teneatur, מחשבות *Cogitationes*, quæ *Latinis* a *Coagitando* dictæ, apud *Hebræos* ductas esse a *rationibus calculatis*, *calculo exactiore subductis*; prout חשב recte in Lexicis declaratum, *putare*, *computare*, *supputare*, *reputare:*

19 יפיח כזבים עד שקר ומשלח מדנים בין אחים :

20 נצר בני מצות אביך ואל תטש תורת אמך :

21 קשרם על לבך תמיד ענדם אל גרגרתיך :

22 בהתהלכך

19 Qui anhelat mendacia testis fuci: quique litigia laxat inter fratres.

20 Serva, Fili mi, præceptionem Patris tui; & ne missam facias Doctrinam matris tuæ.

21 Alligato eas super Corde tuo jugiter. Super cervices tuas eas obtorqueto.

22 Quum

tare: Eadem ditio Thematis حسب apud *Arabes*. Sed *putare* cum suis sibi compositis, isto usu neutiquam *primarium* apud *Latinos*. Proprie est, *resecando purgare:* ut quum *vitis putatur*, *amputatur*. Inde tractum *putare rationes*; pro *subducere*, *perpurgare*. Eandem ferme esse *Originem Hebræam* nunc submoneo; ut sentias conduplicari crimen, quum non solum *Vanitas cuditur*, sed *subductis calculis*, ac *perpurgatis* quasi *cuditur summis rationum.*

Vs. 19. Illustris figura sub verbo יפיח, quod hic vel *proflat*, vel *sufflat*, converti potest. Priore adspectu plerique, *Testem falsitatis*, qui *efflat*, *proflat mendacia*, hoc est *largiter* & *copiose expromit:* Cl. *Coccejo* יפיח est nomen *Præconem* designans, a יפח cujus התיפח semel extans *Jer.* 4: 31. ei est *vociferari*; unde dedit, *Præco mendaciorum testis falsitatis*; eodem sensu, non æque limpido. Illud *vociferari* apud *Jerem.* in *primipara* etiam secundum *Originem* est *flare*, *proflare*, *anbelare.* Ut הַפִּיחַ vel הָפֵחַ *Jesaj.* 42: 23. non *illaqueari*, cum multis, sed *anbelare* reddendum. Patentissima regione gaudent *Themata* פוח & פיח, quæ فاح & فاخ apud *Arabes*, mediis *Waw* & *Je*. Ab *anbelitu*, & *anbelante conatu*, posses heic loci, *Qui anbelat mendacia testem falsitatis*. Eminens *metapbora:* ut apud *Ciceron.* habemus *anbelare scelus*, & *audaciam*. *Anbelare cædes* &c. Apud *Græcos* item πνεῖν φόνος· unde *Nonn.* ausus ὄμματα σείων φόνος πνείοντα. In *Equit. Aristoph.* habes πνεῖν κακίας καὶ συκοφαντίας, aliaque apud eundem, & Auctores, innumera. Si in *Lingua Hebræa* abundaremus quoque Scriptoribus, exemplis item affueremus. Hoc est, quod *Defectum bodiernum*, & *nostrum* circa *Linguam Hebræam*, appellavi centies, & tamen necdum me intelligunt nonnulli; atque ad omnem *Defectus* mentionem commoventur. Non justus ille *Zelus.* Ni *defectum* huncce agnoscant S. Scripturæ Interpretes, laborabunt semper interpretamenta; atque infra dignitatem verbi *deficient*, ac *subsident*. Sed in viam. *Qui anbelat mendacia*, excellenti imagine, ad *projectam audaciam*, & *impudentiam* denotandam; qua *in mendacia flagrat*, & *tota mente* se effundit. In mentem quoque venerat, *qui sufflat mendacia*, ut *inf.* 29: 8. יפיחו קריה *exsufflant Civitatem Viri Sanniones*; *in eaque incendium excitant.* Sed prius nunc, ni me fallit, animosius. Confer quæ ad *Cap.* 14: 5. annotabuntur.

Ibid. Ad *Vs.* 14. discussa jam phrasis משלח מדנים *immittens lites inter fratres.* Omnino tenenda videtur vehementior illa *translatio* ab *igne immisso.* Ut *laxatis babenis furat* quasi. Ad istum colorem pulchre, *Ps.* 50: 19. פיך שלחת ברעה *Os tuum in malum immisisti laxatis babenis.* Non abit hinc *Job.* 30: 11. רסן מפני שלחו *babenam a facie mea laxarunt*; i. e. excussa omni reverentia mei, me impudenter illudunt, & insultant. Illuc remitto.

Vs. 21. In phrasi, *Alligato ea super Corde tuo*, haud dubie allusum ad *monilia*, aliaque *insignia ornamenta*, quæ *pectori* præfulgent. Ad *amuleta* quoque, itidem *sedi Cordis alligari* solita, respectum, non dixerim: quod non constet, *superstitionem* istam jam tum invaluisse. Si obtinuerit, ansam arripere potuisset Sapiens, ad inanias istas offuciasque

que castigandas, *Unicum Amuletum* esse demonstrans, *Legem Cordi insculptam*; quæ simul *pectori* sit *appensa* & *appressa* tanquam *ornamentum*, ac *splendidum monile*, quod in publico circumferamus, per liberam, ac liberalem, Virtutis & Religionis professionem.

Ibid. Ad interiorem Linguæ venam, ac proprietatem concepta *Phrasis*, ענקים *Torque ea super cervices tuas.* Repræsentatur enim *Torques.* ענק toto in ambitu *Dialecti Hebr.* quo nunc utimur, bis tantum occurrit, non ultra reperiendum, nisi *Job.* 31: 37. ubi in *Corona* venit Capiti *circumtorta. Lexica* alia habent simpliciter *ligavit*: alia *circumcinxit*, *circumdedit*: alia *nodavit*, *innodavit.* Hæc quidem utcumque accedunt, sed haud spernetur, credo, nostrum *torsit*, *contorsit*, *circumtorsit*: ad vividiorem imaginem *Coronamenti* in *Jobo*, & *Torquis* hac in sede. Istam *torquendi* potentiam asservat *Arabia* sub عند; quamvis *Lexicographi* in omnia alia ideam distorserint, ut quum exponitur apud *Golium* nostrum: *adversatus & contumax fuit rejiciens quod sciret justum esse & æquum.* Substitue *torsit*, *contorsit* quod *jus* & *fas*, & senties esse *Glossam* secundariam; nam & *Latinissime* dixeris, *Torquere jura.* Iterum عند عن الطريق *exorbitavit de via*, surroga, *Torsit*, *Circumtorsit de via*, & gustabis Linguæ medullam. Ita in *Diw. Hud.* عنود a *Scholiaste* explicatur, *Camelus qui* يعترض في شق in *latus sese obtorquet.* Apud *Golium* habes, *oblique incedens.* En alia adhuc magis vexatura eos, qui ex *Glossariis* & *Lexicis* se sapere posse autumant. In X. Specie استعند est *jecit in eos* fustem: *habena superior fuit* equus: *prævaluit ei* vomitus, *ut contineri non posset.* Sunt Phrases in *Camuso* enotatæ pro speciminibus: secundum quas استعند عصاه *intorsit baculum suum*, exponitur ضربه بها *eum percussit illo*: ut apud *Latinos* eadem elegantia *intorquere* fustem, ictus, tela &c. Iterum, استعند الفرس *circumtorsit sese equus*, declaratur غلب على الرسن *prævaluit super habenam*, eam videlicet *torquens*, *obtorquens*: denique استعند القي *obtorsit vomitus*, غلب *prævaluit*, *neque sisti potuit.* Sic solent nempe *Glossatores sua* in *Lingua*: supponunt notam cuique *proprietatem*, & *improprios* potissimum usus indicant, atque exequuntur. Hoc ex *Hesychio* ac *Suida* in *Græcis*; ex *Non. Marcello* in *Latinis* nemo humanior ignorat. Operæ fuit, hanc faculam alluxisse; & *obtorquendi* nativam potentiam *Radici* huic vindicasse; ut qui hoc in stadio currere volent, atque *Orientales Dialectos* inter se conferre; habeant quo gressus dirigant. Primigeniam vim *circumtorquendi* quotidianus usus asservavit sub particula عند *circa*, *apud*; inferens *cohæsionem arctissimam*: quemadmodum & عاند in *Camuso* declaratur per لازم *arctissime adhæsit*, veluti *circumtortus*: quin & عارض بالوفاق *Applicuit & obtorsit sese consensione intima.*

Ibid. Relucet jam satis *Torques*, pro sensu literali. Sublimiorem quoque adspectum paucis illustremus. Supra *Cap.* 3: 21. produxi jucundam sane imaginem, qua delectantur in Oriente, *Torquati pietate*, *virtute*, *gravitate*, omnique *dignitate.* Adjicio nunc قلادة, *Torquem*, *Monile collo circumtortum*, nec non نظام *lineam consertam margaritis*; stylo floridiore denotare *seriem Doctrinæ*, vel *sententiarum nitidissimarum*, *apte connexam.* Sic *Harir. Conf.* 9.

بل فكرتي تنظم القلايد لا كفي
وشعري المنظوم لا السخب ۞

Imo vero ingenium meum Collaria conserit, non manus:
Et carmen meum est quod connectitur, non sphærula.

Ubi *Tebleb.* القلايد اي الكلام الذي كالجوهر التي تجعل في

22 בהתהלכך תנחה אתך בשכבך תשמר עליך והקיצות היא תשיחך׃

22 Quum obambulaveris deducet te; quum decubueris, excubias aget super te; & quum expergefactus eris, illa ipsa spatiabitur tecum.

23 כי

23 Nam

فى القلايد *per Collaria intelligit Orationem margaritas referentem quæ insertantur Torquibus.* Iterum *Conf.* 26. ناظم القلايد تسبرت *concinnator torquium, qui longe lateque distrahantur:* id est, *excellentissimus Orator*, & *Poëta*; cujus *dicta cupidissime excipiantur*, & tanquam *Monilia Collis circumdentur.*

Vs. 22. Lectissima omnia, quæ *margaritarum* instar niteant. In primo colo נחה est verbum *pastoritium*: ut *Ps.* 23: 3. & 31: 4. &c. Ad *Job.* 38: 32. plura. Eadem figuratione adjectum, בשכבך *quum decumbes:* nam & hoc *Gregis* est, *pasti*, *potique*, ac molli in gramine *refusi* ad capiendam quietem. Redi ad *Cap.* 3: 24. Succinit תשמר עליך *excubias aget super te*; iterum *pastoritio* illo adspectu. Attendi quoque velim ad primigeniam virtutem *Custodiæ accinctæ*, atque *in statione* sua *pervigilis*, & veluti *imminentis.* Huc tendit עליך *super te.* Postremo gratia insigni pollet תשיחך *spatiabitur tibi*; pro *tecum exspatiabitur.* Istam indolem *Thematis* שוח & שיח attigi *Job.* 10: 1. In *Lexicis* reperias, *loqui*, *meditari*, *queri.* Cl. *Cocc.* exposuit, *rem serio & multum tractare meditatione*, *sermoneque differere.* Nihil horum *primarium.* Hoc situm in *reciprocatione motus*, qualis est *umbræ*; item, *aquæ per superficiem terræ fluentis*; nec non, *hominis huc illuc obambulantis* & *spatiantis liberius.* Omnia hæc apud Cl. *Golium* sub שיח ساح extant, ex *Gjeubar.* ad eandemque *Originem* ساحة *med. Waw* sonat *aream subdialem*, ad *spatiandum*; cujus *Plural.* سوح, omne *spatium patentius* amplectitur. Omittere fas non est singularem usum, quo السيح שיח in *Camuso* notat الذهاب في الارض للعبادة *huc illuc obambulare per terram ad colendum Deum:* & *Partic.* الصايم السايح *Obambulator* الملازم للمساجد *jejunatorem, qui templis se devoverit.* Apposite ergo *Hebr.* 11: 37. de *Religiosis* illis *cultoribus* qui περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, *Arabs* verbis جالوا وساحوا *circularunt atque obambularunt* usus. Perambulentur loca; & nova spatia satis arridebunt. *Gen.* 34: 63. *Et exivit Isaacus in agrum* לשוח, ubi Nostri, cum aliis, ad *orandum:* alii, *ad meditandum.* Cl. *Guss.* omnium calculos conturbans, negat *meditationi*, *orationive* hic locum esse, quod a *Sanctis nuspiam agros ad hoc delectos* legamus: atque a שיח *stirpe*, *frutice*, ipse procudit, *ad stirpes colendas.* Extra oleas. Non torsisset locum, ingeniumque simul suum, si in promtu habuisset nostrum *spatiari*, *exspatiari;* & jam completus judicari posset sensus, *exivit in agrum ad exspatiandum:* nec tamen *meditationem*, quæ quasi *exspatiatio* est *mentis*, *libere discursantis*, hinc plane amotam voluerim: quum & *Arabes* hanc potestatem frequentent in pulchra locutione انساح البال *exspatiatus est animus*, quod in *Gjeubar.* انسح *recreatus & dilatatus* est declaratur. Eadem venustate *Ps.* 119: 78. אני אשיח *Ego exspatior in præceptis tuis, in iis deambulando memet recreo & oblecto.* iterum *Vs.* 97. 99. *Lex tua; Testimonia tua* שיחה לי *exspatiatio mihi qua unice recreer:* & *Vs.* 148. *Oculi mei præverterunt vigilias*, לשיח באמרתך *ad exspatiandum in Sermone Tuo.* Ad *matutinas spatiationes*, omnium *amœnissimas* allusum; quemadmodum & in Contextu nostro. Eximie *Ps.* 104: 34. יערב עליו שיחי *Dulcis*, amœna, *erit super Eo mea spatiatio.* Graviter, & cum aculeo 1 *Reg.* 18: 27. *Ludificatus est eos Elias*, *dicendo*, *inclamate Baalem*

23 Nam Lucerna est præceptio, & Doctrina lumen; & via vitæ redargutiones disciplinæ.

23 כי נר מצוה ותורה אור ודרך חיים תוכחות מוסר׃

24 Ad servandum te ex muliere nequam; ex lubrica glabritie linguæ peregrinæ.

24 לשמרך מאשת רע מחלקת לשון נכריה׃

25 Ne

25 אל

lem magna voce, nam Deus est: כי שיח וכי שיג לו וכי דרך לו *forte spatiatum ivit; aut in secessu est; aut peregre abiit.* Habes tria membra, quæ jam distinctius lucebunt: in cujus priore lubens admittes, quod Lingua suadet, *spatiatum ire ad recreatiunculam captandam.* Ita fortius ferit. Leni inflexione *exspatiari in materiam*, & *materiam spatiari*, est *in eam altius evehi*, *eamque magno cursu emetiri.* Mirifice, & supra quam dici potest, splendide, *Jud.* 5: 10. *Qui invehimini super albis mulis; quique per viam inceditis* שיחו *spatiamini*: h. e. *in Laudes Dei exspatiamini oratione, carmine.* Pariliter *Ps.* 105: 2. *Cantate, psallite Ipsi;* שיחו בכל נפלאותיו *exspatiamini in omnia ejus admirabilia.* Omissa præpositione, *Ps.* 145: 5. *Verba admirabilium tuorum* אשיחה *exspatior*: ut *Jesaj.* 53: 8. את דורו מי ישוחח *generationem ejus quis exspatiabitur*; sive *spatiando edissertabit:* pro quo iterum, *Ps.* 143: 5. *in Opus manuum tuarum exspatior*; meditando, differendo, in immensa ejus spatia altius evectus. Magnum quoque aliquid, & magno sensu fœtum, spirare debet illud *Job.* 12: 8. שיח לארץ. Tenue, *loquere terræ*; nec satis erectum, *alloquere terram*; quod in *Commentario.* Continui me tunc istis finibus, quod necdum explorata forent omnia: *spatiatione* tamen ad *Job.* 10: 1. insinuata, nunc vertere nullus ambigo, *exspatiare per terram*, & *docebit te:* hoc est in *amplissimos* illos *campos*, atque *regna historiæ naturalis*, quæ ibi patescunt, *evehitor.* Sed portum tandem invehamur, ad *Ps.* 69: 13. ubi languet iterum, *loquuntur de me.* Aliquid grande enitescet, si reddatur; *exspatiantur in me sedentes in porta.* Judices illi & supremi Religionis ac Reipublicæ arbitri *me* cœperunt *materiam in quam exspatientur*; atque unde *oblectamentum* captent; me *ludibrio* exponentes, more *sycophantarum.* Et hunc nobis florem præpollentis Linguæ restituunt *Arabes* sub hac ipsa Radice, unde مسياح משיח est *sycophanta*; proprie *strenuus spatiator*; quasi *obtrectationibus* longe lateque *grassans*: quod *Ps.* 15: 3. nobili figura est רגל על לשון *incedere super Lingua.* Sub derivato שיח præterea se exerit vis *vaga* & *effusa* vel *nugationis*, vel *querimoniæ*, quæ veluti *exspatiatur*, sine modo, & modestia. Hoc ad *Prov.* 23: 29. exequar. Respiro a longiore cursu sub שיח, quatenus *fruticem* sonat, vel *stirpes fruticantes.* Has a *Radice* revellunt *Lexica*; quia cum שיח *loquela*, nihil commune habent. Senti hic, quid præstent *Origines.* A *spatiando* generi *fruticum* nomen inditum. *Plin.* L. 10: 17. *Nullis arboribus pulluli proveniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur.* Vides *spatiari* esse *liberius effundi.* Speciosissime *Plin. Paneg.* 30. alio flexu; *vagus ille & spatiator amnis Nilus.* Plane ut سيح *spatiatio* de *aquis*, est *fluxus effusior*: indeque سيحون שיחון *Sejhoun* dictus *Jaxartes flumen*, quasi *Spatiator.*

Vs. 24. Potentius est אשת רע *mulier mali*; quam אשת רעה *mulier mala.* Concepta est Phrasis, ad expressiorem illam formam, quæ in איש לשון *vir lingua*, איש מרמה *vir fraudis*, איש דמים *vir sanguinum*, similibusque cernitur. In his omnibus gradus summus *maledicentiæ*, *fraudulentiæ*, & *sanguinolentiæ*, intentus. Sic *mulier mali*, est, cujus *pectori malitia incocta*; atque adeo τὸ πονηρὸν ipsum *malum medullis* implicitum penitus, & *infixum.* Ad istum colorem, אשת זמה *mulier sceleris*, *Esech.* 23: 24. *sceleribus vendita*, ac *devota*; aliaque id genus passim. In

25 אל תחמד יפיה בלבבך ואל תקחך בעפעפיה׃

25 Ne ardeas pulchritudinem ejus in corde tuo: & ne capiat te suis palpebris.

26 כי בעד אשה זונה עד ככר לחם ואשת איש נפש יקרה תצוד׃

26 Nam per mulierem meretricem usque ad buccellam panis: & mulier maritata, animam pretiosam inuncabit.

27 היחתה

27 An

In חלקת לשון teneatur, quod *Origo* ministrat, *glabrities linguæ*, qua *blandum* simul, simul *lubricum* & *lascivum*, quo fascinat *adultera*, delineatur.

Vſ. 25. Adstructa superius nativa indoles *Radicis* חמד in *ardore flagranti*. Ergo, *Ne ardeas pulchritudinem ejus in Corde tuo:* constructione etiam *Latinis* adamata. Quum autem proprietas afferat *flagrantiam sonantem*, nemo hunc *cumulum vehementiæ* facile aspernabitur. *Capere palpebris* a *gyratione* sic dictis, pulcherrime in ea, quæ *venaturam facit oculis*.

Vſ. 26. Apprime apposita imago, *animam venari*, & quidem יקרה *pondere* & *pretio gravem; pretiosam.* Non est idem quod modo, *venaturam oculis facere:* sed, *inuncare*, *in uncum induere*, unde eximi non detur. Sic apud *Æsch.* in *Prometh.* 1071. εἰς ἄτης θηραθῆναι *pro præda in perniciem rapi.* Usus sum verbo commodissimo *inuncandi*, quo *Apul.* quin & *Columel.* usi, quod *Originem* verbi צור, vel ציר resipiat, ac proxime repræsentet. Hanc *Arabes* ex divite penu refundunt. Apud eos صاد item est *venari*, *prædam capere:* & ציר صَيْد *venatio. præda:* ציר صَيَّاد *venator:* صَيُود *canis venaticus.* מצידה, מציד مَصِيدَة & مَصِيد, *Hebr.* מצודה, מצור, *instrumentum venaturæ. Retia*, *venabula*, *unci.* En ansam *venationis*, quæ haud dubie potestas *secundaria:* apud *Græcos* a θὴρ *fera* descendens, apud *Latinos* a *vena*, quod *Canes sagaci nare venas terræ, ac vestigia ferarum, rimentur.* Fortius, quod *Orientalibus* placitum, ab *hamo*, vel *uncino.* Illud *uncum*, *aduncum*, *obuncum* residet in אַצְיַד أصيد *curvicollis* apud *Golium*; vel *obstipus;* ut apud *Horat. stat capite obstipo.* Adjectum, *Qui caput præ fastu attollit:* rectius, *obstipat*, *recurvat*, *reduncat.* Planissime in *Hamasa*

نقيم سالفة العدى الاصيد ۞

Corrigimus latus Colli hostis obstipi.

Ubi *Tauriz.* الصيد ميل في العنق من الكبر كما يكون الصعر في الخد *Vox* ציר *est incurvatio Colli præ fastu; quemadmodum in genis contorsio.* Sic quæ divergere videbantur in *Golio*, in unum convergunt; & vides, quo pacto. ציר صاد fit, *fecit ut obliquo esset collo;* nec non *obstipo capite fuit*, & *respicere nequivit præ noxa.* Posterius *Glossema* pertinet ad *affectionem*, qua *Collum reduncum obstipatur*, ita, *ut fiat immobile.* Ex hisce tandem dilucescit *obuncus* ille *flexus hami*, unde *captura ferarum* & *piscium*, ea enim strictior ditio ꝟ ציר, *metonymice* est subsumta, quasi *inuncare:* unde *Latinissime* dixeris, *inuncare feras*, *pisces* &c. præsertim majores: ut *hamare*, *adhamare*, quadrat in minores. Hinc illustri *metaphora* enunciatum, *Uxor Viri animam pondere gravem*, pretiosam, *inuncat;* sub *unco venenato* voluptatis *in mortem* & *exitium trahit ineluctabile.* Qui de *morte* in adulteros statuta cogitant, levia captant, ubi gravissima intenduntur. Meum Commentarium instruat & absolvat *Jacob. Cap.* 1: 14. 15. ubi pingitur, *propria cupiditate* ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος *extractus & inescatus; cujus crimen Mortem pariat.* Ἀποκύει θάνατον.

Vſ. 27.

27 An commarginabit quis ignem in gremium suum; & vestes ejus non comburentur?

28 An

27 היחתה איש אש בחיקו ובגדיו לא תשרפנה׃

28 אם

Vſ. 27. Excellens *Allegoria*, quæ ut magna lumina, ita recessus habet profundos. Ea suscipitur verbo signantissimo חתה, ex rarioribus; cujus *secundaria* potestas fluctuat in *Lexicis* ac *Versionibus*: nedum ut de *primaria* constet. Plerisque simpliciter est *capere*, *accipere*: quod quum nimis tenue videretur aliis, substituerunt *rapere*, *abripere*. Aliquid specialius requiri, loca pressius examinata arguunt. Hinc curatius aliquid expromturi nonnulli docuerunt, *proprietatem* sitam esse *in capiendo igne de foco*. Id arreptum ex derivato מחתה *thuribulum*, *acerra*; *vas igni capiendo*. Liberalius ab *Avenar.* amplificatum in *fovere ignem collectis ignitis carbonibus*. Hoc quum *Pſ.* 52: 7. parum quadraret, altero pedatu adjectum, inde per *metaph.* notare, *superavit*, *prostravit*, *dejecit*: *quemadmodum vis magna ignis aliquem dejicit*. Aliis ibi sub יחתך placitum, *Te de foco deripiet*, *ad instar prunarum*: ut simul insinuetur, hominem improbum *Prunæ* instar habere, qui *urat* & lædat. Prudentiores modestius, vel *capiet*, vel *rapiet*, vel *revellet*; sine istis phaleris. Variatur quoque ad contextum illustrem *Prov.* 25: 21. *Nam prunas tu* חתה *super caput ejus*. Nostri, *acervabis*; ad σωρεύσεις τῶν LXX, quod *Rom.* 12: 20. retentum: in notis interim monent, *Hebræum proprie* sonare *Capies*. Scrupulosius; quum de *proprietate* haud sane liqueat: & illud *Capies* ibi dilutius sit, quam ut tam gravi dicto potuerit admoveri, ad sprægrave ejusdem pondus sustinendum. Hoc attendens *Avenar.* extudit nobis suum, *fovere ignem collectis prunis*; quod cum σωρεύειν satis speciose consistit; neque abludit ab ultimo, qui superest, loco *Jeſaj.* 30: 14. Inde tamen longe diversum quid exsculpsere plurimi, qui dant, *testa ad auferendum ignem de foco*: quin, si Doct. *Stockii* calculus recipiatur, חתה in *Origine* notavit *translationem e pristino loco vel statu*. Ausi hinc nonnulli, ad *Prov.* 25: 21. *Nam prunas tu auferes super capite ejus*: i. e. *eas inde amovebis*: invita *syntaxi*, invita sententia; de qua suo ordine. Percurri, quicquid erat locorum; atque sub conspectum dedi, non sane subductissimas esse rationes hujus thematis, ne pro *externo* quidem usu, multo minus *interno*, ac primigenio. Ad utrumque eruendum nisi eatur ad *Dialectos*, semper turbabitur, alio aliud sanciente, & Linguam pro arbitrio circumagente. Fontes *Arabum* aliquid hic recludunt, ad quod nulla acies, quantumvis aquilina, sese penetrasset: ex quo מחתה *thuribulum*, *acerra*, splendide decurret; atque *figuratio*, qua verbum ubique insignitum, splendorem quoque nativum recuperabit. Apud *Golium* sub حتا ult. *Waw*, & حتي ult. *Je*, quibus respondet חתה, pro חתו & חתי, habes, *Torsit* peniculamenta vestis: *contorquendo plexuit*: itemque sub حتا ult. *Aleph* חתא, plenius adhuc, *contorsit plexuitque extrema* segmenta vestis, seu peniculamenta i. e. partes concerptas, carminatæ lanæ similes. Item *consuit* vestem, *constrinxit* nodum; *firmavit* murum. Vaga, dices, & vana omnia! Expecta paulum. Qui e *Glossario Græco* in *Latinum* converso, ipse *Græcarum* literarum expers, sapere cogitur, nihil sapiet. Qui e *Glossario Arabico* item, *Arabice* nesciens; vertigine ferietur, non luce. Aperiantur ergo scatebræ. *Gjeubar.* حتوت هدب الكساء حتوا اذا كففته ملزقا به يهمز ولا يهمز *Verbum* חתו *usurpatur in fimbriis vestimenti cirratis, quum illas duplicata ora contorquens quam firmissime consuis: scribitur cum Hamza, & sine ea*: i. e. ultimis אוי promiscue. Pressius adhuc idem sub *Hamzata* tertia. حتأ الكساء حتأ اذا فتلت هدبه وكففته ملزقا به *Verbum* חתא *in veste est contorquere ejus fimbriam, eandemque duplicatam consuere quam compactissime.* Duo verba adhibita כתל *contorsit*, & כפף *curvavit plicando*: quæ respondent

dont vernaculis, draijen en omboorden. Ab illo كف כפף *curvavit* cum *plica*, vel *replicatione*, descendit כף كف *manus introrsum plicata*: nec non *acerra*, *scutella*, a *replicando recurvandoque*. Vicina Originatio vocis מחתה *acerra*. Sed pedetentim. Ex *Camuso* quoque hauriendum. كف الثوب كفا خاط حاشيته وهى الخياطة الثانية بعد الشل والاناء ملاءه ملاء مفرطا ورجله عصبها بخرقة وعيبة مكفوفة مشرجة مشدودة وان بينهم عيبة مكفوفة مثل بها الذمة المحفوظة التي لا تنكث اى معناه ان الشر يكون مكفوفا بينهم كما تكف العياب اذا اشرجت على ما فيها من المتاع كذلك الذحول التي كانت بينهم قد اصطلحت على ان لا ينشروها بل يتكافون عنه كانهم جعلوها في وعاء واشرجوا عليها

Verbum כפף *in veste, notat ejus limbum consuere, & quidem futura secunda arctiore, quæ fit post primam laxiorem. In vase, est, illud undiquaque opplevit ad excessum: in pede, est, obvolvit panniculo. Dicitur etiam Saccus consutus duplicata futura, qui arctius adstringitur, ac religatur, proverbialiter, in fœdere observato, quod non rumpitur: vel etiam, quum odia complicantur quasi, quemadmodum complicantur Sacci super merces iis inditas; ad quam rationem convenerit inter partes odia non spargere, sed compressa tenere, tanquam si ea recondidissent in vase, vel sacco ad istum modum obvoluto & constricto.* In omnibus hisce palpare licet nostrum illud boorden / omboorden / sive *obvolutas extremitates contorquere*, atque *consuere*. Quadrant cuncta hæcce etiam in חתה, quod per פתל *contorsit*, & כפף *curvando duplicavit* exponi vidimus. Inde מחתה *thuribulum*; πυρεῖον. *Instrumentum in quod prunæ possint congeri, ac constipari: Lev.* 16: 10. *Capiet Pontifex* מלא המחתה *plenitudinem thuribuli, prunas ignis.* Suspicari licet, secundum *Originem* satis emunitam, *thuribula* illa Sacrarii habuisse *Oras superne contortas*, atque *replicatas*, ad copiam prunarum aggestarum, fida margine, tanquam futura, continendas, ne spargerentur. Ex oculis quoque non dimittendam censeo jucundam *metaphoram*, qua *vas duplicatâ ora consutum*, supra erat, *ad margines usque & ultra oppletum*. Habuit & *Altare æneum* sua מחתות *instrumenta favillis prunisve removendis*; quin & *Candelabrum aureum* sua, ex auro, *ad sordes* commode *excipiendas & egerendas*. Ratio denominationis ultro se ingerit iterum. Per hæc jam via communita ad quatuor contextus, in quibus חתה cum dignitate locatum, felicius constituendos. Primus, idemque nunc per se planissimus, *Esaj.* 30: 14. *Confringetur murus altissimus Reip. ut vas figlinum, in cujus contusione non reperiatur testa* לחתות אש מיקוד *ad ignem* in id *congerendum*, *constipandum*, atque, ut audaciuscule dicam, *commarginandum*, *e foco accenso*. Illa *margo*, sine qua nullum vasculum, nulla constet *testa*, hinc abesse nequit. Membrum adjunctum *eandem* quoque poscit, *ob hauriendas aquas e puteo*; vel potius, ad proprietatem & חשף, *ob descalpendas aquas ex aquatorio*. *Allegoriam* eximiam illustrabit, adfirmabitque κεράμιον ἐπιχειλὲς τῆς σοφίας, *testa ad marginem usque plena sapientiæ*; qua usus *Synes*: adductus a Clar. nostro Theologo & Philologo *Joh. Alberti* ad *Hesych.* in voce ἐπιχειλεῖς· quod illi quidem *Grammatico* est ὑπόκενος quasi *infra marginem* videlicet; quemadmodum & *Pollux* L. V: *Cap.* 133. distinguit tria hæc ἰσοχειλὴς, *marginem æquans*, ὑπερχειλὴς *marginem excedens*, & ἐπιχειλὴς *deficiens infra marginem*: ἐπιχειλὴς tamen etiam pro *ad marginem usque plenum* se præbuit; exemplis ibi reperiundis. Ad hanc formam jam *commarginandi* verbum mihi permitti velim, ad nostrum חתה commodius exprimendum. Pulcre, & apte, *Prov.* 25: 21. *Nam prunas tu commarginabis super caput ejus.* Cernis σωρεύσεις *coacervabis*, quod *Apostolus* ex LXX tenuit, insigni accessione auctum, quasi *ad marginem usque complebis*, atque *accumulabis undique*: ut exeat figuratius illud quod & *Græci* admisere in στέψεις *coronabis*,

28 An ambulabit quis super prunis candentibus; & pedes ejus non adurentur?

28 אם יהלך איש על הגחלים ורגליו לא תכוינה׃

29 Sic

29 כן

bis, quod *Hesych.* est πλημμύσεις *implebis*, ad *summum* scilicet: secundum *Homericum* illud

- - - - Κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο

Quod *Athen. pag.* 13. declarat ὑπερχειλεῖς *facere Crateres:* quemadmodum & *Poëta*

Crateres magnos statuunt, & vina Coronant.

Id est *ad supremam implent marginem.* Nec amittendum ex oculis, quod supra e *Camuso* dedi, *duplicato limbo commarginavit* vestem: indeque, *ad excessum usque opplevit* vas, cum eo tamen, ut nihil *efflueret*, ac *spargeretur.* Nil congestius ulla unquam *figura* efferri potest. Eandem potentiam τὸ חתה & heic loci cumulatissime exerit: *An commarginabit quis ignem in sinum suum, & vestimenta ejus haud comburentur?* Ἐπιστέψει). ὑπερχειλὲς ποιήσει)· *in cumulum aggeret.* Addo pro ansa quam materia ipsa nunc porrigit, *tamquam limbo* vestimenti sui *inclusum*, ac *munitum coacervabit.* Escensum hoc pacto ad summum gradum, ad quem *metaphora* ulla possit adspirare. Eum mihi suggessit חיק *sinus*, ab حاق חיק *circumcinxit:* quasi *cincturam* dicas. Quod autem in *Golio* etiam vertitur, *descendit in eum* afflictio, dolor: est ex *Alcoran. Sur.* 40: 48. حاق بآل فرعون سوء العذاب *Circumcinxit populum Pharaonis pessima pœna.* Cum allusione ad *sinum* quoque *Surat.* 35: 41. لا يحيق المكر السيئ الا باهله *non circumcingit dolus malus, nisi artifices ejus.* Ipsis *in sinum refusus.* Sed hæc, & alia, sub חיק alteri occasioni delegantur. Unum hic præteriri nequit, *sinum* חיק attribui etiam *altari æneo*; *Ezech.* 43. ad *ambitum foci* designandum: ut etiam illo adspectu חתה אש בחיק olim significaverit, *universum ambitum foci igne commarginare;* quod jam *ad sinum amiculi* applicitum, repræsentet *focum* ibi *aggestis largissime prunis altius constructum:* cujus *æstu* ac *flammis* quicquid est vestimentorum mox corripi ac comburi debeat. Ad hanc faciem se dat quoque *Ps.* 52: 7. Congeritur ibi in acervum, quicquid est gravium verborum. *Etiam Deus te destruet in purum putum:* יחתך, & *revellet te, ne sis tentorium: atque eradicabit te e terra viventium.* Possis *tanquam in focum congestis prunis te obruet*, ac *concremabit.* Sed quum חתה in *Origine* sit *contorquendo curvavit*, perpendi velim, an hic potius *contorsio* illa sit tenenda, qua *arbor curvata convellitur* atque *extirpatur.*

Ibid. Habes *Allegoriæ* nostræ *exteriorem* conspectum: *interiorem* quoque in diem collocabo. *Sinus, ignis, commarginatio ignis in sinum aggesti;* itemque *vestimenta*, eorundemque *combustio*, aliquid spirant, quod introspectum, gravissimas *figurationes* includere reperietur. חיק *sinus* signat *mentis recessum;* & *penitissima viscera:* ut *Job.* 19: 27. *Ps.* 89: 51. שאת בחיק *gestare in sinu*, i. e. *in meditullio cordis confovere:* & *Eccles.* 7: 9. *ægrimonia* בחיק *in sinu elumbium* ינוח *stabulabitur.* אש *Ignis*, pro *libidine flagranti* passim. Huic qui frena laxat, *cordis* sui *recessum igne aggesto* ad *summas oras* veluti *complet*, *focumque in visceribus suis construit* ac *commarginat*, quod per חתה expictum. Hæc limpida, nemo non agnoscat. Addubitabitur forte de *vestimentis combustis:* sed & hæc ultro se dabunt aciem intendenti. *Vestimenta* nempe sunt *ornamenta dignitatis, existimationis*, & *famæ;* in quibus quis *conspicitur:* qui ubi *infamia flagrat, nudus*, ac *turpis*, cum *suis* veluti *vestimentis deflagrasse* censetur. Simile quid obversatum *Cicer.* L. 5: in *Verr.* quum ait, *una eademque nocte classem Pop. R. prædonum incendio, prætoremque amoris turpissimi flamma conflagrasse.* Sunt magni Critici, quibus haud arridet illud *conflagrare* ita *gemino sensu* auctum; nam, inquiunt, longe

29 כן הבא אל אשת רעהו לא ינקה כל הנגע בה :

29 Sic qui intrat ad uxorem proximi ſui ; non inſons erit quiſquis eam attigerit.

30 לא יבוזו לגנב כי יגנוב למלא נפשו כי ירעב :

30 Non contemnunt furem, quod furatus ſit ad implendam ingluviem ſuam, quum cavo ventre erit.

31 ונמצא

31 Et

ge alind eſt, quum *Claſſis conflagrat incendio prædonum*, aliud, quod, *prætor flamma amoris conflagraſſe* dicatur. Capiunt ſcilicet ſimpliciter pro *amore flagraſſe*: atqui in *conflagraſſe* captata jam iſta *combuſtio*, qua *dignitas prætoris*, atque adeo *imperii* ipſi crediti, una cum *claſſe incenſa*, *deflagravit*.

Vſ. 28. Inſtatur in eandem *Allegoriam*, adjectis novis luminibus. Pro *litera* notetur יהלך *ambulabit* ex *Pibb.* conformatum, ad *intenſionem.* גחלים eſſe, *Prunas rubicundum candentes*, ac *micantes:* כוה كوى *aduſſit*, *ambuſſit*, & quidem ſpecialius, *cauterio impreſſo.* Artificium quoque obſervandum, quo jam a *ſinu aggeſtis prunis oppleto*, deſcenditur ad *pedes*, & *deambulationem ſuper acervo prunarum.* Lyricus *Libr.* 2. *Ode* 1. *Allegoria* decentiſſima alio ſenſu figurabat,

> *Periculoſæ plenum opus aleæ*
> *Tractas, & incedis per ignis*
> *Subpoſitos cineri doloſo.*

Ad *belli civilis male ſopitas favillas* reflexum. Hic habemus non jam *favillas*, ſed *meras prunas* libidinis flagrantis, per quas *incedere*, atque *deambulare*, eſt amoribus turpiſſimis ſe totum tradere, in iiſque palam volutari. *Pedes peruſti* latiſſimum habent campum, ſive *notas* ſpectemus *inuſtas* ignominiæ, & pœnæ; ſive etiam *dolores* ac *cruciatus* inde altius impreſſos. Omnia ſub *Cauterio* מכוה, مكواة, quod eſt *Ferrum candens*, *quo cutis uritur & ſtigma imprimitur*, fortius ferient, atque penetrabunt.

Vſ. 29. Adſtringitur *Allegoria* per voculam כן, *ſic univerſitas intrantis ad uxorem proximi ſui:* quos in *tabella* delineavi *colores*, *in omnes* per omnia *quadrant*. Signaculum appoſitum illuc quoque collineat, *Non inſons erit* &c. לא ינקה. Eſt μείωσις, quum minus dicitur, ut plus menti ſubjiciatur. Duplex potentia: quæ acervatim ad *crimen* & *pœnam* ſimul ſeſe explicet. Conſimili amplitudine auctum τὸ *immune:* unde habemus *immunem* a ſacrilegio, a ſanguine, *manum:* & *immunem* a pœna, malo &c. quin *integer* quoque, quatenus ex Origine ſonat *intactum*, *inviolatum*, utrumque includit; atque tam *inviolatum a pœna*, quam *illibatum* a *crimine* conſignat. In verbo נקה نقا *puritas emedullata* continetur, unde illud *illibatum* a *crimine*, & *intactum* a *pœna*, ſuccrevit. ἀλλως.

Vſ. 30. Clauſulæ prægreſſæ, לא ינקה *non immunis*, *non innoxius erit*, inſiſtitur per comparationem a *Furti ſpecie leviſſima*; quod vel *ſub ſtimulo famis commiſſum*, neutiquam tamen *impunitum dimittatur*; ſed *gravi mulcta vindicetur.* Ad hanc indubitatam ſeriem parum quadrat, quod vulgo exhibetur: *Non contumelia afficiunt furem*, &c. Hoc explicant, *non tantam tali furi adhærere ignominiam*, *quin elui queat ſi reſipiſcat.* Sic Cl. *Gejer.* Addit, *imo vero æqui bonique quilibet*, *potius commiſeratione hujus hominis tanguntur*, *ita ut æquanimiter maleficium ferant*, *atque delinquentem facile poſthac in gratiam recipiant.* Abludunt omnia: nam relaxaſſet *Paræmiaſtes*, quod rigide voluit intendere, a *furto* omnium *leviſſimo*, ad *graviſſimum* illud, quod in *adulterio* patratur, argumentando. Ratio eadem me ſeponere cogit, quod tentabam olim, ſub inſertione voculæ *adeo*, vel *tam*, quæ crebro omitti ſolet, ad majorem emphaſin. *Non* tam *contumelia afficiunt furem* &c. h. e. *ignominia furi adhærens*, *nihil eſt*, *ſi comparetur cum dedecore adulteri.* Ita accepiſſe videntur LXX *Syr. Arabs*, itemque *Chald.* quum reddunt, *Non mirandum adeo ſi quis* &c. Nec non *Vulgat: Non grandis culpa eſt.* Sed in ſpongiam eat: neque enim conſtat cum filo, quod a *furto quaſi coacto* ſuſceptum, altius adſcendit ad omnium *protervißimum;*

31 Et deprensus rependet septuplum: omnes facultates domus suæ dabit.

32 At qui adulterat mulierem deficitur corde; Sicarius animæ suæ, is patrabit illud.

33 Pla-

31 ונמצא ישלם שבעתים את כל הון ביתו יתן׃

32 נאף אשה חסר לב משחית נפשו הוא יעשנה׃

33 נגע

mum; ut conclusio fortius adstringatur. Hoc exegisset potius, *an non contumelia afficiunt* vel *talem* etiam *furem*, qui saltem *speciem* potest prætexere *necessitatis?* nedum *adulterum* &c. Habes illud a *minimo* ad *maximum*, quod hic requiritur. Crebro sic per *interrogationem* succursum sensui a præstantibus Virorum: neque tamen ea libenter utor; si *signum* non adfuerit. Tutius quid circumspicienti occurrit, בוז etiam adferre *vilipendium*, *contemtionemque* illam *qua* quid *negligitur*, ac tanquam *leve spernitur*. *Cant.* 8: 7. *Si quis dederit omnem opulentiam domus suæ pro hoc amore*, בוז יבוזו לו *illum*, vel & *illam*, *omnino contemnent.* Hanc vim obtinuisse, quum Lingua viveret, ac floreret, ratio aperta suadet. Accedit auctoritas *Dialecti:* nam بان בוז in *Camuso* non exponitur solum تعدي على الناس *insultavit in homines contumeliose:* sed etiam افتقر وتواضع *pauper evasit*, & *vilis contemtusque factus est*; usu *intransit*: qui in *transit*: emissus, suggerit, *non pro vili spernunt furem, quum furatus fuerit*, vel *ad implendum appetitum*, *ubi cavo fuerit ventre.* Videri posset res *tolerabilis*, utcumque saltem *excusabilis*; nec tamen *vel tale furtum pro vili*, ac nullius momenti *delicto*, *spernitur*; sed cum rigore vindicatur. Vidit quoque Cl. *Cler.* hunc sensum, sua laude non privandus. Dubitationem omnem tollit cognatum בזה *contemsit*, eadem potestate auctum, *Est.* 3: 7. ויבז בעיניו לשלח יד & *contemsit*, vel *contemtum fuit*, *in oculis ejus*, *immittere manum in Mardochæum.* Ovum ovo respondens.

Ibid. Scopo a nobis præfixo hæc ipsa subserviunt; cumque supra omnem aleam collocant. Audacter dico, nunquam tales colores miscuisset Sapiens, nisi talem ad finem. רעב *esurire*; proprie *cavum esse*, speciatim *ventre.* κοιλογάστωρ. Alibi tactum. נפש *anima*, proprie *oris*; quasi *spiratio*, *flatus*; percrebra pro *appetitu vehementiore.* מלא *implere* proprie *effarcire*, *distendere.* Sic *implere animam*, valet, *appetitum vorandi oplere*, *effercire.* Hæc omnia *levant crimen* hujus *furti*, ut *gravitas pœnæ*, vel huic *levi speciei* addita, certius feriat, altiusque descendat.

Vs. 31. Pœna illa *gravis*, vel *leviori furto* posita, nunc indicatur. Prius colon est, *ut deprensus*, *septuplum pendat.* Sanctio *Exod.* 22: 1. pro *bove surrepto* & *mactato* præscribit *quintuplum*; *quadruplum* pro *ove:* pro *vivo* animali *duplum.* Cur ergo nunc *septuplum?* Non lubet argutari. Latior numerus ad omnes *mulctarum* species, quas hic recensere otiosum fuisset, redundabat: eratque in illo שבעתים aliquid simul *proverbiale*, ut in *decies* apud *Latinos*, pro *multoties.* Posterius vult, ut si forte *non sit unde*, omnes ejus *facultatulæ divendantur.* נתן *dare* hic est *tradere in potestatem* alterius: ut ad *Cap.* 2. vidimus.

Vs. 32. Abrupta illatio; per quam sine ullo vinculo *conjunctionis* ad *Apodosin* descenditur. Signate נאף אשה *mœchans mulierem*, pro *cum muliere*; את אשה: μοῖχος *Græcis* ἀπὸ τοῦ μοιχᾶν, per ejus *præt. med.* μέμοιχα; figura *Latinis* quoque non incognita. Fundus mihi firmus Cl. *Hemsterb.* noster. *Adulter* & *adultera*, ab *ad alteram alterumve*; cassa nuce non emerim. Eandem stirpem tenuisse videtur cum *adulari.* Quid *Hebræum* ex *Origine* valuerit, haud liquet: quum nuspiam extra *Metonymiam* illam compareat. Apud *Arabes* ناف נאף inter alia est, ارتوي *explevit sitim: potu rigatus est.* Verecundum

vela-

33 נגע וקלון ימצא וחרפתו לא תמחה׃

34 כי קנאה חמת גבר ולא יחמול ביום נקם׃

35 לא ישא פני כל כפר ולא יאבה כי תרבה שחר׃

33 Plagam & notam inustam reperiet: & opprobrium ejus haud delebitur.

34 Nempe Zelotypia ignitio Viri est: neque remollescet in die ultionis.

35 Non accipiet faciem ullius lytri: neque annuet, cum munus spissaveris.

velamen turpitudinis hinc sese offerret. *Rivales* sic honeste translati, ab animalibus; *eodem e rivo sitim explentibus*. Plura quæ huc transferri possunt, ad *Cap.* 5. dedi. Ad חסר לב *destitutus corde*, vel ad *Hebraismum*, *Orbus cordis*, contendas velim *Arabum* خاسر *fraudatus*, *frustratus*, *omnis bonæ rei*, *boni consilii*, *jacturam passus*, *ac male perditus*. De Origine infra, opportunius. In verbo שחת سحت *perdidit*, *destruxit*, proprietas suggerit *rasionem*, *derasionem*, *qua quid rumpatur*; ad omnemque usum *corrumpatur*. Frequentatur apud *Arabes* in *cute a carne derasa*, & *revulsa sic*, ut *ad nihil amplius valeat*. Inde ad *nefanda scelera* generatim, speciatim ad *grassationes*, & *cædes atrocissimas* se permittit: quemadmodum & sub השחית illud *cædibus* ac *latrociniis grassari* sæpiuscule se exerit. Hinc משחית נפשו singulari emphasi efferri posset, *Sicarius animæ suæ*; qui *latrocinantis* more semet *trucidat*. In יעשנה *patrabit illud*, est aliquid præruptum; cum *Reticentia* decentissima.

Vs. 33. In קלון habes *infamiam inustam*, & tanquam *torrendo altius impressam*, a קלה *torruit*: de quo supra. Vides, quam apposite subnexum sit, *ejus opprobrium non delebitur*.

Vs. 34. Versio nulla potentiam *Ling. Hebr.* satis exprimat. Vulgo, *Zelotypia est æstus Viri*; vel *ira æstuans*. Intelligitur, nec tamen vibrat, & splendet, ut in Fonte. Nec *Zelotypia ignitio est*, id luminis plene repræsentat. En adspectum nativum. *Nempe Inflammatio* Zelotypiæ *ignitio viri est*: hoc est, *Zelotypia* qua vir *correptus inflammatur*, *eum totum reddit ignitum*; sive *igne isto ita candescentem*, ut si *vere vir* sit, nunquam *placari* possit, sed *inexpiabiliter* in violati tori *vindictam* feratur. Ad *Originem* manifesto allusum, in hunc sensum, קנאה *Zelotypia* ab *inflammatione*, sive *rubedine inflammata*, *nomen & omen implet*. Istam *inflammationem intensissime rubentem* sub קנא adstruxi *Cap.* 3: 31. In חמה *ignitam* residere *iram*, supra quoque commonui. Specialius adhuc se exerit nunc *ignita* illa *defensio juris*, & *injuriæ ultio*, quæ inter *Arabes* regnat sub حمي *ignitum & candens fuit ferrum*: unde non tantum *ignito ardore irasci*; sed etiam *defensare jus*, *dignitatem*, *majestatem*: eandemque *læsam vindicare*. Hæc amplitudo cum hic, tum alibi persæpe, observanda. גבר *vir*, *robore pollens*, & *virile gerens pectus*; peropportunus hac in sede. לא יחמל *non parcet*, pro *Origine*, *non mollietur*, *non remollescet*. Hoc in *Clavi* evictum *Dial.* p. 228.

Vs. 35. Exquisita phrasis, *non accipiet Faciem ullius lytri*, qua, sub insigni *Prosopopœia*, pretium expiando crimini oblatum induitur *persona intercessoris*, ac *deprecatoris potentis*, cujus *facies accipi* dicitur, quum *intercessio admittitur*: itemque *averti*, quum *deprecatio repudiatur*. Ita *Gen.* 19: 21. נשאתי פניך *suscepi faciem tuam*; pro *intercessionem grati mihi*, *honoratique viri*. Item *Job.* 42: 8. 1 *Sam.* 25: 35. Nempe נשוא פנים *susceptus faciei*, etiam notat *honoratiorem*, *cujus*, ut vulgo dicimus, *habetur respectus*. *Esaj.* 3: 3. *Job.* 22: 8. Eadem *Prosopopœia* munera ab Auctoribus *Græcis* ac *Latinis* convestita.

CAPUT SEPTIMUM.

Verſ. 1 Fili mi, cuſtodi ſermones meos; & præcepta mea reconde tecum.

2 Cuſtodi præcepta mea, & vivito; atque doctrinam meam ut pupillam oculorum tuorum.

3 Al-

Verſ. 1 בני שמר אמרי ומצותי תצפן אתך׃

2 שמר מצותי וחיה ותורתי כאישון עיניך׃

3 קשרם

Vſ. 3. In priori membro *litera Allegoriæ*, ut cuivis manifeſtum, ſuggerit *ornamenta digitorum*, *annulos*, *gemmasque*, *fulgentes*, quibus veluti *ſuperbiatur*. Sublimior ſenſus ducit ad *actiones omnes*, hoc quaſi *ſigillo* Legis & præceptorum Dei communitas, atque cohoneſtatas. In poſtremo colo *literalem* adſpectum negligi video: qui tamen hic æque aptus, quam *Cap.* 5: 21. *Tabula cordis*, לוח הלב proprie *planities micans*, repræſentat *pectus externum* ſimul, & *internum*. Præcepta Numinis *Tabulæ cordis* externæ *inſcripta* veluti *præminent*, ac *propendent*, inſtar *monilium*, quum eorum religioſam obſervationem nobis *Cordi eſſe* & profitemur, & comprobamus, candide, generoſe, animoſe. Eadem *internæ* Cordis *tabulæ inſculpta geruntur*, quum eorundem potentia viva, ac vitalis, perennem ibi ſedem fixit.

Vſ. 4. Pulchræ formulæ, quibus *familiaritas conjunctiſſima*, atque adeo intime nexa *conſanguinitas*, exprimitur. Iis anſam dedit *Periphraſis* in Oriente ſolemnis, qua *frater* omnium *rerum* dicitur, qui in iis quotidie verſatur. Ita *Frater belli*, *Frater itineris*. &c. de quibus ad *Job.* 30: 29. ubi *Fratrem draconum* ſeſe vocat, & *ſtruthionum ſodalem*. Altiore adhuc cothurno *Job.* 17: 13. *Mater mea*, & *ſoror*, *putredo*: ubi appoſui *Fratrem Calamitatis*, *Ærumnæ*, *Gurgitum mortis*: pro eo, cui hæc *familiaria*, quin *cognata* quaſi atque *affinia*. Ad *Harir. Conſ.* 5. *Tebleb.* العرب تقول اخو كذا لمن يلازم لشي كثيرا *Arabes dicunt*, *Frater illius eſt*, *de eo*, *qui frequentat multumque exercet aliquid.* מורע cognationem vi formæ ſuæ deſignat. Eadem *figuratione* efferri poſſet *Pſ.* 88: 17. *Cognati mei horrores tenebrarum*, מידעי מחשך, *Quicquid eſt horridæ caliginis mihi cognatione conjunctum.* Id grandius, quam quod dari ſolet, *cognati mei in tenebris*: pro *latent*, *ſeque ſubducunt.*

Vſ. 5. Minus commode multi, *quæ ſermonibus ſuis blanditur.* Rectius alii, ad vim conſtructionis, *quæ ſermones ſuos lenit*, vel *lævigat*: ubi jam *blandimenta* ultro ſe ingerunt. Fortius ſonat, *quæ ſermones ſuos glabrum lubricat*; ubi cum *blando lubricum* meretricii ſermonis ſentire datur.

Vſ. 6. Vocabulum אשנב binis tantum locis proſtat. Utrobique cum חלון *feneſtra* conjungitur: ut hic, & *Jud.* 5: 28. Hinc aliis merum eſt *ſynonymum*; alii, ad varietatem, *cancellos* vel *clathros feneſtrarum* maluere. Unde talia, quæ paſſim diſtrahunt, decidentur? Non aliunde ſane, quam ex *Dialectis*. Apud *Arabes* thema שנב شنب aſſervatum. Ejus derivatum شَنَبٌ in deliciis eſt, *frigiditatem recentem* notans, ſpeciatim *oris ſuave halantis*: quod vernacule friſch. Ita in *Camus*, الشنب ماء ورقة وبرد

3 קשרם אל אצבעתיך כתבם על לוח לבך׃

3 Alliga ea digitis tuis; ſcribe ea ſuper tabula cordis tui.

4 אמר לחכמה אחתי את ומודע לבינה תקרא׃

4 Dicito ſapientiæ, ſoror mea tu & cognatam appelles, prudentiam.

5 לשמרך מאשה זרה מנכריה אמריה החליקה׃

5 Ut cuſtodiat te a muliere aliena, a peregrina quæ ſermones ſuos lubricat.

6 כי בחלון ביתי בעד אשנבי נשקפתי׃

6 Nam per feneſtram domus meæ, per refrigeratorium meum proſpectavi.

7 וארא בפתאים אבינה בבנים נער חסר לב׃

7 Et videbam inter fatuos, animadvertebam inter filios juvenem deſtitutum corde.

8 עבר

8 Qui

وبرد وعذوبة في الاسنان فهو
شانب وشنيب واشنب وهي
شنباء والشنباء من الرمان
الاملبسية لبس بها حب
انما هي ماء في قشر وشنب
يومنا برد فهو شنب وشانب

Vox שנב *ſignificat liquorem, & tenuem fluorem, friguſque, ac ſuavitatem in dentibus: qua præditus vocatur* שונב, & שניב, & אשנב, *cum fœm.* שנבא. *Poſtremum illud in malo granato* eſt *molliſſimum illud genus, quod granis carens, liquorem tantum habet intra corticem: cum verbo ipſo dicitur* שנב יומנו *refrigeratus eſt dies noſter: qui & ipſe in Participiis* שנב & שונב. Vides illud friſch/ in friſche tanden/ een friſſche granaet: een friſche dagh. Ibidem adjectum, المشانب الافواه الطيبة. forma משנב deſignat *ora ſuave balantia.* Iterum habes, friſſche monden. In *Gjeub.* laudatur ex *Dſu'l'rumma*

في اللثات وفي انيابهما
شنب ۞

In gingivis & dentibus ejus recens frigus.

Confer ad *Harir. Conſ.* 2. *pag.* 84. Cum copia *Linguæ*, quam & *Hebræi* ſub hac *Radice*, jam reſtituta, poſſederunt, diluceſcit in אשנב certiſſima poteſtas *refrigeratorii*, quod cum *feneſtra* חלון pulcre conſiſtit; *uſum* ſignans *proſpectandi*, ad *recentem auram captandam.* Hoc شنب يومنا *dies noſter refrigeratus eſt* neminem dubitare patietur.

Ibid. Sub verbo נשקף *proſpectavit*, pulchra floret *metonymia.* Radix שקף cum سقف collata, proprie obtinuiſſe deprenditur in *longitudine pandata*, ſeu *procurvata:* quam ut in aliis apud *Golium*, ita diſtinctiſſime cernas in اسقف אשקף *longus & incurvus*, aut *præ longitudine inflexus.* Item, *Longicollis* &c. &c. Dulcius ex ipſo fonte. *Camuſ.* السقف الطول في انحناء
يوصف به النعام وغيره وهو
اسقف والسقيفة كل خشبة
عريضة كاللوح او حجر عريض
يستطاع ان يسقف به

Thema שקף *denotat longitudinem cum pandatione, ſive incurvatione. Hinc Struthio-camelus, & alia longo collo prædita, Epitheton* אשקף *accepere:* שקיפה *etiam appellatur omne lignum latum, ut aſſer, nec non lapis latus, quo tectum ſive contignatio fit.* Ibidem quoque, سقف

8 Qui transibat per vicum, juxta angulum ejus; & viam domus ejus gradiebatur.	8 עֹבֵר בַּשּׁוּק אֵצֶל פִּנָּהּ וְדֶרֶךְ בֵּיתָהּ יִצְעָד׃
9 In crepusculo, in vespere diei; in pupilla noctis, & caligine altissima.	9 בְּנֶשֶׁף בְּעֶרֶב יוֹם בְּאִישׁוֹן לַיְלָה וַאֲפֵלָה׃
10 Et ecce mulier in occursum ei: ornatu meretricio, & ficta cordis.	10 וְהִנֵּה אִשָּׁה לִקְרָאתוֹ שִׁית זוֹנָה וּנְצֻרַת לֵב׃
11 Strepera illa, & procax, in domo ejus non reclinantur pedes ejus.	11 הֹמִיָּה הִיא וְסֹרָרֶת בְּבֵיתָהּ לֹא יִשְׁכְּנוּ רַגְלֶיהָ׃
12 Hac	12 פַּעַם

שקף אלבית سقف البيت contignatio domus: & سقف السماء contignatio cœli: sive pandata convexitas. Eandem potentiam apud *Hebræos* obtinuisse, ambigere non finit מַשְׁקוֹף *superliminare*: a *prospectando* inquiunt: quod aliud præ manibus non esset. Commodius, veriusque, a *pandatione* vel *ligni* vel *lapidis*, qua *superliminare in longum curvatur*. Hinc jam נִשְׁקַף *prospectavit*, illo *tropo* quem & *Græci* secuti in verbis ἐξέκυπτεν, ἐκκύπτειν, εἰσκύπτειν, ἐπικύπτειν; παρακύπτειν. Omnibus subjecta vis *cum curvatione corporis inspectandi*, & *incumbendi* in rem. Sic נִשְׁקַף *passiva* vel *reciproca* virtute, *incurvatus est*, vel *incurvavit sese ad prospectandum*: quin signatius, *longo collo inspectans prominuit*, *imminuit super rem*: ut hic, & *Jud.* 5: 28. *per fenestram.* Magnifice *Ps.* 85: 12. צֶדֶק מִשָּׁמַיִם נִשְׁקָף *Justitia e cœlis prospectavit*, tota *imminens* & *incumbens*. Et *Jer.* 6: 1. רָעָה נִשְׁקְפָה מִצָּפוֹן *Malum prospectat e septentrione.* i. e. *magna mole prominet*, *simul*, & *imminet incubiturum.* Eadem elegantia LXX κακὰ ἐκκύπτει, ut in præced. *Psalm.* ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε· & heic loci παρακύπτουσα. In *Hipph.* הִשְׁקִיף iterum *incurvavit se collo longius exerto*; i. e. *prospectavit.* Sagaciter *Cocc.* quamvis *Originem* non inspexisset, in *Lexico*: *plus*, inquit, *notat*, *quam* הִבִּיט, *intuitus est*: *nempe quasi capite exerto captare rerum visionem.* Exempla videlicet huc invitabant. *Ps.* 14: 2. *Dominus* מִשָּׁמַיִם הִשְׁקִיף *de Cœlo prospectavit*, velut *prominens*: LXX διέκυψε. Similiter *Ps.* 102: 20. *Thren.* 3: 50. aliisque locis compluribus; quas hanc ad normam quisque sibi exiget. Manum adhuc injiciunt LXX 1 *Reg.* 7: 4. שְׁקֻפִים dantes μέλαθρα *trabes*: & *Vs.* 5. שֶׁקֶף μεμελαθρωμέναι. Hoc jam redit ad *trabes contignatas*, quas sub سقف & سقيفة ex *Camuso* produxi. Hinc architecturæ nodi, qui docta ingenia ibi vexant, nec non 1 *Reg.* 6: 4. poterunt expediri.

Vs. 8. Observari velim illud *grande* & *audax*, quod in verbo צָעַד *gradi* residere, supra commonui. Hinc & pro *scandere* invaluit, ut apud *Arabes* صعد est *adscendit*, itemque *acclivi loco incessit.* Proprietas in *connitendo*, *enitendo* sita fuisse videtur. פִּנָּהּ *angulus ejus*, non est contractum pro פִּנָּתָהּ elisa *termin. fœmin.* sed ejusdem *masculina* stirps, פֵּן, a פנן فن, cujus notiones omnes præferunt vim *flexus divergentis.* Ulterius non procedo.

Vs. 9. Jucunda series: *crepusculum*, ante occasum; *vespera diei*, post occasum; & אִישׁוֹן לַיְלָה *pupilla noctis*, quæ & אֲפֵלָה *altissima caligo*, sive *noctis meditullium.* Nempe

12 פעם בחוץ פעם ברחבת ואצל כל פנה תארב :

13 והחזיקה בו ונשקה לו העזה פניה ותאמר לו :

14 זבחי שלמים עלי היום שלמתי נדרי :

15 על כן יצאתי לקראתך לשחר פניך ואמצאך :

16 מרבדים

12 Hac vice in platea, illa vice in foris; ad omnemque adeo angulum insidias nectere solita.

13 Apprehenditque illum, atque osculata est; vultumque suum obfirmavit, ac dixit ei.

14 Sacrificia pacifica super me *erant:* hodie vota mea exsolvi.

15 Propterea emicui in occursum tibi, vestigando conspectum tui, atque inveni te.

16 Stra-

pe non unum casum, uni tempori, uni personæ, alligatum hic proponit *Parœmiastes*; sed quales multi ipsi occurrere potuerunt. Quin ne quidem *literam* nimis premere suaserim; saltem non tam anxie, ut *faces* huc admoveas cum nonnullis, sine quibus in *caligine* nil prospectari potuisset. Pingit ergo suo jure Sapiens sub una persona, quod haud dubie in diversas diversis quadrat occasionibus. Monendum quoque נשף *crepusculum* tam esse *matutinum*, quam *vespertinum*. Hinc digestio non inconcinna se offert: בנשף *ad crepusculum auroræ;* בערב יום *ad occasum diei:* באישון לילה *in pupilla noctis:* id est, *ejus centro*. Doctiss. *Gejer.* huc inclinat, bona usus ratione, quod alias parum vel nihil discriminis foret inter *crepusculum vesperæ* & *vesperam*. Sibi quisque arbitretur.

Ibid. In pupilla noctis, ausus jam *Cocc.* in *Lexico* tamen nutans nonnihil. Plurimi *nigredinem noctis*, stylo nostro congruentiorem videlicet, induxere. Non fecissent, si figura notuisset Orientis, quam in بُوبُو *pupilla* sive انسان العين *imaguncula oculi*, susceperunt: unde non solum illud omnibus in Linguis regnans *carior pupilla*: sed *ille est pupilla seculi sui;* بوبو دهره pro *ornamentum deliciumque:* هو في بوبو الكرم *Ille est in pupilla gloriæ* apud *Gjeub.* tantundem valet ac in *centro*, & *meditullio gloriæ:* prout in *Camuso* exponitur وسط الشي *medium præcipuumque omnis rei.* Infra *Cap.* 20: 20. recurret, *pupilla tenebrarum.* אפלה *altissima caligo;* sive *supremus gradus lucis defectæ, exhaustæque*, in idem centrum conspirat.

Vs. 10. In phrasi, *Ecce mulier* לקראתו *in occursum ei*, concisum illud *festinationi* subservit, & *impetum* adfert. Cave de *occursu fortuito* cogites. Ad *condictum* venit amator; atque cum *gratulatione* excipitur. Hoc crebro formulæ לקראת inclusum. Res plana ex *Vs.* שית זונה mirifica iterum brevitate, *ornatu meretricis:* a שית *posuit, composuit: capillos, ornamenta* &c. &c. Ut *Ps.* 73: 6. יעטף שית *circumplicat ornatum eleganter compositum.* In נצרת לב variant calculi: *servata cordis* plerique, pro *cauta, callida;* vel ut *Cocc. retenta corde;* eodem sensu. *Gatak.* active *observatrix corde.* His thema נצר. At *Merc.* a צור *obsedit*, exsculpsit *circumvallata corde;* & *munita artibus meretriciis.* Obstat, quod *oppugnationem* notet verbum illud, non *propugnationem.* Mihi ab eodem צור *finxit, formavit;* quin & *pinxit*, صور, adblanditur, *ficta cordis:* quod semet satis explicat.

16 Stragulis vestibus instravi lectum meum, segmentatis, lino Ægyptio.	16 מרבדים רבדתי ערשי חטבות אטון מצרים :
17 Irroravi cubile meum myrrha, aloë (agallocho) & cinnamomo.	17 נפתי משכבי מר אהלים וקנמון :
18 Age, inebriemur deliciis usque ad auroram; exultemus in amoribus.	18 לכה נרוה דדים עד הבקר נתעלסה באהבים :
19 Nam vir non est domi suæ: abiit via longinqua.	19 כי אין האיש בביתו הלך בדרך מרחוק :
20 Cru-	20 צרור

Vs. 16. Hæretur ad rariora vocabula. Thema רבד nuspiam alibi prostat. Derivatum מרבדים semel recurrit *Prov.* 31: 22. ubi *tapetia* reddunt: vel *stragulam vestem*. At רביד pro *torque*, vel *ornamento* saltem *collari*, bis venit; *Gen.* 41: 42. & *Ezech.* 16: 11. Hæ nostræ copiolæ: unde genuinam vim stirpis ac propaginum exsculpi non posse, in oculos incurrit. Alliteratio suggessit multis *insternere*, ex רפד, quod tamen *fulcire* potius sonat. Alii simplicius pro serie dant *instruere*, *adornare*. Cl. *Guss.* ad conciliandum *ornamentum colli*, cum *ornamentis lecti* observat, forte *fimbriam* aut *tæniam auro intertextam* denotari. Hoc aliquantulum lucis fœnerari posset ex ريد apud *Golium*, *diversicolores partes lanæ quæ ex Cameli collo*, vel *aure*, *appenduntur*. Radix ريد *secuit*, *insecuit*: item *levis agilisque fuit manus*, in *quatiendo flagello* similibusque. Possent hinc elici *vestes stragulæ appendicibus segmentatis interlusæ*, ac *variegatæ*. Malo tamen sententiam sustinere; atque pleniorem lucem expectare.

Ibid. Incertius quoque חטבות, hac quidem in serie: alii enim referunt ad *artificiosas ipsius thalami incisiones*, ac *sculpturas*: alii ad *vestem stragulam variis figuris incisam*; vel & *reticulato opere interlusam*. Iterum amplio; *defectum* lucis, ac copiæ, persentiscens. Ad אטון non nisi hac in sede repertum, apprime faciunt Glossæ *Hesych.* 'Οθόνια. λεπτὰ ἱμάτια. item 'Οθόνη, σινδών. Ζώνη. Τελαμών. γυναικεῖον ὀθόνιον λεπτόν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνόν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. Derivat quidem ille [illegible] τὸ ἵστασθαι; sed *Analogia* haud respondente. Verisimilius, ex *Oriente* fluxisse; ut Σινδών, *Hebr.* סדין, cujus thema סדן سدن *laxavit*. *Dimisit* vestem. אטון ab אטן, quod *Arabibus* وطن *mollem* & *delicatam accubitionem* designat, commodissime descenderet. Sed & hoc, hac saltem in parte, inter minus limpida collocatum esto. Aliud mihi est, eritque, blanda species: aliud explorata & indubitata veritas. Nobil. *Ludolf.* in *Comm.* ad *Hist. Æthiop.* p. 204. *suffitum* tentat, ex *Vs.* seq. qui עטן *Æthiopice*: infelicius; neque enim *Ægyptus suffitu* sed *lino delicatissimo* nobilitata fuit: ne jam dicam seriem intercidi.

Vs. 21. Placere non potest, quod versiones obsidet, *perduxit eum multitudine doctrinæ suæ*, vel *institutionis*. Coloratur, *doctrinam* in *sermones artificiosos*, & *astutos*, deflectendo: sed color est. לקח hic longe diversam *metaphoram* exerit, ab *aucupio* desumtam: aut *venatione*, ad quam verbum לקח *capere* se etiam porrigit. Huc trahit quoque vocula רב non jam *multitudo*, sed secundum *primigeniam* vim, *spissitudo*; nam *multiplicari* sub רבב proprie est *spissari*, *compactius densari*. Apud *Latinos* quoque *densitas* ad *numerum* se dat, ut & *spissus*: sed multa alia *densa*, & *spissa*, secundum circumstantias. *Cap.* 5: 24. habuimus רב אולת *spissitudinem crassitiei stolidæ*. Sic apud *Arabes* ريب *densitatem numeri* quidem infinitis in locis affert: nec minus tamen frequentatur in *succo crassius inspissato*. Hoc *visco*, & *glutini* pingendo aptum. Inde mihi processit glu-

20 צרור הכסף לקח בידו ליום הכסא
יבא ביתו :

21 הטתו ברב לקחה בחלק שפתיה
תדיחנו :

22 הולך אחריה פתאם כשור אל טבח
יבא וכעכס אל מוסר אויל :

23 עד

20 Crumenam argenti sumsit in manum suam; ad diem interlunii veniet domum.

21 Pellexit eum glutine capturæ suæ, & lubricitate labiorum suorum eum impulit.

22 Ibat post eam præceps; ut taurus venit ad lanienam; & tanquam constricto ad pedes capite, pro castigatione stolidi.

23 Us-

gluten capturæ. Eodem fertur חלק שפתים *glabrities lubrica labiorum*, quam sæpiuscule supra insinuavi.

Vs. 22. Torquet nodus. & torquetur, in vocabulo וכעכס. Thema עכס semel tantum *Jesaj.* 3: 16. in specie *Pibb.* obvium; ubi magna opinionum divortia. Plurimis placitum, *pedibus suis catenatæ*, vel *compeditæ*: ut *Vs.* 18. *ibid.* עכסים *compedes*, vel *periscelides* reddunt. Inde & hic *compedem* adscivere plerique: non expeditissima ratione. Utique perquam impeditum 1. quod ἀπὸ κοινοῦ nonnulli dederunt, *ivit post eam ut bos ad lanienam venit*, & *ut compes* venit, *ad castigationem stulti.* Alii 2. mollius pro sensu, durius pro *syntaxi*; & *ut stultus ad castigationem compedis*: quasi *Hypallage* foret, & trajectio simul verborum. Recurritur 3. ad *abstractum* pro *concreto*, ut *scelus* pro *scelestus*, itemque *carcer*, pro *carcere dignus*; quasi *compes* foret איש עכס *compede dignus*; ita cum *Rabbinis*, Cl. *Buxt. Jun.* & *Tremell.* &c. *Boch. Hier.* I. p. 695. idem voluisse censet LXX ὡς κύων ἐπὶ δεσμοὺς· nam *catastam* valet, & *hominem catasta dignum.* Vicinum 4. quod Cl. *Cler. compedem* exponat *compede captum*: addens, legi posse ובעכס & *in compedem*; יבוא *venit*; iterum ἀπὸ κοινοῦ. Simile quid 5. adtulit Doct. *Gejer.* repetens *Præp.* אל & *sicut ad compedes*, *quæ sunt ad castigationem stulti.* Subtilius adhuc 6. Cl. *Cocc.* וכעכס resolvens in וכבעכס & *tanquam in compede.* Id dextre expositum palmam ferre poterit: estque vehementius, quam *in compedem*, signans *conditionem sub compede tracti* ad *pœnam exemplarem.* Magis adhuc arridebit, si proprietas *thematis* penitius fuerit introspecta. Apud *Golium* עכס عكس declaratur, *invertit*, *præpostere posuit*: item; *revinxit fune* عكاس עכס *dicto.* Sic appellatur, ut *ibidem* reperies, *funis qui ab ore vel collo cameli religatur ad anteriores pedes* animalis, *ut subigatur dometurque.* Idem عكس & معكاس *actio* verbi, *ipsum* illum *compediendi* & *constringendi* modum designat: indeque proverbialiter dicunt دون ذلك الامر عكاس *cohibetur id negotii e constrictione* עכס *dicta*: hoc est; *præpostere se habet*; & *molestissimo nodo constrictum tenetur.* Grata lucis accessio, quam cumulabo ex *Gjeubar.* العكس
رد اخر الشي الى اوله ومنه
عكس البلية عند القبر
لانهم كانوا يربطونها معكوسة
الى ما يلى كلكلها
وبطنها ويقال الى موخرها
مما يلى ظهرها ويتركونها
على تلك الحال حتي تموت
Usurpatur עכס *pro invertere posteriora rei ad anteriora ejus, indeque præpostera religatio Cameli (in paganismo Arabum) apud sepulcrum, appellitata* עכס: *quoniam solebant eam religare præpostere constrictam collo*, מעכוסה, *ad ea quæ proxima pectori*, & *ventri ejus*: *alii dicunt, ad posteriora ejus circa dorsum*: *quam ita constrictam solebant relinquere eodem in statu donec moreretur.* Ritum illustravit Cl. *Golius* sub voce بلية, *Camelus quæ Paganis-*

23 Usque dum ſulcaret telum hepar ejus: ut feſtinat avicula ad laqueum, nec novit, quod ille in vitam ejus ſit.

24 Et nunc, Filii, auſcultate mihi; aurem purgate ſermonibus oris mei.

25 Ne

23 עד יפלח חץ כבדו כמהר צפור אל פח ולא ידע כי בנפשו הוא׃

24 ועתה בנים שמעו לי והקשיבו לאמרי פי׃

25 אל

niſmi Arabici tempore ligari ſolebat ad Domini ſepulcrum, & abſque pabulo & potu ibidem relinqui donec moreretur; quod alias putarent ſe non reſurrecturos equites. &c. &c. Conferatur Cl. *Pocok. Spec. Hiſt. Arab.* p. 135. In *Moallekat* huc plus una in ſede alluſum; ad quæ *Nabbaſius* monet, *tali Camelo* cum *retorto*, & vel ad *anteriores* vel ad *poſteriores pedes revincto*, *collo*, *oculos* quoque fuiſſe *præligatos*, quin *totum caput obvolutum*, *involucro* velut *mortis*. Illa *Camelus* in proverbium emiſſa, ad *calamitoſiſſimos*, & *ineluctabili malo conſtrictos*, expingendos. In *Moallek. Harith Ibn Helza*

كل ابن هم بلية
عما ۞

Omnis filius ſollicitudinis eſt Camelus obſtructo & retorto ore conſtrictus ad ſepulcrum.

Iſtud ego Proverbium, quantumvis multo antiquiſſimum, non obtrudo noſtro contextui: ad quem expediendum ſufficit notio generalior *conſtrictionis præpoſteræ, & nodoſiſſimæ, unde exiri nequeat*: qualis adhibetur in *Lanienis*, quum *Tauri* ad necem trahuntur. Et his ſcilicet *Caput ac collum retorquetur*, atque vel *anterioribus*, vel *poſterioribus pedibus inſolubiliter innodatur.* Hoc intendiſſe *Parœmiaſten*, vis ipſa comparationis a *Laniena* & *Tauro* deſumtæ ita ſuadet, ut perſuadere poſſe videatur. Sic ergo tandem locum conſtituamus, *tanquam taurus ad lanienam venit; & quidem ſicut conſtrictione illa* עכס *præpoſtera* &c. &c. &c. Copula ו ſæpicule per *& quidem* reddenda. *Pſ.* 68: 10. *Hæreditatem tuam*, ונלאה *& quidem fatiscentem, tu refoviſti.* Si arrideat ſupplementum וכבעכס *& tanquam in conſtrictione præpoſtera*; eodem redibitur: quod ſeries ipſa mox ſuggerat, *& quidem tanquam in* &c. &c. Hic ancoram jacio; neque me in altum referri patior fluctu, quem movent veterum Interpretamenta, partim ad עכס, unde *canem* extuderunt LXX. *Chald. Syr. Arabs*: at *Vulgat. agnum laſcivientem*: partim ad אויל unde *Cervum*, quì איל & אילת. Hæc a *Bochart.* diſcuſſa in *Hieroz.* P. I. *pag.* 694. & ſeq. ubi etiam *Arabum* عكس ex parte aliqua jam adductum. *Præpoſtera religatio* alio adſpectu ſe exeret *Jeſ.* 3: 16. ſi ſequaris receptiſſimum, *ac ſi pedibus forent compeditæ*: atque illud *præpoſterum* latiorem pandet conſpectum *affectatæ petulantiæ*. Si *periſcelides* & ibi reſpici malis, ut *Vſ.* 18. in עכסים habebis ſaltem *innodationem* illam *adſtrictiorem*, quam Themati inſidere vidimus: de qua curioſe, docte, ſolide, Cl. *Schroed.* meus, in opere juvenili quidem illo, ſed curas animoſque viriles præſtante, de *Veſt. mulier. Hebr. Cap.* I.

Ibid. Duplicem ſenſum admittit illud, *ad caſtigationem ſtolidi.* Primum, ut ſit, *ad ipſum*, qui *craſſus mente*, & *appactus cupiditati*, (eſt enim אול *appingi*, *craſſeſcere*, in ſtirpe) pro meritis puniendum. Alterum, ad *alios ſtolidos* exemplo abſterrendos, & a fatali hocce laqueo retrahendos.

Vſ. 23. Grave verbum פלח فلح *findere*; ſpeciatim, *ſulco profundius inciſo: ſulcare.* Illuſtris *metaphora*, quæ *Græcis* perplacuit ſub αὐλακίζειν, & αὖλαξ, ὦλαξ; quemadmodum & *Latinis* in *ſulcare*, *reſulcare.* Multum uſus *Prud.* ut *Periſteph.* 4: 120. *Tætra quam ſulcos habeant amaros vulnera, narras.* Extat etiam, *ſulcatim conciſa facies*, ex *Pompon.* Ad *Job.* 16: 13. ex *Claud.* adductus *Lateris ſulcator opaci* vultur, *qui jecur Tityi* ro-

25 אל ישט אל דרכיה לבך אל תתע בנתיבתיה׃

25 Ne sternax sit cor tuum ad vias ejus; ne vageris in ejus aggeribus.

26 כי רבים חללים הפילה ועצמים כל הרוגיה׃

26 Nam multos ad lanienam projectos (profanatos) cadere fecit; & numerosi omnes trucidati ejus.

27 דרכי

27 Viæ

rostro altius impresso *depascebat.* Illuc remitto. *Jecur* etiam hic appositissimum; ut sentias ex illo *Æsch.* in *Agamemn. Vs.* 442. Θιγγάνει πρὸς ἧπαρ, *jecur ferit*; pro *letali vulnere confixit*: atque proverbiali ferme formula apud *Ælian.* 8: 9. ἐς κακὸν ἧπαρ τελεῖ. Passim *Homer.* ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων *percussit*: quum *vitalia bausta* innuit. In *Theocr.* 11: 16. & 13: 71. habes, Ἔρως ἧπαρ ἀμύσσει. Nempe *Jecur* sedes *cupiditatis* & *libidinis* censebatur: *Horat.* L. 4. Od. I.

Si torrere jecur quæris idoneum.

Et L. 1:25. *Cum flagrans amor, & libido, sæviet circa jecur ulcerosum.* Id hinc abesse nequit. Phrases تقطعت الكلى *fissi sunt renes*; & تصدعت الاكباد *diffissa sunt jecora*, iisdem usibus donatæ.

Vs. 25. Erecta & vibrans imago in verbo ישטה; quod hic mirifica elegantia locatum. Eam delent ferme Versiones, quum dant, *ne declinet ad vias ejus Cor tuum.* Fortius quid sonat שטה, quod eleganter usurpatur in *equo ferociente* & *frenum mordente.* Ita in *Camuso* سطا الفرس ركب رأسه والساطي الفرس البعيد الخطو والذي يرفع ذنبه في حضره *In Equo valet, frenum excussit suum sequens caput.* Et *Part.* שוטה *absolute est Equus diducto passu; & qui caudam erigit inter currendum.* Hinc ansa data ad *contumaciam ferocem*, quæque eam comitantur. Talis uxor שוטה *Sota* appellata, quasi ἀφηνιάζουσα, *mariti frenum contumacius mordens*, eoque nomine *adulterii suspecta: Num.* 5: 12. & *Vs.* 19. ubi notes velim lectissimam phrasin אם לא שטית טמאה תחת אישך *Si non ferociisti impuritatem sub viro tuo.* Id est *ferociens in eum scelus illud tamen non patrasti.* Ergo non est *adultera* per se, sed *propter ferociam suspecta.* Adde *Vs.* 20. 29. ibidem. Consimiliter סטים *Ps.* 101: 3. & *Hos.* 5: 2. non sunt simpliciter *declinantes*, sed *frenum ferocius mordentes*: qui *Ps.* 40: 5. ושטי כזב *commorso freno in mendacium ruentes.* Sæpius non extat. Gravi hinc figura conceptum jam, *ne frenum mordeat ad vias ejus cor tuum.* Ne *excussa* Numinis obedientia illuc *contumacius feratur.* ἀφηνιάζειν creberrime ita traductum. Concludat omnia *Hesychius*: Ἀφηνιάζοντες. ἀποχαλινωθέντες, οὐ μετὰ φειδοῦς ἵππων καὶ ἁρμάτων. Et ἀφηνιασμὸν, ὑπερηφανίαν. ἀνυποταξίαν. *Effrenari* & *Effrenis* eosdem usus admisere. Confer quæ ad *Cap.* 4: 15. annotata.

Ibid. Insinuatum sæpiuscule, נתיבה esse *viam eminentem, munitam, Regiam.* Id nunc parum videtur quadrare. Hinc dari solet, *ne erres in semitis ejus.* Et hic nativam virtutem exerere reperietur, si observetur cum *Oxymoro* aliud adhuc acumen captatum, *adulteræ jactationem* perstringens; simulque *Dominantem* in mundo *corruptionem.* Illa quidem *vias* suas gloriatur esse נתיבות *eminentes, regias*, omni *periculo vacuas. Corruptio seculi* easdem calcat, & commendat veluti publice. *Oxymoron* intendit aculeum. *Ne oberres*, inquit, *in Viis ejus Regiis.* Nempe in *Viis Regiis* nullus *metus erroris.* At qui *basce* ingreditur *Vias*, quas jactat *Regias*, hunc *uno perpetuo errore* in perniciem auferri necesse est.

Vs. 26. Ad hunc conspectum subseritur *spissos esse stratos ejus*, & *compactos ejus obtruncatos.* Alluditur ad *Latrocinia*, *cædes*, & *grassaturas*, quibus viæ infestantur. חללים ex Origine sonat *profanos*, & *profanatos ad omnem injuriam, rapinam, vexationem, cædem, in prædamque volucribus & feris projectos.* נפל *cadere* partim est *occidi*; partim *stratum jacere super terra.* Utrumque conjungendum autumo. הרוגים sunt proprie *minutatim concisi*,

27 Viæ Orci, domus ejus; descendentes ad ipsa mortis penetralia.

27 דרכי שאול ביתה יורדות אל חדרי מות׃

CAPUT OCTAVUM.

Vers. 1 An non sapientia clamat, & vocem suam edit prudentia?

Vers. 1 הלא חכמה תקרא ותבונה תתן קולה׃

2 In vertice celsorum juxta viam; in mediis adstat compitis?

2 בראש מרמים עלי דרך בית נתיבות נצבה׃

3 Ad

3 ליד

cisi, ac *contruncati.* Atrocem cernis scenam, quæ stragem & lanienam latrociniorum graphice repræsentet; atque adeo cumulos *cadaverum* aggestos, idque in *Viis*, quas adultera *Regias* esse crepabat.

Vs. 27. Referri solet ad *pœnam* & *perniciem* animæ, post hanc vitam. Eam non excludo; sed tamen persuasissimus sum, etiam præsentis vitæ statum deploratissimum includi, omnis horroris & execrationis plenum, ita ut qui *Domum adulteræ intravit*, *vivus in Orcum intrasse*, atque ad ipsa *Mortis* spiritualis *penetralia descendisse* pronuncietur. Dubitare non permittunt quæ *Cap.* 5: 5. adstructa. Idem sensus cumulatior *Cap.* 2: 18. 19. intentus.

AD CAPUT OCTAVUM

NOTÆ.

Vs. 1. Admirabile aperitur theatrum, in quo *Summa Sapientia* introducitur, *Auditoria*, ut ita dicam, *Veritatis*, *Religionis*, ac *Virtutis* erigens, *in orbe terrarum:* atque ex his præconis ritu personans ac promulgans, qua eundum sit, ut ad *vitam*, atque *immortalitatem*, ex colluvie & vanitate seculi escendatur. *Fastigia celsa* quæ *viæ publicæ* imminent; *aggeres eminentes* נתיבות, eorumque בית *sedes ac centrum:* יד שערים *latus portarum:* & פי קרת *Os*, i. e. *Ostium Civitatis*, cum מבוא פתחים *ingressu januarum*, ut *Allegoriam* splendidam constituunt; ita sub *literali* adspectu, nemini non obvio, *sublimiorem* quoque *potentiam* exerunt. In hanc profundius non evehar: sed litus legens subnotabo tenues tantum stricturas, unde materia meditationis pro fœcundis ingeniis redundabit. מרומים *excelsa* pingunt quicquid in orbe eminet, atque conspicitur, *potentia*, cum *opibus*, *honoribus*, *fastigiis dignitatum*, cæterisque id genus. נתיבות *viæ aggeratæ*, quæ *publica auctoritate* & *calcantur*, & *commendantur*, repræsentant *scientias*, *artes*, *disciplinas*, *doctrinarum studia*, multum divergentia illa quidem, sed quæ tamen ex uno veluti *centro* ac *meditullio* quaquaversum sese spargant, ac diffundant. *Portæ* sunt *fora*, & *loca* in quibus *controversiæ* omnibus de rebus disceptantur; & ubi de *jure* ac *justitia deciditur.* Allegoria hic offert *judicia*, *sententias*, *opiniones*, in quas scinditur genus humanum sub nutu eorum, quos quasi *Arbi-*

3 ליד שערים לפי קרת מבוא פתחים תרנה׃

3 Ad latus portarum; ad introitum (os) oppidi: ingreſſu oſtiorum perſonat.

4 אליכם אישים אקרא וקולי אל בני אדם׃

4 Ad vos ego, viri, clamo; & vox mea ad filios hominis.

5 הבינו פתאים ערמה וכסילים הבינו לב׃

5 Intelligite inertes ſolertiam; & ignavi cor ad intelligendum excitate.

6 שמעו כי נגידים אדבר ומפתח שפתי מישרים׃

6 Audite, nam magnanima diſſeram, & apertio labiorum meorum æquitates complanatiſſimæ.

7 כי אמת יהגה חכי ותועבת שפתי רשע׃

7 Profecto veritatem exæſtuabit palatum meum: at abominatio labiorum meorum improbitas.

8 בצדק

8 Ipſe

bitros ac *judices* ſibi conſtituit, in fundamentis ac firmamentis felicitatis publicæ ac privatæ ſibi eligendis. קרת *Civitas* eſt *communitas*, ac *ſocietas publica*, qua homines unum in corpus coaleſcunt, *Politicum*, *Eccleſiaſticum*, quodcumque tandem. *Januæ* ad *privatas domos*, *familiasque* quæ in *Civitate* vigent, nos manuducunt. Ad cuncta hæcce præconium *ſummæ Sapientiæ* ſeſe extendere, atque præceptis monitisque ſalutaribus quicquid eſt harum conditionum, ſtatuumque, compellare dicitur, quippe quæ tum per *Rationis*, tum præſertim per *Revelationis lumen*, ad omnia hæcce influere debeat, ut rectus vitæ curſus teneatur, ac portus capiatur felicitatis & ſalutis.

Vſ. 5. Paulo dilutius mihi exire videtur verbum הבינו bis eodem ſenſu expoſitum, *Intelligite inertes ſollertiam; & ſtolidi intelligite corde.* Ne plena quidem, ac rotunda conſtructio: quod לב pro בלב accipiatur. Stabit periodus & ſententia, ſi prius הבינו. ſit *intelligite*, poſterius *intelligere facite*, ſive *ad intelligentiam acuite*, & *excitate*. Ita הבינו לב omnem *ſyntaxeos* ſuæ vim jucunda cum variatione exeret.

Vſ. 6. Ad נגידים verbulo habeatur, thema نجد נגד proprie fuiſſe, *eminuit*, *elatus fuit ante oculos*: unde נגד עיני *ante oculos meos*, & נגדי *coram me*, *manifeſte* & *in oculis*. Sic نجد *manifeſta fuit res & ante oculos conſtituta*. Hinc הגיד *manifeſtum fecit*, *expoſuit*, *enarravit* &c. Iterum alio flexu نجد *eminuit fortitudine*, *magnanimitate* &c. Unde نجيد נגיד *fortis*, *animoſus*, *magnanimus*. En נגיד *principem* ſonans, & quidem *magnanimum* atque *invictum*: nam & نجد eſt *vicit*; *animoſus ſuperavit omnia: ubi alii animum deſpondent*. Non rejicio quidem נגידים *principalia*, i. e. *principe digna*: commodius tamen *magnanima*, quæque *magnanimitatem* ſimul inſpirent.

Vſ. 7. Non quadrat ſatis, quod multi hic dedere, *veritatem meditabitur palatum meum*. Linguæ dignitatem etiam non exprimit aliorum *eloquetur*, vel *proferet*. Luculentius eſt, quod Noſtri junctim, *meditate eloquetur*; ſed jam hoc ipſum commonſtrat *defectum Originis*, quæ ſita eſt in *fervore exæſtuante*, quem in هجا & هجي conſervant *Arabes*. Hinc ſubnati inſignes uſus, quos *Græci* ſub ſuo βράζειν habent, & βράσσειν, ἀναβράζειν, jucunda copia, ac varietate. Nempe & illi per diverſas *Metonymias* & *Metaphoras* hinc, ſuſcepere eadem omnia, quæ in *Hebræo* fonte reperiuntur, quæque nunc *meditari*, nunc *ingemiſcere*, nunc *eloqui*, nunc *amovere* redduntur; quibus ſi adjungas ubique *fervorem bullientem*, & *exæſtuationem*, ubique ſplendorem acceſſiſſe perſentiſces: ſplendidiſſimum

8 Ipſe rigor rectus (juſtitia ipſa) ſunt omnes ſermones mei: non eſt in illis contortum, aut flexuoſum.

9 Omnes illi amuſſitati ſunt intelligenti; & æquiſſime complanati invenientibus ſcientiam.

10 Accipite diſciplinam meam, & ne argentum; & ſcientiam præ auro lectiſſimo.

11 Nam uber eſt ſapientia præ gemmis politis: & omnia monilia non exæquabunt eam.

12 Ego ſapientia habito ſolertiam, & cognitionem dexteritatum penetro.

13 Ti-

8 בצדק כל אמרי פי אין בהם נפתל ועקש׃

9 כלם נכחים למבין וישרים למצאי דעת׃

10 קחו מוסרי ואל כסף ודעת מחרוץ נבחר׃

11 כי טובה חכמה מפנינים וכל חפצים לא ישוו בה׃

12 אני חכמה שכנתי ערמה ודעת מזמות אמצא׃

13 יראת

mum utique nunc illud *Prov.* 25: 4. 5. ubi vulgo, *amovere ſcorias* ab *argento: & improbum coram rege amovere.* Subſtitue ἐκβράσσειν, vel ἀποβράσσειν, & habebis illud *deſpumare*, & *cum æſtu expellere*, quod vis & dignitas ſententioſi dicti poſtulabat. Sed hæc, & quæ inde pendent, ſuo ordine. Alia quoque aliis locis ſeponuntur. In noſtro quisque jam agnoſcit *meditate & fervide eloqui*: *exæſtuare* cum *ſtudio* & *fervore.* Ita *Pſ.* 37: 30. פי צדיק יהגה חכמה *Os juſti exæſtuabit* ἐκβράζει *ſapientiam.* Item *Job.* 27: 4. *Lingua mea ſi exæſtuabit dolum.* In *Comment.* edidi *meditabitur*, quod necdum mihi tunc liqueret. Nunc plenior dies adfulſit.

Vſ. 8. Nervoſe enunciatum בצדק non *cum juſtitia* nunc adeo, quam *ipſa juſtitia*; ſecundum ſignatiſſimam illam potentiam *Præp.* ב; quam emunivi *Cap.* 3: 26. Eſt aliud. צדק in ſtirpe notat *rectum rigorem.* Ea proprietas hic manifeſtiſſime ſe exerit. Membrum ſubnexum hoc ita declarat, ac pervincit, ut vel cæco pateat. Aliquoties id genus alluſionum ad *Originem* nobis erit indicandum.

Vſ. 9. Non diſplicebit figura *amuſſitati*, *adamuſſim exacti*, & *elibrati*, quam ſub noſtro Themate expoſui *Cap.* 4: 25. Conſimiles *metaph.* regnant ſub cognatis. Hinc paſſim *regula* & *norma morum*: indeque *enormis*. *Amuſſis* eſt *regula fabrorum*, *ad quam quid exæquatur.* Notum ex *Feſto* aliisque. Inde phraſes protritæ *adamuſſim*, *examuſſim*, & *amuſſitata indoles.* Adi *Lect. Plaut.* τῷ πάνυ *Joh. Frid. Gron.* p. 227. 228. & *Voſſ.* in *Etymol.* Vides etiam *complanati*, *coæquati*, apte ſubnexum. Radix ישר *æquiſſimam complanationem* deſignat.

Vſ. 10. Lectiſſima conſtructio; *accipite diſciplinam meam* ואל כסף *& ne argentum.* Uſitatius fuiſſet; ולא כסף *& non argentum*: i. e. *potius quam argentum.* Eſt *negatio comparativa*, qua delectatur Stilus Orientis. *Jeſaj.* 29: 9. שכרו ולא יין *inebriati ſunt, & non vino.* Multo *vehementius quam vino.* Geminum *Jeſaj.* 51: 21. Iterum *Jer.* 4: 11. *Ventus non ad ventilandum, neque ad repurgandum.* Id eſt *multo multoque vehementior*; ut mox *Vſ.* 12. adjectum. Sic explica quoque *Amoſ.* 8: 11. *Comparationem* intendit, & exaggerat *probibitivum* אל *ne. Cave faxis. Ne vel compares, contendasque.* Diſcrimen immenſum inculcatur.

Vſ. 12. Imago ſplendida, *Ego Sapientia babito ſollertiam*, quæ non æque lucet, ſi ſub *ellipſi* detur, *babito* apud *ſolertiam*: vel in *ſoler-*

13 יראת יהוה שנאת רע גאה וגאון
ודרך רע ופי תהפכות שנאתי :
14 לי עצה ותושיה אני בינה לי
גבורה :
15 בי מלכים ימלכו ורזנים יחוקקו
צדק :
16 בי שרים ישרו ונדיבים כל שפטי
ארץ :
17 אני אהבי אהב ומשחרי ימצאנני :
18 עשר

13 Timor Jehovæ eſt odiſſe malum, elationem, & ſuperbiam, & viam mali, & os everſionum peroſa ſum.
14 Meum eſt conſilium, & ſoliditas: Ego Prudentia meam *ajo* potentiam.
15 Per me Reges regnant, & Libratores conſiliorum Jura ſculpent rigidæ Juſtitiæ.
16 Per me principes imperant; generoſi, univerſitas judicum terræ.
17 Ego amantes mei amo; & veſtigantes me, invenient me.
18 Di-

lertia; quamvis ſenſus eodem redeat. Sed plenius eſt *Habitare gloriam*, quam *apud gloriam:* quia ſic *gloria* non ſolum dicitur alicui *domicilium præbere*, ſed *perennem* atque adeo *propriam* ejus *ſedem* conſtituere. Seges talium extat. Unum promiſiſſe ſufficiet, *Jeſ.* 57: 19. שכן עד *Habitans æternitatem.* Proprie *reclinans*, *reſidens*, qui *Reſidentiam* ibi *fixit*, ſolus ejuſdem poſſeſſor. Pariliter & hic *Reſideo ſollertiam.*

Ibid. Obhæretur paululum ad אמצא *invenio.* Id *Merc.* exponit, *facio ut inveniant ſcientiam.* Non ſatis dignum viſum, ut *Summa Sapientia* dicatur *invenire*, quod tanquam perennis Fons poſſidet. Aliis eadem de cauſa placitum, *præſentem babeo.* Mihi *invenio* valet hic *intime penetro.* Hoc *Origo* verbi miniſtrat; de qua alias.

Vſ. 13. Fortius exit *via mali*, quam *via mala:* per רע *neutro genere* poſitum denotatur κατ' ἐξοχὴν ſummus ille gradus, qui cum *profanitate* & *contemtu Numinis* conjunctus, effrenato impetu ruit. Subditur, quod eodem tendit, *Os everſionum:* quod *firmamenta* omnia veritatis, virtutis, & religionis *quatere* nititur, *ac funditus convellere.* Præſtruxi quod graviſſimum hunc ſenſum ſuſtinet, ad *Cap.* V.

Vſ. 14. Non inconcinnum; *Ego* ſum *Prudentia*; vel, *ipſa Intelligentia: mibi eſt potentia:* ut dari aſſolet. Adblanditur tamen, *Ego Intelligentia meam* ajo *potentiam:* vel preſſius, *mibi potentiam:* nempe *ſola aſſero*, *ac vindico.* Prærupta *Syntaxis* grave quid reſonat: בינה per excellentiam, & Perſona; ut *Vſ.* 1. התבונה.

Vſ. 15. Animoſe *Cocc.* pro, *per me regnant Reges*, expreſſit *in me.* Hoc ferme prætulerim. רזנים *Conſiliarii*; proprie *Libratores*; *Ponderatores conſiliorum*, a deperdito *themate* רזן رزن quod a *Golio* declaratur, *ſublatum libravit manu explorandi ergo*, *grave an leve eſſet:* item *intranſit:* uſu, *Gravis fuit pondere* ac *moribus.* Utrumque quadrat in *purpuratos*, & *Regum conſiliarios.* Prius, ſignantius. חקק حقّ *proprie* notaſſe *ſculpſit*, *cavando inſculpſit*, ſatis jam compertum. *Metonymia* quæ induxit *Statuta*, ac *Leges*, ab *ære*, in quod *inſculpi* ſolebant, deducta eſt.

Vſ. 17. Leviuſculum, nec tamen prætereundum, quod forma אהב ſuggerit. Creditur eſſe *fut.* contractum pro אֶאֱהַב, ex אאהב *amo.* Analogia non abnuit. Eadem tamen *Radicem* quoque admittit הבב هبّ *vebementius flavit*, *adſpiravit*, *anbelavit.* Inde naſcitur, *Ego amatores meos anbelo.* Id eſt, *maximo amore appeto & amplector.* Quid? quod אהב *amavit*, primariam vim *ſpirandi*, *adſpi-*

18 Divitiæ & gloria penes me: opes vetustæ, & justitia.

19 U-

18 עשר וכבוד אתי הון עתק וצדקה׃

19 טוב

spirandi, obtinuerit? Sic enitebit, *anhelatores meos anhelo*: quæcunque tandem Radix fuerit F אָהַב.

Vs. 18. Rarius vocabulum עָתֵק *vetustum* aliis, aliis *durabile* vel *manens*, quasi *inveteraturum*. Utrumque tenendum: nam apud *Arabes* عتق עתק *inveteravisse* eleganter dicuntur *opes illibatæ*, *intactæ*, *a longo congestæ*, *quas nihil minuit*, ac *detrivit*... Huc tendunt *Glossæ* illæ *Golianæ*, sub عتق *generositas*; *præstantia*; *pulcbritudo*; *nitor*; *bona constitutio opum*, *pecorumve*: nec non illud in IV. اعتق *Bene concinnavit ordinavitque* المال *opes*. Proprie *fecit inveterascere*; & *reddidit florentissimas*. Eo usque autem placuit عاتق *vetustus*, *antiquus*, pro *præcellenti*, ut quicquid *integrum*, & *illibati floris*, ac *honoris*, isto Epitheto adficere ament. Hinc in *Diw. Hud.*

ريا البابلي المعتق ۞

Nitor Babylonicæ vestis, *vetustæ*.

Id est, *cujus integer splendor*, ut mox *Ibid.* عتاق الرقم *vetustæ acupictarum vestium*, sunt *nitidissimæ*, & *illibati splendoris*. Vides apud *Jesaj.* 23: 17. sit מכסה עתיק *vestimentum vetustum*: non solum *durabile*, ut dari solet, verum etiam *nitoris integri*, & *cujus pulcbritudo non præflorata*. Sic عتق a *Nabhasio* ad *Moallek.* declaratur حسن ونقاوة *nitor*, & *candor purissimus*. Hoc adspectu عاتق *vetusta* cum *Plur.* عواتق signat *primi floris puellam*, *quæ domi custodita apud parentes nec futuro sponso unquam visa*. Quin, ansa hinc arrepta, عاتق non simpliciter exponitur *vinum vetus*, *multo tempore asservatum*, sed adjicitur, *cujus feria nunquam relita*: *quod integro flore & odore viget*. Hinc speciosissime *Jerem.* 48: 11. *Opulentia Moabi* pingitur ut *defæcate liquida*, *sidens super fecibus suis*, *non effusa de vase in vas*: *cujusque sapor vigeat*, atque *odor non sit immutatus*. Consimiliter עתיק عتيق *vetustus* frequentissime est *generosus*, *nobilitate præcellens*; itemque *intactus*, *illibatus*, *candidissimo nitore vigens*. Ita *Diw. Hud.*

جلدها ريط عتيق في
الصوان ۞

Cutis ejus Sindon est vetusta; *in repositorio conservata*.

Iterum

وانت امرؤ ماجد تصفي
العتيق ۞

Tu vero gloria florens, *florentes nitore eligis*.

In *Hamas.* item عتاق الطير *vetustæ volucrium*, sunt التي لا تصل اليها *quas attingere ac violare non datur*: monente *Tauriz.* Apud *Golium* habes *generosæ ac rapaces aves*: præsertim *genus aquilinum* intendi, cernas ex illo Poëtæ.

كانه صدع في راس شاهقة
لدونها لعتاق الطير اوكار ۞

Ac si foret apex in vertice montis eminentissimi;
Infra quem vetustæ avium nidulari debeant.

Id est: *ad cujus cacumen ne Aquilæ quidem escenderint*. Est *Allegoria*, in qua *Aquilæ* designant *antiqua gloria præminentes*. Non piguit hæc exequi, ut titulus עתיק יומיא *ve-*

19 טוב פריי מחרוץ ומפז ותבואתי מכסף נבחר :

19 Uber est fructus meus præ auro, & quidem glebatim emicante illo: atque proventus meus præ argento lectissimo.

20 בארח

20 In

vetustus dierum: *Dan.* 7: 13. nativum jubar recuperaret; quippe qui sonare reperiatur non *Antiquum* tantum, sed simul *a dierum vicissitudine illibatum*, *inviolabilem*, *ac perenni duratione vigentem*.

Vf. 19. Characterem auri nobilissimi efficere פז *Phazium*, nemo non agnoscit. Quid sit, necdum satis constare potuit. *Aurum solidum*, nec satis distinctam efficit notam, & infirmo nititur fundamento, quod פזז *roborari* reddant *Lexica* duobus in locis *Gen.* 49: 24. & 2 *Sam.* 6: 17. Conjecturæ ibi indultum: quæ quidem ad priorem satis bonum sensum fundit: sed in posteriorem plane non quadrat. Hac de causa in *Animadverf. Juvenil.* ad V. T. olim in medium tuli ex certissima auctoritate *Dialecti Arab.* sub فز *agilem esse*; *cum alacritate exilire*. Nil opportunius 2 *Sam.* 6: 17. ubi agitur de *alacritate salientis* ante Arcam *Davidis*. Opportunissimum idem *Gen.* 49: 24. ubi pinguntur *brachia manuum agilissima inter jaculandum*, & *novo* identidem *vigore exultantia* veluti. Ex hoc fonte, quum פז *aurum* necdum satis limpide derivare possem in *Comment.* ad *Job. Cap.* 28: 17. propensior eram in sententiam *Bochart.* & *Huetii*, פז truncatum esse ex אופז *Uphaz*, nomine proprio Regionis auriferæ, quæ & *Ophyr* appellata; quasi *aurum Phazium*, sive *Ophyrium*. Monui tamen, pleniorem forte diem dubium hocce diremturam. Illa postmodum alluxit; atque citra ullam dubitationem affirmare jam possum, ipsum illud אופיר a *Rad.* ופר وفر, *copiose abundavit* &c. proprie *fervidius exsiliit*, signare *aurum* illud *nobilissimum*, quod *ultro glebulis majoribus exilit*, *& ebullit* e divite terræ gremio: atque inde ἄπυρον vocitatum fuit. *Regioni* quoque tam beata vena scatenti *Ophyri* appellatio hinc indita. Similis originatio vocabuli אופז *Uphaz*, a *Radice* vel افز אפז, vel وفز ופז. Utraque apud *Arabes* significationem exerit, *agilius emicandi*. Est ergo & hoc *aurum ultro emicans*, ἄπυρον· itemque *Regio* quam *aurum* hocce nobilitavit. Nemini ex hisce ambigere integrum, quin פזז sororia cognatione cum prægressis illis conjunctum, pariter ab *exiliendo*, & *promicando*, nobis offerat *aurum glebatim emicans*, & a natura ipsa ad puritatem nitidissimam excoctum. ἄπυρον· quo vocabulo LXX felicissime usi pro nostro פז *Jesaj.* 13. Limpidissima derivatio, quam prætervisam merito mireris. Obstitit mihi, obstitit principibus nostris Viris, confusanea notionum turba; quæ *emicationem* hancce splendidam plane obscurarat. In *Lexico* hæc congeries sub فز reperietur. 1. *pure & cruore manavit* vulnus. 2. *Descivit & recessit* a me: *seq.* عن. 3. *Exilivit loco pavuitque* Dorcas. 4. *Inflammatus & cum alacritate excitatus fuit*. 5. *Dimovit*, *exturbavit loco* aliquem. Hæc in I. specie. In IV. افز *fecit ut prolabente pede excideret loco*: item, *terruit*. In X. *Levem fecit*. *E domo eduxit*. Vides *Labyrinthum*, e cujus flexuosa ambage ad filum modo porrectum facile se quisque explicabit. Nempe sunt totidem *Glossæ*, quibus hocce *emicare* Linguæ dives copia adauxit. 1. *Emicuit vulnus*; i. e. *pure & cruore manavit*. Ita *Golius*: in *Gjeub.* & *Camus* extat سال وندي *fluxit & uvidum fuit*. 2. *Micuit a me* فز عني, quasi *a me resiliit*: عدل وانفرد, *deflexit & sejunxit sese*: in *Camuso*. 3. *Emicuit*, i. e. *exiliit e loco præ pavore dorcas*. فز الظبي اي فزع. Sensit hic Cl. *Golius* primariam residere potentiam in *exiliendo*: ut apud *Ciceron.* quoque *exilire* est *pavescere* nonnunquam: & nobis opspringen. 4. *Emicuit* vel *exiluit* in *Camuso* توقد *inflammatus fuit*; *exarsit*; nempe vel *ira*, vel *ardore agendi*; vel *alio* quovis *motu fervidiore*. Usu *transitivo* 5. فز

20 In itinere recti rigoris incedo, in medio aggerum æqui juris.

20 בארח צדקה אהלך בתוך נתיבות משפט:

21 Ut hæreditario jure cernere faciam amantes mei ſolidum illud; & theſauros eorum differciam.

21 להנחיל אהבי יש ואצרתיהם אמלא:

22 Jehova poſſedit me principium viæ ſuæ: ante molitiones ejus, inde usque.

22 יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו מאז:

23 Ab

23 מעולם

فز فلانا عن موضعه اي ازعجه *Emicare fecit illum e loco ſuo*; i. e. *excuſſit vebementius.* Ita in *Camuſo:* unde facile explanabis quæ ex IV. & X. adduxi. In *Camuſo* plura adhuc: ut in V. & VIII. تفزز وافتنز اي غلب *emicuit*, id eſt, *victoriam reportavit:* & VI. تفازرنا *micuimus inter nos; id eſt, in aciem emicuimus, dimicavimus.* In *Alcor. Sur.* 17: 66. ſpecie X. استفز الشيطان eſt *fecit emicare*, vel *fervidius proſilire Satanas* homines ad opes & divitias inhiandas. Poſt hæc qui addubitare velit de poteſtate פז in *motu micante & exiliente*, oculos ſibi eruat neceſſe eſt. Eo autem res adducta, ut nihil ulterius deſiderari poſſe videatur: & tamen unus adhuc gradus ſupereſt, qui gratiam univerſi thematis cumulabit, atque *characterem* ſimul *auri* quem veſtigamus inſigniorem adhuc reddet. Eſt nempe inter ea, quæ manifeſtam exerunt ὀνοματοποιίαν· qua nil expreſſius ſignatiusque ad naturam. Si enim attendatur ſonus literarum פז, ſtatim *motus* ille *ſaliens & cum pulſu emicans* aurem advertet. Habes פז *aurum e vena ultro glebatim emicans, & cum tali pulſu exiliens.* Habes quoque זהב מופז 1 *Reg.* 10: 18. ex ſpecie *Hopph.* non contractum pro מְאוּפָּז; ſed directe, *aurum iſta nota inſignitum.*

Vſ. 20. Jucundum lumen dictis hiſce accedit ex *Origine* verborum צדק *recto-rigidus fuit*; & שפט *coæquavit.* Utrumque convenit *viæ*, & *aggeri*, *recta linea tenſis*, atque *elibratis.* Apud *Agrimenſores* tales formulæ notæ. Hinc ad *juſtitiam* atque *æquitatem juris* translatio invaluit. Hoc qui negat, idem *viam & aggeres* ſub *Metaphora* enunciari poterit negare; ſenſumque adeo communem ejurare.

Vſ. 21. Medullam verbi נחל *cernere hæreditatem; cribrando & lectiſſimas partes excernendo*, aperui ad *Cap.* 3: 35. יש נד non eſt *verbum*, ut ſuppleri debeat אשר יש *id quod eſt:* ſed nomen, *ſolidum*, ſive *ſoliditatem ipſam*, deſignans. מלא *implere*; in *Origine* valuiſſe *diſtendere*, *differcire*, etiam ſupra inſinuatum.

Vſ. 22. Quid venæ interioris in verbo קנה, indicavi ad *Cap.* 4: 5. *tanquam peculium eximie carum vel acquirere; vel poſſidere.* In *prolis generatione & poſſeſſione* occurrit etiam *Gen.* 4: 1. & *Deut.* 32: 8. Apud *Arabes* اقتني & قني item in *prole* magno ſtudio atque affectu *poſſeſſa*, *domique aſſervata* ſe præbet. Iſtud *ſtudium fervidius* miniſtrat Origo. Particula מאז hic ſignat extremum illud quo cogitatione adſcendi poſſit. In *Origine* notaſſe videtur *articulationem*, atque *aptam commenſurationem*; ab אוה ultima *Jod*; ut patet ex forma אֱזַי *tunc temporis; iſta articulatione* quaſi *rerum:* quod *Chald.* אֱדַיִן & בֵּאדַיִן. Ita *Exod.* 15: 1. אז ישיר *iſto articulo cecinit Moſes.* Applica *Prov.* 2: 5. 9. & alibi. Conciſe *Exod.* 5: 23. מאז באתי *ex quo articulo intravi:* & 4: 10. מאז דברך *ex articulo locutionis tuæ.* Notanter *Ruth.* 2: 7. מאז הבקר *ab ipſo articulo auroræ.* Præci-

23 מעולם נסכתי מראש מקדמי
ארץ׃

24 באין תהמות חוללתי באין מעינות
נכבדי מים׃

25 בטרם הרים הטבעו לפני גבעות
חוללתי׃

26 עד לא עשה ארץ וחוצות וראש
עפרות תבל׃

27 בהכינו

23 Ab æternitate uncta ſum: a principio; longe longeque ante terram.

24 Quum non eſſent abyſſi, genita ſum; quum ſcatebræ non eſſent gravidatæ aquis.

25 Quum nondum montes depacti eſſent; ante colles genita ſum.

26 Quum nondum feciſſet terram, & circuitus: & ſummam pulverum orbis habitabilis.

27 Quum

ciſim venit *Jeſ.* 44: 8. & 45: 21. מאז *a tunc*; conjunctum cum מקדם *olim*, *ab anteriori tempore*: niſi quod altius adhuc ſcandat, ſonetque *ab articulo inde*, *primordioque ſupremo*, quo veniri poſſit. Hoc pro materia, & natura rerum, ſe ultro determinat. Abſolutam *æternitatem* includit *Pſ.* 93: 2. Eadem hic requiritur: nec præteriri velim gradationem, qua מאז ſuperſtruitur *τῷ* קדם, ad *extremum* veluti *punctum*, *articulumque*, quo eſcendi queat, exprimendum.

Vſ. 23. Languidius מקדמי ארץ *ab antiquitatibus terræ* redditur: vel ut *Cocc.* maluit, *a primis terræ*. Ne ſatisfacit quidem, *antequam eſſet terra*. In *Hebræo* eſt *ab anterioritatibus terræ*; quod quivis cernit adferre ſenſum iſtum, quem in verſione propoſui. Illa *anteriora terræ* haud dubie *abſolutam* iterum æternitatem exprimunt. Apud *Arabes* קדם قدم *anteceſſit*, *antevertit*, etiam ad *æternum eſſe* ſe extendit: & قِدَمٌ ac قُدُمٌ *ævum anterius*, ipſam quoque *æternitatem* ſæpe complectuntur.

Vſ. 24. Argutius in verbo נכבדי captatum a multis, *fontes honorati aquis*; i. e. *nobiles*, *præſtantes*. Verius plurimi, *graves aquis*: pro, *pleni*, *copioſi*. Adjicias tamen velim *figuram*, atque *gravidos*, aut *gravidatos fontes* intelligas eadem *plenitudine* ac *copia*. Ex *Cicer.* ſuccurrit *terra ſeminibus gravidata*: & ex *Sen. Trag. Nubes imbribus gravidæ*. Referti talium Auctores. Ad formam quod attinet, quæ nonnullis vitium, omnibus *Anomali* ſaltem aliquid adfert, obſervo, a כִּבֵּד *valde gravis fuit*, in Specie *Piblel*, etiam olim conformari potuiſſe in *Part.* נִכְבַּד *valde gravidatus fuit*; unde contractius נִכְבָּד in *Plur.* ſecundum *Analogiam* duplicationem ultimæ iterum exercere cogitur, ut נִכְבָּדִים efferatur, pro נִכְבְּדִים.

Vſ. 26. Nonnihil ſcrupuli objicit vox חוצות; quæ per *plateas* ſolet converti. Per has alii intelligunt *campos*, & *rura*; alii *lata terræ ſpatia*. Cl. *Cocc.* reddit *exteriora*; ad *loca deſerta* referens. Ex uſu *Arabum* ſub حوض Cl. *Cler.* tentavit *Piſcinas*, ad *lacus* & *ſtagna* piſcibus alendis id trahens. His parum loci hac in ſerie. Illud חוץ حوض proprie eſt *ambitus ſtringens*. Hinc apud *Hebræos* ſuccrevit ſecundaria vis *platearum vicorumque*, qui ſint velut *ambitus*, *in quibus diſcurratur*. Repræſentatur *terra* tanquam quædam *civitas* generis humani, quæ habeat חוצות *ambitus*, *circuitus*, per quos diſcurſetur.

Ibid. Ad ראש *Caput pulverum orbis habitabilis*, variatur. *Cler.* ſignificari cenſet *loca ſicca* ſeu *pulverulenta*, quæ opponantur *piſcinis*, i. e. iis quæ ſint *ſtagna* & lacus. Tenue, & minutius, quam ut in cenſum venire queat. Noſtris, aliiſque, arriſit *initium pulverum terræ*. Aliis placuit, *præcipuum pulverum terræ*. Sunt adhuc alia, longius quæſita. Rem acu tetigiſſe videtur *Cocc.* dans *ſum-*

27 Quum aptaret cœlum, ibi Ego: quum ſculperet circulum ſuper facie abyſſi.

27 בהכינו שמים שם אני בחקו חוג על
פני תהום :

28 Quum nervaret ætherem ſurſum; quum adſtringerentur fontes abyſſi.

28 באמצו שחקים ממעל בעזוז עינות
תהום :

29 Quum poneret mari terminum ſuum: & aquæ non transgrediebantur os ejus: quum fundamenta terræ ſinuaret.

29 בשומו לים חקו ומים לא יעברו פיו
בחוקו מוסדי ארץ :

30 Tum

30 ואהיה

ſummam pulverum frugiferæ. Protritum *caput*, pro *ſumma.*

Vſ. 27. Pulchre locatum verbum אמץ, *roboravit*; a *nervo vibrante*; ut νεῦρον. Vide ad *Job.* 4: 4. & 9: 4. ubi אמיץ כח eſt *nervatus robore*; ſive *prævalido tendine præditus.* Quum שחקים *Regiones ætereæ fluidiſſimæ ſint*, tamen *nervatæ* ſecula edurant, nec fatiſcunt. Idem acumen ſub עזוז a עזז عزّ quatenus valet اشتدّ *fortius adſtringi: ſtricto nervo religari.* Cl. *Cocc.* aliud hinc elicuit, reddens, *quum invaleſcerent fontes abyſſi.* h. e. *quum terra tanquam ex utero eniteretur, atque effunderet, mare ac fluvios.* Ita ſane *Job.* 38: 8. poſſetque ex uſu *Arabum* ſub اعن *utero geſtavit; fœta apparuit*, illuſtrari. Series tamen minus favet; & receptiorem ſenſum ſub *metaphora fortioris adſtrictionis*, qua *fluxum* maxime *elementum revinctum* veluti, & curſui non aberraturo alligatum, prætulerim.

Vſ. 29. Anceps ratio conſtructionis in vocula פיו *os ejus.* Sunt qui reducant ad חק *terminum*, ut ſit *ora* & *extremitas illius termini*, i. e. *ſummum litus.* Alii ad *Deum* reflectunt, ut *os Ejus* ſonet *Ejus mandatum.* Sunt denique qui, per *Enallagen* numeri, maluerint ad מים *aquas* referri, ut ſit, *ne transgrediantur litus ſuum.* Potentiſſimum autumen *os* pro *mandato:* ſed lubenter duplicato ſenſu adjicerem *oram iſto mandato ſtatutam*; ad Deum redeunte *pronom. aff.* atque *ore Dei* ſimul *oram præſcriptam* includente. Confer *Job.* 38: 10. Geminatam virtutem in vocula פה ad *Prov.* 22: 6. illuſtrabo.

Ibid. Figuratius quid ſpirat verbum בחוקו. Revocatur ab omnibus ad חקק, daturque *quum delinearet fundamenta.* Id geminam inducit *Anomaliam*; quam effugiemus, ſi teneatur thema חוק, quod & חיק, unde *ſinus*, & *cavitas ambiens* effluxere. Inde promo, *quum ſinuaret fundamenta terræ:* ſive *ſinu capaciore cavaret.* Quum *Vſ.* 26. jam verbum חקק *ſculpere*, *ſculpendo delineare* præceſſerit; & in noſtro *Vſ.* 29. etiam חק *terminus præſculptus*; gratia & varietas ſtyli commendant potius חוק *cavando ſinuavit.* Multum momenti addit forma חוק pro *ſinu* occurrens *Pſ.* 74: 10. ubi non erat ſane, cur *Maſorethæ* margini allinerent חיק: nam vetus Lingua utrumque permittebat. מוסדות *fundamenta* proprie *fulcimenta:* de quo alibi.

Vſ. 30. Vocabulum אמון diverſa, patitur interpretamenta. *Primum* quod omne fere punctum tulit, dat *Alumnum*; cui reſpondeat אמן *Nutricius*, *Eſt.* 2: 7. & *Jeſaj.* 49: 23. vicina forma אמון pro *Alumno* extat *Thren.* 4: 5. Alii, *ſecundo*, maluere *Nutricium*, poteſtate *activa*; quod *ſummæ Sapientiæ* congruentius cenſeant *nutrire* quam *nutriri.* Huc collineat *Gloſſa* veterum *Rabbi-*

30 ואהיה אצלו אמון ואהיה שעשועים יום יום משחקת לפניו בכל עת׃

30 Tum existebam apud eum Alumna; eramque oblectationes quotidie: lusitans coram ipso omni tempore.

31 משחקת בתבל ארצו ושעשעי את בני אדם׃

31 Lusitans in orbe terræ ejus: & oblectationes meæ cum filiis hominis.

32 ועתה בנים שמעו לי ואשרי דרכי ישמרו׃

32 Nunc igitur, Filii, auscultate mihi; sane beati qui vias meas custodiunt.

33 שמע

33 Au-

binorum, quæ *Pædagogum* subjicit. Doct. *Gejero* placuit *tertio*, *Artifex*, *Opifex*. ut אָמוֹן *Cant.* 7: 2. Generalius *quarto* nonnulli *Fidum*, *Fidelem*, expressere. Ut *quinto* alii *Firmum*, *stabilem*, *perennem*. Omnes hæ notiones ex uno fonte dimanarunt. Hic situs in *firmitate*; & quidem speciatim *gressus*. Hinc 1. אמן *firmus* & *stabilis*, itemque, *tutus* ac *securus fuit*. 2. *Fidus*, *fidelis fuit* in *dictis*, *factisque*. 3. succrevit inde *firmum* & *fidum præstitit curatorem*; vel in *educando*, ubi jam *Nutricius* & *Alumnus* subintrant: vel in *elaborando*, ubi habes *Artificem*, *Opificemque*, cui opes recte committas. Cuncta hæc ad facem Dialecti *Arabicæ* dilucescunt. Quid hic amplectendum sit, necdum diluxit. Duo postrema missa facio, quod aliquid signatius, & cum illustri figura conjunctum, exigatur. *Firmus & fidus Opifex*, habet adspectum, qui adblandiri queat. *Nutricius* quoque *firmus* & *fidus* egregie quadrat. Palmam tamen defero *Alumno*, quod subnexa illuc trahat series. Allusum quoque nobili huic dicto *Job.* 1: 18. in ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς vix dubitari posse videtur. Militat pro hac sententia quod *passivæ* virtuti accommodatius אָמוֹן. Hoc ab אָמוּן *enutrito* non differt, nisi quod posterius hoc *Participialem* vim, prius *adjectivam* potius exerat: ut גָּדוֹל *magnus*, *validus*, proprie *intortus*; & similia. Sic אָמוֹן fuerit *commendatus firmo & fido nutritori Alumnus*. Lucem feret *Num.* 11: 12. *Eum in sinu tuo fer*, *quemadmodum* הָאֹמֵן *firmus & fidus nutricius fert* הַיֹּנֵק *alumnum*. Adde *Jesaj.* 60: 4. עַל צַד תֵּאָמַנָה *super latere*, sinu, *fovebimini ut alumni*: sive *firma & fida nutricatione portabimini*. Quod hinc eliciant Viri Docti אמן proprie fuisse *gestavit*, abludit; & minuit genuinam potentiam. Permuniverim hanc viam, si אָמוֹן semel adhuc recurrens *Jer.* 52: 15. gravemque nodum injiciens, expediero. Non perceptum ibi, inopia subsidiorum, יֶתֶר הָאָמוֹן versumque, *residuum turbæ*, vel *multitudinis*: ac si אָמוֹן pro הָמוֹן veniret. Eo fidentius id admissum, quod 2 *Reg.* 22. in *parallelo* extaret יֶתֶר הֶהָמוֹן. Alii, non minus fidenter, apertum esse mendum pronunciant. Atqui nec his, nec illis, calculus bene subductus. Integerrimus textus: nec tamen אָמוֹן positum pro הָמוֹן. Qui hoc contendunt, latam aperiunt fenestram. Scriptores sacri idem narrant, non iisdem tamen verbis, quia non exscribunt. Vide modo *Historiam Hizkiæ* apud *Esajam* & apud Auctorem *Libri Regum*. Ad rem. הָמוֹן est *turba dediticia*. אָמוֹן est *qui fidei & clientelæ se commisit*, item pro materia, *dediticius*; in *sinum & protectionem* Victoris *receptus*. Vides אָמוֹן *passive* citra ullam dubitationem veniens, & quidem affini usu; qui tantum per *subjecta* discriminatur. Apud *Arabes* امان & امانة etiam

33 Audite disciplinam, & sapite; neque lineam consertam dissipetis.

33 שמעו מוסר וחכמו ואל תפרעו׃

34 Beatus homo auscultans mihi, ad invigilandum apud valvas meas dietim; ad observandum postes ostiorum meorum.

34 אשרי אדם שמע לי לשקד על דלתתי יום יום לשמר מזוזת פתחי׃

35 Nam inveniens me, invenit vitam: & depromit gratiam a Jehova.

35 כי מצאי מצא חיים ויפק רצון מיהוה׃

36 At peccans mei, est crudus animæ suæ violator. Omnes qui oderunt me, amant mortem.

36 וחטאי חמס נפשו כל משנאי אהבו מות׃

CAPUT NONUM.

Vers. 1 Sapientia summa ædificavit domum suam; exsculpsit septem suas columnas.

Vers. 1 חכמות בנתה ביתה חצבה עמודיה שבעה׃

2 Ma-

2 טבחה

etiam militari sensu est *deditio* & *commendatio sui in protectionem*, & *fidam tutelam* victoris: unde in X. استامن *protectionem imploravit: se fidei commisit, facta deditione:* cujus Part. مستامن *dediticium* & *clientem* designat.

Vf. 33. Tenue, quod edi solet: *audite castigationem, & sapite; & ne deseratis.* Supplent alii *eam*; alii *me.* Medetur languori figuratio nobilis sub פרע, *& ne lineam consertam disturbetis.* Redi ad *Cap.* 1: 25. Crescet decus, si pressius proprietati verborum insistatur. מוסר *castigatio, disciplina*; ex Origine *revinctio, adstrictio.* חכם *sapere*; proprie, *compactum esse*, & *firmius constrictum.* Inde efflorescit, *Audite adstrictionem meam, & estote firmiter compacti; (constricti sapientia:) & ne lineam consertam dissipetis.* Uno filo & tenore sic omnia decurrunt in *mandato, officioque.* Erectius forte fuerit, si prius *mandati* sit, posteriora *promissi*; in hunc sensum: *Audite adstrictionem* disciplinæ; *& solide compacti eritis; atque nequaquam lineam consertam disturbabitis.* In biga *imperativorum* id solens esse, notatum *Cap.* 3: 4. ubi etiam *Vf.* 25. particulam *probibitivam* אל sic venuste adhiberi cernes. Blanditur: sed nihil tendo.

Vf. 36. Emphasis in verbo חטאי *peccans mei*; quod hic valet, *qui se reatu adversus me obstringit.* Sic *Gen.* 43: 8. חטאתי לך *peccavero tibi omnibus diebus*: i. e. *contraxero reatum perpetuum.* Graviter *Hab.* 2: 10. וחוטא נפשך *Et peccans animæ tuæ*: sive capias, *& reus factus es adversus tuam ipsius animam*: sive, *& qui reatu se obstrinxit adversus animam tuam.* Prius, fortius. Affine nostrum hocce, חמס נפשו *crudus violator animæ suæ.* Confer *Job.* 15: 33.

2 טבחה טבחה מסכה יינה אף ערכה שלחנה :

2 Mactavit mactationem suam; temperavit vinum suum, etiam mensam suam instruxit.

3 שלחה נערתיה תקרא על גפי מרמי קרת :

3 Emisit puellas suas; præconium facit; super convexitatibus celsitatum urbis.

4 מי פתי יסר הנה חסר לב אמרה לו :

4 Quis fatuus? Divertat huc: exsorti cordis cuique dicit.

5 לכו לחמו בלחמי ושתו ביין מסכתי :

5 Venite, vescimini de cibo meo; & bibite de vino *quod* temperavi.

6 עזבו פתאים וחיו ואשרו בדרך בינה :

6 Relinquite fatuitates & vivite: atque incedite in via prudentiæ.

7 יסר לץ לקח לו קלון ומוכיח לרשע מומו :

7 Castigans irrisorem, lucratur sibi illusionem; & coarguens improbum, maculam sibimet.

8 אל תוכח לץ פן ישנאך הוכח לחכם ויאהבך :

8 Ne redarguas irrisorem, ne oderit te; coargue sapientem & amabit te.

9 תן

9 Da

AD CAPUT NONUM
NOTÆ.

Vs. 1. Splendidissima Allegoria; qua jam concipitur *summa Sapientia*, tanquam in *Palatio Regali* residens, ad convivium opiparis dapibus lautissime instructum omnes mortales invitare: ut epulis Divum accumbant, deliciisque cœlestibus ad beatam immortalitatem pascantur. Plura non addo; quod Tabellæ hujus vividissimi colores suam secum lucem ferant, oculisque ultro ingerant.

Vs. 3. Decentissime נערות *puellæ* attribuuntur *Sapientiæ*; atque *Allegorice* concipitur Eam *Virginum* choro stipatam, quæ, apparato jam convivio, a Regina emittantur, ad convivas introvocandos. Parabolæ Euangelicæ de *Nuptiis Regiis* rem claro in die collocant. Posset quidem converti, *Emisit puellas suas* quæ *clament*, ex solenni *Hebraismo*: significantius tamen, *emisit puellas suas; proclamat; ipsa* videlicet *cum puellis*, atque adeo *ipsa per puellas*, quarum ore *Sapientia* personet, atque vocem suam quaquaversum dimittat.

Ibid. Ad voculam גַּפֵּי adhærescitur. Ex sensu *fastigia*, *eminentiæ*, *alæ*, assumtæ. *Cocc.* maluit *pinnacula*. At *Exod.* 21: 3. 4. ubi ter occurrit בְּגַפּוֹ *cum corpore suo* redditur, i. e. *solus*. Hinc ansa crisi data, quæ גַּבֵּי corrigit, ad certiorem notionem *eminentiarum*. Nil opus: & גף gradum tuetur ex Dialecto *Arabum*, ubi radix גנף جنف est *convexus fuit*: & אגנף اجنف *incurvatum & convexum habens dorsum*. Inde גַּף pro גְּנַף *convexitas*: ut אַף pro אֱנַף *nasus*. בַּת pro בְּנַת *filia*; &c. Ista *convexitas*, vel *dorsum convexum*, apprime quadrat heic loci. Quadrat item *Exod.* 21: 3. 4. ubi pulcher *tropus*, quo *convexitas gibbosa*, vel *dorsum convexum*, designat *corpus*. Ita fere κύτος. quod *Hesych.* σῶμα. ὄγκος. χώρημα. βάθος. Eadem *convexitas cava* etiam in גנף جنّف includitur: quin & in גוף; unde جوف גוף *venter convexus*; & ipsum *corpus*.

Vs. 6. Vocabulum פְּתָאִים vel *substantive* su-

9 Da sapienti & adhuc sapientior efficietur: Doce justum, & cumulabit doctrinam.

10 Initium sapientiæ timor Jehovæ; & cognitio Sanctissimi (numinis) est prudentia.

11 Sane per me multiplicabuntur dies tui; & accrescent tibi anni vitæ.

12 Si sapiens eris, sapueris tibi; & irrisor fueris, tibi soli feres.

13 Mu-

9 תן לחכם ויחכם עוד הודע לצדיק ויוסף לקח :

10 תחלת חכמה יראת יהוה ודעת קדשים בינה :

11 כי בי ירבו ימיך ויוסיפו לך שנות חיים :

12 אם חכמת חכמת לך ולצת לבדך תשא :

13 אשת

sumi potest, vel *adjective*. Posterius tenuit *Cocc. Relinquite fatuos.* Plerique, *Relinquite fatuitates.* Id sequor. *Substantiva* vis *Cap.* 1: 22. etiam comparet. Sequens וחיו *& vivite*, videri posset eo usu positum, quem *Cap.* 3: 4. enotavi. Seriei tamen aptius nunc, quin & pro sensu animosius; *& vivite*, nempe *vitam homine dignam; vitam gratiæ & virtutis: vitam quæ his in terris beatam immortalitatem auspicetur.*

Vs. 13. Alia Tabella Allegorica, pingens *stultitiam* persona Meretricis convestitam; quæ illecebris suis fascinet, atque ipsa quoque dapes opiparas suis convivatoribus ostentet: sed dapes præsentissimo veneno illitas, atque imbutas. אשת כסילות *Mulier stoliditatis*, sive *elumbis ignaviæ*, ac *mollitiei*, non est simpliciter *Mulier stolida*: sed *stoliditas ipsa*, *Mulieri comparata*, atque *gerens personam Meretricis*. Cernis *imaginem cupiditatis*, *voluptatisque*, quam omnes *Philosophi* tali *persona* induerunt. Ejus characteres, ad vivum expressi, *primo*, quod sit המיה *strepera*; *tumultuosa*: proprie *æstuabunda*. Id semet satis explicat: *secundo* quod sit פתיות *ipsa vecordia*; *laxitas dissoluta*: pro *Origine* ad *Cap.* 1: 4. *Cocc.* connexuit, *perstrepens fatuitatem.* Id non æque vividum. Languidius *Cler.* cum sequentibus jungens, *illecebras* habet, *nec quicquam* aliud novit. At *Cocc. & nescit quid*; nempe, *dicat*. Alii, *& nihil novit*; vel *nihil quicquam novit*. Abrupta oratio præpedivit. *Tertius* hic *character* prægressos superscandit: *Et non curat quicquid fuerit*: sive *quod tandem cumque*. Est *Aposiopesis*, quæ *summam diritatem*, dum supprimit, eo ipso fortius exprimit. Reposui gravissimum schema *Job.* 13: 13. יעבר עלי מה *transeat super me quod tandem cumque*, id est, *quicquid fuerit dirarum irarumque cœlestium.* ידע *nosse*, pro *curare* visum *Cap.* 5: 6. Sub מה *diritatem criminum*, cum *atrocitate pœnarum* nunc conferere licet.

Vs. 14. Habet & hæc *Meretrix* suam *Domum*, velut *Palatium*, quo superbiat. *Ad ejus ostium sedet*. Id *ostentationem* infert *felicitatis*, cum *securitate*. Subnectitur uno tenore: *super solio celsitudinum Civitatis.* Sublimius, quam sub Ellipsi, *super solio*, in *celsis civitatis*. Monuere *Cocc.* & *Gejer*. Sed quid jam *celsitudines civitatis*, in nucleo *Allegoriæ?* Quid aliud quam *Fortunæ eminentes in magna* Mundi *civitate?* Certe inter *divitias*, *opes*, *potentiam*, non *diversatur* nostra Meretrix; sed *solium erigit*, & sceptra quatit superba. Hæc quisque sibi amplificabit.

Vs. 15. Admirabilis *Oeconomia* verbulo indicanda. לקרא *ad vocandum* nunc valet ad *invitandum*. Nempe & ipsa *dapes*, ac *delicias* suas, appararat. Ita mox *Vs.* ult.

קראים

13 אשת כסילות הומיה פתיות ובל ידעה מה :

13 Mulier stoliditatis æstuabunda; vecordia mera; non curat quicquid fuerit.

14 וישבה לפתח ביתה על כסא מרמי קרת :

14 Et consedit ad ostium Domus suæ: super solio celsitatum Urbis.

15 לקרא לעברי דרך המישרים ארחותם :

15 Ut invitet transeuntes in via; recta facientes itinera sua.

16 מי פתי יסר הנה וחסר לב ואמרה לו :

16 Quis fatuus? divertat huc: & expers cordis? ac dicit ei.

17 מים גנובים ימתקו ולחם סתרים ינעם :

17 Aquæ furtivæ dulces sunt; & panis clandestinus delicatus est.

18 ולא ידע כי רפאים שם בעמקי שאול קראיה :

18 Et non scit *ille*, Orcinos ibi esse: convivas ejus (invitatos ejus) esse in profundis Orci.

קראים *vocati* sunt *convivæ*. Ita *Est*. 5: 12. *Zephan*. 1: 7. Est crebrum, ac solemne; quasi *cum Ceremonia*. עברי דרך *Transitores viæ*; sunt *qui vitam hanc pertranseunt*. Horum turba multo frequentissima in hujus *Dominæ*, & *Fascinatricis*, amplexus ultro ruit. Hos compellare non curat. *Invitatio* ergo dirigitur ad המישרים *complanatissime æquantes sua itinera*; & *Cupiditatem oculorum*, *Cupiditatem Carnis*, ac *Fastum vitæ* aversantes.

Vf. 16. Speciosissima *Mimesis*: qua *summæ Sapientiæ* verba sublegens hæc *personata* Mundi *Domina* ea virulente detorquet, & tanquam venenata tela vibrat מי פתי *quis vecors? quis destitutus corde?* Insultat videlicet *Cultoribus Religionis*, *Veritatis*, *Virtutis*, eosque his maculis adspergit. Locus practicus, vena scatens inexhausta.

Vf. 17. Luminosi colores. *Aquæ furtivæ* figuram sustinent *voluptatum* & *fruitionum illicitarum*, omne genus. Has percensere haud necesse. Tantum observo pestilentissimam Mulierem insinuare *furtum* & *crimen acuere dulcedinem*. Noti sensus seculi. Pro *pane clandestino* in *Hebræo* habes *panem velorum*: cui *velamenta prætexi* possunt: & quo *in sinu* gaudeas. Vides *prædam*, *escamque specie honesta infucatam*, quin *colore virtutis illitam*. Magnus campus, quem quisque sibi aperiet.

Vf. 18. Clausula signantissima apponitur. *Et non novit*; nempe *imprudentior* ille *viator*, qui se his illecebris præstigiisque a *via vitæ* patitur abduci. רפאים *Orcini*, vel *Manes* designat *orco clausos*, vel etiam *profligate improbos*, *Orco* quasi *addictos*, nexuque ejus constrictos, in *hac vita* quoque, per contemtionem Numinis, & obdurationem in vitiis. Postremum hoc genus nunc intendi, patet ex vocula שם, *ibi*, in *Domo Cupiditatis*; ubi ad *Mensam* ejus accumbitur. Hoc non quadrat nisi in statum vitæ præsentis. Nec obstat colon alterum *In profundis Inferorum invitati*, vel *Conviva ejus*. Referri quidem solet ad exitum, & damnationem Functorum: quæ hinc secludi nequit: sed princeps sensus recludit *Profunda inferorum*, in quibus veluti discumbatur his in terris; dum *voluptatibus* indulgetur, & *dulce venenum* peccati, atque adeo *Mors præsentissima* animæ *Orco* veluti jam *immersæ*, avidis haustibus combibitur. Vocabulum קראים *convivæ*, Epulum cum maxime fervens, & flagrans, oculis subjicit. Non dubitabis in hanc descendere sententiam, si redieris ad ea quæ *Cap*. 5: 6. deducta. Addatur *Cap*. 7: 27. atque ita etiam accipiatur quod *Cap*. 2: 18. 19. needum satis penetrabam.

CAPUT DECIMUM.

Verf. 1 Sententiæ Salomonis. Filius sapiens exhilarat patrem suum; at filius elumbis discruciatio scrupofa eft fuæ matris.

2 Ar-

Verf. 1 משלי שלמה בן חכם ישמח אב ובן כסיל תוגת אמו׃

2 לא

Vf. 1. Novem Capita prægreffa veftibulum quoddam conftituunt *Libri Proverbiorum*; atque fere perpetuo propterea filo pertexta funt: ut hac introductione animi ad amorem Sapientiæ ac Virtutis hinc, illinc ad horrorem infipientiæ vitiorumque imbuerentur. Nunc penetralia ipfa recluduntur, unde Oracula refonant fapientiæ omnis medullam fpirantia. Hæc jam vere *Proverbia*, vel *Sententiofa lumina* & *acumina*; quibus nihil concifius uberiusque fimul concipi poteft, ut *corpus* conftituunt hujus collectionis, ita novo titulo infcribi diftinguique merebantur.

Ibid. Elegans *Antithefis* gemini verbi, quæ *fententiæ* hujus pondus fuftinet, in clariore luce locari meretur. Scilicet שמח *lætitiam* defignat *mentis lævigatæ* veluti, atque omnibus *nodis* & *afperitatibus* exemtæ: contra תוגה, יגון, יגה exprimit *mærorem*, *doloremve*, ex *attritu afpero* oriundum: *metaph.* fufcepta a *fcrupis afperioribus*, quibus *pes atteritur*, *jauciatur*, *laniatur*. Nil juftius pro oppofitione; nil jucundius quoque. Idem acumen, in eadem materia, *Prov.* 17: 21. Subtilius adhuc *Prov.* 14: 13. אחריתה שמחה תוגה *Extremum lævigationis lætæ*, eft *attritio fcrupofæ afperitatis.* Ifti fedi *Originum* indaginem fub שמח & יגה affigno. De cetero non eft quod moneam, Proverbiali, reliquoque floridiore ftylo, disjungi, atque duo in membra digeri, quæ inter fe connexa funt: atque cum *Matrem* priori colo, tum *Patrem* pofteriori effe inclufum. Argutias quibus nonnulli indulferunt, in ratione hujus Ordinis reddenda, ipfis relinquo, neque laureolas in muftaceo admiror.

Vf. 2. Verbum הועיל in Lexicis *prodeffe*, *proficere*, *expedire*, *utilem & commodum effe*, fingulari pollet dignitate ac potentia, quam *Arabes* refervarunt fub ועל وعل *fcandere culmen: culminare:* ut *capra in rupe.* Inde הועיל اوعل eft, *fecit culmen fcandere: afylum aut Arcem præftitit.* Tale *afylum*, *refugiumque tutiffimum*, vocatur ועל وعل, quafi *culmen* rupis, *quo efcendatur*; eodemque nomine affectus *rupicaper*, qui *Hebræis* item יעל; ut de *Harmonia* Thematis *Arabici* cum *Hebræo* ambigi non poffit nifi ab iis, quibus lucem fugiffe volupe eft. Hinc promere aufus fui, *Arcem* five *afylum non præftant thefauri improbitatis.* Hoc ut per fe plenius, illuftriusque; ita ex fequenti colo robur & firmamentum capit; *at juftitia* תציל *eripit ex morte:* nempe ut *potens vindex*; qui per excellentiam dictus מציל. Idem par verborum disjunctim in eodem argumento, recurret *Cap.* 11: 4. At junctim comparent 1 *Sam.* 12: 21. ubi de *Idolis Jehovæ* oppofitis, לא יועילו ולא יצילו *Afylum non præftant, & non eripiunt.* Potuiffent & hic utroque in membro bigam effeciffe *Synonymorum.* Ea brevitas maluit disjungere, ad gravitatem cum æquilibrio præftandam. Eandem amplitudinem requiri reliquis in locis, eorum infpecta feries docebit. *Hab.* 2: 18. *Jer.* 7: 8. & 16: 19. & 23: 31. &c. &c. *Jefaj.* 44: 10. Abfolute pofitum *Jef.* 48: 17. *Ego Jehova Deus tuus*; מלמדך להועיל *docens te arcem fcandere: obtinere fummam rerum, ac votorum.* Excellen-

2 לא יועילו אוצרות רשע וצדקה תציל ממות :

3 לא ירעיב יהוה נפש צדיק והות רשעים יהדף :

4 ראש

2 Arcem non præstant Thesauri improbitatis; at justitia eripit e morte.

3 Non vacuam sinit Jehova hiare animam justi: & cupiditatem vastam perfidorum impellit in præceps.

4 La-

lenter dictum; præ quo languet *docens te quod utile*; vel ut Magn. *Comment.* maluit, *conducibilia*. Erectius *Cocc.* in *Lex.* *Qui docet te tibi consulere: agere quod e re tua sit.* Nostrum *arcem scandere*, & *obtinere*, omnia cumulat. Iterum *Jesaj.* 47: 12. forte הוכלי הועיל *valebis arcem obtinere*; forte תערוצי *præpotens evades*. Subsidit, *prodesse*, *proficere*. Nec gradum tuetur *Job.* 30: 13. ubi merum frigus, *ad lapsum meum prosunt*, vel *juvant:* quum grave πάθος *Jobi* voluerit; *ad profundissimam ruinam meam culmina scandunt; arcem obtinent; triumphant.* Ita *Job.* 35: 3. מה איעל *Quid asyli obtinebo?* & *Job.* 21: 15. *Quid asyli obtinebimus?* Vocabulum בליעל *Belijaäl* quoque hinc distinctius internoscetur, *pro eo cui omnes spes opesque periere; cui nihil asyli relictum.* Habes quod *Dæmoni*; quod *profligatissime improbo*; quod *statui* quoque *deploratissimo* ac *plane desperato*, pro circumstantiis, applices.

Ibid. Posterius colon priori non plene respondere videtur. Hinc ansa data I. multis, *Rabbinis* præsertim, צדקה *justitiam* capiendi pro *Eleemosynis*, quæ pars *justitiæ*, in suo cuique tribuendo. Sub ista relatione extat *Ps.* 112: 9. *Dan.* 4: 24. Apud *Arabes* idem usus in deliciis: unde صدقات צדקות per excellentiam *Largiores Eleemosynæ* & متصدق *Part.* V. est *qui Eleemosynas* vel *petit*, vel *elargitur*: quasi *rigorem justitiæ exercens*, *exigensve.* Dignus, qui proferatur, locus *Haririi Cons.* 30. *Deus qui in Lege sua sanxit, ut detur* حق معلوم للسايل المحروم *Portio debita signata Petitori desolato*, يجزي المتصدقين والمتصدقات ويمحق الربا ويربي الصدقات *repensat Eleemosynas elargientibus, aduritque maledictione fœnus; ac fœnerari facit justitias* i. e. *Eleemosynas largiter impertitas.* Ad istam rationem *thesauri improbitatis* oppositi *justitiæ* non tam essent *improbe parti*, quam *avare* & *sordide possessi* absque ut pauperibus quicquam inde erogetur. Vicino adspectu II. nonnulli *justitiam* accipiunt pro *opibus juste acquisitis*; quæ *juste impensa* hunc fructum ferant. III. *Justitiam Euangelicam* κατ' ἐξοχὴν intelligens Cl. *Cocc.* *thesauros improbitatis* exponit de *Justitia falsa Judæorum.* Hoc ex reliqua *Hypothesi*; quæ cuncta ad *Oeconomiam* N. T. *Litera* fere missa applicat. Dilutius IV. *Cler.* de *Innocentia* cogitavit, *qua agnita falso accusatus absolvatur: sæpe certe.* Omnia V. limpidissime fluent, si modo admittatur, quod res ipsa suggerit, tacite insinuatum, *justitiam*, ac *virtutem*, constituere *veras* hominis *Divitias*; quas qui congesserit, *invictum* occuparit *asylum.* Idem *Cap.* 11: 4. inculcatur.

Vs. 3. Abstrusius vocabulum הַוָּה cum hic, tum alibi locorum, nubeculam offudit. Sunt I. qui, quum *Radix* הוה eadem cum היה, valeat *extitit*, *subsistit*, hic *substantiam* dederint; pro *divitiis* positam. Ita *Jun.* & *Trem.* ex *Ps.* 52: 9. ubi volunt עשר *divitias*, & הוה idem sonare. Subscriptum a Nostris, prolectante nostro Have: *Ps.* 52: 9. aliud tamen secuti: ut sane aliud ibi pro gravitate serici requiritur: ut proinde *Divitiarum* potestas talo nitatur parum firmo: quam *Dialecti* quoque penitus abnuunt. In *Lexicis* הוה bifariam exponi solet; partim per *pravitatem*; partim per *ærumnam*, *calamitatem.* Hinc II. multi, at *ærumnam improborum impellet.* Alia *syntaxi* III. *Gusset.* tentavit, *ablat.* casu: & *ærumnâ improbos prosternet.* Vel & IV. in *nominat.* הות pro הוה adhibito, & *ærumna improbos impellet.*

 Ex

Ex notione *pravitatis* V. *Vatabl. Merc.* aliique, sub *ellipsi* ב, *propter pravitatem impios expellet.* Sine *ellipsi* VI. *Gejer. Cler.* alii; *pravitatem improborum expellet:* nec non *Cocc. nequitiam improborum impellet.* Est in hisce, quod desideres: non adest saltem, quod sententiam rotundet. Circinabitur ea, si sub הוה reclusero vim *cupiditatis vastæ*, & *inexplebilis*. Præmissum, *Non esurire facit*, (proprie, *non cavam esse*,) *Dominus animam*, i. e. *appetitionem*, *justi:* i. e. *desideria justa justorum explet: & cupiditatem vastam perfidorum impellit.* Efficit ut eorum *desideria* illa *vasta*, & *inexplebilia*, quibus flagrant, quam magis hauriant, tam magis sitiant, atque ardescant: cupiditate alia aliam trahente videlicet, ac impellente. *Vastior* illa *cupiditas* apud *Arabes* sub هوي latissimam possidet ditionem; a *Radice* هوي diversis notionibus fœta, quæ ex primaria *sidendi* pullularunt. Inde apud *Golium*, *delapsus fuit ex alto; deorsum ruit; præcipiti impetu decidit;* &c. &c. Hoc ad *animam* translatum, signat illud *vastum*, & *insatiabile*, *cupiditatis ruentis* simul, simul *sidentis*, ac veluti *pessum euntis in barathrum profundissimum.* Allusum ad hanc *Originem* in *Nawabig. num.* XVI. p. 174.

من ارسل نفسه مع الهوي ۞
فقد هوي في ابعد الهوي ۞

Qui permittit animam suam cupiditati,
Sane sidit in profundissimum barathrorum.

Nec non in hocce *Ibn Doreid.*

ان القضاء قاذفي في
هوة
لا تستنبل نفس من
فيها هوي ۞

Sane fatum præcipitavit me in barathrum,
Unde non emergit, quæ in eo sidit anima.

Loquitur de הוות נפש هوي النفس *cupiditate* illa *effreni animæ*, de qua cum maxime agimus. Hanc admittere non dubitabis *Mich.* 7: 5. *Magnus quisque eloquitur* הוות נפשו; vertitur *ærumnam animæ suæ*, vel *pravitatem animæ suæ.* Substituo *vastam* & *inexplebilem cupiditatem animæ*, semper *ruentis* in præceps, & tanquam in barathro *sidentis;* quam præpinxi. Eadem amplitudine augeo *Ps.* 52: 9. *Securus erat in spissitudine divitiarum suarum.* יעז בהותו *ferociebat in vasta sua cupiditate.* Aliud nihil isti sedi quadrat. Cumulatissime iterum *Ps.* 5: 10. קרבם הוות קבר פתוח גרנם *Medium eorum cupiditates vastæ*, (*cupiditatum barathra*) *sepulcbrum apertum guttur eorum.* Nec *pravitates*, nec *ærumnæ*, ibi sententiam explent: quamvis sub eam sint inclusæ. Illa *barathra* præsertim *profunda*, *in quibus* usque & usque *sidatur*, ex oculis amitti non debent. Ea *Ps.* 52: 4. & 55: 12. nec non *Prov.* 17: 4. quoque aperte intenduntur; nec non *Ps.* 38: 13. & 57: 3. Quin *Ps.* 91: 3. ubi דבר הוות *pestis barathrorum*, & *Ps.* 94: 20. ubi כסא הוות *Thronus barathrorum*, aliquid atrocius adhuc spirat; quod non nisi per *Originem*, quam pandimus, & copiam veteris Linguæ, quam *Arabes* refundunt, assequi datur. Inter nomina *Orci* nempe est هوة *barathrum;* & هاوية, a *sidendo in vastum*, & *inexplebile profundum.* Inde Specie X. استهواه الشيطان *fecit eum sidere Satanas*, designat *gravissimam vim illusionum quibus* tanquam *in barathrum implicare*, atque *demergere* nititur, per *cupiditatem*, *fascinator* Dæmon. Ex his omnibus tandem, ut genuina facies Linguæ generatim, ita decus hujus sententiæ speciatim enitescit: atque jam cernere licet, quam apposite dictum sit, *cupiditatem vastam perfidorum impellit:* tanquam in *barathro*, in quod semet præcipites dedere, atque in quod altius altiusque desidunt. Aliud adhuc הוה de *mærore*, in quem *subsiditur* tanquam in *barathrum*, unde *emergi* nequeat, infra illustrandum veniet.

Ibid. Hanc *sidendi* potentiam Radicibus sororiis הוה & היה fuisse subjectam, ita pervincere est, ut ne *Carneades* ei indubitare possit. Gravissime enunciatum *Job.* 37: 6. *Nivi dicit* הוא ארץ *sidito* in *terram:* vel, *persidito terram* &c. Non implet sensum, *esto* in *terra.* Respicitur *moles nivis congestæ*, atque *in terram subsidentis.* Ultimum *Aleph* Radicale est: & هاء eandem vim *sidendi profundius* apud *Arabes* retentat: inde بعيد الهوء

4 ראש עשה כף רמיה ויד חרוצים תעשיר :

4 Lacer (pannofus) eft, qui operatur vola fraudulenta (relaxata;) at manus acrium opulentat.

5 אגר

5 Col-

الهوى *profundus fidendi*, eft qui *profunda agitat molimina*. Iterum *Ecclef.* 11: 3. *fi ceciderit arbor ad auftrum*, & *fi ad feptentriones*, *locus ubi ceciderit*, שם יהוא *ibi fidet*; *fubfidet*; *fubfidentiam fuam retinebit*. Et hoc *Aleph* non *Paragogicum*, ut volunt, fed *Radicale*. Vix ambigere licet, quin & hinc *Jefaj.* 30: 33. הוא, vel quod *Maforetha* appofuere היא fit *baratbrum*, a *fidendo*: nam *pronomen* & languet ibi, & *fyntaxin* interturbat. A fororio הוה *Part. Præf.* הֹוָה fignatiffime *Jefaj.* 47: 11. *Et veniet fuper te* רעה *malum*, *cujus auroram nefcis*; *& cadet fuper te* הֹוָה *fidens* moles, *quam non valebis expiare*. Item *Efech.* 7: 26. הוה על הוה תבוא *fidens fuper fidens ingruet*. *Moles immenfa malorum*. Sub tertia forore היה idem hocce *fidere* primarium eft peræque. Inde *Exod.* 9: 3. *Ecce manus Domini* הוֹיָה *fidens in pecus tuum*, *quod in agro* &c. &c. Certius, & aleæ omni exemtum, *Dan.* 8: 27. *Ego Daniel* נהייתי ונחליתי *per dies aliquot*. Mire vexat, & vexatur prius verbum, quod quum *factus fum* tantum notare credatur, hic per *Antiphrafin* nonnullis fonat *confectus* & *confractus fum*; invitante altero illo verbo *infirmatus fum morbo*: proprie *attritis jacui viribus*. Sed *Antiphrafis* nil nifi clypeus *Medufæ*. Prudentius *Cocc.* ad *Euphemiam* confugit, ut pofitum fit pro *vixiffe*, *fuiffe*. Sequerer, ni melius, tutiusque, foret; *fidere coactus fum*; mole prægravante Revelationis. En decretorium, *Dan.* 2: 1. *Somniavit Nebucadnezar fomnia*, & *contufus fuit*, vel *contudit femet*, *fpiritus ejus*; וישנתו נהיתה עליו. Vulgo, *& fomnus ejus confractus fuit fuper ipfo*; i. e. vel *abruptus*, vel *interruptus*; fub eodem moftello *Antiphrafeos*. At *Cocc.* *& fomnus ejus fuerat*. Atqui non agitur *de fomno interrupto*, vel *abrupto*; fed *de gravante cum maxime*, & *magnis fomniorum vifis* eum *conſternante*, atque *opprimente*. Id arguit cum ipfa res, & feries, tum *Præpof.* עליו *fuper eo*; qua *moles cum maxime obruens* indicatur. Ergo; *& fidere factus eft fomnus ejus fuper illo*: hoc eft, *fomnus*, *quo obrutus jacebat*, *fuit multo profundiffimus*, *magis magisque quafi fidens fuper eo*, *eumque fimul demergens*. Completa imago, fcenæ huic unice accommodata. Si quis tamen tenacius adhæreat *fomno interrupto*, fatis commode *fomnus fidere factus fuper illo* defignabit *fomnum huncce gravem ei incubuiffe*, *poftquam expergefactus effet*, *& pondere fuo mentem ejus elififfe*. Prius, meo quidem judicio, præferendum: quod pofterius ultro intelligatur. Aliud adhuc נהיה *fidere factum*, figura profundiore, enucleabitur *Prov.* 13: 18. Tanto minus dubii ad omnia hæc relictum, quod היה quatenus valet *exiftere*, *accidere*, *evenire*, *contingere*; in *ufus* iftos *fecundarios* pervenit a *fidendo*: ... & ὑφίστασθαι· cum ὑποστάσει. Qui talia, admonitus faltem, non continuo capit, nefcio quid in Literis Humanioribus capiat. Inde נהיה *fidere factum*, frequentatur pro *exiftere* vel *fubfiftere factum*. Non fine *Emphafi*, *Deut.* 4: 32. הנהיה כדבר הגדיל הזה *An fidere factum eft quicquam ficut magnum hocce negotium*: i. e. *exiftere* vel *extare factum*. Potentius eft, quam היה *exftitit*. ὑπῆρξε. Sed hæc jam perfequi non licet. Idem teneas ad הוה *exiftentiam* quin *fubfiftentiam firmiorem* ex eodem *fidendi* fonte refonans. *Ecclef.* 2: 22. *Nam quid* הֹוֶה *in omni labore ejus*: non fimpliciter *exiftens*, fed *fubfiftens*, *fubftantiam firmam retinens*. Similiter *Gen.* 27: 29. הֱוֵה *præpotens fratribus tuis*: tanquam, *fidito in ifto ftatu*; *firmus fubfiftito*. Radiare incipit *pondus* & *decus infinitum*, quod in nomine יהוה *Jehova* refidit; qui per excellentiam ὁ ὤν, *fubfiftens fuomet nifu*, *nutu*, *pondere exiftentiæ* & ὑποστάσεως *neceffariæ*, *æternæ*, *infinitæ*. Sanam *Philofophiam*, & *Theologiam*, non confulunt, qui ulterius nefcio quibus fubtilitatibus evehuntur; fublimiori ifto volatu in *Kabbaliſticum Chaos*, ubi fine fine fiditur, femet præcipitantes.

VJ. 4. Alienius eft, quod in כף רמיה *lan-*

5 Colligens æſtate, *eſt* filius maturitate gaudens; deſtertens in meſſe *eſt* filius confundens.

5 אגר בקיץ בן משכיל נרדם בקציר בן מביש׃

6 Be- 6 ברכות

lancem doloſam nonnulli huc intulerint. *Manum* vel *volam doloſam*, quam plurimi expreſſere, alii *proprie* capiunt, de *fraude*, & *lucro illicito*: alii *improprie*, de *ignavia remiſſa*, quæ ſibi aliisque veluti *fraudulenta* reperiatur. Sane *mentiri*, *fallere*, aliaque id génus, ita venuſte traduci poſſunt. Huc calculum contulit Cl. *Cocc.* in *Lex.* ad vocem רמיה ponens, *fraus*, *deceptio*; item *pigritia*: *quia ignavi ſe ipſi decipiunt*, *& eos qui ipſis quid commiſerunt.* Miſſa figuratione maluit Doct. *Gejer.* directe *manum remiſſam*, a רמה *jecit*, *dejecit*, quaſi *in ſinum demiſſam.* Idem placitum Cl. *Cler.* Hanc vim Themati ſubjectam quoque fuiſſe, indubitatum ex *Gloſſa* in *Camuſo*, qua ترامي exponitur تراخي امره *laxum*, *remiſſum fuit negotium ejus.* Quid? quod *Laxitas*, & *laxatio* conſtituant *Originem*; indeque ad *jaciendi*, & *jaculandi* notiones ſecundarias perventum ſit? prima ergo jura *laxitati remiſſæ* competerent; quæ haud dubie etiam *Prov.* 12: 24. 27. & 19: 15. ut & *Jer.* 48: 10. intenditur. Neque tamen a me impetro, ut *fraudulentiam*, quæ formæ huic etiam ſubeſt, cum pulcra illa *Metonymia*, quam expoſui, plane dimittam; quippe quæ ſententiam acuat, ornetque. Non divellamus ergo, quæ intime connexa; quin jucunda acceſſione luminis nobile dictum adaugeamus. כף רמיה *Manum remiſſe fraudulentam* exiſtimo conceptam nunc, & conformatam ad elegans illud *Proverbium*, quo קשת רמיה *arcus remiſſe fraudulentus*, vel *doloſus*, imaginem præbuit *laxiſſimæ diſſolutionis*, *ignaviæ*, & *inertiæ*; quæ ſeſe aliosque fruſtretur, atque eludat. *Hoſ.* 7: 16. היו כקשת רמיה *Facti ſunt ut Arcus remiſſe doloſus.* Plenius *Pſ.* 78: 57. נהפכו כקשת רמיה *Inverſi ſunt*, *ut Arcus remiſſe doloſus.* Multi multa jaculati. Scopum feries ad has lineolas ex *Gjeubar.*

حالت القوس اي انقلبت عن
حالها التي غمزت عليها

وحصل في قابها اعوجاج قال
ابو ذويب

وحالت كحول القوس وعطلت
ثلاثا فاعيي عجسها وظهارها ✡

يقول تغيرت هذه المراة كالقوس
التي اصابها الطل فنديت
فنزع عنها الوتر فزاغ عنها
عجسها واعوج *Verſus eſſe dicitur Arcus, qui totus invertitur a ſtatu, ſuper quo ſignatus fuerat notis; & cujus commenſio omnis distorta. Hinc Abu Dſoweib.*

> *Et inverſa eſt inverſione Arcus enervati,*
> *Triennium, cujus retortum manubrium ac latus.*

Hoc vult: Mulierem hancce alienatam eſſe, ut Arcus, qui rore commaduit, cujusque nervus luxatus; manubrio ſimul inflexo ac distorto. Cernis in hoc *Arcu*, קשת רמיה, concurrere *relaxationem* cum *fraude*, & *perfidia*: eademque amplitudine donandam eſſe כף רמיה *manum remiſſe doloſam* facile mecum decernes. Plura adhuc infra, ad recurſuram ibi anſam, ut & de ראש *lacero*, *tritis veſtibus pannoſo*: nec non חרוץ proprie *acri*; vel potius *acriter ſtimulato.*

Vſ. 5. Anceps *ſyntaxis* admittit quoque hunc adſpectum. *Colligit æſtate filius maturitate præditus: deſtertit in meſſe filius conturbator.* Ita אגר בקיץ *colligens æſtate*; nec non נרדם בקציר *ſopitus in meſſe*, *prædicata* conſtituent; *ſubjectis* in בן משכיל & מביש inveniundis. Ita *Cocc.* Utrumque habet, quod

6 ברכות לראש צדיק ופי רשעים יכסה חמס׃

6 Benedictiones ad caput juſti; at os improborum *ſua* cooperiet cruditas.

7 זכר צדיק לברכה ושם רשעים ירקב׃

7 Fragrantia juſti in benedictionem eſt; at nomen improborum computreſcet.

8 חכם

8 So-

quod ſe commendet. *Allegoria*, quæ ſua luce, ac gratia, reſplendet, enucleandæ haud immorabor. קיץ *æſtatem* ſignat, & *fructus æſtivos:* ut 2 *Sam.* 16: 1. *Amoſ.* 8: 1. *Eſaj.* 16: 9. ubi pari quoque paſſu, קיץ וקציר *æſtivitas & meſſis.* Junctim item, *Jer.* 8: 20. עבר קציר כלה קיץ *præteriit meſſis; conſumta æſtas, æſtivitas;* & *ſervati non ſumus.* Eſt & hoc *Proverbiale:* pingiturque *Occaſio præterlapſa*, ac *vanis moliminibus conſumta.* Notum *Heſiodi* illud, οὐκ αἰεὶ θέρος ἔσσεται. Iſti *æſtati*, atque *æſtivitati* jucunde ſuccinit non ſolum אגר quod *colligendis fructibus* dicatum, *Deut.* 28: 39. ſed etiam בן משכיל *filius maturitatem præſtans*; partim *conſilii* & *prudentiæ*; partim *ſucceſſus* & *felicitatis*; ſecundum fontes quos aperui ad *Cap.* 1: 3. Ei oppoſitus בן מביש *Filius conturbans*, *confuſione omni areſaciens*, & *perplexans.* Nativa virtus, *areſcere*, præ *ariditate confundi*, & *perplexum fieri:* ut יבש يبس & ويش & بوش: cum u-nius Originis. נרדם *Sopiri*, *ſopore penitus obrui*, *omni ſenſu obſtructo*, & *oppilato quaſi.* Hoc ex *Arabum* ردم רדם *obſtruxit*, *oppilavit*, alia occaſione deducetur.

Vſ. 6. Abſtruſior ſententia: præſertim in poſtremo colo. Prius junctis calculis refertur ad *Benedictiones in caput juſti congeſtas*, a Deo, ab hominibus. Ad poſterius fluctuatur. Plerique I. *Os* pro *vultu* capiunt *improbi*, quod *violentia ejus* dicatur *obnubere*, quod inde tandem *confundendus* ſit, & *ignominia publica obruendus.* Alluſum autumatur ad ritum veterem *Ora damnatorum obnubendi.* Eodem collineans *Gejer.* II. hunc offert conſpectum, *improbi vultum obnubilabit & operiet violentia talionis jure immiſſa, a violentis* nempe *Lictoribus.* Preſſius III. *Cocc. Os obnuptum* applicat ad *fiduciam loquendi ademtam & os obturatum.* Addit non eſſe παροιμίαν, ſed axioma univerſale certæ cauſæ applicitum. Hoc quorſum dirigatur ex ipſo fonte hauriri malim. Eſt haud dubie παροιμία charactere gemino inſignita; a cujus ſenſu aberratum ab omnibus, quod ברכות *benedictiones* acceperint *paſſive*, eas, quæ *ab aliis conferuntur*; quum *active* ſumendæ fuiſſent *Benedictiones*, quibus fauſta cuique comprecatur, *in Caput juſti; at os improborum conveſtiet cruditas.* Habes *Antithesin* examuſſim elibratam, *Benedictiones benignas*, *mites*, *omnis caritatis plenas*, quas pio pectore, pio ore, etiam ſuper inimicos, ſi forte, expromit צדיק *rigidus ſatelles juſtitiæ*, & inter חמס *cruditatem*, ſive *violentiam crudam*, *immitem*, *acerbam*, *omni caritate deſtitutam*, qua impio pectore, impio ore, deſæviunt רשעים *turbulenti*, ſeu *improbi*, a *turbulentia*, ut abunde notuit, appellationem indepti. *Illis* quidem *ſuæ benedictiones* לראש *in caput redeunt*, ac *redundant.* At his *ſua* illa *cruditas*, *os crudum*, *omni violentia deſpumans*, *cooperiet*, atque *involvet.* Id eſt, *maledictiones*, *imprecationes*, *ceteræque*, *quas evomunt*, *cruditates in ipſorummet os redundabunt:* idque *omni confuſione obruent* atque *cumulabunt.* Vides ſententioſiſſime locata *caput* hinc, illinc *os:* atque tali *ori* venuſtate admirabili adjunctam *cruditatem*; ſive *amaritudinem crudam*, quæ *auctorem* ſuum tandem torqueat, eidemque viſcera exurat. Hoc intendi, *Vſ.* 11. hujus Capitis declarabit.

Vſ. 7. Pulchra oppoſitio; quæ ex *Origine* verbi זכר effloreſcit. Id *proprie* deſignat *acrem fragrantiam.* Hinc הזכיר tritum in Sacris pro *adolere:* *ſuffimenta cremare.* Ita *Jeſaj.* 66: 3. מזכיר לבנה *adolens thus.* Ex

illa

8 Solidus cordis (ſolide compactus) accipiet præcepta: at craſſus labiorum cæcus & præceps ruet.

9 In-

8 חכם לב יקח מצות ואויל שפתים ילבט׃

9 הולך

iſta ſpecie *Hiph.* אַזְכָּרָה *Lev.* 24. 7. *Dabisque ſuper ſtruem thus pellucidum; ut ſit pani* לאזכרה *in ſuffitum fragrantem; igne adolendum Domino.* Vulgo redditur, *memoriale:* quod *primariam* vim in *memoria* ac *commemoratione*, itemque *rememoratione*, & *recordatione* ſitam, imbibiſſent. Atqui nil certius, apertiusque, quam virtutes haſce *ſecundario* ſtare gradu; ab *acri vigore*, aut *odore* ductas. Partem veri ſagaciſſime jam odoratus *Cocc.* in *Lex.* אזכרה *adolendum* exponens, ſive *quod de munere in altari accenditur, ad nidorem faciendum:* ſic *Lev.* 2: 2. 9. 16. & 5: 12. & 6: 8. *Num.* 5: 26. Jucundiſſime *fragrantiam* cum *commemoratione*, & *concelebratione* complexus *Hoſ.* 14: 8. ubi *Iſraëli* cum *viti* & *olea* comparatæ tribuitur ריח *aura ut Libani;* & זכר כיין לבנון *fragrantia acris, ut vini Libani.* Ad ſolam *laudem*, & *celebritatem* ſi reſtrinxeris, ſuaviſſimum, quod in hac imagine reſidet, extinxeris. In *Diw. Hud.* etiam ريح ריח *auram*, & ذكر *acrem odorem* conjunxit Poëta vetus.

فابنا لنا ريح الكلاء
وذكره ۞

Remeavimusque cum aura victoria, ac fragrantia.

Id eſt *perenni ejus fama, ac memoria fragrantiſſima.* Hinc ut ريح ריח *aura* figurat *opes*, & *felicitatem fortunæ;* ita ذكر זכר *fragrantia, famam, laudem, nobilitatem, & celebratiſſimam commemorationem.* Iſta amplitudine venit *Pſ.* 111: 4. זכר *fragrantiam fecit mirabilibus ſuis:* i. e. *memoriam & celebritatem fragrantem*, ac *perenni vigore florentem.* Eadem dignitas & ubertas in יהוה זכרו i. e. *Jehova eſt Fragrantia ejus;* i. e. *Nomen fragrantiſſimum:* pro quo *Jeſaj.* 26: 8. extat לשמך ולזכרך *ad Nomen tuum, atque ad Fragrantiam tuam, deſiderium animæ noſtræ.* Perpulchre *Ibid.* *Vſ.* 13. בך נזכיר שמך *per te fragrare facimus Nomen tuum:* ſive *commemoratione fragrantiſſima celebramus; Ejus acrem ac ſuavem odorem longe lateque diffundimus.* Quum autem Thema זכר ذكر valet *meminiſſe*, *recordari*, per *metonymiam* id accreviſſe ſcias, nam *memoria recens*, ac *vigens*, quaſi *ſpirat*, *fragrat*, *balat:* ut *obliterata*, vel *fugiens*, quaſi *emarceſcit.* Ita *Chryſoſt.* *Tom.* 2. p. 498. ἡ μνήμη αὐτῆς ἐμαράνθη.

Vſ. 8. Iterum aliquid luminis accedit ſententiæ huic per *Origines* vocabulorum חכם *ſapiens;* & אויל *ſtolidus;* quæ hic ſecundum *primigeniam* vim conſtruuntur, atque jucundo luſu opponuntur. Nempe חכם *proprie* eſt *ſolide compactus*, πυκνὸς· unde aptiſſime חכם לב *ſolide compactus cordis* i. e. *ſapiens.* Conſimiliter אויל *proprie* eſt *craſſus*, *craſſitie appactus:* unde item opportuniſſime, *craſſus labiorum;* qui *ſtoliditatis* character eſt perquam ſignatus.

Ibid. Verbum נלבט, a deperdito Themate לבט: ter tantum occurrit; ut mox *Vſ.* 10. & *Hoſ.* 4: 13. *Populus qui non intelligit* ילבט. Apparet, ubique grave aliquid intendi. In eo conſtituendo deſudatur; atque hic vel maxime cernas, quot capita tot ſenſus. *Conturbari*, vel *conturbare ſe*, a *Buxt.* eſt. *Impingere*, *offendi*, a *Forſt.* A *Jarchio*, *defatigari*, *fatiſci.* Ab *Avenar.* *vapulare; virgis cædi.* A *Cocc.* *implicari*, *ſufflaminari.* A *Guſſet.* *ſuis ſeſe verbis confundere*, ex בטא *effutivit* propagata nova Radice. A *David. Kimch.* *corruere* vel *perverti.* Addit, patrem ſuum ex *Arabica Dialecto* geminam attuliſſe ſignificationem, *præcipitandi*, & *claudicandi:* atque inde duplicem vertendi viam aperuiſſe: vel, *ſtolidus labiorum præceps ruit:* vel, *ſtolidus labiorum claudicat:* eo ſenſu quo 1 *Reg.* 18: 21. figuratum, *claudicare ſuper duabus cogitationibus.* Sub-

Subjecit *Kimchius* minor, לא יתברר לי האמת *haud liquet mibi veritas.* Laudabilis ingenuitas; qua si omnes cordate usi fuissent, veritati melius consuluissent; quæ nunc sub tanta congerie vix respirat. Sola *Dialectorum* auctoritate ex fluctibus hisce emergi posse, nemo negaverit, nisi sensu communi, hac utique in materia, orbatus. Ut, quo loco, & pretio, interim hi conatus *Josephi Kimchii* haberi debeant, dignosci queat, fontes, unde hauserat, dabo introspiciendos. Uterque significatus rite ab eo editus. Apud *Golium* habes, *num.* 3. sub لبط לבט *concidit cum erectus staret, & prostratus fuit.* Id erat *Kimchianum*, *præceps corruit.* Item *num.* 2. *Anteriore pede* terram *percussit* Camelus *in cursu saltuve*: i. e. *deformiter claudicavit.* Inde derivatum لبطة לבטה per عدو الاقزل *cursum deformiter claudicantis* in *Camuso* exponitur: nec non *cursum* quadrupedis, *qui quaternis simul pedibus fiat*, ita ut *præceps corruat*, & *solo allidatur.* Vides claudicationem a *Kimchio* productam, sed ea accessione auctam, ut quæ differre videbantur notiones, in unam coalescant. *Camus.* لبط به الارض ضرب

ولَبَطَ به سقط من قيام
وصرع واللبط عدو الاقزل
وتلبط تحير وعدا واضطجع
وتمرغ والتبط البعير خبط
بيده وهو يعدو كَلَبَطَ
يَلْبِطُ وفلان سعي وتحير
.واضطرب والغرس جمع قوايمه

Radix לבט *est adflixit eum terræ; cujus passivum, est, corruit quum staret erectus; atque ita prostratus fuit. Derivatum* לבט, *est, cursus deformiter claudicantis. Species* V. התלבט *attonitus cucurrit, & prostratus jacuit, seque volutavit. Species* VIII. ההלבט *in Camelo adhibetur, qui terram quatit pede anteriore inter currendum claudicans. Idem in* I. *specie obtinet. Usurpatur etiam de aliquo qui currit attonitus & ruens: itemque de equo quum omnes pedes simul tollit.* Est in omnibus hisce *Glossis* aliquid affine quod redit ad *præcipitem ruere*, vel *corruere cum claudicatione*; vel *sublatis simul pedibus solo illidi inter currendum*, instar *Cameli*, vel *Equi*, *frenum mordentis.* Hinc Proverbiali formula *Arabes* frequentant *ruere* خَبْطَ ٱلْعَشْوَاءِ *prout terram pede quatit Camelus luscitiosus* & *claudicator.* Tactum jam ad *Harir. Conf.* 2. p. 48. & major ibi lux promissa. Eam hic præstabo. *Tebleb.* ad *Conf.* 5. annotavit. خابط

ليل الماشي على غير هدايه
وهو من قولهم خبط البعير
الارض بيده اي ضربها ومنه
قيل وهو مثل مخبط
خبط العشواء وهي الناقة التي
لا تبصر في الليل فهي تخبط
بيديها الارض اي تضرب

Vocatur חובט ליל *quassator noctis*, *sine ullo ductu vadens. Desumtum ab eo quod Camelus dicitur terram anteriore pede quatere; atque inde proverbialiter invaluit, terram quatiens more Cameli luscitiosi. Ita vocatur Camelus nihil cernens noctu, quæ solet terram anterioribus pedibus quassare.* Aliud hinc adagium conteritur ركب العشواء *vectus est Camelo luscitioso*, i. e. *temere ac sine ullo judicio ruit in negotio, omnia miscens ac confundens.* In *Wakidio* de *Expugn. Syr.* pulchre, de iis *qui in caligine ignorantiæ extra viam veritatis & religionis se oberrasse* fatentur

قد كنا نخبط كعشواء مظلمة

quatiebamus sane terram instar Cameli luscitiosi in tenebris ruentis. חבט. Pro quo substituas licet fortius לבט; quod est *ita quatere terram, ut simul præceps solo allidaris. Haririus Conf.* 21. ابن ادم ما اغراك بما

يغرك واضراك بما يضرك
دابك ان تتقلب مع الاهواء
وتخبط خبط العشواء

Fili Adami! quid te instigat ad id quod te pellicit; & quid instimulat te in id quod tibi noxium? studium tuum est, ut voluteris cum cupiditatibus, & quatias terram ruens more lusci-

M 2

9 Incedens in integritate, incedit in plano: (secure) at tortiplicans vias suas innotescet.

10 Vellicans oculo, apponit vinculum stringens: & crassus labiorum cæcus & præceps ruet.

11 Sca-

9 הולך בתום ילך בטח ומעקש דרכיו יודע׃

10 קרץ עין יתן עצבת ואויל שפתים ילבט׃

11 מקור

luscitiosi Cameli. Desino in *Ibn Doreid*, celsi spiritus Poëta, qui quum dixisset, *Homines Morti pabulum sunt, quos delingat, & nihil est pabuli quod linctui resistat. Demiror itaque eum, qui certus sit exitium sibi venturum, cui nullæ medeantur incantationes;*

وهو من الغفلة في اهوية
كخابط بين ظلام
وعشي ۞

Præ socordia versari inter cupiditates
Ut quassatorem Camelum *inter tenebras, & luscitiosum ruere.*

Elucet ut خابط, ita לובט لابط *deformi claudicatione quatiens* terram, & *præcipiti lapsu corruens jumentum*, accommodatissimum esse usui Proverbiali, dictisque sententiosis: & jam ultro se ingerit cuivis congruentissima huic sedi imago, qua *Crassus*, *appactus*, *labiorum*, id est, *stolidus*, & *stolidis argutiis cavillisque* adversus præcepta Dei indulgens, comparetur cum tali *jumento deformiter claudicante*, atque *cæco & præcipiti impetu semet allidente.* Eadem imago locum *Hos.* 4: 14. cumulatissime implet; atque admirabilem conspectum aperit *vesanissimæ claudicationis*, & *allisionis.* De tertio, mox dispicietur.

VS. 9. Scrupuli aliquid objicit verbum יודע *innotescet.* Hoc quum minus quadrare videretur, ex serie *conteretur* exsculptum a *Rabbinis* quibusdam, detorto in eandem vim *Jud.* 8: 16. וידע בהם quod vertunt, *& contrivit illis Succothenses*; pro eo quod plerique tenent, *cognoscere fecit.* Eodem quoque deflexum *Jes.* 53: 3. ידוע חלי, quod illis, *contritus morbo*: quum figuratio pulcherrima adferat *Notum familiaremve morbo.* Insignite etiam dictum *Jud.* 8: 16. *Cognoscere*, vel *sentire fecit*, pro *pœnam meritam fecit subire*: nam ידע *cognoscere*, sæpe venit pro *pœnam experiri.* Inde posses & hic, *experiri cogetur: sentiet tandem suam illam tortissimam pravitatem, pœnas luens.* Malim tamen, *innotescet*, *nobilitabitur*, παράδειγμα *fiet*; ut *Cocc.* jam monuit; atque in exemplum constituetur aliorum. Suberit sic aculeus *ironiæ*, per quam verbum *famæ nobili* dicatum, applicatur *infami & exemplari pœnæ.* Quod alii hic de *astutia* tandem *detegenda* cogitarunt, languet; nisi eodem hocce aculeo animetur.

VS. 10. Obscura sententia: in quam penetrari non potuit *defectu Originum.* Nihil sententiosi, nihil quoque luminosi, habet *Nictans oculo dat dolorem.* Id vel *sibi* exponunt; vel *aliis*; vel *sibi aliisque* junctim: & varie explicant. עצבת *dolor* haud dubie per *metonymiam* accrevit, a *proprio & primario*, *vinculum stringens*; ex Themate עצב عصب *strinxit vehementius*, *circumstrinxit*: de quo adeatur *Opusculum de Defect.* Ibidem monui عصاب; cujus *fœm.* عصابة *vinculum circumstringens*, absolute frequentari pro *fune quo Camelus cogitur se præbere mulgenti*: vel ut *Schol. Diw. Hud.* præit ان

تعصب فخذا الناقة حين تابي
حتي تدر وناقة عصوب التي
لا تدر الا علي العصاب

Ut circumstringantur תעצב *duo femora Cameli, quum refractaria est, atque ita lac præbeat. Inde Camelus* עצוב *quæ lac non emittit nisi admoto tali vinculo stringente.* Inter *Glossas* verbi עצב عصب quoque comparet *fune religavit* Camelum *in femore ut copiosius lac redderet.* Inde in *Hamas.*

لا

11 מקור חיים פי צדיק ופי רשעים יכסה חמס :

12 שנאה תערר מדנים ועל כל פשעים תכסה אהבה :

13 בשפתי נבון תמצא חכמה ושבט לגו חסר לב :

14 חכמים

11 Scatebra vitæ est os justi; at os improborum operit cruditas.

12 Odium exsuscitat contentiones; at super omnes transgressiones vestem injicit charitas.

13 In labiis prudentis reperitur frenatio; & virga pro tergo vecordis.

14 Sa-

لا ندر للعاصب ✡

Lac non reddimus femora circumstringenti.

Hoc est لا نعطي على القسر *non donamus vi admota; non præbemus nos violente mulgendos.* Inde tentabam, *vellicans oculo*, subsannator, & scurra buccellas captans, *apponit vinculum stringens*; hoc est, *conatur emulgere & emungere eum*, cui *parasitatur* suis sannis, *haud secus ac fatuum quoddam pecus.* Habes aliquid *Proverbiale*; ad quod sequens colon apto satis nexu ita se daret; *at crassus, crasse & stolide appactus labiorum*, hoc est, *ipse ille scurra sannas exercens* ילבט *cæci instar Cameli deformi sua claudicatione tandem allidetur*, & *præcipiti lapsu corruet.* Est alius adhuc adspectus, qui se sub manibus offert, ex signatiore usu *Sannionis* quem supra adstruxi *Cap.* 6: 13. in *contemtore Numinis*, ac *Religionis.* Is יתן עצבת *apponit vinculum stringens*, dum *sacratissimas Veritates torquet, vexat, cavillatur, illudit*, ut easdem *eludat.* In hanc figurationem se præbuisse nostrum עצב, docet *Ps.* 56: 6. כל היום דברי יעצבו *Omni die verba mea torquent, vexant, cavillantur.* Consimilem usum reperio in *Diw. Hud.* ubi

قصيدة آبية العصاب زبون

Carmen quod non patitur se tali vinculo stringi, recalcitrans, est, *vehemens, acre, omnem cavillationem refutans*, ac *retundens.* Huic erectiori sensui clausula pulchre succinit: prout eam modo exposui. Est aliud adhuc, quod mihi repetita ista formula subjicit. Videntur nempe tres Versiculi 8. 9. 10. arctius cohærere, atque hanc continentem efficere seriem. *Compactus cordis accipit præcepta Legis*; nihil cavillans: *crasse appactus labiorum*, qui *cavillatorem* agit ejusdem, *turpiter claudicando allidetur. Incedens integre*, secundum Legem, *in simplicitate, ibit plane, secure: Intorquens vias suas, nobilitabitur*, in *exemplum* simul & *Proverbium* gravioris ruinæ mittendus. *Vellicans oculo* subsannator *apponit vinculum stringens*, nempe *præceptis Legis* ad ea *vexanda, torquenda, eludenda*: ergo *crasse appactus ille labiorum cæci instar Cameli claudicans in ruinam gravissimam impingetur.* Sic per ἀναδίπλωσιν illuminata hæc periodus quam rotundissime exibit.

Vs. 11. Obhæretur in postremo membro; quod etiam *Vs.* 6. occurrebat. Fluctus opinionum ibidem indicati. *Gejer.* hic sensu multum diverso dedit, *at os improborum tegit violentiam*; id est, *callide eam occultat, benevolentiam mentiens præferensque.* Secutus *Cler.* aliique: plane contra scopum, & seriem, quæ exigit *os turbulentum in omnem improbitatem effervescens*, atque *despumans. Cocc. Improbi quidem aliquamdiu violenta loquuntur, silente justo; sed tandem os illud comprimendum.* Nostri, cum plerisque; *Justo os suum fore scaturiginem vitæ; sed improbo injuriam & violentiam, quam ore fundit, fore causam mortis.* Hoc si *imagine*, ad *Vs.* 6. jam producta, augeatur, cumulatissimam dabit sententiam. *Justi os scaturigo est vitæ*; quod inexhausta vena riget, recreet, fœcundet; vivis & limpidis illis, quibus abundat, sermonibus, in auctorem quoque ipsum redundantibus. *At os turbulentorum*, improborum, *convestit*, cooperit, *cruditas.* Depingitur στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμον, *maledictione & amarulentia plenum ac differtum os*: quod item ex *crudo corde* in omnem *cruditatem rebulliat.* Reliquum decus, & pondus, quod ex *cruditatis* Origine sententiæ huic accrescit, supra jam satis declaratum.

Vs. 13. Dictum hocce ita reddi solet, *in la-*

14 Sapientes recondunt conscientiam *negotii*; at os stolidi, destructio propinqua.

15 Opes divitis urbs ei munitissima: at dejectio atterens tenuium lacera eorum conditio.

16 O-

14 חכמים יצפנו דעת ופי אויל מחתה קרבה׃

15 הון עשיר קרית עזו מחתת דלים רישם׃

16 פעלת

labiis prudentis reperitur sapientia: & virga est pro tergo destituti corde. Hoc quidem sensum offert sic satis promtum; sed tamen non ita nexum, ut in sententiis hisce fieri amat. Inde varii conatus commentantium. Nonnulli, ad *Antithesin* formandam, calculos ita ponunt, *celebrandos prudentes ob sapiens consilium, at vecordibus fustuarium admovendum.* Alii ad hunc modum, *sapientiam quærendam esse in labiis intelligentium: eumque qui vecordia sua id facere negligat, virgas mereri.* Alii denique, *verba sapientis testari de sapientia ejus*; itemque, *virgam tergo admotam de fatuitate eorum, qui corde destituuntur.* Sunt adhuc alia, quæ haud persequor. Hinc cernere est, sæpe plana videri, quæ penitius inspecta, scrupulos moveant. Tentandum propterea duxi, *in labiis prudentis reperitur* חכמה *sapiens directio & frenatio, hinc; illinc, virga pro tergo defecti corde.* Sub حكم חכם *num.* 4. hæc *Glossa* comparet; *Frenavit* capistro, aut *annulo mentum subcingente*, equum: item, *cohibuit*, *repressit* insipientem. Ista figura insignitum quod *Ps.* 105: 22. de *Josepho* dicitur, *posuit Eum* Pharao *Dominum domui suæ, & moderatorem in universa sua possessione* לאסר *ad ligandum principes pro arbitrio,* וזקניו יחכם *utque seniores frenaret.* Redeatur ad *Libell.* de *Defect.* ubi hæc latius discussa. Vides *moderationem frenantem* recte voci חכמה subjici, *active*; cum qua pulchre consistit חטר *virga castigatrix*, quæ si *frenationi* non obtemperetur, *tergo* insipientium *incumbat.* Stylus Orientis *virgam oris* frequentat, pro *castigatione*, & *Lingua castigatrice.* Confer *Jes.* 11: 3. Aliquid etiam ad *Prov.* 14: 3. recurret.

Vs. 14. Nodi quid nectit colon utrumque. Prius vagum, & anceps, *sapientes recondunt scientiam*: hoc enim exponere possis, vel, *comparant, ut thesaurum:* vel, *eam non ostentant jactabundi*: vel denique, *eam reservant opportunæ occasioni*, ut non *intempestive*, sed *tempestive* & *prudenter* eam expromant, ac dispensent. Nihil horum magnopere arridet; & posterius membrum omnino aliud deposcere videtur. Id repperisse me autumo in profundiore usu verbi ידע *scire*, pro *conscium esse.* Ita *Jer.* 38: 24. *Dixitque Zedekias Jeremiæ,* איש אל ידע *ne conscius sit quisquam his de rebus.* Iterum 1 *Sam.* 22: 15. *Nam non* ידע *conscius fuit servus tuus, in omni hocce, vel magnæ, vel parvæ ullius rei.* Hinc offero, *Sapientes recondunt conscientiam*; nempe *negotii* ipsis crediti: quodque apud eos *depositum* veluti. Magnifica sententia: quæ pondus suum ultro ingerit. Ingeret nunc quoque non minus plane, ac plene, suam vim, veritatem, gratiam, & figurationem sane quam congruentissimam, posterius membrum; *at os crasse stolidi* מחתה קרבה *destructio propinqua:* id est, *ruina ultro sidens ac fatiscens* quasi *sub mole negotii*, quod *infirmo & infido pectori*, undique rimas agenti, *concreditum*, atque *commendatum.* Vocabulo מחתה *Vs. seq.* aliquid lucis adspergetur. קרבה *propinqua destructio*, vel *ruina*, est *jam jamque instans*, & *omni momento collapsura.* Quum vertitur *ori stolidi terror proximus*, & *syntaxis* deseritur, & sensus obscuratur.

Vs. 15. Oppositio inter קרית עז *urbem munitissimam*; & מחתה *terror*, *consternatio*, non omnino liquida. Resplendebit ea, si Originem reclusero, sitam in *confriando*, vel *friatione conterendo.* Inde duplex *metonymia* subsumta, altera *destructionis & ruinæ*, qua aliquid *in pulverem* quasi *confriatur*: altera *consternationis*, & *terroris*, mentem veluti *confriantis*, ac *conterentis.* Cum Origine proxime conjunctum illud *Jer.* 14: 5. *terra* חתה *confriatur quia non existit imber.* Plenissimam rui-

16 פעלת צדיק לחיים תבואת רשע לחטאת׃

17 ארח לחיים שומר מוסר ועזב תוכחת מתעה׃

18 מכסה שנאה שפתי שקר ומוציא דבה הוא כסיל׃

19 ברב

16 Operæ pretium justi ipsa sane vita: proventus improbi ipsa sane lapsatio.

17 Iter ad vitam *est* observans disciplinam: at deserens castigationem, perductor est.

18 Velans odium, labiis est fucatis: & qui obtrectatione palam grassatur; plane stolidus est.

19 In

ruinam ac *destructionem* habes *Jesaj.* 7: 8. *Ephraim* יחת *friando conteretur ne sit populus.* Pro *terrore consternante* occurrit, *Jes.* 31: 9. *Jer.* 50: 2. &c. &c. Sunt etiam loca, ubi *destructio* cum *consternatione* in unum coalescunt: ut *Jer.* 48: 1. *Arx præcelsa* חתה *confriata est*, ubi cum *dejectione mœnium* complector *dejectionem mentium.* Talia complura occurrunt. Hinc jam dilucescit, quam apposite & nervose מחתה *confriatio*, sive *dejectio atterens*, opponatur *urbi munitissimæ.* Intelligitur quoque, quam signate ריש *lacera penuria* & מחתה unam sedem intrarint. Alia loca *Proverbiorum*, ubi מחתה duplicatam hanc potentiam exerit, alibi declarabuntur.

Vs. 16. Reddi solet, *opus Justi ad vitam* est; *proventus improbi ad peccatum* est. Id ita accipitur a quibusdam: *Justum operari, non ut luxurietur*, & cupiditatibus indulgeat, sed *ut vitam* cum *suam*, tum *aliorum tueatur*: at *improbi proventum* & *opes*, malis usibus impendi, atque *in vanitate* ac *peccato consumi.* Dilutum. Languet quoque *Cler.* & versio & mens; *opus innocentis ad vitam: proventus nocentis ad pœnam peccati*: id est, *bonus civis vivet in Repub. bene constituta; malus punietur.* Erectius alii, *justo omnia cedere in bonum; improbo contra in malum, & materiam peccati.* Firmiore adhuc talo stabit sententia, si ל *emphaticum*, quod *Nominativo* præsertim præfigi amat, hic assumatur. *Merces*, operæ pretium, *Justi*, *sane vita.* Ut autem justa oppositio inter חיים *vita* & חטאת exoriatur, jam nec *peccatum*, nec *pœna peccati*; sed *lapsatio* ex *Origine* convertendum. חטא *peccavit*, proprie, ajunt, *aberravit a scopo*: usu apud *Arabes* quoque protrito. Sed hoc ipsum est *secundarium*, & *metonymicum*, a *lapsando* ductum: quum *telum* ὀλισθάνει, *lubrico motu excidit*, vel *præterit*, *scopum non feriens.* Ita ὀλίσθημα *Græcis* est omnis *lapsatio*, in *lubrico*; unde gravior vis *peccati* succrevit: intra quam si quis verba ὀλισθεῖν & ὀλισθαίνειν vellet constringere, non sane fidum se firmumque interpretem præstaret. Clare sic venit *Prov.* 19: 2. *festinans pedibus* חוטא *peccat*, vertitur: imo vero, *lapsat.* Adisis quæ *Job.* 5: 24. discussa, ubi לא תחטא valet, *non lapsabis*, *non excides scopo felicitatis.* Ad istum usum & hic, *proventus* vel felicissimus *improbi* לחטאת *sane lapsatio*, sane *infelicitas ipsa*, & *materia ruinæ.* Geminum germanum *Prov.* 21: 4. נר רשעים חטאת *Lucerna improborum lapsatio*; de quo suo loco. Nunc tantum observes *syntaxin* per ל *Emphaticum* inde adfirmari. Item *Eccles.* 9: 4. לכלב חי הוא טוב *sane canis vivus melior est Rege mortuo.* Item 2 *Chron.* 7: 21. לכל עבר עליו ישם *Sane omnis transiens sibilabit super eo.* In לחיים *sane vita*, & לחטאת *sane lapsatio in ruinam euntis*, tam parum intra *præsentis seculi* fines concludi possunt, ut contra sine *futuri seculi præmiis*, & *pœnis*, sua veritas dictis hisce haud constet: quin contendere ausim, ea directe *doctrinam* istam constabilire, qua omnes cavillationes hostium religionis, omnesque calumniæ Providentiam Numinis circa *Bonos* & *Malos*, hac in vita, carpentium, jugulentur, atque confutatissimæ reddantur.

Vs. 18. Variatur in *syntaxi.* Sunt I. qui ita struant; *operiunt odium labia mendacii; at qui profert infamiam stolidus est.* Licenter;

19 In ſpiſſitudine verborum non remittet transgreſſio; at ſubſtringens labia ſua, maturitatem præſtat.

20 Argentum lectiſſimum eſt lingua juſti: cor improborum inſtar ramenti, *ſcoriæ*.

21 Labia juſti paſcunt quam multos; & per vecordiam macerati emoriuntur ſtolidi.

22 Be-

19 ברב דברים לא יחדל פשע וחושך שפתיו משכיל ׃

20 כסף נבחר לשון צדיק לב רשעים כמעט ׃

21 שפתי צדיק ירעו רבים ואוילים בחסר לב ימותו ׃

22 ברכת

ter; quum מכסות in *Plur. fœmin.* dicendum fuiſſet. Alii II. continenti filo, *tegens odium labiis mendacii; & proferens infamiam;* uterque *ſtolidus eſt.* Inſertio parum apta: & par nimis diſpar, quam ut uno titulo notetur. Concinnius III. plurimi; *tegens odium, labiis* eſt *mendacibus; & qui profert infamiam, ſtolidus eſt.* Duo vitia; duo tituli. שפתי שקר *Labia fuci* rectius convertas; pro *bomine fucato*, vel *fucatis labiis prædito*; nam שקר *falſitas*, *mendacium*, deſcendit a *colore rubro* qui ſub شقر *Arabum* aſſervatus. Ita שפת שקר *Labium fuci*, pro *bomine ipſo*, *Pſ.* 120: 2. Videtur hic depingi homo *fictus*, *veterator*, omni *calliditate* & *aſtutia percoctus* in genere vitiorum; *Antipodem*, ut ſic dicam, agens ô כסיל *ſtolide elumbis*, & *inertis*; prout ſane tales *odii velandi*, & *celandi*, dexterrimi ſunt *artifices*. Huic veteratorio artificio oppoſitum הוציא דבה *infamationem educere in publicum:* ſive *obtrectatione graſſari.* Eſt elegans formula, qua pingitur *os venenatum*, *cujus Lingua*, *Scorpionum more*, *formidoloſe aculeata*, *ſemper in ictu ſit*, & *virus ſpargere meditetur.* Sic *Arabes* dicunt دبت عقاربه *repunt ejus Scorpiones;* hoc eſt, *maledicentiis*, & *virulentis diffamationibus graſſatur.* Eandem vim Radici דבב, ejusque ſoboli דבה ſubjectam fuiſſe, alibi evictum, infra ad *Cap.* 25: 10. plenius reddetur. הוא כסיל cum *empbaſi* poſitum, *plane ſtolidum* affert; iſta nota inſignite inurendum.

Vſ. 19. Vox רב *ſpiſſitudo*, hic *multitudinem ſpiſſam* ſignat. יחדל *remittet*, ad *Originem* expreſſum, quæ eſt *flaccuit.* חושך *ſubſtringens labia ſua*, item ex *Origine*, inferius exponenda. משכיל *maturitatem præſtat*, ſupra jam declaratum.

Vſ. 20. Splendidæ figuræ. Prior *Linguam juſti* comparat *Argento lectiſſimo*, unde omnis *fæx* & *ſcoria* excocta. Hæc in ſeq. colo intenditur ſub vocula מעט, quæ ex Origine τὸ ψιλὸν ſonans, quod *radendo teritur*, & *tenuatur*, paſſim quidem *metonymice* occurrit pro *parum quid*, nec tamen propterea proprietatem *ramenti* dimittit; quod hic pro *ſcoriis* & *fæcibus* poſitum, ſeries ita ſuadet, ut facile perſuadeat. Grave dictum, *Cor improborum* eſſe *meras ſcorias.* Emblema tritum in ſacris. Vide *Prov.* 25: 4. *Pſ.* 119: 119. *Jeſ.* 1: 22. כספך היה לסיגים *Argentum tuum in ſcorias extitit.* Adde *Jer.* 6: 28-30.

Vſ. 23. Multis hic arriſit; *velut jocus eſt ſtolido, facere ſcelus: & ſapientiam viro intelligentiæ:* nempe, *exercere jocus eſt.* Vel etiam, *& ſapientia viro intelligentiæ*, eſt כשחוק *ſicut jocus*, *ludus*; *res facilis*; *læta* &c. Primo adſpectu ſatis videtur rotundum; ſed unguem exploratorem non ſuſtinet: nam illud כשחוק valet in priori membro, haud dubie, *ſicut ludicrum quid*; neque *luſus* ille *jocusque* improbiſſimus, quo *ſcelera* elevantur, & nihil ponderis ac momenti habere judicantur, ad *ſapientiæ officia* ac *munia* ſe transferri patitur. Si dicas שחוק in priori colo *malum* ſonare, in poſteriori *bonum*, vi-

22 ברכת יהוה היא תעשיר ולא יוסף
עצב עמה :

22 Benedictio Jehovæ, illa opulentat: & non addit ſtringentem cum ea dolorem.

23 כשחוק לכסיל עשות זמה וחכמה
לאיש תבונה :

23 Veluti luſus eſt ſtolido patrare facinus: at frenatio *adeſt* viro prudenti.

24 מגורת רשע היא תבואנו ותאות
צדיקים יתן :

24 Formido improbi proveniet ipſi; (proventu largo intrabit) & deſiderium juſti *eſt*, *quod* dabit.

25 כעבור

25 Ve-

vitioſam & claudam effeceris ſententiam. Commodius, nec tamen ſatis plenum, quod *Mercero* itemque *Cocc. Gejer.* aliis, placitum; *at ſapientia viro intelligenti*; ſcil. *adeſt*, eum *a ſcelere deterrens*; ne illud *luſum jocumque* putet. Hoc intendi, dubio vacat: ſed completius & expreſſius fuerit, ſi *frenationem* illam huc admoveamus, quam *Vſ.* 13. hujus *Cap.* Themati noſtro ſubjectam vidimus. Specialius adhuc حكمة חכמה *compacta revinctio* deſignat *annulum ferreum*, *qui ori equino injicitur*, *ejusque mentum ſubcingit.* Hinc *Zobair*, vetus Poëta, apud *Gjeubar.*

القايد الخيل قد حكمت
حكمات القد ☼

Ducans equos, *qui compactius revincti frenis.*

חכמה *compactionem ſapientiæ*, & *compactionem freni*, ſub unam vocem conſediſſe, nemo emirabitur; ſi *Linguarum* ubertas & copia adſpiciatur. Sed hæc alias.

Vſ. 24. Satis frigidum, quod dari ſolet, *Metus improbi ipſe eveniet ei*; & *deſiderium juſtorum dabit.* Suppletur *Deus*, inſertione haud plauſibili ſane. Accedit, quod hi ſenſus ſic enunciati, quantumvis in ſe veri, nihil tamen habeant, vel acuminis, vel condimenti, quo ſententioſa dicta exſpergi debent. Geminum effloreſcet lumen, & ornamentum, ſi mecum convertas, *Formido improbi*, *ipſa proveniet illi*, copioſo proventu convehetur; *& deſiderium juſti dabit*: nempe *meſſem*, vel *vindemiam uberrimam.* Sunt uſus ſignatiores, in interiore *Linguæ* ſinu reconditi. בוא *venire*, *intrare*, in *proventu* abſolute frequentatum, vel ex derivato תבואה pateſcit, quod *agri proventum in borrea intrantem* denotat. Verbum ita occurrit *Hagg.* 1: 6. *Seminaſti multum*, & תבא *intrare facis parum.* Iterum 2 *Sam.* 9: 10. הבאת *proventum feceris intrare.* Mitto alia, paſſim obvia. Alterum נתן *dare*, plenius eſt נתן פרי *dare fructum*, ut *Pſ.* 1: 3. *Lev.* 25: 19. & 26: 4. Omitti etiam poteſt *fructus*: ut *Prov.* 12: 12. *Radix Juſtorum dabit.* Primi ibi Interpretes tenent, quod hic quoque tenendum eſſe, dignitas ſancit ſententiæ, genuinum ſuum decus ſic demum exerturæ. Ad clariorem conſpectum obſervo *primo*, *Formidinem improbi* conſiderari tanquam *ſemen* infelicitatis futuræ, quod pectori male ſibi conſcio incluſum, tandem aliquando erupturum ſit, & *infauſto proventu* improbos obruturum. *Secundo*, תאוה *deſiderium juſtorum*, qui ſe *rigidos virtutis ſatellites* præſtant, videtur quidem hominibus huic ſeculo addictis *vanum*, *vacuum*, *ſterile*, quum ſpretis cupiditatibus, omnes ſuas ſpes opesque in futurum ſeculum reponunt: neutiquam tamen votis excident, fundus illorum haudquaquam mendax reperietur; ſed quantumvis *ſemina* illa tardent, neque tam cito eniteſcant, *dabit* tandem, *dabit* feliciſſima illa *Radix*; atque copioſiſſima meſſe ſinum eorum complebit. Patiuntur quidem duo hæcce membra alios adhuc explicatus, præſenti quoque ſeculo accommodatos; nemo interim jure negaverit, ſenſus, quos expoſui, præcipuos eſſe, ſub quibus & alii facile poſſint ſubordinari.

N *Vſ.* 25.

25 Velut transierit turbo rasor, sane nullus est improbus: at justus fundamentum æternum.

26 Ut acetum dentibus, & ut fumus oculis: ita tardator mittentibus ipsum.

27 Reverentia Jehovæ addit dies: at anni improborum curtabuntur.

28 Spes lenta justorum, lætitia *erit:* at exspectatio improborum peribit.

29 Mu-

25 כעבור סופה ואין רשע וצדיק יסוד עולם׃

26 כחמץ לשנים וכעשן לעינים כן העצל לשלחיו׃

27 יראת יהוה תוסיף ימים ושנות רשעים תקצרנה׃

28 תוחלת צדיקים שמחה ותקות רשעים תאבד׃

29 מעז

Vs. 25. Anceps imago *turbinis*. Sunt I. qui ipsum *improbum* eo expingi velint, quem ad breve tempus *desævire* patiatur Deus in terris; versione hunc in modum concinnata: *sicut transit turbo, sic non erit improbus* &c. Particulam copulativam per *sic* reddi, nil habet insolens. Figuratio ad *tyrannos*, & *violentos veritatis hostes* sese sic restringeret: atque tum *justus fundamentum æternum*, ad *statores religionis* ac *virtutis*, quorum gloria perennatura sit, commodissime referri posse videtur. Habet interpretatio ista, quod assensum ferme eblandiatur. Non minus tamen speciosa illorum II. sententia, qui *turbinem* accipiunt pro *exitio divinitus immisso:* quo *improbi e* terris *extirpentur*. Hoc adspectu struas licet, *Quum turbo transierit, tum non est improbus:* licet quoque, *Quasi transiisset turbo, sane non est improbus:* ita *e terris everritur, ac si turbo eum rasor averrisset*. Succinit, *& justus fundamentum æternum;* quem nulla quatiat, nedum eradat, procella: sed qui *imbres*, *flumina*, *tempestates*, eduret inconcussus, atque evincat. Sic enitere incipit *Allegoria* ab ipso Domino *Matt.* 7: 25. omnibus suis coloribus illuminata; in qua pedem figo.

Vs. 26. Aliquid lucis figuris hisce adfundere poterit *Origo* vocabuli עצל *piger*, *ignavus*, *desidiosus:* ita dictus a Themate עצל, عصل, quod ut *Arabibus*, ita *Hebræis*, haud dubie valuit *torqueri*, *intorqueri*. Inde *desidiosus* & *tardator*, quasi στρεγγίζειν· nam & *Græcis* στρεγγίζειν *metonymice* est ἀλγηδονεῖν, σὺν δίνῃς στρέφεσθαι· ut *Hesych.* in voce; nec non in τριψημερεῖν, quod per στρέφεσθαι & παρέλκειν τὰς ὥρας declarat. Consimiliter in *Camuso* التعصيل الابطاء *intorqueri*, vel *intorquere se*, est, *tardatorem agere.* Item الاعصل المعوج الساق *intortus* איעצל *dicitur absolute*, *cui crus retortum.* Idem عصل, ejusque *sororium* عغل, se præbet quoque alia *metonymia* ad *torsionem*, *vexationemque molestissimam:* quo pacto *intortus tardator*, gravissima *molestia torquere* dicetur suos Dominos, haud secus ac *dentes torquet acerbitas immatura;* oculosque *vexat* ac *intorquet fumus amarulentus.*

Vs. 28. Iterum aliquid interioris elegantiæ reconditum, quod *Origo* vocum תוחלת & תקוה aperiet. Sunt quidem *Synonymæ;* sed ita tamen, ut *sua* cuique *virtus* subsit, ac *nativa proprietas:* ut quum *spem* & *exspectationem* dicimus; quibus utique *privum* quid & *suum*, secundum *Originem.* Teneatur ergo in תוחלת *spes lentior*, eademque *tenacissima;* in תקוה *expectatio promtior* & *expedita;* & cum gratia lucem accessisse sentietur.

Vs. 29. Bifariam accipitur posterius colon. Plurimi I. ἀπὸ κοινοῦ dant, *& consternatio est operantibus vanitatem* דרך יהוה *via Domini;* quasi ea *terrorem incutere* dicatur, partim per *sanctitatem*, quam abhorrent, partim per *sanctiones pœnarum* adversus transgres-

29 מעז לתם דרך יהוה ומחתה לפעלי און׃

29 Munimentum integritati via Jehovæ; at dejectio atterens tractantibus vanitatem.

30 צדיק לעולם בל ימוט ורשעים לא ישכנו ארץ׃

30 Juſtus in æternum non nutabit: at improbi non habitabunt terram reclines.

31 פי צדיק ינוב חכמה ולשון תהפכות תכרת׃

31 Os juſti perennem germinabit ſapientiam: at lingua everſionum exſcindetur.

32 שפתי צדיק ידעון רצון ופי רשעים תהפכות׃

32 Labia juſti callent gratiam: at os improborum, ſubverſiones *meræ*.

greſſores, ad quas cohorreſcunt. Alii II. ſine iſta repetitione, *at conſternatio operantibus vanitatem*; id eſt, *non habent munitionem*, *arcemque*, in quam ſeſe recipiant, *ſed in perpetuo terrore verſantur*, male ſibi conſcii, atque extrema quæque metuentes. Adjectum a Doct. *Gejer.* opponi *munimentum*, & *conſternationem*, quod *ſicut ſinceri Numinis cultores habent pro præmio robur inexpugnabile*, ſic *ſcelerum ſectatores nil niſi contritionem perniciemque extremam expectandam habeant.* Hæ poſtremæ expoſitiones magis reſpiciunt *finem*, & *exitum*, quam *præſentem conditionem*; quæ tamen hinc abeſſe nequit: ob quam potiſſimum rationem, in priorem illam a pleriſque diſceſſum. Non feciſſent, ſi ſub oculis habuiſſent admirabile illud *lumen*, & *acumen* ſententiæ celſiſſimæ, quod emergit III. ex geminata potentia vocabuli מחתה *deſtructionem* ſimul, ſimul *conſternationem* nunc amplectentis. Hanc *Vſ.* 15. hujus *Cap.* adſtruxi. Ex loco *Jer.* 48: 1. ibidem adducto liquet quoque, מעוז *arcem munitam*, & מחתה *deſtructionem friando attritam* directe inter ſe opponi poſſe. Sic poſterius hocce expingere poterit *conditionem fortunæ*, quæ quidem *extus* forte *ſpecioſa* ſit, & *invictum robur* mentiatur, ſed quæ *intus exeſa*, *extrita*, ac *confriata* veluti, omni momento *ruinam* meditetur, *mentem* quoque poſſeſſoris ſui *dejecturam*, atque *conſternaturam.* Habes completiſſimam imaginem, qua quid פעלי און *operantes vanitatem* omni ſuo molimine conſequantur, ad vivum repræſentetur. *Potentia* eorum omnis nil aliud, quam מחתה *ruinoſa moles*, cujus *fundamenta* & *firmamenta* omnia, eo ipſo, quo eriguntur, collabaſcunt. *Opes* & *Divitiæ* item, nil niſi meræ *ruinæ*, gravi mox lapſu *obrutura*. Par ratio reliquorum, ob quæ caput attollunt, & in quæ confidunt, ac recumbunt, quibus תם *integritas* haud arridet pro מעז *arce*, in qua ſpes opesque ſuas omnes reponant.

Vſ. 31. Uſum pervenuſtum verbi נוב illuſtrabit nobis *Jeſ. Cap.* 57: 19. ubi ניב שפתים *germen labiorum*, non ſimpliciter eſt, id *quod loquela editur*, ac *profertur*; ſed *ſalubris* illa, *ſucco* gratiæ *vegeta*, quæ ex *radice viva*, repetitis identidem vicibus, *propullulet.* Hanc vim *Arabes* ſub ſuo نوب ناب aſſervarunt; indeque مال نايب *opulentia germinans* veluti, & *ſtatis vicibus* quotannis *excreſcens.* Sic *Pſ.* 62: 11. חיל כי ינוב *opulentia quum germinabit*, *perenni* illo, quem indicavi, *vigore.* Vides quo fundamento *perennem germinabit ſapientiam* in verſione expreſſerim: & quantam figuratio iſta cum dignitatem adferat, tum ubertatem.

Ibid. Metaphoram continuat, *Et lingua ſubverſionum exſcindetur.* Intellige *ſubverſiones* iſtas *veritatis*, *virtutis*, *religionis*, quas ſub hac voce indicavi ad *Cap.* 5. In תכרת ſe exerit graviſſima Emphaſis, ex uſu ſpeciali *exſcidium internecivum* importans, quo *domus* aliqua *nullo ſuperſtitite eraditur* atque *deletur.* Hinc explananda formula, *exſcindi e ſua gente*: & *exſcindi ex Iſraële.*

Vſ. 32. Abruptior *ſyntaxis* utriusque membri. Prius, *Labia juſti norunt*, *callent*, *gratiam*, valet, *proferunt quæ Deo hominibusque*

CAPUT UNDECIMUM.

Vers. 1 Bilances dolosæ abominatio Jehovæ: at pondus integrum, approbatio ejus.

2 In-

Vers. 1 מאזני מרמה תועבת יהוה ואבן שלמה רצונו׃

2 בא

grata; quæ *Veritati*, *Virtuti*, *Religioni* sint constabiliendæ, ac propagandæ. Hoc ad *Col.* 4: 6. est λόγος ἐν χάριτι. qui possit δῶναι χάριν τοῖς ἀκούουσι ad *Ephes.* 4: 29. Posterius vulgo datur; *& os improborum novit perversitates.* Intendetur, si dederis; *callet eversiones*, *subversiones.* In *subvertendis fundamentis* & *firmamentis Religionis*, *Virtutis*, omnisque adeo *justi* ac *honesti*, est *exercitatum.* Adhuc vehementius fuerit, *& os improborum subversiones meræ.* Id unice studet. Id molitur. Nil callet aliud. Confer, quæ ad *Cap.* 6: 14. latius.

AD CAPUT UNDECIMUM

NOTÆ.

Vs. 2. Non valde expeditus sensus, utrique membro subjungi solitus. Prius ita effertur, *Quum venit superbia, etiam venit ignominia.* Id exponitur, *superbum* nil nisi *ignominiam lucrari*, & *contemtum* aliorum; vel etiam *provocare* in se *iram* Numinis, & *pœnam ignominiosam.* Posterius sic redditur: *At cum modestis est sapientia.* Hoc quum supplemento egeat, adjicitur, *per quam evitent* partim *hominum contemtionem*, partim *justam* Dei *pœnam.* Non valde hæc rotunda; & קלון *ignominia* isto adspectu minus concinne opponi videtur *sapientiæ* חכמה. Rotundius pleniusque exibit, *intret tumida superbia, & intraverit inustio notæ: at cum modestis est frenatio sapientiæ.* בא *intrare*, speciali usu, pro *intrare in consessum*, *in consortium*; זדון *tumor se efferens*, & *effervescens*: secundum *Originem*; jam est ipse *tumidus*, & *superbus.* Tali homine *intrante*, simul *intrat* קלון *inustio notæ*; non jam *passive*, in ipsum recidens; sed *active*, quam ipse aliis adspergit, iis *illudens*; in omnesque cum supercilio & fastu insultans; quod hic expressum gravi vocabulo *notæ inustæ*, qua quasi omnes *prostituere* gestiat insolens, sibique soli placens, mortalis. Hanc *activam* potentiam exerit vox קלון parili in argumento *Prov.* 22: 10. *Expelle sannionem, cessabitque contentio & inustio notæ.* Eadem potestas *Cap.* 9: 7. *Castigans sannionem lucratur sibi* קלון *illusionem*, quæ *notas* adspergat, & *inurat.* Effreni isti impotentiæ jure meritissimo opponitur חכמה *frenatio sapientiæ*, secundum *Originem* & usum illum restrictiorem, quem supra indicavi. Huic *magnæ* & *forti virtuti* respondet quoque vocabulum צנועים quod *modestos*, & *summissos* designans, proprie sonat *ad* omnem *moderationem exasciatos* quasi; a *Themate* deperdito צנע صنع, quod apud *Arabes* conservatum, valet *asciavit*, *asciando paravit*, *aptavit*.

2 בא זדון ויבא קלון ואת צנועים חכמה׃

2 Intrat tumida inflatio, & intrat inustio notæ: at cum modestis Sapientia.

3 תמת ישרים תנחם וסלף בגדים ושדם׃

3 Integritas æquorum deducet eos: at lubricitas prævaricantium sane vastatio eorum.

4 לא יועיל הון ביום עברה וצדקה תציל ממות׃

4 Arcem non præstat opulentia in die effervescentiæ: at justitia eripit ex morte.

5 צדקת תמים תישר דרכו וברשעתו יפל רשע׃

5 Rectus rigor integri complanat viam ejus: & in improbitate sua turbulenta cadit improbus.

6 צדקת

6 Te-

vitque. Ejus *Part. Præs.* צונע صانع est *artifex*, *opifexque*, quasi *asciator:* ut *pass.* צניע صنيع est *arte factus*, quasi *exasciatus:* speciatim فرس صنيع *equus bene exercitatus*, & *ad submissam freni patientiam subactus.* Consimiliter صنع فرسه *asciavit equum suum*, est *probe exercuit*, & *freno patiendo aptavit.* Hinc jam plenius adhuc, planiusque, enitet, *Et cum aptatis freno*, *est frenatio.* Illustris figura pulcherrimum quoque conspectum aperit *Mich.* 6: 8. *Quid a te requirit Dominus? nisi exercere æquitatem*, *& amare benignitatem*, והצנע לכת עם אלהיך *& freno temet submittere eundo cum Deo tuo.* Interpretes, *modestum te præbere.* Rem viderunt, ad rei colorem decentissimum penetrare non potuerunt.

Vs. 3. Inter Radices, quarum fluctuat atque circumagitur potestas, est סלף, quæ plerisque valet *pervertere*; aliis, post *Coccej. intricare*: cum *Forst.* iterum aliis *contorquere*, & *deflectere:* aliis denique aliud, pro arbitrio, quo quisque sibi quod aptissimum judicabat, adscivit. Nos firmo & solido nixi fundamento *Dialecti*, ex *Arabum* سلف infra adstruemus vim *lubricandi*; indeque nunc promimus *lubricationem prævaricantium*; oppositam *integritati* eorum qui *æquitatem* observant. Hæc ut cultores suas *plana*, *æquabili*, *recta via deducit*, atque *in tuto locat*; ita *prævaricatores*, & *perfidi*, dum *lubrico corde lubricos* circumferunt *gressus*, in præcipitia deferuntur, atque evastantur. Pro ושדם *Masora* subjecit ישדם *vastabit eos*; ex *fut. Kal.* Ansa Criseos gemina: altera quod *Waw* onerare videretur sententiam; altera quod *aff.* ם per *Tzeri* magis *verbo* conveniat, quam *Nomini.* Atqui & ם ita se *Nominibus* quoque agglutinandum præbet: & copula *Waw* nunc ornat sensum, ejusque nervum intendit; per *sane* reddita. Sic exit, *& lubricatio prævaricantium sane vastatio eorum.* Nil concisius completiusque simul.

Vs. 4. De nativa vi, & potentia, verbi הועיל; nec non הציל, quod ei resonat, ad *Cap.* 10: 2. luculenter actum. Est idem utrobique sententiæ pondus; nisi quod hic generatim de הון *opulentia* enuncietur, quod supra de *Thesauris improbitatis* restrictius. Plura addere, supervacuum.

Vs. 5. Pro *justitia integri dirigit viam ejus*, ad *Originem* verborum צדק & ישר expressi; *rectus rigor integri complanat viam ejus.* Id sensum efficit rotundiorem, uberioremque, cum manifesta allusione ad *recto-rigidum* illud, quod in *vias* quoque quadrat. Specimen luculentissimum offert *Jesaj.* 26: 7. *Iter recto-rigido complanationes ipsæ: planus orbitam recto-rigidam elibras*; ישר מעגל צדיק תפלס. Possis quoque, *planus orbitam recto-rigidi elibras*; ut צדיק *neutro* ge-

6 Tenor rigidus æquorum eripit eos: & in vaſta cupiditate prævaricantes viſcantur.	6 צרקת ישרים תצילם ובהות בגדים ילכדו :
7 Quum moritur homo improbus perit expectatio ejus; etiam ſpes tenax dolentiſſime disperiit.	7 במות אדם רשע תאבד תקוה ותוחלת אונים אבדה :
8 Juſtus ex anguſtia expeditur: & venit improbus in locum ejus.	8 צדיק מצרה נחלץ ויבא רשע תחתיו :
9 Ore Hypocrita ſocios ſuos corrumpet; & per cognitionem juſtorum expedientur.	9 בפה חנף ישחית רעהו ובדעת צדיקים יחלצו :
10 Quum	10 בטוב

genere concipiatur, τὸ δίκαιον afferens, atque differat a צדיק in priori colo τῷ δίκαιον ſignante. In poſtremo quoque membro noſtri *Verſ.* alluſum videtur ad *primarium* illud *turbulentiæ* & *turbulenti*, quod in רשעה *improbitate*, & רשע *improbo* reſidere, nemini ignotum.

Vſ. 6. Reddi ſolet; *Juſtitia rectorum eripit eos; & in pravitate prævaricantes capiuntur.* Completa ſententia, in qua nihil deſiderari poſſe videtur. Eſt tamen in receſſu Linguæ, unde haud exiguum decus accreſcat. In צדקת ישרים primo alluſum iterum ad *Originem recti rigoris*, & *complanatæ æquitatis*, ad cujus normam vias ſuas dirigunt juſti, *inoffenſo* procedentes *pede*, atque ita omnem *laqueum* evadentes. Secundo הות, *Cap.* 10: 3. luce perfuſum, offert *vaſtam cupiditatem in quam* usque & usque *ſidatur*: offert item *foveam profundiſſimam*, & *barathrum* unde emergi nequeat. Inde ſubnatam vim *cupiditatis*, in quam mens peſſum eat, ibidem inſinuatum, productis quoque, quæ ad graviſſimam iſtam *Originem* alludant, exemplis. Id & hic factum, ut res ipſa arguit, ita evidentiſſime oculis ſubjicit illud ילכדו *capiuntur*, proprie *viſcantur*, *viſcato nexu detinentur*, atque *in perniciem implicantur*. Nempe in *foveis profundioribus retia* tendi ſolent *viſcata*, quibus *feræ ineſcatæ capiantur*. Vide *Pſ.* 9: 16. *Eſech.* 19: 4. &c.

Vſ. 7. Obhæretur ad voculam אונים in poſteriori colo: nam & *vires* notat, *facultatesque*; & *vanitates*; & *dolores*. A *viribus* I. plurimi, *etiam ſpes validiſſima periit.* Affini ratione alii II. *ſpes facultatibus & opibus fortunæ ſubnixa.* Alii III. cum *Cocc. ſpes vanitatum periit.* Aliis iterum IV. *vanitates* ſunt *homines vani & iniqui*, quorum *ſpes* dicatur *decolare.* Liceat & mihi conjecturam exponere a ſignificatione *dolorum.* Inde exſculpo, *etiam ſpes tenacior dolentiſſime periit.* Connecto אונים אבדה *doloribus periit*, pro *dolorificis modis*; ex elegantiore *Hebraiſmo*, quo *plurale ſubſtantivum* ita reſolvi ſolet. Sic *Thren.* 1: 9. *Zion* פלאים תרד *miraculis deſcendit*, id eſt, *modis mirabilibus* & *ſtupendis.* Iterum *Jeſ.* 3: 4. *Dedi pueros principes eorum* ותעלולים ימשלו כם *& puerilitatibus imperant iis.* νανικῶς, *modis puerilibus*, ac *facinoroſis.* Speciatim ὠδῖνας *dolores partus* conſignat; ut *Gen.* 35: 18. in בן אוני *Ben-oni*: unde ſententioſius adhuc emergeret, *tanquam doloribus parturientis periit*, & *expiravit.* Id ita explicari poteſt, *omnem expectationem hominis improbi*, atque adeo *tenaciſſimam* quoque *ſpem* ejusdem, *ad mortem exſpirare ſummo* cum *cruciatu*, ac veluti inter *tormina parturientis.* Appoſitum & grande dictum; quod nativo diſcrimine vocabulorum תקוה *exſpectatio prompta*; & תוחלת *ſpes lenta* ac *tenax* ſuſtinetur. Nempe improbus *inani ſua expectatione*, & *ſpe tenaci tumens*, inducitur tanquam *uterum gerens*, & *prægnans fœtibus imaginationis*; quos dum eniti conatur, Mors intercipiat, atque extinguat dolentiſſime. Confer aſſimilem figuram *Job.* 11: 20. *Expectatio improborum* מפח נפש *crepatio animæ.* Nec abludunt no-

10 בטוב צדיקים תעלץ קריה ובאבד
רשעים רנה׃
11 בברכת ישרים תרום קרת ובפי
רשעים תהרס׃
12 בז לרעהו חסר לב ואיש תבונות
יחריש׃

13 הולך

10 Quum ubertate (felicitate) gaudent justi, exultat civitas: & quum dispereunt improbi, tinnula jubilatio est.

11 Per benedictionem rectorum extolletur civitas (celsa erit:) & per os improborum destruetur.

12 Qui contumelia raptat proximum suum, destitutus est corde; at multa prudentia præditus surdum & mutum aget.

13 Qui

notæ formulæ *concipere injuriam, & parere vanitatem.* Nihil interim in re mihi adhuc dubia assevero.

Vs. 9. Minus plana sententia. *Per os Hypocrita corrumpit socium suum; & per scientiam justi eruuntur.* Id ita I. declaratur; *Hypocritas* etiam *amicos* ac *sodales* blandis *verbis corrumpere*, sed *justos* sibi *per scientiam* suam *cavere* a fuco & veneno fictæ illius amicitiæ, atque *ex corruptelis* illis *sese expedire.* Sunt II. qui hæc applicent *simulatori* ac *delatori*, ficto sermone *proximum* suum *perdenti* in judicio, atque *in periculum capitis implicanti:* unde *justi*, i. e. *innocentes*, *per scientiam* judicum, ac *solertiam* in artibus illis detegendis, *expediantur.* Utrumque laborat. Tentemus ergo III. *Ore suo Hypocrita corrumpit*, perdit, destruit, occidit, *proximum suum; & scientia justorum eripiuntur*, nempe *proximi ejus*, atque *ex perditionis* & *mortis laqueis eruuntur.* Sub ישחית complector *corruptionem doctrinæ*, *morum*, *animæ* ipsius, *Linguæ pestilentis contagione infectæ & enectæ*, tanquam a *grassatore* qui *Ore sicas vibrare* & *venena spargere* soleat. *Salutarem* contra *medicinam spirant justi*, *quorum scientia*, & *veritatis* ac *religionis studio ardentissimo*, *pestibus* istis *occurratur*; atque *animæ* multorum *ex publica* illa *corruptione eripiantur.* Offendere nequit יחלצו *eruuntur*, in *plurali* enunciaciatum post רע *proximum*, quod *Collectiva* virtute auctum haud dubie, suo jure *numerum majorem* traxit.

Vs. 12. Non satis liquet, quo sensu adspectuque positum sit יחריש; *silebit* vertunt, & referunt fere ad viri *prudentis sedatam* illam *gravitatem*, qua *injuriis lacessitus* eas *ne refutare* quidem dignetur, sed contra *alto* eas *silentio* despiciat. Nobilis character; sed eum hic expressum, magnopere dubitem. Multo minus admittere possum, quod nimis liberaliter ab aliis adjectum, virum *prudentem* pro *maledictis reddere benedictiones.* Hoc a verbo יחריש longius divertit. Nempe signat *obmutescere* nonnunquam, itemque *obsurdescere*; vel ad vim speciei *Hiphh.* partim *mutum se facere*, partim *surdum*; pro locorum serie; plane ut κωφεύειν; & κωφὸς, apud *Hesych.* οὔτε λαλῶν, οὔτε ἀκούων, ἐνεός. Ut autem κωφὸς, a κόπτω *tundo*, *obtundo* descendens, ex *Origine* designat *obtusum sensibus*, qua latitudine κωφιῶ-ζαι iterum ἀναισθητιῶζαι in *Hesych.* sic thema חרש item primario valuit κόπτειν *tundere*; indeque cum reliquæ classes significationum in *cudendo*, *sculpendo*, *sulcando* &c. effluxere, tum hæce nostræ κωφῶ *muti & surdi*, cui *Lingua* & *Aures* penitus *obtusæ.* De *surditate* speciatim *Mich.* 7: 16. & *Jes.* 35: 5. De *muto silentio* *Job.* 11: 3. & 41: 3. *Prov.* 27: 18. &c. Anceps *Ps.* 28: 1. *Ad te Jehova clamavi*, *ne* תחרש *sileas* alii, alii *surdus sis*, alii *quiescas.* Est haud dubie ipsum κωφεύειν supra pro ἀναισθητιῶζαι, οὔτε λαλοῦντα, οὔτε ἀκούοντα, *simul surdum*, *simul mutum esse.* Eadem amplitudo *Ps.* 39: 13. & 83: 2. & 109: 1. Item החריש *obtusum se fecit*, pro *penitus surdum mutumque se gessit* Gen. 34: 5. *Et Jacobus* החריש *altissimum tenuit silentium ac si surdus & mutus foret.* Consimiliter *Gen.* 24: 21. *Exod.* 14: 14. 1 *Sam.* 10: 27. Habes fundum unde mea mihi versio succrevit, *at multa prudentia præditus surdum & mu-*

13 Qui incedit nundinator (obtrectator) revelat secretum: at fidus spiritu, velat negotium.

13 הולך רכיל מגלה סוד ונאמן רוח מכסה דבר׃

14 Quum nullæ sunt gubernationes, corruit populus (cadit, occidit;) at salus in compactione spissa consiliantis.

14 באין תחבלות יפל עם ותשועה ברב יועץ׃

15 Quassando conquassabitur quia spopondit pro alieno: at qui odit manum depangentis, securus *in plano* est.

15 רע ירוע כי ערב זר ושנא תוקעים בוטח׃

16 Uxor

16 אשת

mutum aget. Hoc ita explano: *nec aures patulas præbebit* obtrectatori, *nec Linguam ei suam commodabit*, ad *calumnias* istas *disseminandas* ac *propagandas*. Duo magna vitæ mala, quibus *famæ alienæ raptatio* in consortiis hominum fovetur, & accenditur: partim quod *vacivis* non solum, sed & *avidis auribus*, excipiantur illæ voculæ virulentæ; partim quod *scintillarum* instar *dispergantur* a plerisque; ac quaquaversum diffundantur. Utrumque cavebit איש תבונות *vir multa prudentia* adversus istam *titillationem*, ut sic dicam, *scabiosam*, ac *contagiosam*, *communitus*.

Vs. 13. Adfine dictum. Venuste non minus quam graviter *obtrectator* appellatur הולך רכיל *ambulans nundinator*, vel *nundinatione circumambulans*; atque ut *circumforaneus merces suas venditans*. Est *Proverbialis* quodammodo *formula*, quæ recurrit *Prov.* 20: 19. Occurrit quoque *Lev.* 19: 16. *Jer.* 9: 3. & *Esech.* 22: 9. Thema רכל *nundinari*, *mercaturam exercere*; *circumferre merces*, hanc *secundariam* haud dubie *notionem* assumsisse videtur ex *primaria*, quam sub ركل *Arabes* servarunt, unde مركل *via calcata* ac *frequens*; sic dicta a ركل *quatere* terram *pede*, *calcare*, *discurrere*. Habes *Nundinatores* & *Circumforaneos* רוכלים vero nomine dictos. Habes quoque accessionem quandam gratiæ, & pro phrasi *proprie* accepta, & pro *improprio* ejusdem adspectu. Ornat insuper sententiam verbum appositissimum גלה *revelavit*, *velo remoto oculis exposuit*, prout *Nundinator merces suas revelat*, atque *explicat*. Opponitur *velare negotium*, ei *vestem injicere* & *obvolvere*. דבר decenter nunc, pro *omni* quidem *negotio secretius habendo*, præsertim tamen pro *criminoso*, & *minus honesto*. Idem usus in phrasi ערות דבר *Deut.* 24: 1. & 23: 15. ubi illa *Nuditas negotii* torquet Interpretes.

Vs. 14. Gravem incutit scrupulum Colon posterius, si sic efferatur: *& Salus in multitudine consiliatoris*. Suppleri quidem solet, *solidi* & *sapientis*; sed ita id quod *præcipuum* erat, extra contextum assumitur; & directius, rotundiusque fuisset, *in soliditate consiliantis*. Hoc voluit vir naris emunctissimæ, *J. Bruinius*, senior, in notulis optimæ frugis, quibus *Proverbia Salomonis* sermone *Belgico* edidit, & ornavit. Is ita mentem suam expressit: *in multitudine consiliantis*, *est*, *postquam multum diuque rem perpendit*. *Quæ alii hic habent*, *mihi quidem*, *pace eorum*, *non videntur quadrare*. Et mihi, pace ejus, dicere liceat, id *sensui* sic satis, *Linguæ* minus quadrare, quæ non patitur, ut רב יועץ *multitudo consiliantis* sic resolvatur. Nos רב, *multitudinis secundariam* vim induisse supra aliquoties monuimus, a *primaria* illa *spissæ compactionis*. Ea hic unice quadrat, sensum concinnissima brevitate rotundans. Vel invitissimis assensum extorquere poterit sententia sic reddita *Cap.* 15: 22. *infringuntur vel subductissimæ rationes*, *quum nullum est secretum*: וברב יועצים & *in spissa compactione consiliantium stabunt*. Si illuc inseras, *in multitudine consiliantium*, repugnantia conseres; unde vel sensus communis, nedum politicus, resiliat.

Vs. 16.

16 אשת חן תתמך כבוד ועריצים יתמכו עשר׃

17 גמל נפשו איש חסד ועכר שארו אכזרי׃

18 רשע עשה פעלת שקר וזרע צדקה שכר אמת׃

19 כן צדקה לחיים ומרדף רעה למותו׃

20 תועבת

16 Uxor gratia pollens prehendet gloriam; ut violenti prehendunt divitias.

17 Confovet ſuam ipſius animam benignitatem exercens: & ſuam ipſius carnem conturbat crudelis.

18 Improbus faciet operæ pretium mendax; at qui ſeminat juſtitiam, mercedem veram.

19 Firmum rigoris recti, ad vitam: at perſequens malum, ad mortem ſuam.

20 Abo-

Vſ. 16. Magni Interpretes ſimplici *copula* tenent, *Mulier gratia pollens tenebit gloriam; & violenti tenebunt divitias.* Hæc tam *diſparata* quo pacto *comparare* ac componere nitantur, longum eſſet diſcutere. Mihi commodius viſum cum *Belgis* noſtris, aliiſque, *ut.* Id ita explano. *Mulier*, quantumvis *tenera* ſit ac *debilis*, ſi *gratia* ac *virtute* præſtet, admirationem omnium ad ſe rapiet; tam *valide*, tam *potenter*; ut hac in parte contendi poſſit cum *violentis virorum*, qui aliorum *opes rapiunt invaduntque.* Non incommode, credo, dixeris; *Talis mulier graſſatur ad laudem & gloriam; prout violenti ad divitias graſſantur.* Dictum audax juxta argutumque: quod ſuſtinetur verbo gravi תמך, quatenus eſt *valido greſſu invadere:* vel *forti manu arripere ac retinere.* Particula *Et* loco *Ut*, ſententioſo ſtylo Orientis dicata eſt, atque effectum parit admirabilem.

Vſ. 17. Dictum pulcherrimum; in quo tamen magnopere variatur. Plurimi, *Bene facit animæ ſuæ vir benignitatis, & conturbat carnem ſuam, qui crudelis eſt.* Diverſo filo, & adſpectu, *Cocc. Bono afficit animam ſuam Vir Pius; & qui conturbat carnem ſuam, immanis eſt.* Hi in גמל attendunt ſimplicem ſignificationem *benefaciendi.* Ex altera auctiore *rependendi beneficium* ſatis ſpecioſe *Cler. Sibi beneficium rependit Vir beneficus; ſed qui crudelis eſt, carnem ſuam turbat:* ut prius idem ſonet quod hocce *Publii.*

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Uberius adhuc, & erectius, quod *Origo* גמל, ſuperius adſtructa, *Cap.* 4. miniſtrat, *Fovet animam ſuam Vir benignitatis.* Latiſſima ſententiæ ditio. איש חסד *Vir benignitatis*, ſignat *mitem, clementem, manſuetum:* ſignat quoque *officioſum, liberalem:* ſignat denique *Pium, pietati omni quam promtiſſimum*, atque *iſto* velut *ſucco virtutis vigentem.* Ei contrarius אכזרי *præfractus*, atque omnia officia *benignitatis, manſuetudinis, bonitatis*, ac *pietatis perfringens;* a כזר *violento impetu fregit, effregit, perfregit.* Prior ille *ſuam ipſius animam fovet*, id eſt, *eam blando quodam fotu veluti conſervat tranquillam*, ac *ſerenam; congerit* quoque *in eandem, quicquid in alios confert officiorum, beneficiorumque, largo* ad eum *fœnore redundaturum;* cumque *benedictionibus* Dei hominumque *cumulaturum.* Contraria omnia in אכזרי *effractore immiti, immani, violento;* qui omni hocce ſenſu *ſuam ipſius carnem conturbat.* Verbum עכר appoſitiſſimum huic ſedi, quippe quod oppoſitum *tranquillæ ſerenitati* adferat *conturbationem fæculentam.* Ita apud *Arabes* عكر eſt *turbidus & fæculentus fuit:* θολόω.

Vſ. 19. Nodi quid in vocula כן, variis notionibus aucta. Plerique, *ſic juſtitia ad vitam:* quemadmodum *Verſu* 18. præceſſit; cum quo hunc ita propiore nexu religant. Alii cum ſequenti membro copulant, *ſic juſtitia ad vitam, ut qui perſequitur malum, ad mortem.* Non favet *Syntaxis;* nec particulas כן ac ו ita ſtrui, tutum ſatis. Vocabulum

20 Abominatio Jehovæ, intorti corde: at acceptatio ejus, integri via.

21 Manu ad manum non impunitus erit malus; at ſemen juſtorum eripitur.

22 Monile aureum ad naſum porci, mulier formoſa, cujus receſſit ſapor.

23 Ter-

20 תועבת יהוה עקשי לב ורצונו תמימי דרך :

21 יד ליד לא ינקה רע וזרע צדיקים נמלט :

22 נזם זהב באף חזיר אשה יפה וסרת טעם :

23 תאות

כן ex indole ſua *rectum* ſonat, vel potius *firmum*. Hinc *Cocc. Rectum juſtitiæ ad vitam.* Fortius adhuc fuerit, & figuratius, *Firmum recti rigoris*; i. e. *juſtitiæ*, ex *Origine*; cum alluſione ad *viam*, quæ ad *rigorem amuſſitatiſſimum* exacta.

Vſ. 21. Formula יד ליד *manus ad manum* negotium creat. Quanta ſint opinionum divergia, jam olim in *Animadvſ. Philol.* expoſui; atque calculum ita ſubduxi, ut *manu ad manum* valeat, *per poſteros*; & quaſi *jure ſucceſſionis*, atque *hæreditatis*, quod & يد *manum* appellitant *Arabes*. Id *jus hæreditarium* egregie quadrat etiam *Jeſ.* 56: 5. Grave ſchema, *jure hæreditario immunem non eſſe*; in quo & μείωζις, pro *culpæ* & *pœnæ obnoxium eſſe*.

Vſ. 22. Inſignita phraſis סרת טעם, ad cujus leporem non penetratum. *Arias* dedit *declinans diſcretionem*. Commodius *Merc. Carens ſenſu.* Alii, *deſtituta judicio*, vel *ratione*. Diverſius *Cocc. moribus abnormis*, exiſtimans טעם hic ſpeciatim denotare ἦθος, qui ſit ut *ſapor hominis*. Id proximum vero. טעם nunc *guſtum* ſignat, unde ſuperiores illæ verſiones ſubnatæ, quæ *guſtum* pro *ſenſu*, *judicio*, *ratione* ſumebant, nunc *ſaporem*, ut *Exod.* 16: 31. & alibi. Sic & *Arabibus* طعم utrumque amplectitur, magis tamen *ſaporem*. Hinc perbelle, *recedens ſaporis*; pro *cujus ſapor receſſit*: i. e. *inſulſa*, *vapida*. Eadem venuſtate *Pſ.* 34: 1. בשנותו את טעמו *quum mutaret ſaporem ſuum*, *in conſpectu Abimelechi*. h. e. *ſe faceret inſulſum*; ſive *ſtultum fingeret*; ut eadem phraſi extat 1 *Sam.* 21: 14. Multa & ibi varietas interpretationum. Genuina facies Linguæ ea, quam repræſento.

Vſ. 23. Eſt quod implicet, diſtrahatque, in ſenſu ſic expreſſo; *Deſiderium juſtorum tantummodo bonum: expectatio improborum excandeſcentia.* Id ita exponitur a plurimis: *Juſtos nil niſi bona & utilia ſibi aliiſque deſiderare: at improbos mala* tantum *& noxia*; utque *furorem ſuum exerceant*, *expleantque*. Ad *pœnam improborum* trahunt alii, qui *nihil aliud expectandum* habeant, quam *excandeſcentiam* Numinis irritati. Alium conſpectum aperiet proprietas vocabuli עברה, a עבר *tranſiit* ripas flumen, *efferbuit cum tumore*, deſignans *efferveſcentiam tumidam*, & *ripas* quaſi *exeuntem*. Hoc quidem pro *graviſſima ira*, & *indignatione*, ſæpius ſe præbet; atque propterea non male per *excandeſcentiam* atque *furorem* ſuis in locis redditur. Poteſt tamen & alium uſum admittere, quo *efferveſcentia* valeat *impetum effuſiorem*, qui *ſe nullis ripis patiatur coërceri*, ſed *qui torrentis ritu feratur.* Hinc ſubnaſcitur, *Deſiderium juſtorum tantummodo bonum quid*, id eſt, *placitum*, *ſedatum*, *tranquille*, ut ſic dicam, *fluens; at expectatio*, cupiditas, *improborum*, quibus ab *æſtu turbulento* nomen, *eſt efferveſcentia* extra alveum quaſi *exæſtuans*, ſeque *torrentis more effundens.* Proponendum duxi: ita tamen ut ampliandum cenſeam. En aliud, quod his huc uſque deductis ſe offert. *Terminus juſtorum tantum felicitas: expectatio improborum efferveſcentia.* תאוה non ab אוה ſed a תאו *terminavit.* עברה *efferveſcentia* iræ Divinæ, in quam ejus תקוה *promtiſſima expectatio* ſit terminanda.

Vſ. 24. Satis commode; *Eſt diſpergens*, *& adhuc additur ei.* Plenius tamen videtur, *ſub-*

23 תאות צדיקים אך טוב תקות רשעים עברה :

24 יש מפזר ונוסף עוד וחשך מישר אך למחסור :

25 נפש ברכה תדשן ומרוה גם הוא יורא :

26 מנע

23 Terminus justorum tantum felicitas: expectatio improborum, effervescentia.

24 Substantiam dissipans *est* qui insuper augeatur; & est qui substringat de opulentia, tantummodo ad rasam egestatem.

25 Anima benedictioni, (clargitioni,) dedita, opimabitur; & qui rigat, mox copiosius idem perpluet.

26 Qui

substantiam dispergit quis; cui tamen superadditur. Nempe יש proprie *substantivum* est, *substantiam solidam* consignans. Qui liberalitate effusissima *sua omnia dispergit* in pauperes, occulta Dei benedictione *opes* sibi *accrescere* & *accumulari* sæpe experitur. Contra *substringens* מישר, *tantummodo ad penuriam rasam:* itidem occulta sæpe maledictione *ad extremam paupertatem* redigetur. Torquet illud מישר, quod redditur fere, *præ quam rectum est*, *præ æquitate.* Id nonnihil languoris suffundit sententiæ, quæ vigeret, si מישר significare posset, *ex opulentia.* Eam virtutem nostra vox exerit in *Dialecto Arabum*, ubi يسر proprie *planam æquitatem* notans, etiam pro *opulentia*, & *prosperitate* invaluit: itemque הישר ايسر *planare*, pro *opulentum*, *prosperum*, *felicem esse.* Hoc in *Animadvs. Philologicis* tentabam juvenis, neque dum pœnitet. Angustiora quidem pomœria, quibus nunc res *Hebræa* constringitur, hanc vim nuspiam tam diserte offerunt. Ejusdem tamen *fundus* in *via æqua* & *plana*, quæ ישר, continetur: opposita *asperæ* & *iniquæ.* Jam vero ut *iniquitas* & *asperitas fortunæ* se ultro dat ad *paupertatem* & *inopiam*; ita ex *æqua*, *commoda*, *facili complanatione*, proclivis transitus ad *opulentiam*, in qua *commode* & *facile* vivatur. Noti usus *Latini* sub his voculis, in eandem potestatem. Notæ etiam *facultates*, ex *facilitate* per contractionem ortæ. Si quem interim scrupulus teneat hac in parte; ei auctor sim, ut potius convertat, *& substringens ab æquitate*, hoc est, *liberalitate æqua*, *simplice*, *facili ad donandum.* Sic 1 Chron. 29: 17. *Ego* בישר לבבי התנדבתי *in æquitate cordis mei ultro elargitus sum.* Id sententiam sic satis forte explet; alterum tamen eandem cumulat, per ישר *opulentiam*, ad מחסר *rasam inopiam*, avara ista *substrictione* revolutam.

Vs. 25. Iterum commendatur *effusa liberalitas.* Colon posterius aliquid nodi nectit. In eo יורא multis visum, per *metathesin* positum esse pro ירוא, idque pro ירוה, tanquam ex *Pyhbal*, vel *Hophbal*; ut sit, *& irrigans etiam ipse irrigabitur.* Sic inducitur *Anomalia* parum firma, & tuta. Alii hac de causa יורה *Part. Præs.* a ירה, *pluviam* notans, ita applicant; *& irrigans etiam ipse pluvia erit*; id est, *largiter irrigabitur.* In *Lexico Cocc.* bifariam declaratur. *Nihil sibi perdit; fluvii aquæ vivæ ex ventre ejus fluent. Vel, ipse sibi quoque est pluvia.* Hæret res, quam expedire conabor. Pulchra in *Paronomasia* luditur verborum מרוה *irrigans*, & יורא *pluvia*; sunt enim affinia literis רוה *rigavit*, & ירה *jaculatus est pluviam.* Luditur item in gradibus *significationis*, quæ iisdem subjecta. רוה usurpatur plerumque in *rigatione* ex *rivo*; at ירה *copiosiorem* adfert *irrigationem* per *aquas pluvias*, *effusioresque imbres.* Hinc jam splendescit jucundissimum sententiæ decus. *Et irrigans, etiam ipse pluvia constituetur, jaculatrix illa*, quæ non paucos agros irroret, sed totas regiones largissime perfundere valeat. *Crescent divitiæ largiter easdem erogando*; atque *ex fonte*, vel *rivo*, convertentur in *nubes* largissimam aquarum copiam vehentes, quæ *pluviam jaculatricem* jugiter effundere, ac sufficere, queant. Vide tamen, an jam non mecum malis יורא in 3. *fut. Hiphb.* enuncia-

26 Qui comprimit frumentum, eum configunt universa natio: & benedictio in caput divendentis.
27 Qui mane vestigat bonum, eruet complacentiam; & studiose quærenti malum, id proveniet.
28 Qui (tanquam in plano) securus est in opulentia sua, is ipse cadet: & justi ut ramus adscendens germinabunt.
29 Con-

26 מנע בר יקבהו לאום וברכה לראש משביר :
27 שחר טוב יבקש רצון ודרש רעה תבואנו :
28 בוטח בעשרו הוא יפל וכעלה צדיקים יפרחו :
29 עכר

ciare, *Et irrigans etiam ipse perpluet copiosius.* Videtur certe & liquidius, & rotundius. Verbum nostrum hac potestate auctum *Hos.* 6: 3. כמלקוש יורה ארץ *ut imber copiose perpluet terram.* Quemcunque sequaris adspectum, habebis, quod cum stylo Orientis conjunctissimum. Specimina quædam ex *Haririo* apponam. *Confess.* 16.

لو كانوا الكرام حيا لكانوا
وابلا. ✲

Si Liberales pluvia sint; at Hi quidem imber.

Hoc priori sensui favet. En quod posteriori ibidem, الذي اذا نطق اصاب واذا استمطر اصاب *Qui quum loquitur, scopum ferit; & quum pluviam poscitur, imbrem jaculatur.* Iterum *Conf.* 18. قصد باب قبله مستمطرا عارض نيله *Contendit ad Portam Regis ejus, pluviam poscens ex nube illius munificentiæ.* Et *Conf.* 24.

يبين خلب برقه من صدقه
ووبله من طشه ✲

Discernatur mendax ejus fulmen a veraci; & imber ejus a roratione.

Item *Conf.* 26. شوبوب حبايه يكف *effusior imber donationis ejus defluit.* Et *Conf.* 37. استمطر سحب النوال

Pluviam deposco nubes largæ donationis. Agmen claudat hocce ibidem.

استنزل الري من در
السحاب
فان بلت يداك به
فليهنك الظفر ✲

Pete ut descendat rigatio ex largo fluxu nubium,
Quod si inde manus tibi commaduere; macte esto victoria.

Vs. 26. Aliis coloribus in eandem materiam insistitur. *Comprimens frumentum*; & contra, *illud refractis* veluti *borreis* & *saccis erogans* in publicum, quinam sint, ad *literam*, neminem fugit. Figuratus sensus simul offert *sordidissime avaros*; & *Liberalissimos* thesaurorum suorum *Erogatores.* Verbum נקב *figere, configere*, est, *notis infamiæ compungere*, & *inurere.* Itemque *devovere* & *execrari.* לאום *conglutinatio*; a *Themate* Civitati *Hebrææ* reddendo לאם לַם *appactus, conglutinatus fuit*, notat *nationem conglutinatam*, & *fœderatam.* Hanc *Originem* hic alludi suspicor, ut insinuetur *fœderata* quædam in hoc ipsum *consensio*, atque *conglutinatio*, ut una omnium mente ac voce sceleratissimum caput pronuncietur.

Vs. 28. In verbo בוטח *securus*, cui a *plano* nomen inditum, *Originem* spectandam esse, arguit subnexum יפל *cadet.* Sequens colon minus commode effertur; *& sicut folium justi*

29 עכר ביתו ינחל רוח ועבד אויל לחכם לב׃

29 Conturbans domum suam, hæreditatem cernet ventum; & servus *fit* crassus dives ei, qui solide compactus est corde.

30 פרי צדיק עץ חיים ולקח נפשות חכם׃

30 Fructus justi arbor vitæ; & fœcundans animas solide sapiens.

31 הן

31 Ec-

justi germinabunt. עלה *ramum adscendentem* designat; & quidem eum *proprie*, in quo, tanquam in centro, *vigor crescendi* residet; quique propterea in arbore præminet, ac caput effert. In פרח *læta* & *luxurians* ipsest *germinatio*.

VJ. 29. Abstrusius. Variant opiniones circa *conturbatorem domus suæ*. Ad *Avarum divitem* trahunt multi, qui *familiam suam* omni *importunitate vexet* triparcus, durus, sævus. Alii, contra, ad *dilapidatorem* referunt, qui ipsemet fundi sui sit calamitas, atque *familiam* suam *ad mendicitatem redigat*. Huc inclinatum, ob illud, *& servus fit stultus*, scil. *decoctor* ille, *sapienti cordis*. Posterior hicce sensus non quadrat ad ינחל רוח *Hæreditatem cernet ventum*, quæ in *avarum* nummorum *corrasorem* pleno jure expetit. Non subscribo tamen priori interpretamento, sed per *Conturbatorem domus suæ* intelligo Eum, qui *per fas*, *per nefas opes corradit*, atque ita בית *domum*, id est, *eminentiorem fortunam*, sibi familiæque suæ extruere se autumat, dum interim nil aliud lucretur, quam *materiam maledictionis*, per quam in *ventum* abeant tandem omnes isti thesauri: vel &, quæ *venti* instar erumpens, omnia avehat, atque everrat. עכר est Θολῶν *turbidum & fæculentum reddere*, ut عكر apud *Arabes*; quibus derivatum عكر *crassior pars liquoris omnis. fæx. amurca.* Emblema aptissimum huic sedi; in qua requiritur *conturbatio fortunarum*, quæ *limpidissimæ* videbantur. Sic adhibitum nostrum verbum, vel sine exemplo, in *Bibliis*, facile concedent, quibus aliquid in his judicii. Sed en disertissimum, quodque explicationem meam ita adfirmet, ut nulla dubitatio relinquatur; *Prov.* 15: 7. *in domo* בית *Justi est opulentia firma*, *spissa: at in proventu improbi* נעכרת *fæculentissime conturbatum.* Ad locum istum plura dabo. Nunc de posteriori membro verbulum adhuc. אויל *apportus*; *stultus*; jam non alius esse potest, quam idem ille *Dives opum avidissimus*, παχὺς; iisdemque *crassa vecordia* adhærescens. Ejus, itemque familiæ ejus, sors tandem hæc est, ut *pro Hæreditate ventum cernentes*, ad *servilem* relabantur *vilitatem*; quum *solide compacti corde*, qui ditescere non cupiunt, nisi in Deo, Dominorum suorum sæpe fiant Domini, atque ad magnas fortunas evehantur.

VJ. 30. Nobile dictum. Adhæretur paululum ad לקח. Id reddunt, *qui capit animas*, *sapiens est:* nempe per *suavitatem oris*, & *moris*; tanquam qui fit *Arbor vitæ*. Eodem tendit aliorum, *qui allicit animas:* nam *capere* etiam est *allectare*. Sic inversa quoque constructione exire posset, *& Sapiens capit* vel *allicit animas*. Alio non tam sensu, quam colore, *Pagn.* & *Jun.* *Qui docet animas*; ex usu derivati לקח quo *Doctrinam* designat. Id alienius ab *Allegoria Arboris*; cum qua nec superiora illa tam arcte cohærent, ut ad unguem exeat. Arctius cohærebit hocce, *& fœcundans animas*, *sapiens est:* vel, *& sapiens fœcundat animas.* Est venustissima figuratio, a *palma palmam fœcundante* adsperso *flore masculo*, qui vocatur לקח لقح & لقاح: ut ipsum Thema لقح *fœcundavit palmam* adsperso flore masculo. In II. Specie لقّح *Lakkabb* & IV. ألقح *Alkacbb* item, duplicata potestate, *insito maris flore fœcundas fœtasque reddidit* palmas. In X. استلقح *Maris florem desideravit* palma. Adisis quoque *Golium* sub Radice ابر *pupugit*, atque ibi pro لقح

 Ic-

31 Ecce justus in terra traditur neci: quanto magis improbus & peccator.

31 הן צדיק בארץ ישלם אף כי רשע וחוטא :

CAPUT DUODECIMUM.

Vers. 1 Amans disciplinam, amat scientiam: at qui odit redargutionem, brutus est.

Vers. 1 אהב מוסר אהב דעת ושונא תוכחת בער :

2 Bo-

2 טוב

lege لقح; nam *compungendæ* sunt *palmæ fæmellæ* & *Dactylorum conceptacula aperienda*, ut *florem* illum *fæcundantem receptare* possint. Hunc usum verbi לקח *Hebræis* quoque tritum fuisse, is demum indubitare poterit, qui nesciet *Judæam* fuisse *palmiferam*. Opportunissimum quoque verbum *capere*, pro *imprægnare*, & *fæcundum reddere*. Sed hoc satis jam evictum ad *Cap.* 1: 5. *Allegorias* quoque inde percrebuisse, nemo ambigat. Ex *Haririo* alibi adduxi القح عقم الاوهام *fæcundavit adsperso flore Doctrinæ sterilissima ingeniorum.* En plenius ex *Hamasa*

رَبَّيْتُهُ وَآضَ كَالْفُحَّالِ
شَذَّبَهُ أَبَّارُهُ
وَنَفَى عَنْ مَتْنِهِ
ٱلْكَرَبَا

Educavi eum, evasitque palma nobilis; quam Cultor purgatam
Fœcundavit, decussis a lumbo stolonibus.

Innuit se *Filio* optimam educationem, atque disciplinam, præstitisse. Conferri velim quæ de voce לקח *florem Doctrinæ* consignante protuli in *Comment.* ad *Job. Cap.* 11: 4. & supra *Cap.* 1: 5.

Vs. 31. Non valde concinnum, quod edi solet, *Ecce justo in terra rependitur.* Ne enim jam dicam, struendum potius fuisse לצדיק, rogo quid *rependendum* sit Ei? Repones, *Crimen.* Quomodo ergo צדיק *Justus?* Regeres, iterum, immo vero *crimen non ita magnum*, quod cum *justitia* consistere possit. Id & implicat sententiam, & enervat. Quid? quod ישלם per *rependitur* conversum, aliam exerere deberet vim in priori membro, aliam in posteriori; quod hic omnia conturbaret. *Cocc.* reddere maluit, *Ecce justo in terra retaliabitur.* Id exponit; *non sine talione perveniet ad Patriam cœlestem.* Refert in *Comm.* ad *Crucem Christi*, & *Mortificationem carnis.* Hoc per ישלם *retaliabitur* exprimi nec debuit, nec potuit. Officit quoque & huic sensui, & superioribus, *particula* הן *Ecce*, quæ subinnuit mirum quid, quod non expectasses. *Ecce Justus* ישלם; *quanto magis improbus ac peccator.* Nego hac in serie alium intelligi posse *Justum*, quam qui *Justitiæ* numeros bene expleat; sine ullo *crimine* quod *rependi* debeat, atque *retaliari*. Nego etiam, ex *talione rependenda* exsculpi posse, quod scopum feriat. Ei unice respondet *traditur infestationi, neci, laniena; per quam sæpe bis in terris pessima pessimorum exempla patiatur.* Ita

2 טוב יפיק רצון מיהוה ואיש מזמות ירשיע :

2 Bonus impetrat (*expromit*) gratiam a Jehova, at virum facinorum condemnabit.

3 לא יכון אדם ברשע ושרש צדיקים בל ימוט :

3 Non ſtabilietur homo per improbitatem; at radix juſtorum nequaquam nutabit.

4 אשת חיל עטרת בעלה וכרקב בעצמותיו מבישה :

4 Uxor ſtrenua corona eſt mariti ſui; & tanquam putredo in oſſibus ejus, conturbatrix.

5 מחשבות צדיקים משפט תחבלות רשעים מרמה :

5 Subductæ rationes juſtorum, æquitas juris: gubernationes improborum, dolus.

6 דברי

6 Ver-

Ita grave hoc dictum applicuit *Petrus* 1 *Epiſt.* 4: *vſ.* 15--18. atque quod LXX hic dederant, (εἰ δὲ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται), *ſi vero juſtus vix ſervatur*, ſuo jure retinuit, atque ad ſcopum quoque ſuum direxit. Inculcarat, *Vſ.* 12. *Fideles non debere* ξενίζεσθαι *tanquam aliena, & abſona re, affici* τῇ πυρώσει *ignita* illa *vexatione*, quæ in *Chriſtianos* exarſerat; ac ſi illa *Juſtitiæ* illius *cauſæ*, quam profitebantur, repugnaret, neque cum amore Dei, paternaque cura erga *Cultores veræ religionis*, poſſet conſiſtere. Eſſe potius *materiam gaudii & gloriationis* in Deo: *Vſ.* 13. 14. Id tantum ſanctiſſime ſtudendum, ne tanquam *malefici patiantur*, ſed *tanquam Chriſtiani, veritatis & juſtitiæ ſervantiſſimi*: *Vſ.* 15. 16. *Tempus* adveniſſe videlicet, quo τὸ κρίμα *grave judicium* in terris exercendum incipiat *a Domo Dei*: quod *ſi primum inde?* (a *fidelibus, ſanctis, juſtis!*) *quid tandem futurum de infidis & perduellibus?* Hiſce præſtructis ſubſumit *Vſ.* 18. καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται. Habes ipſum illud, quod LXX hic expreſſere. Quid illi viderint; arduum eſt finire. Vix alia ipſis mens ſedere potuiſſe videtur, quam *Juſtos* vix ac ne vix quidem *effugere calamitates*: & *malorum communi diluvie involvi*: quanto magis *impios & peccatores iſtis gurgitibus abſorberi*. Hoc adſpectu ישלם & ipſis valere potuit, *traditur neci, finitur ad extraordinaria mortium genera rapi*: (μόλις σώζεται), liberius quidem, ſed tamen ad ſenſum, & ſcopum. Certe *Apoſtolus* hoc, pro ſua ſapientia, intendiſſe videtur, univerſa ſerie illuc tendente. Clauſula ſubnexa *Vſ.* 19. idem pervincit: *Itaque* καὶ οἱ πάσχοντες *qui mala patientur ſecundum Dei voluntatem* (non ut quibus *rependatur* talio) *tanquam Fido Creatori* παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν *ut depoſitum tradant animas ſuas*, ἐν ἀγαθοποιΐᾳ *in ſtudio boni operis*. Ad hoc filum quivis cernit unice congruere ישלם *tradetur neci*. Hanc potentiam Themati שלם vindicavi ad *Job.* 23: 14. ubi *tradit jus meum* ישלים חקי valet *totum dedidit, neque vexandum, laçerandum, conculcandumque abjecit*. Ibidem ex *Kal* adduxi *Pſ.* 7: 5. *Si* גמלתי שלמי רע *conſovi deditori meo malum!* Vulgo *pacifico meo*, vel *pacem colenti mecum*. At quis non dicam *bonus*, & *pius*, ſed vel *honeſtatem colens civilem* id in ſe admittat? nedum ut *Pſaltes* id, jurejurando interpoſito, a ſe deteſtetur. Habeas quoque hoc ſignatiſſimum *Jer.* 13: 19. *Judæa* הגלת כלה *in captivitatem avecta eſt univerſitate ſui*: (*tota quanta*:) הגלת שלומים *avecta eſt deditionibus plenis*; ad *omnem* videlicet *acerbitatem captivitatis*, atque *victoris ſævitiam*. Quum abſtruſior hicce uſus fugeret Interpretes, abſurde datum a quibuſdam, *ad paces*. Plurimi, *omnino, penitus, in totum*: ſed hoc jam per כלה *univerſitate ſui*, ſatis erat expreſſum.

6 Verba improborum, inſidias nectere ſanguini: at os rectorum eripit eos.
7 Subvertentur improbi, & nulli erunt: at domus juſtorum ſtabit.
8 Pro ore maturitatis ſuæ dilaudabitur vir: at depravatus cordis in contumelioſam erit raptationem.
9 Melior eſt viliſſimus & ſibimet ſervus præ eo, qui glorioſum ſemet facit, & defectus eſt pane.

10 Cu-

6 דברי רשעים ארב דם ופי ישרים יצילם :
7 הפוך רשעים ואינם ובית צדיקים יעמד :
8 לפי שכלו יהלל איש ונעוה לב יהיה לבוז :
9 טוב נקלה ועבד לו ממתכבד וחסר לחם :

10 יודע

AD CAPUT DUODECIMUM

NOTÆ.

Vſ. 7. Cum voto nonnulli, *Everte*, o Deus! *improbos; & nulli ſint; ſed Domus juſtorum ſtet!* Dilute. הָפוֹךְ omnino *Infinitiva forma* enunciatum, *evertere!* ubi vel ſuppleri poteſt *Deus*; vel, quod abrupto genere loquendi inculcatum putem, *ſubitum quid.* Non abhorret quoque, הפך *intranſitivam* poteſtatem obtinuiſſe: ut *vertere*, *invertere*, apud *Latinos*, per *vertere ſeſe*, vel *inverti* reddendum. Ergo recte, *everti improbi!* quo idem illud *ſubitum* repræſentatur.

Vſ. 8. Decentiſſimus floſculus; qui non nitet in Verſionibus; ubi tantum cernas, *pro intelligentia ſua laudabitur vir.* Plenius nonnulli, *pro ore intelligentiæ ſuæ.* Nativum decus phraſeos affert, *pro ore maturitatis ſuæ laudabitur vir:* vel, ut & hoc ad Originem reddam, *ſplendens prædicabitur*, vel *ſplendere dicetur.* שכל eſt *maturitas:* ut ſupra *Cap.* 1: 3. indicatum. *Os maturitatis*, eſt *os maturitate judicii & prudentiæ vigens*, ac *florens.* Quam magis illa *maturitas* enitet, tam magis dignitas viri exſplendeſcit. Ergo לפי *ad os*, ſimul ſignat *portionem* iſtius *maturitatis*, ex altera notione ejuſdem voculæ; ut ad quemque pro *gradu* & *menſura ſuæ maturitatis* laudem redundare ſimul inſinuetur. Ei oppoſitus נעוה לב *pravus cordis*; non jam generatim; ſed ſpeciali uſu, quo עוי عوي & عـي *torſit*, *intorſit*, ad *cor* ſe dare poteſt, quod *prudentia* & *maturitate* carens, velut *intortum*, *diſtortumve*, ubique *hæreat*, *ſtupeat*, *ſemet implicet; Lingua* quoque *implicata*, *intorta*, *hærente*, & *immaturitatem ſtupidam* prodente.

Vſ. 9. In duas claſſes abeunt Interpretes. Plerique I. *Melior viliſſimus*, *cui ſervus eſt; quam glorioſe jactans ſemet*, *qui pane deſtituitur.* Hoc ita declarant: *Hominem plebejum, & vilioris conditionis*, *cui ſit ſervus*, ſecundum quoſdam *unus;* ſecundum alios, *plures*, ſive *ſervitium*, quique habeat proinde *quem*, vel quos *alat*, *feliciorem* cenſendum, quam qui *nobili proſapia ſe efferens*, non habeat unde *ventrem placare* queat. Aliis II. arriſit: *Melior eſt vilis*, *& ſervus ſibi* &c. Hoc explicant; qui *victum* ſibimet *procurare valet*, quo ſenſu & *Hieron.* dedit *ſufficiens ſibi.* Exiſtimatur a multis, ſic *rationem oppoſitionis* non conſtare. Atqui pleniſſime conſtat, & ſententioſiſſime, ſub hac paraphraſi, *viliſſimus viliſſimo opere ſibimet victum quæritans, & comparans*, *melior eſt*, *quam qui glorioſum ſemet facit*, *& nobilitatem jactans generis*, *laborare renuit ignavus*, *piger*, *ſibi aliiſque gravis; inutile terræ pondus.* Argute ועבד לו *& ſervus ſibi*; non ſimpliciter, *qui pro ſe ipſe la-*

10 יודע צדיק נפש בהמתו ורחמי רשעים אכזרי׃

10 Curat justus animam pecudis suæ; at commiserationes improborum, immanissimum.

11 עבד אדמתו ישבע לחם ומרדף ריקים חסר לב׃

11 Qui colit agrum suum, satiabitur pane: at qui prosequitur vaniter otiosos, deficitur corde.

12 חמד רשע מצוד רעים ושרש צדיקים יתן׃

12 Flagrat improbus venationem malorum; at radix justorum dabit.

13 בפשע שפתים מוקש רע ויצא מצרה צדיק׃

13 In prævaricatione labiorum, laqueus malus: at emicat ex angustia justus.

14 מפרי

14 E

laborat, sed *qui sibi ipsi servitutem* quasi *servire non detrectat*: hoc est, qui *vilissima* quæque *& abjectissima opera non refugit*; *dum panem lucretur*, nec *alteri* ut *mendicabulum gravis* fiat. In eo acumen residet, & pondus sententiæ. Utrumque suffulcitur verbis נקלה & מתכבד. Prius signat *vilissimum* mortalem; *publicæ contemtionis notis inustum* veluti; non ob *flagitia* jam, sed ob *extremam* illam *inopiam*, qua ad *vilissima* quæque *ministeria sese demittere* coactus fuit. Hic demum aptus erat, dignusque, qui מתכבד ל׳ *gloriosum se facienti*, & *in publico nobilitatem ostentanti*, opponeretur.

Vs. 12. Laboratur in sensu constituendo. Vocabulum מצוד nempe vel *munimentum* a מצד verti potest, vel *Rete* a צוד. Ex priori usu, *desiderat improbus munimentum malorum*, aliis est *præsidium contra mala*; aliis *malorum consortium*, *quo se muniant*; aliis, *Arcem rerum*, *quam videat a malis hominibus possideri*; ut *Potentiam*, *Auctoritatem*, *Opes*, &c. Ex posteriore potestate, *desiderat improbus rete malorum*, vel ut *Cocc.* maluit *muscipulam*, ab Eo, aliisque, exponitur, *id quod ipsi pro laqueo est*. Plurimis *Rete malorum* pingit *artes circumveniendi*, & *technas*, quibus utuntur *mali* ad divitias corradendas. Hinc stant *Chald. Jarchi*, *Pagn. Merc. Belgæ* &c. In vicinia *J. Bruinius*, quem supra laudavi, רעים *neutro genere* capiens, ut *Rete malorum* sit *plenum rebus male quæsitis*. Postrema duo superioribus prætulerim. Rotundius adhuc fuerit, *venationem malorum* *flagrat improbus*. מצוד non tantum sonat, ex indole Linguæ, *instrumentum venationis*, sed & *venationem* ipsam. Hanc *flagrat*, *ardentissime appetit*, & *anhelat*, ex *Origine* superius eruta. *Venatio* sic ipsam *prædam* designabit, *uncando*, *inuncando*, atque *ita venando*, convectam; pro hujus quoque Thematis certissima indole, ac proprietate. *Malorum* capias licet, *quam mali sectantur*; *mala parturam*. Huic sensui propius quoque resonat; *at radix justorum* יתן *dabit*. Absolute, pro *dabit proventum fructumque jucundissimum*. Redi ad *Cap.* 10. 24.

Vs. 13. Non una hic omnibus mens est: Bona pars I. *In prævaricatione labiorum laqueus est mali* hominis; *quo* conatur *alios irretire*, *sed exibit ex* illa *angustia Justus*. Ista *retia evadet*. Alii II. cum quibus & *J. Bruin.* hunc sensum suggerunt, *Homo improbus semet sæpe illaqueat*, *& prodit suismet labiis*, *at justus ex omni facile angustia sese liberat*. רע *Malus* sic ad *hominem malum* relatus, caret vi & gratia; quia in פשע *defectione* & *prævaricatione* iste jam character satis expressus. Ergo melius, rotundiusque *Cocc.* III. *in defectione labiorum* est *laqueus malus* &c. Id sic explanat. *Si quis falsa docuerit*, *& quod tendat ad defectionem a Deo*; *si homo ab illo statim resiliat*, (*quod* φιλαύτῳ *&* αὐθάδει *impossibile*) *fieri non potest*, *ut non implicetur magis magisque*. *At justi non tantum ab ista implicatione tuti sunt*; *sed & ab omni exeunt angustia*. Longiuscule circumductum, nec satis cohærens. Mihi IV. *in prævaricatione labiorum laqueus* est *malus*, videtur inculcare

P ma-

14 E fructu oris viri, ſaturabitur ubertim: & quod foverunt manus hominis, ei refundet.

14 מפרי פי איש ישבע טוב וגמול ידי אדם ישוב לו :

15 Via ſtolidi recta in oculis ejus: at auſcultans conſilio, ſapiens.

15 דרך אויל ישר בעיניו ושמע לעצה חכם :

16 Stolidus, eopſe die cognoſcitur ægritudo ejus: at contegit contumeliam ſolers.

16 אויל ביום יודע כעסו וכסה קלון ערום :

17 Spirat ſecuritatem firmam, qui annunciat rigorem juſti, veri; at teſtis mendaciorum, impulſio in fraudem.

17 יפיח אמונה יגיד צדק ועד שקרים מרמה :

18 Eſt

18 יש

magnum illud vitæ cum *honeſtate*, ac *felicitate*, degendæ fundamentum, ne *permittamus labiis noſtris uspiam transgredi*, *deficere*, *prævaricari*: ſed *ubique* & in *omnibus veritatis* ac *juſtitiæ* exactiſſimam *obſervantiam* iisdem injungamus; quando in *minima* etiam *prævaricatione labiorum* ſit מוקש רע *laqueus malus*, i. e. *peſſimus*, *peſſimas trahens ſequelas*, *unde expediri non detur*; & *quo magis magisque impliceris*, vel ad *confuſionem*, vel ad *perniciem*. Recinit huic ſenſui, *at emicat ex anguſtia* צדיק *recto-rigidus*: qui *juſtus* ſimul, ſimul *verax*: pro *gemina* haud dubie *virtute* illius vocabuli. *Non intrat ullam in anguſtiam* ex prævaricatione labiorum; *& ſi quid anguſti ei obvenerit* per *artes* & *calumnias*, inde *juſtitiæ* ac *veritatis normam labiis* ſuis *obſervans*, neque uspiam a *recto tenore* deflectens, *emicabit*. Voci פשע per *Originem* inſeminata vis eſt *disruptionis*, & *eruptionis*; ut quum *extra corticem erumpit* fructus. Inde ad *exorbitationem*, *prævaricationem*, *defectionem ab officio*, progreſſio & *translatio metonymica* facta. Hoc quam pulchre quadret *labiis prævaricantibus*, & quam ſuavi figuratione ſententiam noſtram ornet, quivis ſentit.

Vſ. 14. Turbat nonnihil poſtremi membri conſtructio. Quidam I. *Retributio manuum hominis redibit ei*; quaſi ישוב legendum foret. Ita & *Cocc.* II. *Prærogatum manuum hominis reſtituetur ei*: niſi *imperſonaliter* forte voluerit, pro, *reſtituet ei* Deus. Hoc ſupplemento III. utuntur plurimi; & quidem ita, ut vel *in bonum* ſumatur iſta *retributio*, vel *in malum*, vel *in utrumque* ſimul. Doct. *Belgæ* cum aliis IV. ad אדם retulere, ut ſit, *& retributionem manuum hominis ad ſe redire faciet ille.* Minus teres. Mihi V. ſuccurrit, *Fomentum manuum hominis*, *refundet ei.* ישיב *redire faciet*, *rependet* præmium, *refundet* fructum. גמול ידים *fomentum*, vel *fomentatio*, *manuum*, eſt *id quod quis manibus ſuis fovit.* Aptum eſt *dextræ*, aptum *ſiniſtræ*, aptum *& utrique parti*. In *dextram*, pro *beneficiis*, *Jud.* 9: 16. Pro *maleficiis*, & *in ſiniſtram*, *Jeſaj.* 3: 9. 10. *Prædicate juſtum; quod uber*, felix, *ſit; quod fructum operum ſuorum comedent. Væ improbo! Caſſus eſt!* quia גמול ידיו *fomentum manuum ejus fiet illi.* Hoc & ſerie verborum, & ſenſu, cum noſtris hiſce pleniſſime concinit. De *indole* verbi גמל, vide ſupra *Cap.* 3: 30. & 11: 17. Alterum ישיב *redire faciet*, pro *reddet vices*; *refundet*, in ſtylo conciſo tam parum ſcrupuli movere debet, quam יתן *dabit*, pro *dabit fructum*, poſitum fuiſſe.

Vſ. 17. Non valde erectum, quod I. hic plerique; *Qui eloquitur veritatem annunciat juſtitiam; & teſtis mendaciorum*, *fraudem.* Languorem II. non tollit hoc *Cocceji*; *Index fidelis indicat juſtitiam; at teſtis mendaciorum fraudem*, vel &, *fraus eſt.* Exiſtimavit יפיח eſſe *nomen*, hic, & alibi, *præconem* deſignans. Nec medetur *Jun.* ſic verba

18 יש בוטה כמדקרות חרב ולשון חכמים מרפא׃

18 Est effutiens tanquam confossiones gladii: at lingua sapientum sanatrix.

19 שפת אמת תכון לעד ועד ארגיעה לשון שקר׃

19 Labium veritatis constabilietur in perpetuum; at dum nictem, lingua mendacii.

20 מרמה בלב חרשי רע וליועצי שלום שמחה׃

20 Fraus in corde eorum qui malum cudunt: at consultoribus pacis, lætitia.

21 לא

21 Non

ba III. ordinans, *Efflat veritatem*, qui *indicat quod justum est: testis autem falsissimus efflat dolum.* Aliquid animosius IV. ad hunc *Ordinem syntaxeos* concipi posset: *Efflat firmitatem* ipsam, *qui indicat justitiam*, (sive *rigorem-recti* & *veri*:) *at testis mendaciorum*, *fraudem*, i. e. *impulsionem ad lapsum*: id quod *nullam* habeat *firmitatem*; sed in *fraudem* & *perniciem conjiciat* ipsum *testem*. In אמונה ab אמן continetur *firmitas pedis* & *gressuum*, cum *securitate fida* & *tuta*: in מרמה aliquid quod *supplantet*, & *allidat*. En aliud adhuc V. ex eadem constructione redundans; *respirabit securitatem* (*firmam* ac *fidam*) *qui annunciat*, vel *indicat*, *rigorem justi* ac *veri*: *at testis mendaciorum*, mera *fraus*: nil habet *firmi*, *fidi*, *securi*, sed *sibi aliisque fraudem struit*, & *gravem lapsum.* יפיח *spirabit*, *respirabit* etiam reddendum *Ps.* 12: 6. *Ponam in* ישע *laxitate*, *quæ respiret sibi*: quæ *amplissimis gaudeat spatiis*, *bonisque*: vel etiam, *ponam in laxitate*: *respirabit sibi.* Nempe *oppressus omnis.* Prius rotundius. אמונה ut *Ps.* 37: 3. רעה אמונה *pasce securitatem.* Habes, quod aliis coloribus ornatum mox *Vs.* 19. Confer quæ ad *Cap.* 14: 25. sum daturus.

Vs. 18. Venusti quid recludunt *Origines*, ad quas exit; *Est effindens tanquam confossiones gladii: at Lingua* חכמים πυκνῶν *solide compactorum exsarciens*; i. e. *medicatrix*, *sanatrix.* בטא *temere effutivit*, valuit *proprie* & *primario*, *fidit*, *effidit.* Pulcre *effindere in labiis*, est *subitum* & *temerarium* quid *efferre*, *effutire*: ut *Lev.* 5: 4. & *Ps.* 106: 33. המרו את רוחו ויבטא בשפתיו *obstrigillarunt spiritum ejus*, contumacia sua, & *effidit in labiis suis temerarium quid.* Item מבטא שפתים *effissio labiorum*, pro *votis temerariis*; *Num.* 30: 7. 9. חכם esse πυκνὸν, alibi pervictum. חכם *solide sapiens* πυκνός, & רפא *sarcivit*, *sarciendo solidavit*, & *sanavit*, jucunde etiam sibi recinunt, atque respondent.

Vs. 19. Graviter enunciatum; *Labium firmitatis*, veritatis firmæ, *constabilietur adusque*: (usque & usque) & *usque dum oculo nictem Lingua fuci.* Non invenustus lusus in לעד *ad usque*; in perpetuum; & עד ארגיעה *usque dum nictem*: i. e. *ad momentum*: *ad nictum oculi.* רגע est *vibrare*. Ejus *segolatum* רגע *momentum*, quod *movimentum* erat *Latinis*, *Hebræis* est *vibramen.* Hinc & *Jun. Donec momentum transigam.* Alienius *Cocc. usque dum moveam*; quasi *Deus* loqueretur, *conscientiam mendacis pungens*, & *expergefaciens.* Plerisque ארגיעה est nomen, idem sonans quod רגע *momentum.* Defendi posset, ut statuatur esse *propago infinitiva* ex *Hiphh.* א pro ה adhibito. Sed illatio illa *primæ personæ* aliquid fortius spirat.

Vs. 20. Ut justa sit *Antithesis*, מרמה *fraus* jam non *dolum* sonare debet, sed *impulsionem ad lapsum*, ejusdemque *conscium* veluti *morsum*, quo *faber mali* sibimet suam se struxisse perniciem, vel statim, vel mox, persentiscit. שמחה *lætitia* & *enodis lævigatio* cordis, est ejusdem *tranquillitas serena*, quam nulla mali conscientia, nullus metus, asperet. Si quis *fraudem* strictius dictam, sive *dolum*, retinere mallet, satis commode forte reddere posset; *Dolus in Cor cudentium malum*, scil. *ibit*, idque *multo cruciatu configet.* Signatissima phrasis, plenius elata *Exod.* 9: 14. *Ecce immittens ego omnes meas plagas* אל לבך *ad cor tuum.* Expendi meretur.

P 2 *Vs.* 21.

21 Non maturefcet juſto ulla omnino moleſtia: at improbi efferti ſunt caſſo.

22 Abominatio Jehovæ labia fuci: at qui veritatem præſtant, approbatio ejus.

23 Homo ſolers tegit ſcientiam: at cor elumbium proclamat craſſam ſtoliditatem.

24 Ma-

21 לא יאנה לצדיק כל און ורשעים מלאו רע׃

22 תועבת יהוה שפתי שקר ועשי אמונה רצונו׃

23 אדם ערום כסה דעת ולב כסילים יקרא אולת׃

24 יד

Vſ. 21. Paradoxum, nec facile explicandum; ſive detur, ut plerisque placitum, *non obveniet juſto ulla moleſtia*, aut *injuria*: ſive, ut aliis, *ulla iniquitas*, *vanitas*; & quidem *active*. Quid ad *Gordium* huncce nodum reſolvendum Commentatorum contulerit induſtria, longum foret proſequi, longius, diſcutere. Rem intricatiſſimam expediet *Origo* verbi אנה, non ſimpliciter *occurrere*, *obvenire*, *contingere*; ſed *maturum eſſe*. Ut انى. Hinc appoſite, ut nihil ſupra *Exod.* 21: 13. *Qui æruginoſus non fuerit*, hominem ex *rancore* & *ærugine* odii alicujus occidens, *at Deus* אנה לידו *maturum fecit* occiſum illum *manui ejus*; *illi ponam locum*, *ad quem perfugiat*. Item *Pſ.* 91: 10. לא תאנה אליך רעה *Non matureſcet*, vel *matureſcere ſinetur*, *ad Te malum*: ut ſcilicet *ſummum gradum maturitatis attingat*, *Teque* plane *conficiat*, atque *abſumat*. Egregie iterum 2 *Reg.* 5: 7. *Videte* כי מתאנה הוא לי *quod maturitatem ſibi captans ille mibi*: i. e. *maturam occaſionem me perdendi*. Eadem amplitudine *Jud.* 14: 4. *Neſciebant quod* תאנה *maturitatem quærebat ille ex Philiſtæis*; pro *maturam occaſionem ad eos gravi clade afficiendos*. Honeſte & verecunde *maturitas* poſita *Jer.* 2: 24. ubi ſimul reſpicitur ad *fervorem*, unde *maturitatis coctæ* notio ſuccrevit. At אני *claſſis navigationi deſtinata*, quæ *maturitatem* obſervat *temporis*. Ex eodem fonte *fervoris* alio canali defluxit quoque notio ד אנה *lugendi fervidius*, & cum *æſtu*. Hinc jam dubium nemini relictum, quin *Salomonis* genuina mens ſit, *non matureſcere ſinetur juſto ulla moleſtia*: non permittet juſtorum vindex, *ut ad ſummum gradum* & *fervorem maturitatis perveniat*. Si און pro *crimine*, & *iniquitate*, quis vellet, ne ſic quidem abhorrens foret, *non matureſcere ſinetur Juſto ulla Iniquitas*. Enimvero *tanget Juſtum*, ſed *maturitatem non attinget*; nec *mortis* eum *laqueis* denuo *implicabit*. Prius adhuc quidem malim. Reſpondet *cumulo* huic ſequens Colon. *Et improbi efferti caſſo*. רע *caſſum*, ſignat nunc *malum triſte*, nunc *turpe*. מלא *proprie* eſt *farciri*, ita *ut tendatur effertum*. Figuratiſſime, & per *Oxymoron* hic conceptum eſt, *effarciri caſſo*; ut *impleri inaniis* & *araneis*. Bifariam & hoc capias licet; ut vel ſit, *efferti ſunt omni malo miſero*: vel, *efferti ſunt omni malo turpi*; quod in illos, ut *dominium* inhibet, ita *ad ſummum* etiam *gradum maturitatis* plerumque pertingit.

Vſ. 23. Suſpicio incidit, quam promendam judicavi; non ſequendam tamen; niſi judicia meliora aliter decidant. Scilicet דעת *ſcientia* etiam notat *conſcientiam*, ut ſubmonui ſupra. Hinc oriretur, *Homo ſollers tegit conſcientiam* rei quæ ipſi credita, vel aliunde nota, *at cor elumbium proclamat* אולת *craſſitiem ſtolidam*: i. e. *delictum*, *culpamve*, *admiſſam* ab alio. אולת pro *culpa*, ac *delicto*, alibi etiam occurrit. Hic tamen plenius, & commodius, ipſius *elumbis craſſities ſtolida*, & *inepta*, intelligetur; cujus *præconem* ipſe *agat*; qui dum ſe *ſcium* facit, & ubique ingerit, deprehendatur *fatuus* eſſe *ſciolus*: dumque *cor* ſuum *oſtentare* cupit, & *ſapientiam* ſuam jactat, reperiatur *vecors*, ipſo *corde* illo, quod ſibi arrogat, *teſte* ac *præcone*. Contra, אדם ערום *homo ſollers*, & γυμνασθεὶς *ad* omnem *ſcientiam*, iſta in Palæſtra exercitatiſſimus & firmiſſimus, כסה דעת *tegit veſte* quaſi *injecta* ſuam *ſcientiam*, qua alios ex-

24 יד־חרוצים תמשול ורמיה תהיה למס׃

24 Manus acrium dominabitur: at relaxatio obnoxia erit tributo.

25 דאגה בלב איש ישחנה ודבר טוב ישמחנה׃

25 Anxietatem in corde viri, compressam dabit illam: & verbum bonum illam exhilarabit.

26 יתר מרעהו צדיק ודרך רשעים תתעם׃

26 Explorat pro compascuo suo justus: at via improborum eos facit obvagari *in deserto*.

27 לא

27 Non

excellit, ac præcurrit; neque eam unquam ostentat, sed *decenti* eandem *modestia* dum *velat*, *ornat*, ac *commendat*. Hoc per כסה דעת *ex ancipiti* consignatum autumem.

Vf. 24. Est in Fonte, quod nulla versio valeat assequi. חרוץ *acer*, est *acuminatus*, *acie secante vigens*. משל *Dominari* a *vi premente*, *imprimente*, *penetrante* ductum. רמיה *fraudulentia*, vel & cum יד connexum, *fraudulenta manus*, descendit a *laxitate remissa*, *quæ sibi aliisque fraudi sit*. Duplicatam potentiam ad *Cap.* 10: 4. adstructam reperies. מס *tributum*, a מסס *liquescere*, sic dictum quod *tributis exhauriantur* subditi, ac quasi *liquescant*. Pulcherrima sententia, in *Proverbii usum* missa, ad omne genus hominum, statuumque, se applicari patitur.

Vf. 25. Implicat *Syntaxis*; cujus leges non servat, quod hic exprimi solet; *Anxietas in corde viri deprimit illud: at verbum bonum illud lætificat.* Id fuisset תשחנו; nam דאגה *fœmin.* requirebat תשחה; & לב *masc.* הו. Hinc ansa porrecta *Rabbinis* ad hocce nobilius, *Anxietas in corde viri* si fuerit; *deprimat eam*; *& bono verbo eam exhilaret.* Non *succumbat* anxietati, sed eam *evincat*, si *vir* sit. Grande; sed non teres satis constructio. Succurrit: *Anxietas in corde*, *vir deprimet eam*, *& verbo bono hilarabit eam:* vel, *Anxietatem in corde*, *vir deprimet eam:* ex *Pleonasmo* solenni. Obstat tamen *Mackaph*, quod לב־איש *cor-viri* arctius nectit. Ergo sic forte, *Anxietatem in corde-viri*, *comprimet illam*; *cor ipsum*, scil. *viri cordati*; *& verbo bono illam hilarabit.* Sic ἀπὸ κοινοῦ resumtum לב־איש sententiam rotundaret. Si *Præpos.* ב ad דבר adesset, liquidior foret calculus. Possis itaque, *& verbum bonum illam hilarabit*, par est, ut *certa spes meliorum discutiat* istam *anxietatem turbidam*, *mentemque serenet.* Omnem concussi rudentem; nondum tamen ancoram jacere sustineo; & mihi quidem necdum liquere pronuncio.

Vf. 26. Non tutum satis, exploratumque, quod plurimi l. hinc exsculpunt. *Excellens est præ proximo suo justus; & via improborum eos facit oberrare.* Non justa *primo* antithesis: & hiant cola. *Secundo* rogem, quisnam *ille proximus*, vel *sodalis*? Respondebitur haud dubie, *non justus*, *impius*. At quid magnum, quid *Salomone* dignum, ut *justus injusto* dicatur præcellere? Scio, quo lumine & flumine Eloquentiæ id explicetur, coloretur, commendetur: sed manent scrupuli, quos obmovi. Connexionem tamen expedire conatus est eximius *Gataker*. *Justus*, *etiamsi id minus videatur*, *est tamen melioris conditionis*, *quam improbus*; *quippe qui sine sibi proposito nunquam excidat*, *aut frustretur: at improbus semper frustra est*, *& via ipsius erroribus eum perpetuis implicat.* Habes, quod magnis supplementis sit suffultum. יתר *præcellens* in *scopo attingendo*: & רע *proximus* pro *improbo*. His difficultatibus, puto, commoti alii, dederunt; *Abundans* copiis *præ proximo suo justus* &c. Sane יתר etiam valuit, *abundavit*, *omni abundantia polluit*; sed ne sic quidem nodi exemti: & nimis dilutum, תתעם *vagari facit eos*, (ut in vasto deserto,) exposuisse, *non sinit eos pervenire ad opulentiam.* Scopum Ill. feriisse videtur Cl. *Cocc.* ita convertens, *Explorato ducit proximum suum justus: at via improborum eos in errorem agit.* יתר non a יתר *excelluit*, sed in *fut. Hiphh.* verbi תור *exploravit*, locum castris metandis, aut domi-

27 Non ciebit remissio fraudulenta venationem suam: at opulentia hominis gravis, Acre.

27 לא יחרך רמיה צידו והון אדם יקר חרוץ׃

28 In

28 בארח

micilio figendo; ut *Num.* 10: 33. *Deut.* 1: 33. In *Hipbb.* quoque *Jud.* 1: 23. Alterum מרעהו non compositum ex מן & רע, sed simplex מרע *focius*, *Gen.* 26: 26. 2 *Sam.* 3: 8. *Prov.* 19: 7. Vides membra aptissime nexa per *Antitbesin* completam undique, ac cumulatam. Vides item רע *proximum*, in omni sua amplitudine. Sententia pleno se lumine cuivis ingerit, ac commendat, ut ne verbulum quidem addere necesse sit. Doct. *Gejer.* hanc vertendi rationem quoque aperiens, nec tamen ei fidens, vellet, *Explorat viam suam præ socio suo justus; at via improborum eos seducit.* Hoc est *justus anxie sollicitus est de sua* ipsius *via*, ne devius & præceps feratur more improborum. Nimis pressit illud מרעהו, quasi necessario sonaret *præ socio suo*; quum simplex מרע *focius* firmo nitatur talo. Quid? quod illud *præ socio suo* idem trahat incommodum; supplendum quippe *præ socio improbo & incauto.* In promtu, si compositio urgeatur, *pro socio suo; ob socium suum; de socio suo*; nam ad omnia hæc se præbet *præpositio* מן. Id adeo non incommodum, ut commodius quoque, & cumulatius, censeri queat. Certe התיר & תור cum *accusat.* constructum, infert *explorationem ipsius loci*, aut *personarum.* Sic existeret, *explorat socium suum*; quum intendatur *socio suo.* Hoc usitatius quidem לרעהו; sed completius מרעהו *de socio suo*; id est, *de via qua socius tutissime eat:* vel & *pro socio suo*, ejus *salutem curans*, eique *viam* istam, vasto in deserto seculi, *præire* ac *præmonstrare* gestiens; prout *Num.* 10: 33. habetur, לתור להם מנוחה *ad explorandum ipsis quietem*, atque illuc *præeundum instar fidelissimi ducis.* Item *Esecb.* 20: 6. *Ad terram quam* תרתי להם *exploraveram Ipsis*: quam *Exploratoris & Ducis fidi ritu præiveram*, ac *præmonstraram.* Sic luculentior adhuc oppositio existit inter יתר, *explorat* tanquam *per vastum desertum*, & תתעם *in vasto deserto facit obvagari.* Hoc *Job.* 12: 24. erat יתעם בתהו לא דרך *Vagari facit eos in vastitudine invia.* In תתעם *eos* referri solet ad *ipsos improbos*; sed exactius fuerit, tetretiusque, ut ad רע *proximos* aut *sodales* redeat, *collective*; qualem structuram supra habebamus, *Cap.* 11: 9. in *Gnome* assimili. Licet quoque latius adhuc; *Via improborum, & ipsos, & socios, in vasto deserto omnis vanitatis facit obvagari.*

VJ. 27. Non unus nodus. Implicat in priori membro verbum חרך semel modo occurrens. In posteriori, cum constructione ambigua ambiguitas vocabuli חרוץ. Ad prius יחרך mire, ut in talibus, variatum. Plurimi I. *Non assabit fraudulentia venationem suam.* Notio ista ex *Chald. Dial.* adscita, ubi חרך est *adurere.* Sensus hic. *Nibil* habebit *prædæ*, qua *fruatur*; vel, *præda & captura sua* non *perfruetur.* Vicinum II. *Non assabit desidia suam venationem*: i. e. *remisse ignavus nil prædæ assequetur.* Quæsite R. *Mosis Kimcbi* III. *Fraudulentus non aduret venationem suam*; hoc est, *non ustulabit avium* a se *captarum alas*, *quo minus aufugiant:* sed *omnis ejus captura avolabit.* Videbat nempe חרך *Cbald.* inferre *adustionem* potius, quam *assationem.* Non par tamen erat, ut propterea tam bellulum hocce de *aviculis* nobis conflaret. Adflavit hinc aliquid Doctiss. *Fullerum*, qui in *Miscellan. Sacr.* L. 6. c. 13. observat. חרכים *Cant.* 2: 9. notare *cancellos*, sive *clatbros fenestrarum.* Hos descendisse censet a themate חרך apud *Arabes* حرك *movit*, quasi *mobiles*, *versatiles*, *exemtiles.* Inde pro sede nostra IV. extundit, *non clatbrabit venationem suam.* i. e. *aves*, *ferasve*, *captas non includet in caveas clatbratas.* Nullam sibi prædam convehet. Subscribit *Gejer.* nec alienus inde *Guss.* qui, de suo quoque, ne parum liberalis esset, expromsit, vel *edere prædam*, vel *veru transfigere ad assandum*, vel *craticulæ clatbris simili imponere ad torrendum*; vel *appendere cla-*

28 בארח צדקה חיים ודרך נתיבה אל מות׃

28 In itinere Justitiæ vita: & via aggerata Immortalitas.

clavo ad fenestras, *ritu tropæi*. Hoc demum est, ex *ipsis visceribus textus eruere nativam cujusque verbi potentiam*. Talium fiducia *Dialectorum* impugnatur & repudiatur *auctoritas*. Quanto satius nil dare, quam talia dare. Nostra tandem V. symbola hæc esto; *non ciebit venationem suam manus remisse fraudulenta*; רמיה, *quæ per remissionem ignavam* & *languidam sibi* semper *fraudem facit*, atque *semet eludit*, *nihil* agens *strenue*, nihil *fida* illa & *firma opera*; qua vel *excitet venationem*, nedum ut *eam assequatur*. Hanc completissimam imaginem suggessit mihi vocabulum רמיה, cui opposita יד חרוצים *manus acrium Vs.* 24. hujusce *Cap.* & *Cap.* 10: 4. ubi pleniore formula habuimus כף רמיה *volam remisse fraudulentam*, item contrariam יד חרוצים *manui acrium*. Vidimus ibidem, simul allusum ad קשת רמיה *arcum remisse fraudulentum*, qui *semet frustretur* & *eludat*. Sentis jam, quid huc τὸ צידו adduxerit, & quanta venustate negetur רמיה *manum remisse fraudulentam* vel *ciere suam venationem*. Verbum حرك חרך apud *Arabes* est *movere*, *ciere*, *excitare*; κινεῖν, generatim; & specialius, *excitare prædam e cubili*, κινεῖν τὴν θήραν. Appositissima figura, in qua ציד *venatio*, etiam amplectitur *victum*, *commeatum*, *omne quo quis alitur* ac *sustinetur*. Notus usus; quem *Lexica* copiose præstabunt. Sic tandem idem enitet decus sententiæ, quod *Cap.* 10: 4. præcessit: atque ut ibi posterius colon subserebat, *at manus acrium opulentat*; ita & hic subnectitur; *at facultates hominis graves*, *acre*: hoc est, *gravis opulentia censenda*, *si quis habeat* τὸ חרוץ *acre*; absolute nunc positum, & complectens *acerrimam* cum *indolem*, tum *diligentiam* ac *sedulitatem*: quippe quod ad *magnas facultates*, & *opes*, provehere soleat. Huc collineabat etiam *Cocc.* dans, *at opes hominis pretiosæ*, *sedulitas*; itemque Nostri, *substantia autem hominis pretiosa*, *sedulo*: quasi לחרוץ. Omnino חרוץ est τὸ ὀξὺ, *acre*. הון יקר non male quidem *opulentia pretiosa*; sed quum *pretium* sub hoc themate a *gravi pondere* sit ductum, melius *gravem opulentiam* reddideris; quæ *Græcis* βαρὺς πλοῦτος, & βάρος πλούτου. Subesse præterea suspicor Oxymoron, quod genus in stylo sententioso acerrimum. Nempe הון *opulentia*, dicta a *facilitate levi*; ut *facultates* pro *opibus*, quasi *facilitates*. Hinc emergit *facilitas*, vel *levitas*, *gravis*, pro *opulentia gravi*. Posterius hocce interim in medio relictum esto.

Vs. 28. Aliquantulum moræ objiciunt extrema; sic reddita; *& via semitæ ejus*, *nonmors*; i. e. *non tendit ad mortem*; quin *morte vacat*. Videtur plenum, nec tamen est. *Primo* enim *via semitæ* aliquid minuti tinnit; nec digna satis *semita* Reginæ virtutum, *Justitiæ*; cujus *iter* in priori colo commendatum, ut *vita beata* relucens. *Secundo* non est in textu *semitæ ejus*; sed tantum *semitæ*, si נתיבה id notare statuatur. Ajunt quidem in voce ista neglectum nunc *Mappik*, quod *pronomini* ה inserendum fuisset: sed gratis, & *Analogia* invita. Hoc ipsum induxit Cl. *Cleric.* ut toto cœlo diversus abiret, seriem ita nectens, & efferens: *In via innocentiæ vita est*; *sed via semitæ ad mortem* ducit. Intelligit *semitam*, qua a *Regia via* Justitiæ *divertatur*, quæ & *trames*; ἀτραπὸς. Pro אל־מות *non mors*, aut *ne mors*, quæ plane sensu carere pronunciat, substituit *Præpos.* אל, ut sit, *ad mortem*. Sane & *Græci* ὁδοὶ ἢ πορεύονται εἰς θάνατον. *Latinus* item, *iter autem devium ducit ad mortem*; quin & *Chald.* ארח דעותנא לכותא *via perversi ad mortem*: ut proinde qui *Divæ Criticæ* se præ aliis litare credunt, huc magno consensu tendant. Accedit, quod sic *Antithesis* inter *Vitam* & *Mortem* exoriatur; quum *Masorethica* lectio idem modo repetat, aliter enunciatum, ne satis commode quidem, ut putant. Tantum turbelæ dedit ignorata *Origo* vocis נתיבה, quæ a Radice نتب נתב apud *Arabes* servata *eminuit*, designat *aggerem eminentem*. Facessat ergo tandem nimis diu tolerata illa *semita*. Facessat *via semitæ* qua nihil contortius, & cum dignitate Linguæ pugnantius. Fa-

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Verſ. 1 Filius ſapiens *eſt*, caſtigatus a patre: (caſtigatus patris:) at irriſor; non audivit increpationem.

2 Ex

Verſ. 1 בן חכם מוסר אב ולץ לא שמע גערה׃

2 מפרי

Faceſſat quam longiſſime infauſta mutatio, quæ excellentiſſimum nobis Lumen extinguit, & pro *Ne-mors* ſive *Immortalitas*, ſuggerit *ad mortem*. Vocabulum נתיב forma *Part. Paſſ.* ab *eminendo* valet *aggeratum*, ſignatque *viam altam*, *munitam*, *Regiam*; *Pſ.* 119: 35. & *Pſ.* 78: 50. Etiam *fœminine* venit *Jeſaj.* 43: 16. *Dans in mari* דרך *viam; & in aquis validis* נתיבה *aggeratam, eminentiſſime munitam.* Scandit oratio; quæ ad *ſemitam* ita ſidit, ut ferri nequeat. Eadem *gradatio* creſcens, *Thren.* 3: 9. *Obſepſit vias meas lapide cæſo; aggeratas meas diſtorſit.* Apparet ſimul, integram phraſin fuiſſe דרך נתיבה *viam aggeratam.* Eam *Syntaxin* hic obtinere ambigi nequit; nam *via aggeratæ*, non æque concinna, quamvis utcumque defendi poſſet, & in *viam aggeris* reſolvi, quæ *via* ſit *agger*. Hinc jam efflorescit magnificum hocce, *In itinere Juſtitiæ vita; & via aggerata, Immortalitas.* אל־מות *Non-Mors*, vel ſignantius, pro nativa indole אל *Ne-mors.* Splendida figuratio; qualis & *Prov.* 30: 31. מלך אל־קום עמו *Rex ne-ſtare cum eo*: i. e. *cui reſiſtere non eſt*; *Irreſiſtibilis; cujus tanta Majeſtas, ut id ne tentandum quidem ſit.* Similiter & hic; *Mors ne attentet:* quippe quæ ſit *ſacroſancta*, *inviolabilis*, *ſupra omnem mortis ictum poſita.* Ut autem in illo אל־קום *Ne-ſtare cum eo*, conſignatur veluti *Titulus* vere *Regius*, fronti *Regum*, ut ſic dicam, inſcriptus; ita & hoc in loco conceptum exiſtimem *Titulum viæ* hujus *Regiæ*, אל־מות *Ne-mors; Immortalitas Sacroſancta.* En geminum germanum *Jeſaj.* 35: 8. *Eritque ibi aggeratum, & via;* דרך הקדש *Via ſanctitatis Titulus indetur ei.*

AD CAPUT DECIMUM TERTIUM NOTÆ.

Vſ. 1. Non pertingit ad nervum Linguæ, & ſenſus, quod editur, *Filius ſapiens diſciplinam Patris* audit; *at irriſor non audit increpationem.* Non cavillabor ſupplementum prioris coli: ſed nego *filium ſapientem* vocari potuiſſe a *Salomone* eum, qui ſub *diſciplina* patris *ad ſapientiam* & *virtutem adhuc* formatur. Nego etiam לץ in graviore illo ſignificatu, quo infert *profanum contemtorem Numinis*, & *irriſorem Religionis publicum*, quadrare in *puerum*, quantumvis petulantem, protervumve. Ergo hoc voluit Noſter, hoc inculcatum ivit; *Filius ſapiens* exiſtet, *qui caſtigatur a patre: & irriſor* evadet, qui *non audivit increpationem matris.* Disjunguntur, more ſolenni, cola; & *bigas* efficiunt, quæ uno ſub jugo ita exiiſſent: *Filius ſapiens* fuerit, *caſtigatus patris matriſque: at irriſor;* qui

2 מפרי פי איש יאכל טוב ונפש בגדים חמס׃

3 נצר פיו שמר נפשו פשק שפתיו מחתה לו׃

4 מתאוה ואין נפשו עצל ונפש חרצים תדשן׃

5 דבר שקר ישנא צדיק ורשע יבאיש ויחפיר׃

6 צדקה

2 Ex fructu oris viri, comedet ubertatem; at spirans aviditas perfidorum, cruditatem.

3 Servans os suum, custodit animam suam: disrumpens labia sua dejectio atterens (frians) ei.

4 Concupiscit, & vacuitas! anima (appetitus) ipsius, tardatoris: at anima acrium opimabitur.

5 Verbum fuci odit justus: at improbus fœtorem spargit, & infamiam.

6 Ju-

qui *non audivit increpationem.* מוּסַר mihi est *Part. Hophh.* in *Regimine*, pro מוּסָר *disciplina affectus*, *castigatus*, unde pulchre, מוסר אב *castigatus patris*; quem pater crebro & serio castigavit. Licet quoque ad posterius illud *qui* omittas; rotundissima structura, *at irrisor*; non *audivit increpationem*: i. e. *qui vir* inter viros *factus*, *irrisorem Numinis agit*, & *contemtorem religionis*, *is* merito judicatur *sancta & severa caruisse disciplina*, *nec matris increpationem audivisse*: i. e. *a Matre nunquam fuisse increpitum*; sed contra *molli* ejus *indulgentia* esse *corruptum*. Hæc Oeconomia loci omnibus numeris absoluta. *Syntaxis* eadem omnibus Linguis contrita. Confer Cl. *de Dieu*.

Vs. 2. Duo hic non injucunda teneri velim. Primum טוב *bonum*, proprie esse *succosum*, *uber*, *uberi succo vigens*. Alterum, חמס *injuriam*, *violentiam*, ex Origine sonare ὠμότητα *cruditatem*. Addatur & hoc, נפש, directe, & ad literam *Allegoriæ*, jam non notare *animam*, vel *animum*, sed *appetitum edendi*, *spirantem aviditatem*, ut sæpe alibi, & mox *Vs.* 4. Ergo; *e fructu* פי־איש *oris viri*, *comedet* טוב *uber*, ipsamque adeo *ubertatem*; at *aviditas spirans* & *anhelans* illa *prævaricantium*, *cruditatem*, nempe *suam*, quam in alios exercet, *omni amaritudine* in auctores *redituram*.

Vs. 3. Vix operæ fuerit forte, quod verbulo monebo de lusu in vocabulis פשק & מחתה. Prius est *diducere cum ruptura*, vel *ad rupturam usque*. In *Pihhel* hinc *divaricare ad rupturam usque pedes*, ut *Esech.* 16: 25. Id animosius simul, simul invidiosius. Animose & hic; *disrumpens* veluti *labia sua*, *ea nimis pandendo*, מחתה לו *dejectio atterens aderit ei.* Nempe *disruptio* trahit *ruinam*, quam sequatur *dejectio*, qua quod *stabat* subito *conteritur*, atque *confriatur.* Hæc Origo verbi חתת; de qua supra plus vice simplici.

Vs. 4. Concisa simul & confarta constructio. Ea fraudi fuit quibusdam. *Cler.* pro *fæmin.* מִתְאַוָּה legendum censet מִתְאַוֶּה *masculin.* ut referatur ad עצל *piger*; atque ita reddatur, *concupiscens piger*, ואין נפשו *nec quicquam appetentia ejus* consequitur. Abnuit *Syntaxeos* fundatissima ratio, quæ postulat hunc in sensum ונפשו אין, *at appetentia ejus*, *vacuitas.* Crisi temperasse, melius fuerit. Constructio abruptior pondus affert. *Concupiscens*, *at vacuitas! anima illius*, *tardatoris.* נפשו עצל; *pleonasmo* aff. *ejus*, pro *anima*, i. e. *aviditas spirans* & *anhelans*, vel *appetentia avidissima tardatoris.* Singularem *Emphasin* addit ille Pleonasmus, & quasi digito commonstrat: ut *Num.* 24: 4. *Effatum Bileami* בנו בער *Filii illius*, *Beboris.* Talia passim occurrunt, & *Dialectus Syriaca* in hanc partem effusa. עצל *tardatorem*, *tardipedem*, a *crure intorto* nomen traxisse, supra ostensum ad *Cap.* 10: 26. Ei oppositus חרוץ *acer.* Confer *Cap.* 12: 24. 27.

Vs. 5. Latet aliquid in interiore sinu Linguæ,

6 Justitiæ rigor servat integritatem viæ: at improbitas lubricat lapsationem.

6 צדקה תצר תם דרך ורשעה תסלף חטאת:

7 Est

7 יש

guæ, quod eruere arduum est. Verba הבאיש & החפיר, vel *transitive* accipiuntur, vel *intransitive*. Ex *priore usu* plurimi, non uno tamen calculo. Etenim sunt 1. qui *fœtere facit & pudere*, trahant ad *alios*, quos *improbus* mendax *contagione* sua *corripiat* & *corrumpat*. Sunt 2. qui referant ad *mendacia* & *calumnias*, quibus *improbus* aliorum *famam conspurcare gestiat*. Concinne satis 3. & sententiose *Cocc. Putorem & pudorem facit Improbus.* Reducit ad *putida*, & *pudenda*, quæ per falsos Doctores in Ecclesiam inducuntur. Concinne etiam *Belgæ* nostri 4. *improbus semet fœtidum facit, & pudore confundit*; scilicet illo *mentiendi* fœdissimo *habitu*, propter quem *atro carbone* ab omnibus notetur. Duo posteriora palmam ferunt, atque accedunt ad *usum* illum *intransitivum*, quem secuti alii, maluere, *at improbus fœtet, & pudesit.* Sane הבאיש in *Hiphh.* per *fœtere* redditum, resolvi debet in *se fœtidum fecit*: ut *Ps.* 38: 6. הבאישו נמקו חבורתי *se fœtidas fecerunt, & purulenta tabe crepuerunt lividæ meæ plagæ.* Possis etiam, *fœtorem ebullierunt.* Pariliter 1 *Sam.* 27: 12. הבאיש הבאיש *omnino fœtidissimum se fecit in populo.* Alterum quoque החפיר *intransitive* redditum per *erubescere*, *pudore confundi*, ita resolvitur; *semet confodere*, vel *configere*: ut *Jesaj.* 54: 4. לא תבושי ולא תחפירי *non perplexa fies, neque temet configes* quasi *confusione*: ita emergeret quod parum, aut nihil, differt a *Belgarum* palmario illo, quod *num.* 4. visum: *at improbus fœtorem ebulliet; seque configet*: i. e. omni *infamia* ipse *semet onerabit.* Atque hic quidem pedem figere possemus, si id sonat, quod sonare creditur prius hocce, *verbum fuci odit justus.* Sed expendi velim, an non dilutiuscule exeat, *Justus odit verbum mendacii*, pro *neutiquam mendax est*; *mendacia sibi nulla permittit.* Laudabilis enimvero character: sed vide an non laudabilius futurum sit, *Justus odit verbum fuci*, quod *ore fucato* & *mendaci* ad aures ejus defertur; vel *quo calumniatores grassantur* adversus aliorum bonam famam. דבר שקר quadrat in *Calumniam*, *fuco illitam.* Hanc si *audiat justus*, non avidis eam auribus excipit, sed despuit, abominatur, atque procul facessere jubet. Id expressum per ישנא, ad *odium indignabundum* simul, simul *aversabundum.* Contra, *improbus*, talium avidissimus, יבאיש ויחפיר. Repeto דבר שקר *verbum fuci*, & *transitive* expono, *facit calumniam illam*, ad *instar sentinæ fœtorem* quaquaversum *spargere* & *exhalare*, *ad aliorum diffamationem.* Prius per יבאיש, posterius per יחפיר convenientissimis figuris expressum. In יבאיש præter generalem usum, nulli non obvium, in *facinore turpi*, *quo* quis *adspersus*, *reddatur fœtens* apud alios; ut *Exod.* 5: 21. *Gen.* 34: 30. 1 *Sam.* 13: 4. 1 *Chron.* 19: 6. & alibi; pressiorem adhuc alterum specto, quo valeat, *facit effervescere, & ebullire cum fœtore* illud דבר שקר *verbum fuci.* Sic *Eccles.* 10: 1. sive reddas *Musca mortua* יבאיש יביע *effervescere facit cum fœtore*, & *ebullire Balsamum seplasiarii*: sive, *Balsamum effervescere facit cum fœtore*, & *ebullire muscas mortis.* i. e. quæ *mortiferum* gerant *aculeum*, *pestilentes.* Innuitur, *improbum calumnias*, quas *avida aure* combibit, *venenare* de suo, atque *camino*, quod dicitur, *oleum* addere; & ex *pusculo* efficere *tabum fœtidissimum.* Iterum יחפיר non simpliciter sonat, *facit pudore confundi*; sed *efficit ut* דבר שקר *verbum fuci graviore* adhuc *aculeo configat*; dum *calumniam* istam, tanquam *sicam*, ubique vibrat ac circumfert.

Vs. 6. Splendidissimum lumen, quod fulgere non potuit, ob ignoratas *Origines* verborum סלף & חטאת. Prius jam attingere cœpi ad *Prov.* 11: 4. monuique fluctuari in genuina notione figenda, nedum ut de *primigenia virtute* constet. Receptissimum in Lexicis *pervertere*, unde plurimi I. hic edidere *Et improbitas pervertit peccatum*; i. e. *peccatorem*, sive איש חטאת *virum peccati.* Expeditius & elegantius II. *Cocc. Improbitatem*

7 יש מתעשר ואין כל מתרושש והון רב :

7 Eſt qui divitem ſe facit; & vacuitas omnis rei : eſt qui pauperrimum agit; (pannoſum) & opulentia ſpiſſa eſt.

8 כפר

8 Re-

tem intricat peccatum: in *labyrinthum* videlicet *agens improbos*, *ut neſciant quo vadant*. Ita in *Commentar*. At in *Lexico* maluit, *improbitas intricat peccatum*, hoc eſt, *ab uno peccato in aliud trudit*. Utrumque eundem fere ſenſum fundit. Sed *intricandi* illam notionem ſolum acumen excudit, anſa ſumta ex *Gloſſa Rabbinica* עוּת *pervertit*, quod vertere maluit *contorſit*; ut inde exſculperet *intricavit*, atque *in labyrinthos inexplicabiles conjecit*. Dignus magno ingenio conatus; cui loca ſic ſatis reſpondent, ſi *ſecundariam* tantum *poteſtatem* ſpectemus: ſin autem *primariam* quæramus, nec ſatis fundata eſt illa vis, apud *Latinos* a *tricis*, i. e. *minutis pilis* aſſumta, nec locorum *emphaſin* adimplet. Genuinam verbi indolem recludit, & reponit, *Dialectus Arabum*, ubi سلف eſt *lubricare*, *glabrare*; vel preſſius adhuc, *ungendo glabrum reddere*, aut *lubricum*: uſu *intranſitivo* per omnia hæc ſimul admiſſo. Nil illuſtrius, pleniusque, ad omnem verbi noſtri ſedem. *Exod*. 23: 8. *Munus occæcat oculos acutiſſimorum*; (פקחים quibus *oculorum lumina extuberant* veluti) & דברי צדיקים *verba juſtorum* מסלף *pervertit*, vulgo; *intricat*, ſubſtituit *Cocc*. ut & *Cler*. *perplexa reddit*. Alii *detorquet*, *proſternit*, *ſupplantat*. LXX λυμαίνεται ῥήματα δικαίων, *corrumpit verba juſtorum*. Eſſe in his omnibus, quod utcumque reſpondeat, quis neget? ſed quis jam dicat, quænam ſit *nativa* illa *vis* & *proprietas*, unde gravis dicti aculeus ille, quem quivis hic ſubeſſe ſentit, dependeat. Dicent noſtri *Arabes*, *fidi* veteris Linguæ *condi promi*; atque ſuggerent nobis belliſſimum hocce, & aculeatiſſimum, *Munus unguendo lubricat verba recto-rigidorum*. Qui videbantur *inflexibiles* in *rigore juſti & veri*, *muneribus uncti*, *remolleſcunt*, & *verba ſua lubricant*. Recurrit *Deut*. 16: 19. Graviter quoque *Job*. 12: 19. ubi *Oxymori* pondus adjectum; ut ibi declaratum. Reliqua exempla in *Libro Proverbiorum* tantum reperiunda; quod indicium eſt *figurationis ſublimioris*. Talem dabit *Cap*. 15: 4. in *glabra lubricatione Linguæ*: itemque *verborum*, *Cap*. 22: 12. quæ ibidem explanabuntur: ut & *Cap*. 19: 3. *appactio ſtolida hominis* תסלף דרכו *glabrat lubricatve viam ejus*. Eademque luce, ac gratia, *Cap*. 21: 12. *Lubricans improbitates ad malum*: ſed & his ſua cura reddetur. Finem facio in ſententia noſtra, ſignantiſſima ſane, quam ſic III. effero: & *improbitas lubricat peccatum*. Antitheſis omnibus numeris perfecta. צדקה *Juſtitia*, ſive, *rigor-recti ſervat integrum viæ*, vel potius, *integritatem viæ*, quo minus *offendatur*, aut *ulla in re impingatur*: at *improbitas*, *turbulentia* cupiditatis, ad omne *peccatum impellit*, idque *velut lubricat*, ut *mens* ſemel *impulſa* magis magisque *præcipitetur*, peccato alio aliud trahente, ac trudente. Hic verus loci adſpectus, quem luminabit adjectus hicce radiolus, ex *Origine* ℣ חטא in *lapſando* ſita, & *improbitas lubricat lapſationem*. A *lapſatione* in *lubrico*, *ſecundaria* ſuccrevit vis *peccati*. Verbum non addo.

Vſ. 7. Verba plana; ſenſus non æque promtus. Plurimus calculus refert I. hinc ad *glorioſos vanoſque*, qui *divitias oſtentent*, quum ſint *pauperrimi*: illinc ad *vere divites*, & הון רב *opulentia ſpiſſa præditos*, qui tamen videantur *inopes*, iſtam ſuam *opulentiam* modeſtia, & frugalitate, *occultantes*. Erectius II. quod *J. Bruinio* viſum, pertinere ad *opulentum avarum*, qui dum *ſeſe divitem* imaginatur, revera pauperrimus eſt mortalium: contra, *inopem*, *ſua ſorte contentum*, *magnam opulentiam poſſidere*. Sic התעשר valebit *ſpeciem præbere* divitis, & התרושש *ſpeciem præbere pauperis*; quod cum indole Linguæ æque conjunctum, ac præcedens illud. Et hoc interim reſtrictius, quam par eſt: nam III. *ſpeciem præbere divitis*, quadrat in *omnes opulentos*, etiam *profuſos*, ac *ſplendidos*; quorum *cupiditas* quo copioſius hauſerit, quin & exhauſerit, eo ardentius ſitiat, ut de iis dici poſſit, & debeat, אין כל *vacuitas omnis*

8 Redemtio animæ viri, opulentia ejus: at pannofus non audivit increpationem.

8 כפר נפש איש עשרו ורש לא שמע גערה :

9 Lux juftorum læte enitefcet; at lucerna improborum extinguetur nigrefcens.

9 אור צדיקים ישמח ונר רשעים ידעך :

10 Tan-

10 רק

nis rei; quum *omnia deeffe ei*, qui *omnia infatiabiliter concupifcit*, jure merito pronunciari poffit. Item *fpeciem præbere pauperis*, pulchre convenit *homini extus* quidem *inopi*, fed *intus diviti*, & *veram opulentiam poffidenti*: quæ nulla alia *Salomoni* effe potuit, quam *virtus*, & *juftitia*, earundemque *immortalia decora*, atque *ornamenta*. Hic pedem figo. Si cui altius lubeat fcandere, promta fuerit *Allegorica* IV. applicatio; *Eft qui fe divitem faciat* virtute, juftitiaque omni, *bona hæcce* per Philautiam fibi *arrogans*, eademque *oftentans*; quum tamen *vacuitas* fit *omnium*. Et *eft qui fe pauperem facit*, cum *fincero ftudio virtutis* & *juftitiæ*, longe tamen fe infra *Legis perfectionem* fubfiftere & fubfidere agnofcens; *cui* הון רב *opulentia fpiffa* competat, quatenus *Deus fuperbis refiftit*, *demiffis* autem *Gratiam largitur*.

Vf. 8. Intricatum, ac perplexabile. Redditur I. *Redemtio animæ hominis*, *opulentia ejus*: *at pauper non audit increpationem.* Id varias patitur *Gloffas*. Plurimis placet 1. *Dives obnoxius eft periculis* & *vexationibus*, & fæpe cogitur *vitam opibus redimere*; at *pauper* nullo periculo, *nullis obnoxius* eft *vexationibus*. Sic innueretur, *Divitias* fæpe *malum* attrahere; & *paupertatem id* faltem *boni afferre*, quod *vitam* reddat *fecuriorem*. Magnus locus, fæpe tactus a *Tragicis* veterum, & *Philofophis*, fed quem hic attingi, haud adducor. Non multum hinc abeunt 2. qui pro fpeciminibus hujus dicti fubjiciunt, vel, *in crimine deprenfum divitem*, *vitam mulcta redimere*, aut, *pecunia judices corrumpere*; vel, *a latronibus captum numerata pecunia dimitti.* Contra, *pauperem ab his omnibus intactum*, atque *immunem* vivere. Sic גערה *increpatio* effet *metus* qui *increpet*, & *terrorem incutiat.* Diverfiffimo fenfu *Job. Bruinius*, in *Commentariolo Belgico*, fufpicatur 3. prius colon cum *irrifione* enunciatum, in *divites avaros* illius temporis, qui *tali* quodam *dicto* fibimet plauferint; quosque hic *increpet* Sapiens; quæ *increpatio non feriat pauperem.* Ecquid aqua videtur hærere? Non pronius, limpidiusque, fluit, quod *Gejer.* 4. cum aliis hæc referat ad *commoda divitiarum* hinc; itemque *paupertatis* illinc; quatenus *id boni ad divitem* redundet, *a paupere id mali* avertatur, quod hic expreffum. Haud opiner ifta via veritatem unquam erutum iri poffe. Aggrediamur alia, fi forte II. quid exfculpere valeamus. גערה *increpatio* pro *admonitione fevera*, crebro occurrit. Sic *Vf.* 1. vidimus, *fannio*, *non audivit increpationem.* Item infra *Cap.* 17: 10. *Defcendet increpatio in Intelligentem.* Iterum *Ecclef.* 7: 5. *Bonum eft audire* גערת חכם *increpationem fapientis*: Elucet, *audire increpationem*: non effe id, quo collineabant fuperiora, fed vel *accipere*, vel *recipere acres admonitiones*, quæ *ad virtutem ftimulare* queant. Hinc jam fcintillula emicat, quæ majorem forte lucem dabit; adfulget enim nexus cum præcedenti *Vf.* valde aptus, ut videtur, opportunusque. Infinuatum ibi, *divitias*, *non ea effe* quæ *extus fulgent*, fed quæ *intus*; *virtutem*, *juftitiam*, *pietatem.* Hanc incudem ut graviore ictu tunderet, fubfumfit Sapiens, *Redemtio animæ hominis*, *opulentia ejus.* Hoc eft; *non opulentia cenfenda*, *evanida illa auri fpecies*, *quæ oculos præftringit mortalium*, fed *folidum illud*, quod *Sapientia* confert, quæ *Cap.* 8: 19. dixerat עשר וכבוד אתי *Divitiæ & Gloria mecum*; *Opulentia illibata*, *& Juftitia.* &c. addita & hac inftantia, להנחיל אהבי יש *ut hæreditario jure poffidere faciam Amatores meos folidum illud*; *& eorum thefauros effarciam.* Has *excellentiffimas Divitias* commendaverat *Cap.* 10: 3. & quidem eo nomine, *quod eripiant a morte.* Idem *Cap.* 11: 4. inculcatum ivit. Idem quoque nunc potentiffima formula videtur altius affigere voluiffe, præcedenti Gnomæ fubnectens, quod

10 רק בזדון יתן מצה ואת נועצים חכמה׃

10 Tantulum cum tumore dabit rixam acerrimam: at cum consultis frenatio.

11 הון מהבל ימעט וקבץ על יד ירבה׃

11 Opulentia ex vanitate, attenuatur; at colligens super manum, spissius cumulabit.

12 תוחלת

12 Spes

quod lumen ei & pondus addit; *Opulentia viri ea est, quæ sit* כפר נפש איש *Redemtio animæ viri:* quæ *eum a Morte valeat redimere;* מרדת שחת *ne descendat foveam;* quia per *Gratiam*, & in *Gratia*, possidet כפר *Lytron* illud, quod per *Fidem* comparatur; *Job.* 33: 24. Ex *Davidis* sanctissima disciplina hos sensus imbiberat, qui *Ps.* 49: 8. 9. 10. eandem veritatem magnifice exequitur, *Qui securi recumbunt in opes suas, & in spissitudine divitiarum suarum gloriantur; eorum quisquam Fratrem haud redimet; neque Deo dabit* כפרו *Lytron ejus. Nempe* פדיון נפשם *redemtio animæ eorum* יקר *prægravat; nulla talis opulentia id ponderis pretiique* attingat; *sed* חדל לעולם *flaccuit in æternum.* Qui *talibus divitiis gloriatur* מתעשר, ille vero vel maxime ריש *pauper* est, & *pannosus*, *qui non* שמע גערה *audivit increpationem; neque Sapientiæ ad veras divitias vocanti*, atque *acerrimum cohortationis suæ stimulum admoventi, paruerit.* Habes, quod explicationi prægressi *versiculi* ad *num.* III. exacte respondeat. Ad *Allegoricum* sensum, quem *num.* IV. attigi, se item illuc inclinanti præbebit, ut *opulentiam viri* faciat *Justitia Fidei*, in qua sola solidum *Lytron animæ* כפר נפש. Hac *justitia* qui destituitur, *quicquid sibi apud Deum arroget*, est & manet ריש *pannosus*, ac *laceris* tantum *vestitus*, quibus *nuditatem tegere* nequeat: quippe *qui non audiat increpationem*, neque se per *Sapientiæ penetrantissima monita absterreri* patiatur, *quo minus propriæ justitiæ confidat.*

Vs. 9. Artifice penicillo compendiose expressum, quod ampliore in tabella vivis coloribus depictum fuit *Cap.* 4: 18. 19. Quæ ibi deducta, huc transferri velim. אור hic est *lumen surgens*; quod admirabiliter dicitur *lætari*, id est, *lætius lætiusque enitescere:* ut contra *tristari*, *contristari*, de *lumine*, est *offuscari.* נר est *Lucerna*, *splendens* illa quidem *suis* quoque *radiis*, sed quæ dum *ardet*, & *fulget*, eo ipso *decrescat*, & *semet* sensim sine sensu *absumens*, tandem *tetro nigrore extinguatur*, quin *exulcetur* veluti; ac *funditus deleatur*, secundum nativam virtutem verbi דעך, quam ad *Job. Cap.* 6: 17. tetigi. Latissimam habet sententia ditionem; præcipua, haud dubie sublimior illa ad quam remisi. Sic aliquid cognationis, forte & connexionis, existit cum *Vs.* 7. 8. Id aliis arbitrandum trado.

Vs. 10. Pungit spinula in רק, *tantummodo*; unde I. multi, *Tantummodo in superbia dat* quis *rixam:* vel, *Tantum in contumacia datur jurgium;* quasi יתן *impersonaliter* esset positum. Sic mallem II. *Tantum in tumore fervido* quod *det rixam.* Tentatum III. a *Gejer.* vel a ריק *vanus cum tumore;* vel a רקק *levis cum superbia, dabit rixam.* Mentem subit IV. רק a רקק, proprie *tenue;* unde ad *tantummodo* deventum; quasi *tantulum, tantillum.* Expendatur hinc, *Tantulum cum tumore dabit rixam acrem;* nam מצה *crinium mutuam vulsionem* signat, ex *Origine.* Huc sequens *Colon* ita accommodari posset. *At cum consultis*, modestis, moderatis, consilio utentibus, *frenatio est;* sive *sapientia* tum *semet frenans*, tum *alios*, ne *in turpem rixam* prorumpatur. Sic idem illud emergit, quod *Cap.* 11: 2. *intrat fastus tumidus, & intrat contumelia*, (contumeliosa rixatio:) ואת צנועים חכמה *at cum modestis frenatio.* Pro eo hic substitutum ואת נועצים חכמה. Nempe צנועים *assciati modestia*, & *frenum audire sueti*, venuste nunc vocantur נועצים *qui recepere consilium*, & *moderamen*, *quo sese regant.* Sic *colon colo* respondet.

Vs. 11. Acumen in phrasi קבץ על יד *colligens super manu;* pro quo Codices nonnulli offerunt עד יד *usque ad manum.* Prius te-

12 Spes tracta effligit cor; at arbor vitæ desiderium veniens.

13 Qui raptat Verbum, oppignerabitur Ei: at qui reveretur Præceptum, ille remunerabitur.

14 Do-

12 תוחלת ממשכה מחלה לב ועץ חיים תאוה באה:

13 בז לדבר יחבל לו וירא מצוה הוא ישלם:

14 תורת

tenent plerique; indeque efficiunt, vel *sub manu; ad manum*, cum *quotidie* aliquid necessariis sumtibus *subtractum apponitur*, quod tandem *in summam* majorem *excrescat*: vel, *per manum*, id est, *laborem*, & *industriam indefessam*; ut supra יד חרוצים *manus acrium ditabit.* Id plenius respondet *opulentia ex vanitate*, ex *malis artibus*, ubi *non manus*, sed *fraus*, & *circumventio*, viget. In hanc mentem & עד יד *Coccejo* visum sonare, *quousque manus suppeditat*, quod est, *labor & industria pertingunt.* Jucundus sensus. Utraque lectio apta quoque *Paraphrasi Chaldaicæ*, quæ dedit, *Colligens ut largiatur pauperi.* Acute; nam יד *manus* frequentatur apud *Arabes* pro *liberalitate*, & *donis munificis.* Hoc in *Juvenilibus* illustrabam, & commendabam. Sic *super manum* potius reddendum foret, *largam* nempe illam, & *erogatricem*; ut inde confestim expromatur; non in *sacculum* condatur. Tutissima *nummorum arca*, *pauperes.* Id *Cap.* 11: 24. erat, *substantiam dispergens quis*, *cui adhuc congeratur.* Eodem tenderet עד יד *usque ad manum*, non ultra, quam ut continuo erogetur. Concinnum sub utroque *Oxymoron* sic exoriretur: nam *Colligere ut effundas*, non est *colligere*, sed *dissipare*; & tamen *dissipator hicce spissius aggessisse* tandem reperitur. Officit interim הון מהבל *opulentia ex vanitate*; & directius fuisset, *ex illiberali tenacitate.* Possem quidem, *opulentia propter vanitatem*, vel *præ vanitate*, *attenuabitur*, ut innuatur *luxus profusior*; cui *profusissima liberalitas* opponatur: sed id coactius forte. Palmam proinde ferat, *Colligens super manu*, vel *manum*; non sine singulari lepore, *ubi quicquid colligit*, *super manu industriosa & laboriosa veluti sustinetur*; ejusdem *vigori acerrimo* unice *debetur.* עד יד *ad manum usque* eundem quidem sensum refundere posset, non tam limpide tamen: ac proinde על eatenus præferendum.

Vs. 12. In תוחלת *lentorem*, indeque *lentiorem*, sive *tenaciorem*, *spem* inseVit *Origo.* Ei succinit ממשכה *tracta*, *protracta* tamen, ultra quam fieri posse, aut debere videbatur. Ea מחלה *effligens*, sive *atterens cor*, *plagis excoriantibus*, ad proprietatem verbi חלה *Tom.* I. *Originum* latius evictam. In תאוה באה *desiderium veniens*, *adveniens*, spectatur notio illa *veniendi* quæ adhibetur in *adventu desideratissimi* alicujus *Capitis*, cujus *præsentia flagrantissimis*, quin *publicis veluti votis*, expetebatur. Ita *Jesaj.* 60: 1. *Surgito*, *luceto*, כי בא אורך *nam venit Lux tua*, *& gloria Jehovæ super te exorta est.* Infeliciter nonnulli, *nam occiderat Lux tua.* Similiter *Jes.* 62: 11. *Dicite Zioni Ecce Salus tua* בא *venit.* Complura talia. *Arbor Vitæ*, in Proverbium missa, pro circumstantiis locisque accipienda est. *Cap.* 11: 30. habuimus, *Fructus Justi Arbor Vitæ*: q. d. *dulcore*, & *vigore*, *Paradisiaco præditus*; quin *immortalitatem spirans*; atque adeo *conferens.* Eadem & alibi amplitudo. Hic restrictius valet *Paradisiacam* quandam *suavitatem* ac *fruitionem* quasi; prout sane *vehementior cupiditas* in *possessione* rei cupitæ cuique *Paradisum* veluti pingit. Formula *Latina* erat, *immortalitatis instar censere.*

Vs. 13. Fluctus cooriuntur ad יחבל: nonnulla & ad ישלם fluctuatio. Prius quidem plerisque valet I. *Corrumpetur*, vel, *destruetur*: unde alii, *Contemnens verbum*, *corrumpetur ei*; i. e. *ob verbum spretui habitum*: alii, *destruetur sibi*; per *Pleonasmum.* Eodem *Pleonasmo* in *Comm.* II. *Cocc. Contumeliam faciens Sermoni*, *cruciatum feret*: nam *Themati* חבל etiam *dolor & cruciatus* subjectus. In *Lexico* dedit, *noxam feret*, (ζημιωθήσεται). Illuc fertur III. *Cler. damnum capiet*; quod ex *corrumpetur sibi* exsculpit. Nihil horum abludit a sensu, nec tamen eundem implet. Omnino לו.

14 תורת חכם מקור חיים לסור ממקשי
מות:

15 שכל טוב יתן חן ודרך בגדים
איתן:

16 כל

14 Doctrina sapientis scaturigo vitæ; ad recedendum a decipulis mortis.

15 Maturitas bona, dat gratiam; at via perfidorum, pertinacissime tensum.

16 Om-

לו non ad בז referendum, sed ad דבר *Verbum* per excellentiam, *verbum Dei*, *verbum revelationis*; cum *sanctissimis veritatibus*, ac *præceptis*. Hoc *violans*, & *profano corde*, *profano ore*, *raptans*, יחבל לו *oppignerabitur Ei.* Tritissimus usus *pignerationis*, sub hac Radice, ortus ab *illigatione vinculi bene obtorti*; ut *obligari* eadem *Metonymia* auctum; itemque *devinciri*, *obstringi*, alia. Sic infra *Cap.* 20: 16. & 27: 13. ne plura citem. Hinc gravis figuratio assumsit *pignerationem ad pœnam*; quam applicui *Job.* 34: 31. *Fero plagas*, pœnas, *nec* tamen *pigneratus eram*; non eram *iis sub pignore obstrictus*. Item *Neh.* 1: 7. חבל חבלנו לך *omni pignore Tibi obstricti tenemur ad pœnam.* Iterum *Mich.* 2: 10. *oppigneravit se & quidem pignore stringentissimo* terra ista, tot *criminibus polluta* & *onusta.* Regnat apud *Arabes* phrasis. In *Alcor. Sur.* 74: 41. كل نفس بما كسبت رهينة *omnis anima ob id, quod lucratur*, patrat, *oppignerata est.* In *Hamasa* vetus Poëta *Mutelammis*

الم تر ان المرء رهن منية ۞

An non cernis virum Morti pignus debere!

Id *Tauriz.* declarat *Morti ita esse oppigneratum, ut eam evadere nequeat.* Similiter رهين القبر *oppigneratus sepulcri.* Apud *Livium* extat *Corpora pœnæ pignoranda præbere.* Magnifice, tanquam sub *edicto*, enunciatum, *Raptans verbum*, *Ei oppignerabitur*, vel, *Semet Ei oppignerabit*, ad omnem illam execrationem subeundam, quæ contemtoribus Verbi ibidem denunciata. LXX nihil, aliquid vidit *Vulgat*: dans, *Qui detrabit alicui rei*, *ipse se in futurum obligat.* דבר non pro *verbo* sumsit, sed pro *re quacumque*; unde languor suffusus, ubi viguisset, *Qui detrabit Verbo; in futurum obligabit se illi.* Languidius quoque in *Vulgata* expressum posterius ישלם *in pace versabitur.* Idem tamen placitum *Rashio*, *Ab. Esræ*, *R. Levi*; atque e nostris *Jun. Cocc.* &c. Rectius, & erectius, qui *præmio adficietur*, *remunerabitur*, extulere. Omnes haud dubie huc concessissent, si in יחבל *oppigneratio ad pœnam* præluxisset, illa enim *retributionem præmii* ita ingerit, ut inde resiliri nequeat.

Vs. 15. Sensus in recessum abiens, quem non indagatum video. Recentiores ferme uno calculo, *Intelligentia bona dat gratiam; at via perfidorum dura*, vel *aspera.* Levicula mutatione *Cocc. Benevolentia dat gratiam; at via perfidorum*, *asperum.* Illud *dare gratiam*, per *conciliare* sibi *favorem* exponitur, ad quem pervenire nequeat *durus*, *asper*, *odiosus.* Divergit *Vulgata*, edens, *Doctrina bona dabit gratiam; in itinere contemtorum vorago.* Reliqui Veteres item longiuscule deflectunt. Mihi *dare gratiam* hic non est *eam sibi conciliare*; sed *erga alios exerere* & *exercere*; ut sit, *Maturitas bona exerit gratiam*; sese *præbet facilem* aliis, & *benignam*; callet *cedere*; callet *concedere*; in omnibus *characterem* exercet *maturitatis*, & *bonitatis* indicem. Cum ea excellentia indolis, e diametro pugnat *via perfidorum*, *in Legemque* caritatis *contumacium*, qui nesciunt quid sit חן *gratia*, *benignitas*, *ingenua liberalitas* ac *facilitas*; eandemque ut *imbecillitatem* exsibilant. *Horum via* est איתן *pertinacissime tensum*; omnibus *repugnans*, atque nec *cedens*, nec *concedens vel minimum.* Sic איתן explicandum, ostendi *Tom.* I. *Orig. Cap.* 8. ubi ad *perennem tenorem*, qui *remittere nescius*, a *Themate* وتن יתן, *proprietas* jam est reducta.

16 Omnis ſollers agit cum ſcientia: at elumbis pandit craſſitiem.

17 Legatus improbus arbitrum aget in malum; at internuncius multæ fidei, ſanator.

18 La-

16 כל ערום יעשה בדעת וכסיל יפרש אולת׃

17 מלאך רשע יפל ברע וציר אמונים מרפא׃

18 ריש

ℓta. Oſtenſum quoque ibidem, cum uſibus vocabuli in bonam partem vergentibus, etiam apud *Arabes* aſſervatam notionem *pertinaciæ*, ac *repugnantiæ contumacis*. Scilicet a *tenore perenni*, ſemperque *tenſo*, proniſſimus gradus ad *pertinaciam*; quum *pertinax*, ex *Origine*, ſit *valde tenax*: unde & in bonum apud Veteres potuit uſurpari. Illud איתן *pertinacius tenſum*, abruptiore *Syntaxi*, ut אכזרי *Cap.* 12: 10. *Commiſerationes improborum*, *crudele*; & *Vſ.* 27. *opulentia hominis gravis*, *acre*. חרוץ. Quid nervi ſubſit, ſentiunt quibus judicii nervus.

Vſ. 17. Non cohæret, quod hic datur: *Legatus improbus cadet in malum; at internuncius fidus ſanatio*, vel *ſanator*. Languidulum quoque, *cadet in malum*. Res & ratio exigunt, *Legatus improbus arbitrum aget in malum: at internuncius fideliſſimus*, *ſanator*. Fefellit verbum יפל, quod a נפל, in *fut. Kal*, eſt *cadet*; at a פלל in *fut. Niph.* valuit, *Arbitrum aget*. Iſta poteſtas ab omnibus agnoſcitur ſub ſpecie *Pihhel*, ubi פלל ſæpiuscule ſic proſtat: ut *Pſ.* 106: 30. *Eſech.* 16: 52. Notiſſimum quoque פליל pro *arbitro*; & פלילה ac פליליה pro *arbitrio*. Hinc ſpeciei נפלל olim haud dubie ſubjeℓtum fuit, *arbitrum agere*, *intervenire inter partes ad cauſam* ex bono & æquo *dirimendam*. De eo tam parum ambigi par eſt, quam de נשפט pariter in *Niphh.* frequentato pro *diſceptare*; נועץ pro *conſultare*, aliiſque ad hanc normam. Quod in *Lexicis* non compareat, id indicio eſt, ea multo defeℓtu laborare; neque in tuto ſtare, qui iſtis Fundis inſiſtunt. Admiſit tamen *Cocc.* formam נפלל ex *Eſech.* 28: 19. vertens ibi, *& judicabitur exanimatus in medio ejus*: quod omnes ferme, ad נפל reduℓtum, dederant, *Cadet confoſſus*. נפלל proprie eſt *ſecari*, & *ſeℓtorem* ac *deciſorem agere*; quaſi *ſecare ſibi*, vel *inter partes*. Hinc figuratiſſime conceptum, *& ſecabitur profanatus ad gladium in medio ejus*. Ancipiti acie valet illud *diſſecabitur*, quod hinc eſt *diſſecabitur medius*, illinc *judicabitur Gladio* quaſi *Arbitrante*: *arbitria* & *judicia exercente*. Iſtic loci *vis* mere *paſſiva*; heic *reciproca*, *ſecare ſibi*, atque ita *arbitrum agere*. Jam plana omnia, & limpida. Legatus *improbus*, turbulentus, turbatorque ſimul, יפל ברע *deciſorem aget in malum*, ad *mala* inter partes *miſcenda*, ad *vulnera* adfuſo veneno *fovenda*, ad *odia acerbanda*, ad *bella* denique *inflammanda*. Contra ציר אמונים *internuncius fidelitatum*, cui *fides veritaſque* cordi, eſt מרפא *ſanatio* aliis, aliis *medicina*. Non male: ſed *Sanator* forte melius quadrabit. Lingua utrumque admittit. ציר *internuncius*, *interpres*, *legatus*, illuſtri figura diℓtus quaſi *Cardo*. Sic *Cardines negotiorum*. Sed hæc alias.

Vſ. 18. Artificioſe pertexta ſeries. Citra dignitatem ejus ſubſiſtit, I. *paupertas & ignominia deferenti diſciplinam; at obſervans redargutionem*, *honorabitur*. Fortius quid ſonat *primo* פרע, *luxavit nexam confertamve ſeriem margaritarum*. Ei pulcherrime comparatur מוסר *diſciplina*, a *revinciendo* diℓta. Hoc ſupra aliquoties inſinuatum. Redeatur ad *Cap.* 1: 25. *Secundo* פורע pro לפורע minuit nervum, ſimulque minus firmum pro *Syntaxi*. Ea exigit, II. *Mendicitas* erit, *& inuſtio ignominiæ*, *luxans ſeriem* nexam *diſciplinæ*. Abſtraℓtum pro concreto. *Ipſa* fiet *mendicitas*, (pannoſa paupertas) *& ipſa ignominiæ inuſtio*: hoc eſt, *Mendiciſſimus* idem *ac notatiſſimus*. At שמר תוכחת *ſubſtriℓtius ſervans & obſervans redargutionem* יכבר *honorabitur*. Id, *tertio*, gemina pollet virtute, ex *ancipiti*, & *honorem* ferens, & *honorarium divitiarum*. Sic demum completur id, quod

men-

18 ריש וקלון פורע מוסר ושמר תוכחת יכבד :

19 תאוה נהיה תערב לנפש ותועבת כסילים סור מרע :

20 הלוך

18 Mendicitas & inustio notæ is qui dissipat lineam disciplinæ: at qui custodit redargutionem, gravis fiet opibus, honore.

19 Cupiditas sidere coacta, intus dulcescet animæ: at abominatio cælumbium, recedere a malô.

20 Am-

mendicitati & inustioni notæ e contrario obductum. Verbum כבד *gravis fuit*, partim *metonymice* valet, *honoratus fuit*, partim *copiosus & dives*. Utrumque complexus Cl. *Cler.* qui hic expressit, *ditatur & gloriam consequitur:* כבד *ditescere, copiosum fieri*, cum *honore, dignitate, gloria* simul, jam dedi ad *Jobi Cap.* 14: 21. Specialius adhuc כבד *honorare*, est *Honorario afficere:* ut *Jud.* 13: 17. & alibi. Si id subtilius judicetur, consisti poterit intra *graves opes honore & gloria cumulatas.*

VS. 19. Non aptissime conserta cola, quæ offerunt in Versionibus plurimis, *Cupiditas facta dulcescit animæ; at abominatio stolidorum recedere a malo.* תאוה נהיה sumitur, ut תאוה באה *cupiditas veniens, intrans*; paulo ante *VS.* 12. unde & *dulcescere* illustrari creditur. נהיה pro *fieri, effici, effectui dari* usus Linguæ non abnuit. Quid ergo? Nexus circumspicitur, nec expeditur. Nemo certe expeditum dixerit, quod ita potius intricatur: *Ut suave est animæ, desiderium quod efficitur;* ita *insuave* est, & *abominabile, stolido, recedere a malo.* Nodum ita extricare conatus *Cocc.* noster: *Discrimen ponitur inter probos, & improbos per quod fit, ut, quod suave est aliis, aliis fit amarum. Nempe quando hoc fit, quod Fideles cupiverunt, verbi causa, ut Sermonem Dei libere audiant, & a nemine probibeantur secundum Regulam incedere, id Rectis quidem suave atque jucundum est; at stolidis id injucundum, quia ipsorum abominatio est, recedere a malo. Nihil ipsis gravius resipiscentia.* Multa suppleri vides; quæ ne sic quidem rotunda. Alia via Cl. *Cler.* uno tenore ad *improbum* omnia referens: *Desiderium quod expletur dulce est animo;* ideo *abominatio est stultorum, recedere a malo.* Id ita declarat; *inter causas depravationis & pertinaciæ hominum hanc esse non ultimam, quod voluptati succumbatur; & quod affectibus obsistere, durum sit, ut contra indulsisse, dulce ac jucundum.* Filum sic satis acute deductum; quod magnis tamen incommodis gravatur. Quum exitus non daretur recto, obliquo eum tramite effringere tentarunt *Rabbini* quidam, quibus נהיה hic notare visum *frangi, infringi.* Ansa arrepta ex *Dan.* 2: 1. ubi שנתו נהיתה עליו tantum non omnes reddunt, *somnus ejus fractus est super ipso:* itemque *Dan.* 8: 27. נהייתי ונחליתי *fractus sum & infirmatus.* Adjecta ab aliis *Antiphrasis*, per quam *fractus*, valere possit *fractus & ad nihilum redactus* quasi. Mostellum in *Morboniam* eliminandum. Apparet interim ex gemino illo contextu, verbum נהיה alio quoque significatu auctum fuisse: atque inde non sine summa specie huc inductum; *Cupiditas fracta dulcescit animæ; at abominatio est stolidorum, recedere a malo.* Magnum, & nobile. *Cupiditatem fregisse, vicisse, domuisse*, multo *dulcius;* quam *eidem*, vel cum jucundissima fruitione, *succubuisse.* Id sentiunt, id sanciunt, viri fortes. *At elumbes*, ignavi, stolidi, *cupiditati reluctari nec possunt, nec volunt.* Horrent istam pugnam, & abhorrent. Ergo *voluptatum mancipia* omni *vera dulcedine* destituuntur; atque *evanida fruitiuncula* perpetuo & deluduntur, & detinentur. Latiuscule explanavi sententiam, ut in pleno die luceret, quod tam vivis radiis sese insinuat ac commendat. Eadem opera relucet, quam justa, quam completa, omnibusque numeris absoluta hinc oppositio exoriatur utriusque coli. Sub תאוה נהיה *Cupiditate fracta* vel maxime senties τὸ סור מרע *recedere a malo; atque illud*, quantumvis illiciat objecta fruitione suæ dulcedinis, *abominari.* Sub eadem persentiscas quoque *pectus virtute communitum;* quod blandissimam illam pestem valeat edomare. Hinc ansa data

R

20 Ambula cum solide compactis, & compactus esto: at qui pascit elumbes, infringetur.

21 Peccatores persequitur a tergo malum: at justos remunerat bonum.

22 Bonus hæreditatem cernere faciet filios filiorum; & reconditæ pro justo opes peccatoris.

23 Spis-

20 הלוך את חכמים וחכם ורעה כסילים ירוע :

21 חטאים תרדף רעה ואת צדיקים ישלם טוב :

22 טוב ינחיל בני בנים וצפון לצדיק חיל חוטא :

23 רב

ta subsumendi, *at abominatio Elumbium*, *recedere a malo*, atque *pulcherrimam* illam *victoriam*, cum *intima animæ dulcedine* conjunctam, reportare. Ista *intima dulcedo*, quæ *liquidissima voluptate sinus* & *recessus profundissimos animæ demulcet*, consignatur verbo תיערב, ex Origine δύω, ἐνδύω), *leniter subit*, *penetrat*, atque *insidit*. Jam eo res adducta, ut hunc adspectum tam celsum, tamque dignum Schola Virtutis ac Sapientiæ, unice intentum fuisse, asseverare liceat. Parum firma interim potestas illa ꝟ *frangi*, *infringi*, quæ ex היה *fuit*, *extitit*, nullis fidiculis extorqueri se patitur. Quid ergo? retexemusne nostram telam? immo vero eam ita pertextam dabo, ut novo adhuc lumine exornetur jucundissimi, ut sic dicam, subteminis. Ad *Cap.* 10. *Vs.* 3. supra demonstravi, היה indubitatam possidere Originem ꝟ *sidere*, *subsidere*; ἵζειν, & ἵζω. Inde *esse*, *existere*, per *metonymiam* adscitum. Alio canali *metonymiæ* idem ἵζω *sidere*, *subsidere*, se dedit, pro *viribus fractis exhaustum jacere*. Quam inde faciem induant loca *Danielis*; quorum prior sonat, *sidere factus est super eo somnus ejus*: alter, *& sidere factus sum*, *attritusque jacui*, ibidem declaratum. Ad hæc exempla nobis nunc emergit figuratio sane quam suavissima, *Cupiditas sidere facta*, ardore ejus per virtutem fracto, victo, compresso, extincto, *dulcescit animæ*, *intime in eam insidens*, cum voluptate serena, limpida, ineffabili; in qua nihil fæcis, quæ *dulcedinem* istam contaminet: qualis fæx voluptati vanæ & evanidæ semper inhæret, per quam efficitur ut,

medio de fonte leporum
Surgat amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

Vs. 20. Editur in Versionibus; *Qui ambulat cum sapientibus*, *sapiens fiet*; *at socius stolidorum conteretur.* Nil requiri posse videtur. Rotundius tamen fuerit: *Ambulans cum solide compactis*, *compingetur*, *& pascens elumbes infringetur.* Verbo חכם per *Originem* subjecta *vis compactionis solidissimæ.* Inde *Sapientia* per *metonymiam* succrevit: sensus idem, haud pœnitendo lumine tamen auctus. Sic ירוע *infringetur*, *conquassabitur*, directius quoque oppositum; etiam retulerim, ad *bonæ mentis ruinam*, quæ *gravissima* tandem *clade* cuncta *involvat*. Lusus *Paronomasiæ* in ירוע & רועה in oculos incurrit. Posterius vulgo redditur, *socius stultorum*; id rectius exiret, *compascens stultis.* Inde elegantius *Cocc. Qui pascitur stolidis*, in *Lex.* in *Comment. Qui se oblectat stolidis.* Istoc adspectu possis quoque, *pascens stolidos*; nam cum *accusat.* etiam construitur, ut *pascens stolidos* valeat, *iis semet oblectans*: vel *eorum sodalitio delectatus.* Est aliud adhuc. הולך & יחכם per *Crisin Masorethicam* obducuntur Textui, qui dat הלוך *ambula*, וחכם *& compingitor.* Id sententiosius, ni fallor. *Conversare cum solide compactis & compingitor: at pascens elumbes infringetur.* Prius *imperat*; posterius *imperiose promittit.* Genus, in *Proverbiis* regnans; atque sæpiuscule jam insinuatum.

Vs. 21. Languidior sententia, sic enunciata; *peccatores insectatur afflictio.* Nonnihil intenditur, *peccatores persequitur malum:* nisi quod quum de *malo pœnæ* tantum cogitetur a plurimis, iterum remissius exeat. Quidni? *malum quod patrant*; *crimina & scelera quibus se obstringunt.* Hæc *tergis*, hæc *cervicibus eorum* perpetuo *imminent*; quin *insident.*

23 רב אכל ניר ראשים ויש נספה בלא משפט׃

24 חושך שבטו שונא בנו ואהבו שחרו מוסר׃

25 צדיק אכל לשבע נפשו ובטן רשעים תחסר׃

23 Spissa copia cibi, novellatio pannosorum; & opulentia ipsa raditur, quum non est moderamen.

24 Substringens virgam suam, odit filium suum; at amans eum, invigilat ei disciplinam.

25 Justus comedens ad saturitatem animæ suæ; at venter improborum indigebit.

dent. Nempe *post equitem sedet atra cura.* Hunc *sessorem* nunquam *excutere* valent חטאים *reatu suo obstricti*, ac *prægravati.* Apud *Arabes* ردف רדף in genere *a tergo premere*, quod est *insequi*, *persequi.* Specialius adhuc ردف רדף *qui*, vel *quod post tergum alterius uni insidet equo.* Sic exoritur حقيبة *Mantica tergo inhærens & affixa:* quæ *figuram* præbet *criminum*, *scelerumque*, quorum *pœnæ oppetendæ.* Hanc vim non extra ditionem *Hebræam* adduci, liqueat ex *Thren.* 5: 5. על צוארנו נרדפנו *super cervicibus nostris insessores patimur.*

Ibid. Non circinatum, *& justis bonum remuneratur* Deus. *Cocc.* in *Lex.* tentavit, *& penes justum pensat bonum*; Deus. Insertio ista minuit vim, quæ affert, *& justos remunerabitur bonum*, nempe *suum illud, quod omni studio exercent.* Habent *præsentissimum* ejus *fructum:* ישלם cum *accusat.* etiam se construi patitur. *Ps.* 35: 12. ישלמוני רעה *Remunerantur me malum.* טוב *Bonum* & רעה *Malum* in casu recto erectius, & directius, consistunt. Verba תרדף & ישלם non in *futurum* tantum feruntur, sed vel maxime *præsens* consignant.

Vs. 23. Non e limpido fluit, *Multum cibi in agello pauperum; & est qui consumitur defectu judicii*; vel *juris*; vel *æquitatis.* Inde totidem fluxere explicationes quas non exequar. Rotunde *Cocc. Multitudo cibi novale pauperum* &c. i. e. *diligenter cultus agellus abunde cibum sufficiat pauperibus; quum alii* contra *consumuntur ob non observatum judicium.* Et quis ille? *pauperne*, an *Dives?* Video ad *Divitem* fere inclinari, & quidem vel *oppressorem*, vel *dissipatorem.* Ad postremum illum omnia traxit *J. Bruinius*, ita sensum evolvens: *per diligentiam pauperum*, i. e. *operarum*, *manus suas ad agricolutionem Diviti locantium*, *uberrimi quidem fructus reditusque convehuntur in borrea; moderate insumendi; attamen multi reperiuntur qui immoderate omnia absumant dissipentque.* ניר pro *aratione* ipsa, & *novellatione* sumsit, quod & alii fecere. Filum longius extractum, nec bene firmum. Mitto *Vulgat.* qui dedit, *in novalibus patrum*; tanquam a ראש *caput* familiæ. Mitto LXX cum *Syro* & *Arabe* nil sani dantes. *Chaldæum* quoque, qui oggessit, *multum cibi evenit pauperi; & est qui ad necem rapitur sine jure.* Scopæ dissolutæ. Omnia conclamatum locum arguunt. Ad sensum eruendum, adscisco hic signatiorem vim voculæ יש *substantia solida*, pro *opulentia gravissima.* Eam supra quoque habuimus. Sic exoritur *opulentissimus* qui obtendatur τοῖς ראשים *pannose pauperibus.* Horum tamen ניר *novellatio*, i. e. *labor diligentissimus quo tenuem*, si forte, *agellum colunt*, *sufficiet* ipsis *spissam cibi copiam:* at יש *ipsa opulentia quasi*, נספה *raditur*, *eraditur*, בלא משפט *in non-judicio.* Hoc capias licet, *ubi deficit moderamen; diligens & attenta administratio*; atque *per socordiam* & *luxuriam* omnia *diffluunt.* Licet quoque, ut *Prov.* 16: 8. *Melius pauxillulum in justitia; præ spissa copia proventuum* בלא משפט *sine jure* & *æquitate.* Sic emergit *opulentia per nefas corrasa*, quæ dicatur *eradenda.* Tale præcessit *Vs.* 11. De Themate ספה proprie *rasit*, adiſis *Origin. Tom.* I. *Cap.* 13.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Verſ. 1 Sapientes mulierum ædificant quæque ſuam domum: at craſſa ſtoliditas ſuismet manibus eam deſtruit.

2 Ambulans in rectitudine ſua, tremiſcit Jehovam; at tortuoſus viis ſuis, temnit eum.

3 In

Verſ. 1 חכמות נשים בנתה ביתה ואולת בידיה תהרסנו׃

2 הולך בישרו ירא יהוה ונלוז דרכיו בוזהו׃

3 בפי

Vſ. 2. Magna me ſuſpicio tenet, profundiorem hic ſenſum deliteſcere; quem ad *Vſ.* 16. enucleabo.

Vſ. 3. Bifariam capitur *Virga ſuperbiæ.* Plurimis eſt *ſuperbia virgam depoſcens*, & *pœnas datura.* Aliis *virga ſuperbiæ*, eſt *Lingua*, & quidem quæ loquatur ἐπιπληκτικὰ; & quæ tanquam *baculo feriat.* Huc calculum adjeci in *Obſerv. Philol.* adducto ſimili uſu, quo العصا עץ *baculus Linguam* apud *Arabes* figurat. Quum interim poſterius *colon* tendat ad *noxam* & *pœnam*, a qua *ſapientum labia* eos, ſub cauta ſubſtrictione, præſervent; prior illa facies excludi non poſſe videtur. Ergo *Virga* quidem alios *verberans*, ſed quæ tamen mox *reverberet ſuperbum*; atque *ſemet* vel maxime *damno* & *malo mulcaſſe* reperiatur.

Vſ. 4. Vocabulum אבוס aliis *præſepe*, aliis *borreum*; rectius per *aream* exponitur, ut jam obſervavit *Guſſ.* Nomen ei a *calcando*, *occulcando* inditum; quod eſt ابس. Jucunde figuratum אבוס בר *area pura*; *munda*; pro *vacua*; in quam *nullæ meſſes congeruntur* ad trituram. Infeliciter collatum a *Gejer.* בר לבב *Pſ.* 24: 4. & 73: 1. *Purus corde*, cujus *cor vacuum* a *quisquiliis ſcelerum.* Hæc δὶς διὰ πασῶν discordant. Felicius adducta *Amoſ.* 4: 6. נקיון שנים *puritas dentium*; in *ſummo cibi defectu.* Ad *mundiciem dentium*, quam oſtentent delicatuli, ſimul alluſum, dicere non auſim; nedum heic loci; quaſi *affectata* ſimul *mundicies* taxaretur. Ad *Jeſaj.* 3: 26. ubi habemus נקתה *emundata in terram deſidebit Hieroſolyma*; congeſſi exempla, quæ ſub his aliisque *ſynonymis puri*, *mundi*, *nitidi*, venuſtiorem huncce uſum *ſummæ vacuitatis* exprimant. Ex *Ciceron.* in *Verr.* ſuccurrit, *Siciliam everſam & exterſam reliquit.* Itemque *everrere* & *extergere omnia.* Facetiſſime L. 4. in *Verr.* Cap. 22. *Argentum purum omne appoſuit*, *ne purus ipſe relinqueretur*: hoc eſt, *argenteis ſuis vaſis ſigilla exemit ipſe*, *atque ita Verri appoſuit*, *ne ipſe a Verre ſpoliaretur.* De cetero non *Gnome* eſt, ſed veri nominis *adagium*, quod *Allegorico ſenſu* auctum, omnia amplectatur, ad quæ, cum neceſſariis adjumentis, intendendi nervi, opus exercendum, humeri jungendi, ut Res privata & publica conſtabiliatur: atque proſperitate & abundantia omni cumuletur.

Vſ. 5. Si non *Tautologum*, certe enervum, quod redditur: *Teſtis fidelis non mentitur*; & *loquitur mendacia teſtis falſus.* Quid *Gejer. Cartwrigt.* aliique ſubdiderint fulcri, apud eos videri malim. *Syntaxis* conciſior fraudi fuit. Inſerendum אשר utroque in membro; quæ multo cum vigore ac nervo ſic exibunt: *Teſtis veraciſſimus* qui *non mentietur*;

ad

3 בפי אויל חטר גאוה ושפתי חכמים תשמורם׃

3 In ore craſſi eſt virga ſuperbiæ; at labia ſapientum eos ſubſtricte cuſtodiunt.

4 באין אלפים אבוס בר ורב תבואות בכח שור׃

4 Quum nulli ſunt boves, area pura eſt; & ſpiſſa copia proventuum in robore tauri.

5 עד אמונים לא יכזב ויפיח כזבים עד שקר׃

5 Teſtis fideliſſimus, *qui* nunquam mentitur: at qui proflabit mendacia, teſtis falſitatis.

6 בקש לץ חכמה ואין ודעת לנבון נקל׃

6 Eruere conatur irriſor ſapientiam; & nulla ea; at ſcientia intelligenti, facile.

7 לך מנגד לאיש כסיל ובל ידעת שפתי דעת׃

7 Ito e regione ad virum elumbem; & nequaquam agnoſces labia ſcientiæ.

8 חכמת

8 So-

at qui *proflat mendacia*, *Teſtis falſus.* Senſus hic. Qui nunquam *mendax reperitur in hominum conſortio*, *ſed veritatem religioſe in magnis ac parvis juxta colit*; Is *in judicio veraciſſimus cenſebitur*: atque *nemini* unquam *ſuſpectus erit.* Contra; qui יפיח *proflabit mendacia*, atque *turpi bocce vitio ſe* quotidie *commaculabit inter homines*; Is ne *in judicio* quidem *fidem meretur*; ſed *falſi teſtimonii ſuſpicionem* apud omnes jure *movet.* Certe vel *injurato priori* potius credendum, quam *poſteriori jurato*; atque omnibus religionum nexibus inſtricto.

Vſ. 6. Abruptior *Syntaxis*, דעת נקל *Scientia*, *præfacile.* Talia erant *Cap.* 12: 12. אכזרי *miſerationes improborum*, *crudele*: & *Vſ.* 27. *Opulentia gravis*, *acre.* Item *Cap.* 13: 14. *Via perfidorum*, *præfractum.* Ejusdem eſt coloris, cujus, *Triſte lupus ſtabulis.* Apud *Arabas Adjectiva Comparat.* & *Superlat.* huic ſe ſtructuræ præbent: ut in *Hamaſ.* هم اعتى واظلم *illi*, *præfractius & iniquius*; id eſt, *multo præfractiſſimi*, & *iniquiſſimi.* In ואין aliud genus abrupti; nam valet, *& vacuitas!* quod per *nulla ea* reddendum.

Vſ. 7. Non ſatis revinctum, *abi e conſpectu ſtolidi*, *&* ubi *non agnoſcas labia Scientiæ*: Vel, *&* quem *non noſcas labia Scientiæ* habere. *Cler.* dedit, *abi e conſpectu ſtolidi; an non labia erudita noſti?* Non tuta *interrogatio* iſta. Contrario adſpectu Cl. *de Dieu*: *ito e regione ſtulti; & non deprebendes labia Scientiæ*: ut לך מנגד ל *acceſſum* ſignet, non *diſceſſum.* Subſcripſit *Guſſ.* in voce נגד. Animoſius *Cocc.* *Abi*, ut ſtes *coram ſtolido*; etenim *non obſervaſti labia Scientiæ.* Hoc eſt, *Faſtidis Euangelium*; ergo *abi & ſiſte te Papæ; vel alicui Fanatico; ut eum audias.* Mitto applicationem, & *Hypotheſin.* Conſtructio ipſa haud pœnitenda. מנגד *coram*, *e regione*, inferre poteſt *obſervantiam*; ut *ſtare ante faciem*, eſt *obſervare* tanquam *Dominum*, *ejusque juſſa capeſſere.* Sic habebimus; *qui non agnoſcis & obſervas labia Scientiæ*, ſed illam averſaris Magiſtram, *abi*, *ſiſte te ſtulto*, & *ſtultitiæ.* Aculeus vehemens. Huc tamen concedere non audeo. Offert ſe mihi, *Ito e regione ad elumbem*, כסיל *divitiis mollem*, *præfidentem*, *faſtoſum*; *& nequaquam agnoveris labia Scientiæ.* Hanc vim כסיל *ſæpe* ſubjici, ſuperius adſtruxi. Ita לך מנגד ל foret, *Eum propius accede*; *in eumque aciem defige*; *nil minus in eo agniturus es*, *quam labia Scientiæ.* A capite ad calcem *Fatuus* deprehendetur.

Vſ. 8.

8 Solida compactio ſollertis, *eſt*, diſcernere viam ſuam; at craſſities appacta elumbium, impulſio in fraudem *eſt*.

8 חכמת ערום הבין דרכו ואולת כסילים מרמה׃

9 Stolidis interpretem (conciliatorem,) agit delictum: at inter rectos gratia.

9 אוילים יליץ אשם ובין ישרים רצון׃

10 Cor novit amaritudinem ipſummet ſuam; & in lætitiam ejus non penetrat ſeſe alienus.

10 לב יודע מרת נפשו ובשמחתו לא יתערב זר׃

11 Do-

11 בית

Vſ. 8. Hæret aliquid. Vulgo; *Sapientia ſollertis* eſt, *intelligere viam ſuam: & ſtultitia ſtolidorum fraus* eſt. Hoc declaratur. *Sicut Sapientia dirigit viam hominis ſolertis; ita ſtultitia ſtolidorum occupata eſt circa fraudes & dolos, quibus perveniatur* ad *potentiam, opes, voluptates.* &c. In eundem ſenſum *Vatabl. ſtultitia autem ſtolidorum* eſt *dolum* intelligere: ἀπὸ κοινοῦ reſumto הבין. *Cocc.* in *Comm.* appoſuit, *Summum quod conſequuntur omni arte eſt, quod ſub Verbis Dei, & inter Ejus verba, loquantur mendacium* &c. מרמה *fraus* omnino hic directe ſonat *impulſionem ad lapſum.* Hoc oppoſitum הבין דרכו לד׳ *intelligere viam ſuam;* vel potius, *prudenter dirigere*, atque ab *offenſione* omni, & *lapſu ſolida* mentis *compactione*, & *ſapientia cavere.* Qui talem ſe præſtat eſt ערום *γυμνασθεὶς*, in *palæſtra virtutis* bene *firmus*, *ſolers*, expertiſſimus. כסילים *elumbes* contra, qui hac in palæſtra nunquam roborati, quum *craſſa* ſua *ſegnitie*, & *ignava appactione*, refugiant *viam ſuam intelligere*, & *prudenter diſcernere* ac *dirigere*, *in omnem fraudem, offenſionem, lapſum* perpetuo *implicantur.* Sic *appactio eorum*, *mera eſt* מרמה *impulſio in ruinam.* Huc collineaſſe videtur quoque *Cler.* ita edens: *Sapientia hominis cauti eſt prudenter viam ſuam inſtituere; verum fallax eſt inſanorum ſtultitia.* Recurrit ſimile *Vſ.* 15.

Vſ. 9. Incredibiliter variatum ad ſententiam acute profundam. Bona pars I. *ſtulti palliant*, vel *Quiſque ſtultorum palliat delictum, & inter rectos* eſt *benevolentia.* Struunt כסילים יליץ, pro יליצו, idque in *eorum quiſque* reſolvunt. הליץ *interpretari*, accipiunt pro *colore* & *ſpecie prætexere.* Eſt elegans; ſed nexus non æque ſpecioſus. Idem הליץ valet *irridere*, *illudere.* Inde placuit *Gejer.* aliiſque II. *ſtulti illudunt peccatum.* Eſt ipſis *luſus jocuſque.* Præiverat *Vulgata.* Sed nec hoc cohæret. Adjectum a *Gejer.* III. *ſtultos illudit peccatum;* quod explicat, *ludibrio eos exponit.* Quidni potius, *ludificatur; atque* in omnibus *fruſtratur?* Sed & hinc non ſatis juſta connexio. *Cocc.* IV. *ſtultorum* quiſque *irridet ſatisfactionem;* אשם *ſacrificium* illud *piaculare*, de quo *Jeſaj.* 53: 13. *R. Salomon* denique V. ne plura perſequar, *pro ſtultis intercedit mulcta;* ex eodem uſu *piaculi*: cum הליץ *interpretari*, pro *intercedere.* Hinc mihi ſubnaſcitur VI. *ſtultis interpretem agit delictum; at inter rectos Gratia;* vel *eſt;* vel potius ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *interpretem agit.* Omnes *æqui & recti*, *benevolentia*, ac *pietate*, tanquam *vinculo gratiæ*, *inter ſe devinciuntur.* Potentiſſima *conciliatrix proborum virtus*, cujus ſanctiſſimo amore flagrant, eodem *Spiritu* animati. Contra inter *elumbes*, & *vitiorum mollitiei deditos*, *conciliatorem agit* אשם *delictum*, per *delicti ſocietatem amicitiæ nexu arctiſſimo colligantur.* Tale quid obverſatum & *Jun.* ac *Trem.* qui dedere, *Stultos conciliat reatus; inter rectos autem quod acceptum eſt.* Ordo ergo hicce אשם יליץ כסילים; non לכסילים *pro ſtultis;* ſed in *quarto caſu*, quaſi את כסילים, quatenus הליץ prægnanti ſenſu valuit, *ut interpres conciliare.* Inde מליץ *Orator*, *Internuncius*, *In-*

11 בית רשעים ישמד ואהל ישרים
יפריח :

11 Domus improborum radendo everretur; at tentorium justorum germinabit.

12 יש דרך ישר לפני איש ואחריתה
דרכי מות :

12 Est via recta in conspectu viri, cujus extremum viæ mortis.

13 גם בשחק יכאב לב ואחריתה
שמחה תוגה :

13 Etiam in renidentia luret cor: & extremum ejus, lævigatæ lætitiæ, asperitas est scruposa.

14 מדרכיו ישבע סוג לב ומעליו איש
טוב :

14 De viis suis satiabitur disseptus corde; & de super semet vir bonus.

15 פתי

15 So-

Interpres, *Concillator*. Quomodo notiones tam diffidentes *interpretem agere*, *intercedendo conciliare*; itemque *illudere*, *ludificari*, *subsannare*; unum thema occupare potuerint, supra ex *Origine* liquidissima deductum.

Vf. 13. Vividi colores, dexterrime temperati. שחוק *Risus*, proprie *renidentia*, velut *æris politi*. Ita apud *Latinos* vultus *renidens*, *renidescens*, ab *ære renidescente* translatus. כאב *lugere*, *mærere*, ex *Origine* est *lurere*, *lurorem contrahere*. Hinc sub gravi *metaphora* ortæ *plagæ luridæ*, qua *corporis*, qua *cordis*. Indoles nativa verbi שמח adfert *lævigationem*, omni *nodo* & *asperitate* carentem: יגה contra *attritionem sanguinantem pedis*, *cordis*, ex *scruposa asperitate* oriundam. Tabella, qua nil completius ullus pinxerit penicillus. Aliquid etiam luminis & gratiæ confert densata *Syntaxis* in אחריתה *extremum ejus*, *lævigationis*, pro *extremum lævigationis*. Est, tanquam si digito notaretur *Lætitia*, simulque taxaretur, velut immemor secuturæ mox תוגה *afflictionis*. Tale habuimus *Cap.* 13: 4.

Vf. 14. Aliquid scrupuli in מעליו, atque adeo in tota sententia. Sunt I. quibus risit; *Ex viis suis satiatur aversus corde; at ab eo alienus est vir bonus*. Exponunt, *ad satietatem usque affectibus indulget*; quod *a viro bono longe alienissimum*. מעל istam vim *affectus alienati*, & *a re resilientis* sæpe quidem exerit; hic tamen languidius exit: & *satiari de viis suis* aliud exigit ad exemplum *Cap.* 1: 31. Hinc alii II. *De viis suis satiabitur aversus corde*; *& ex seje vir bonus*, id est, *ex suis* quoque *operibus*. Uterque *fructum comedet*, qui *viæ*, & *operi* conveniat. Fortius adhuc III. *Cocc.* *Et de eo*, *quod penes ipsum est*, *vir bonus*. מעליו sic valeret ad verbum *de super semet*; quod *non sit* ἀλλότριον *Luc.* 16: 12. *neque in alterius potestate*. Placet: lucetque satis, rejiculum esse, quod manus *Critica* huc ממעלליו *ex operibus suis* ingerere tentabat. Addo tantum IV. jucundum acumen captatum ex vocabulo טוב *bonus*; in Origine *Uber*: q. d. *Vir* טוב *uberi bonitatis succo gaudens* ישבע *satiabitur* מעליו *de super semet*; de *ipsa* illa *radice virtutis* omnis, qua viget; de *fructibusque* quibus *exuberat* in omne officium pietatis. Inculcatur, *quanta ubertas* resideat in titulo איש טוב *viri uberis*, si *Nomen*, & *Omen* simul, obtineatur. Ad סוג לב observo quoque, illud *aversus*, ex nativa indole *dissepionem* sonare. *Dissepire* grave verbum, pro *dirimere* tanquam *sepimento*; unde & *dissepimentum*. Hinc *Sen. Trag.* *Bene dissepti fœdera mundi traxit in unum Thessala Pinus*: i. e. *regiones maxime diversas*, & velut *fœdere mundi intersepiente aversas a seje in perpetuum*. Apparet סוג לב non simpliciter *aversum corde*, sed *refractarium*, signare, qui *dissepeus* quasi sit, *intervenientibus spinis*, quibus totus inhorret, a *bonitate*, *pietate*, *virtute abhorrens*. Hoc erat *Ps.* 53: 4. כלו סג *Omnis quiscumque ille*,

15 Socors credit omni verbo: at solers distincte attendit ad gressum suum.

16 Sapiens tremiscit, etiamsi recedat a malo: at elumbis transgressorem agit, & securus est.

19 Si-

15 פתי יאמין לכל דבר וערום יבין לאשרו׃

16 חכם ירא וסר מרע וכסיל מתעבר ובוטח׃

17 קצר

le, spinose dissepitus. A virtute *devius*, & *aversus* planissime. Ut hic, *Ps.* 44: 19. לא נסוג אחור לבנו *Non dissepitum fuit retrorsum cor nostrum.* Absolute iterum, *Ps.* 78: 57. יסוגו ויבגדו *Dissepti sunt*, vel *dissepserunt sese*, & *perfide egerunt, sicut Patres eorum; inversi sunt, ut arcus remisse fraudulentus.* Hinc altius adhuc *Originem* introspicere licebit: nam 2 *Sam.* 1: 22. occurrit, *Arcus Jonathanis* לא נשוג אחור, *non disseptus est retrorsum*, *sua nempe distorsione*, & *implicatione illa*, quæ efficiat *Arcum remisse fraudulentum*; adspectu quem descripsi ad *Prov.* 10: 4. Nempe illud *dissepiri* secundarium est, a *torta implicatione*, quæ est in סוג ساج; nec non וסג وشج, & وسج: quod *Hebræi* quoque *fundi* fuisse *Jesaj.* 59: 14. arguit, וְהֻסַּג אחור משפט & *dissepeum est retrorsum Judicium; atque Justitia stat e longinquo.* Vetus forma הֻסַּג pro הוּסַּג, *quasi implicatum dissepitur*, quominus *exire* queat in publicum. Nulla *Anomalia* suberit isti punctaturæ; neque in universum ulli, si modo *Lingua* vetustum jus, & regnum, recuperare finatur. Videre jam tandem ex hisce est, quam apposite dictum sit, *Disseptus cordis a viis suis satiabitur.* Nempe qui totus *spinis* suis *borret*, & a *bonitate* ac *virtute abhorret*, dum aliis *gravis* est, sibi multo *gravior* existit, atque sua sese malignitate vel maxime *compungit*, ac *discruciat*, in præsenti; *acerbiora* adhuc *experturus*; & *viis suis probe exsaturandus.*

Vs. 15. Leviusculum est, quod dabo; non tamen prætereundum duxi. In postremo membro manifesta *allusio* ad palæstram; *Solers intelliget gressum suum*; vel *prudenter adtendet ad gradum suum.* Sæpius se jam obtulit ערום proprie *γυμνωθεὶς*, *in palæstra nudari*, & *exerceri* solitus. Est ergo *solers*, & *firmus* tam ad *supplantandum*, ut *Gen.* 3: 1. quam ad *supplantationem* vitandam. Vides quorsum collineet, *intelligere*, vel *prudenter attendere gressum suum.* Eodem fertur יאמין *firmum*, & *securum censet omne verbum*: nam & hic *firmitas secura pedis*, & *gressus*, ex *Origine* sese offert. Redi ad *Vs.* 8.

Vs. 16. Minus planum, & promtum, quid velit מתעבר. Plerique exhibent, *Sapiens timet & recedit a malo: stolidus excandescit, & confidens est*: nempe *in eos qui a malo recedunt*, *atque inde revocant.* Alii, *transgreditur*, i. e. *recta pergit*, *nec a malo resilit.* Huc tendit *Vulgat. transsilit.* Itemque *Jun. Stultus infert se*, *adeo præfidens est.* Satis animose: ut התעבר valeat *transgressorem agere*, *audaces gressus inferendo.* Hoc cum בוטח *securus est*, tanquam *in plano*, pulchre consistit. Plerumque quidem התעבר est, *effervescere in iram*; ut עברה *effervescentiam iræ* designat, sed ambigi nequit quin latiorem tenuerit ditionem, qua secundum *Analogiam* a עבר *transgressus est*, valuerit *vehementer* & *frequenter transgredi*, quin & *egredi*: nam ipsum illud *effervescere*, *intumescere* instar *aquæ* extra ripam *egredientis*, inde subnatum. Hinc jam adstrictius, & erectius, mallem: *Sapiens timet*, *etiam recedens a malo; at elumbis transgressorem agit audacissimum*, & tamen *securus est*; sive *confidens.* Habes characteres signatos, & eminentes, quibus *Sapientes* & *vere pii*, ab *insipientibus* & *impiis* distinguantur. *Illi* intensissimo studio *vitium fugiunt*, virtutem colunt, sanctificationis opus urgent; & tamen *timent*; nihil sibi arrogant; sed *sacro* cum *tremore ad solium Gratiæ* accedunt; in eaque sola spes opesque Salutis suæ collocant. Hi e contrario, peccata peccatis cumulantes, Pacem sibi audacter promittunt; atque Securi in Bonitatem Dei recumbunt. Forte idem intentum *Vs.* 2. hujus *Cap.*

Vs. 17.

17 קצר אפים יעשה אולת ואיש מזמות ישנא׃

18 נחלו פתאים אולת וערומים יכתרו דעת׃

19 שחו

17 Curtus narium patrabit stolidam crassitiem; & easdem corrugare solitus, odiosissimus erit.

18 Hæreditario jure creverunt socordes stolidam crassitiem: at solertes coronamentum nectent scientiam.

19 Si-

Vs. 17. Ambigua notio vocabuli מזמה, quod *in malum* inclinat sæpe, nonnunquam & *in bonum.* Ad priorem usum plurimi I. *Promtus ad iram faciet stultitiam; & vir machinationum odio habebitur.* Intelligitur, pro filo, qui *vindictam meditatur*, ac *machinatur:* atque ad *unum* cuncta referuntur, omnium odio dignum. *Cler. duos* concipit; alterum *iracundum*, *qui faciat stultitiam*, *cui tamen non ægre ignoscatur*, *quod non ex nequitia oriatur*; alterum, *versutum iræ dissimulatorem*, & *ultionis cupidum*; hocce suo *odio* jure omnibus *odiosus.* Ex meliore usu II. *Jun.* & *Trem.* dedere, *Sed viro circumspectissimo est odio*; nempe *iracundus* ille. Cum torta *Syntaxi*, languor merus. Commodius alii, cum quibus *J. Bruinius* stat, *at vir prudentia præditus odio habebitur*; nempe ab *iracundis*; qualium fertilis copia. Sic duo orirentur characteres; *impotens, iram frenare nescius*; atque *iræ potens.* Id quidem sic satis se commendaret; sed haud placet illud assumtum; *ab iracundis odio habebitur:* nam ישנא absolute positum infert potius *odium bonorum* & *virtutis amantium.* Tentemus & nos III. aliquid. קצר אפים *promptus iræ*; inter flosculos est dictionis *figuratæ*, quæ proprie adfert, *Curtus narium.* Cui *indignatio*, aut *fastidium*, *nares* soleat *corrugare* quam promtissime, ut cum *Horat.* quique ad omnia *acuta nare* & *caperata fronte* utatur, ut cum *Auson.* aut ut cum *Pers.* loquar, *Uncis* qui *naribus indulget.* Est nativus character *fastidiose superbi*, ac propterea ad *iracundiam promtissimi:* ut contra ארך אפים *Longus vel Lentus narium*, pingit *mansuetissimum* & *iræ suæ potentem.* Vide *Vs.* 29. infra. Talis *impotens*, & *Curtus narium* יעשה אולת *faciet crassam stoliditatem* vel *stolidam crassitiem*, id est, *certo certius patrabit*, vel potius *patrare assolet* ubique locorum, ad *minima* quæque *iracundius effervescens*, atque *intolerantis superbiæ* indicia præbens. Nil *odiosius* in vita: ut hoc quidem genus *intolerans*, merito *intolerandum* pronuncietur, omniumque *odio dignissimum.* Hoc voluisse videtur Sapiens, quum subdidit, & איש מזמות *vir substrictionum odio habebitur.* זמם ut زم *proprie* est *religavit*, *substrinxit*, & quidem *capistro.* Inde per *metonymiam* exorta potestas *destinandi in animo*, *machinandi*, in *bonum*; in *malum* Eæ tamen non absolvunt omnem verbi ambitum, reperiesque apud *Golium*, præter تقدم *forti & audaci animo suscepit ac sustinuit*, in *bonum* ac *malum* juxta; etiam *sursum sustulit caput;* quod in Fontibus est זם ראשה زم رأسه. Adducitur a *Gjeubar.* in exemplum; *Rapuit lupus oviculam*, & *abiit* زامّا رأسه זומם ראשה *substringens caput suum*, i. e. رافعا *attollens cum fastu.* Item *sursum traxit protenditque nasum;* quod est زم بأنفه זם באנפה. Hoc *Gjeubar.* per تكبر *superbivit* declarat; quin & monet هو زام הוא זומם absolute usurpari pro tali *superbo*, qui *nasum substringere* soleat. Apponit & قوم زمّم *homines substricti*, pro شمّخ *alto naso superbientes:* sub exemplo

شدّاخة تقرع هام الزمّم

Diffringens ictus, *qui capita contundat nasos substringentium.*

 Hinc

19 Sidunt mali coram bonis: & improbi ſuper portis juſti.

20 Etiam ſodali ſuo odioſus fit, ad laceram veſtem redactus: at amatores divitis, ſpiſſi.

21 Contumelioſe raptans proximum ſuum, reatu tenetur: at qui miſeretur inopum, o beatitates illius!

22 An non vagantur tanquam in vaſto qui mâlum cudunt? & gratia ac veritas cudentibus bonum!

23 In

19 שחו רעים לפני טובים ורשעים על שערי צדיק:

20 גם לרעהו ישנא רש ואהבי עשיר רבים:

21 בז לרעהו חוטא ומחונן ענִיים אשריו:

22 הלוא יתעו חרשי רע וחסד ואמת חרשי טוב:

23 בכל

Hinc jam omnia conſentiunt, ac conſpirant in ſenſum quem Verſione expreſſi. Inſerui *eaſdem*, quod אפים *nares* ex præc. membro ultro ſubaudiantur. *Corrugare nares* malui, quam *ſubſtringere*, ut *Latinæ* auri ſervirem.

Vſ. 23. Gemmula *figuræ*; quam intercepit latens *Origo* vocum עצב & מותר. Hinc aliud dari non potuit, quam, *in omni dolore erit emolumentum; & verbum labiorum tantum ad egeſtatem.* Ille *dolor* explicatur per *laborem doloriferum*; ſed hoc nemini unquam in mentem fuiſſet, ſi *dolorem* iſtum a *nervo ſtringente* derivatum eſſe, conſtitiſſet. Hoc latè demonſtratum in *Opuſculo de Defect. Hodiernis.* Inde produxi, *in omni nervo; ſi adbibeatur totus nervus, ſi exeratur* τὸν θυμὸν *illud*, quod vocatur *nervos intendere:* tum erit מותר *emolumentum.* Recte pro *ſenſu*, non pro *lumine* dictionis Proverbialis, quod *nervationem* iterum ſiſtit, & quidem *vibrantiſſimam*, per quam *fortunarum copia*, *abundantia*, & *excellentia* elegantiſſime repræſentatur. Redeatur ad *Cap.* 2: 21. *Iſti* כל עצב *univerſitati nervi*, oppoſitum דבר שפתים *verbum labiorum*, quaſi dicas *largam fundi copiam*, ubi *manus poſcebantur:* ſive *inanem loquacitatem*, & *jactationem:* ut 2 *Reg.* 18: 20. Hoc אך למחסור *tantum ad raſum penuriam* perducit. Utrimque in מותר & מחסר ſummus gradus expreſſus.

Vſ. 24. Nil habet quo ſe ſuſtineat, commendetve, vulgare illud, *Corona Sapientum opulentia eorum, at ſtultitia ſtolidorum ſtultitia.* Donetur, quod tamen nemo hic expectaſſet, popularius forte elatum *ſemper ſtultitia manet ſtultitia*; ubi *Antitheſis?* quæritur: ſed num reperta ſit, ipſe arbitrator. Eſt qui *ſtultitia nil niſi ſtultitia* 1. ita nectat, *nemini ornamento eſt, ſed tantum dedecori.* Proh! Eſt qui ita 2. *ſtultitia ſtolidorum* caduca ſeculi bona quærentium, quin & acquirentium, *manet ſtultitia, nec unquam illæ fortunæ coronam ejus efficiunt.* Sic omne id quod requirebatur, largiter infulcitur. *J. Bruin.* 3. extudit, *ſtultitia ſtolidorum tanta eſt, ut ſibi eam ducant ſpecioſiſſimam.* Idem 4. acumen intendens dicam, an fatigans? ſic mallet: *Divitiæ Sapientibus in præmium honeſtum conceduntur a Deo; ſtultitia ſtolidorum item, quod in ea ſibi placeant, coronatur ſtultitia.* Mitto alia; nam vel hinc cernas, quicquid jaculentur bona ingenia, ἀλλὸν βέλος ἐκ ἀγαν χειρὸς; ut *Ab. Eſra* prudenter monuiſſe reperiatur, אולת שאין כמהו *hocce Ivveleth nuſpiam alibi ita occurrit.* In *Animadvſ. Philol.* jam monui, prius אולת hic reddi poſſe per *principatum*, nexu haud pœnitendo; *at principatus ſtolidorum, ſtultitia.* Quum *ſtolidi principem locum* occuparunt, tum *ſtultitia eorum* magis *adbuc pateſcit. Eminentes fortunæ ſtultitiam faciunt eminere.* Ergo *Opes Sapientes deſiderant, qui iſta ſua ornamenta ipſi poſſunt ornare.* עטרת *corona* jam non *præmium* adeo, ſed magis *decus*, quod & ipſi decorent; quum *opulentiam* uſibus juſtis ſanctisque dicantes, oſtendunt *eam* ſolos *ſapientes decere:* ut contra *nil minus ſedet*, & qua-

23 בכל עצב יהיה מותר ודבר שפתים
אך למחסור :

24 עטרת חכמים עשרם אולת כסילים
אולת :

25 מציל נפשות עד אמת ויפח כזבים
מרמה :

23 In universitate nervi intensi, erit nervatio; at verbum labiorum tantummodo ad rasam indigentiam.

24 Corona sapientum divitiæ eorum: crassa opulentia elumbium crassities.

25 Eripit animas testis veritatis; at qui mendacia spirat, impulsio in fraudem *est*.

quadret τοῖς כסילים *mollitie elumbi infractis*, quam *opulentia*; quippe quibus *stolidæ luxuriæ pabulum sit*, & *instrumentum*. Huc collineare hasce nostras *Gnomas*, ambigi nequit. Id emergit, si prius אולת per *principatum* reddatur. Quæ hunc in sensum juvenis conabar, maturiora jam dabo; atque sub jucunda lucis accessione, omni dubitationi eximam. Thema אול *secundariam* vim *stultitiæ* adscivit, ab *appactum esse*, & *crassitie concretum*: idemque valet quod παχύνεσθ. Illud παχὺς *crassus* apud *Græcos* frequentatur pro *stolido*, *stupido*, *hebeti*, unde *Hesych.* παχύνοοι, παχυνοῦν τὸν ἔχοντες. ἀνόητοι. Apud *Hebræos* אויל pro *stolido* eadem *metonymica* nota percussum. Itemque אולת *stoliditas* ex *Origine* sonat *crassities*, ut παχύτης. De talibus dubitare, nec decet, nec licet. Idem παχὺς est *Dives*, *opulentus*; ut apud *Herod.* L. 5. *Sect.* 77. Οἱ παχέες *opulentiores Eubœorum*. Iterum L. 7. *Sect.* 91. Αἰγινητέων δὲ οἱ παχέες *Æginetarum crassi*, i. e. *Divites*, vel, quod in *Versione* expressum video, *Proceres*. Adde L. 7. *Sect.* 156. &c. Apud *Æschyl.* *Sept. ad Theb.* 777. gravissime ὄλβος ἄγαν παχυνθεὶς *opulentia valde crassescens*; & tanquam *opima facta*. Hac ansa παχεῖς *crassi* sæpe duplicata notione veniunt pro *stolide opulentis*; unde facete *Lucian.* ἀποκείρειν τοὺς παχεῖς τῶν ἀνθρώπων *Crassos hominum attondere*. Confer quoque *Comicum* in *Pace*, *Vs.* 638. in *Equit.* 1136. in *Vesp.* 203. Idem sub nostrum *Thema* admissum; atque inde *Job.* 5: 3. אויל *stolide divitem* convertere sustinui, quem series requirebat. Παχεῖς iterum *obesos*, *præpingues*, *opimos* consignat; quos & *crassos* vocitarunt *Latini* etiam ante, quam *Crassus* ille, *Romanorum ditissimus*, exoriretur. Idem sub אול receptum ab *Hebræis*, indeque illud signatissimum *Ps.* 73: 4. בריא אולם *exasciata*, i. e. *nitidissima eorum opimitas*. Quod vulgo editur, *pingue robur eorum*, sensum reddit, non sensus illustrius hocce ornamentum. Hinc relucescit jam tandem sententiæ nostræ genuina dignitas, qua nihil excellentius concipi potest, *at crassa opimitas Elumbium crassities* vere *appacta*. Luditur in ancipiti usu vocis אולת, quæ priori in statione *opulentiam crassam*, i. e. *opimam* pingit; in posteriori, *crassam stoliditatem*. Suffulcit pondus dicti τὸ כסילים *elumbes*, & *molliter tardi*: ideo *lumbum enervati*, quia *ad lumbos pinguitudine* sunt *prægravati*. Eadem venustate potuissent *Græci*, παχύτης ἀνοήτων παχύτης· quod nemo *Linguæ* paulo callentior aliter acceperit, quam *opulentia crassa stolidorum crassitiem eorum adauget*; eorundemque *vitia fovet* atque *proritat*.

Vs. 25. Ad *judicia* referri video hanc *Gnomen*; in quibus *Testis veritatis* sæpe *animas* innocentum *eripiat* ex morte; & contra, *mendacia efflans*, easdem in *fraudem*, *necemque* impellat. Non improbo. Existimo tamen, latius dictum patere; & *primum* ejus *sensum* pertinere potius *ad omne genus Sermones*. Certe יפח כזבים, qui *efflat mendacia*, sub *ellipsi* τοῦ אשר; vel & in *Part. Præs.* a יפח *tumidius efflans mendacia*, istam amplitudinem exigere videtur. Nec obstare autumem עד אמת *testis veritatis*, nobili figuratione nunc positus, pro *veritatis religiosissimo Cultore*, ejusdemque *strenuo* ubique *Defensore*. Μαρτὺς, μαρτυρία, μαρτύριον pas-

26 In reverentia Jehovæ præsidium refugii; & filiis ejus existet asylum.

27 Reverentia Jehovæ scaturigo vitæ; ad recedendum a decipulis mortis.

28 In

26 ביראת יהוה מבטח עז ולבניו יהיה מחסה :

27 יראת יהוה מקור חיים לסור ממקשי מות :

28 ברב

passim ita apud *Græcos*; itemque *Testis*, *testari*, *testificari*. העיד *Hebræum* eandem latitudinem ingreditur: nec mirum; est enim proprie *iterare*, *iterum iterumque asseverare*. Ergo *Asseverator veritatis*; cum allusione tamen ad *asseverationem sanctissimam*, quæ *in judiciis* præstatur. Inde translatio venuste desumta. Ita figuratum quoque putem supra 12: 17. עד שקר *Testem fuci*; *fucatæ falsitatis*. Magnifica sententia. *Veritas nutat in platea*, inquit Vates Sacer. Quare? *Testes* raros, aut nullos, habet. Non sustinent plerique, etiam pii ac religiosi, pro *Religione stare in publicis consortiis*, ejusque *sanctissima jura defensare*. Contra, eorum qui *efflant mendacia*, & *fucos vendunt*, quibus *Veritatem*, *Virtutem*, *Religionem labefactent*, atque *evertant*, *densæ juncto* sub *umbone phalanges*. Cernis quam late patens aperiatur campus pro *phrasi* יציל נפשות *eripiet animas*; itemque pro מרמה *impulsione in fraudem*. In consimilem amplitudinem educendum forte, quod *Cap.* 12: 6. extat; ut ארב דם sit *animas jugulare*.

Vs. 26. Distrahit nonnihil vocula לבניו *Filiis ejus*; & ambigitur quorsum redeat illud pronomen. Ad *Jehovam* referunt bene multi; ut sit, *& filiis suis existit asylum.* Non solens in *Proverbiis* ille titulus: neque etiam id nervi heic exerit, quod requiri videtur. Alii ergo non minus multi, ad *reverentem Jehovæ* reflexere, ut sit, *& filiis ejus.* Arbitrantur, non incommode in voce יראה *reverentia* includi *reverentem*; atque propterea sic potuisse continuari. Crescit sensus, etiam *posteritati Jehovam reverentis* hocce asylum promittens. Scrupulus tamen residet; nec exempla quæ adduci video, respondent. Suspicio hinc mihi commota abstrusioris *Syntaxeos*, qua בנים *Periphrastice*, solenni stylo Orientis, construi posset cum עז, quod hic *refugium* notet, non *robur*: hoc est; ipsum *actum refugiendi*; a *robore* tamen ductum, *ad quod confugiatur*. Ejus *Thema* עון عاذ, *confugit* ad Deum averruncum; ad arcem, asylumve. Inde apud *Gjeub.* اعوذ بالله אעון באלה, *confugio ad Deum*, معاذا מעון, *confugium* habiturus. Nec non معاذ وجه الله ومعاذة وجه الله *confugium Faciei Dei! mascul. & fœmin.* Nempe sub formis מעון & מעוזה. Pergit porro, عوذ الله منك اي اعوذ بالله منك قال الراجز

قالت وفيها حيدة وذعر
عوذ بربي منكم وحجر

Dicitur etiam עוז אלה מנך *confugium Dei a te!* pro, *confugio in Deum a te. Ita Poëta Rhythmicus:*

Dixit illa, deflectens & conterrita;
Confugium in Domino meo a vobis, gremiumque.

Hinc nubeculam discutere est, quæ verbo העיז offusa in *Lexicis*, ubi dilute exponitur, *coire*, *congregari*; & *congregare se.* Fortius *Cocc.* illud sub עוז in ordinem cogens, exsculpensque inde vim *validius fugiendi*, aut, *ad fugam compellendi*; quasi proprie esset *offirmare*. Non procul a vero; nam est *firmitatem sibi quærere*; *confugere* ad *Robur*; *Arcem*; *Asylum*. Ita *Jer.* 4: 6. *Tollite vexillum Tsionem versus*, העיזו *confugite ad Asylum*; *ne stetis*. Et *Jer.* 6: 1. *Jes.* 10: 31. נדדו העיזו *fugerunt*; *ad asylum confugerunt*, *clamantes* עוז עוז *Robur! Robur!* Hæc genuina facies, & virtus. Apparet *Infin. forma* sumtum, etiam notasse *Confugium ad Robur*,

28 ברב עם הדרת מלך ובאפס לאם מחתת רזון׃

29 ארך

28 In compactione spissa, (concordia) populi, gloria est Regis: at quum expirat conglutinatio, consternatio tabifica *existit*.

29 Lon-

bur, & מבטח עז sonare *locum securissimum quo confugiatur*, *inclamando Robur!* Hoc qui facere coguntur, pulchre vocari possunt בני עז *Filii talis confugii*; hoc est, *eo angustiarum redacti ut ad Robur Divinum*, *tanquam ad unicum Asylum confugere* compellantur. Notissima figura, & *Periphrasis*, apud *Hebræos*, *Aramæos*, *Arabes*, omnem implens paginam. *Filios necis*; *Filios curarum*; *anxietatum*; *calamitatum*; quæque alia innumera, hic cumulare nil attinet. Ad eum colorem בני עז *Filii confugii*, erunt *violentissime oppressi*, *quibus nihil relictum præter* עז *confugium illud ad Robur Dei*; quæ *rerum desperatissimarum sacra* est *ancora*.

Vs. 28. Numquam admiratus sum sententiam; *in multitudine Populi Gloria Regis*; *at in defectu nationis*, *attritio* est *Principis*. Ut ea firmo stet talo, omnia ferme suppleri debent: ut *multitudo* ista cum *numero* simul adferat *statum* rite *ordinatum*, *temperatumque*, cum *felicitate publica* inde redundante. Hoc solo vocabulo *multitudinis* nunquam expressisset Sapiens. Rogo etiam quid sit, *in defectu nationis?* An, quum *natio deficit* a *Rege*, & *desciscit?* Id non patitur vox אפס. An, ut plerique sciscunt, *quum populus non multus*, *non numerosus*. Hoc quidem exigebat *Antithesis*; sed nec hoc ad vim אפס, quæ designat *extinctionem qua quid ad nihilum redigatur*. An ergo cum aliis *clades*, *pestesque* huc advocabimus? qua *natio tota ad internecionem ferme deleta sit*. Id sane ut violentum, ita a gravitate hujus dicti alienissimum censeri debet. Mitto alia, & sine ulteriori discussione *commentationum*, quæ mirifice variant, dabo quod & *Lingua*, & sensus *Salomone* dignus, requirunt. *In spissa compactione populi Gloria est Regis*; *at quum expiravit conglutinatio*, existit *consternatio tabifica*. Thema רבב *spissari*, ad *multitudinem* quidem secundario permittitur, & *numerum spissiorem*; neutiquam tamen *spissitudinem* illam *compactam*, quam Origo ei attribuit, dimisit, sed quam plurimis in locis eam sibi retribui postulat. Nostrum hunce usum jam vindicavi ad *Cap.* 11: 14. הדרה & הדר ܗܕܪܐ, *majestas veneranda* simul, simul *formidolosa*, haud dubie *Regi* circumdatur, quum *in populo* viget *concordia*, quippe per quam & *Res parvæ crescunt*: ut contra *maximæ discordia dilabuntur*. Huc fertur באפס לאם *quum expirat conglutinatio*; id est *concordia*, animorumque *glutinata* veluti *consensio*. לאם a *Radice* لأم *glutinavit*, & *agglutinatus fuit*, ex *Origine* ista limpidissima signat *conglutinationem*, indeque vel *fœderationem* & *concordiam*, vel *nationem fœderatam*. Tactum jam *Cap.* 11: 26. Ad *Excerpta* ex *Hamas.* omnem Verbi ambitum executus sum, atque in jucundam revocavi *Harmoniam*, quæ discrepare videbantur, notiones. Ex eadem *Anthologia* instar omnium fuerit hocce multo venustissimum

شَغَفْتَ ٱلْقَلْبَ ثُمَّ ذَرَرْتَ فِيهِ
هَوَاكَ فَلِيمَ فَٱلْتَأَمَ
ٱلْفُطُورُ ۞

Fidisti cor, *deinde in illud insperfisti Amorem tui*; *conglutinatumque est*, *coalitis fissuris*.

Habes לאם & התלאם in *cordium compactione*, & *coalitione conglutinata*; quæ *fissuram* omnem *excludat*. Gravissime proin באפס לאם, quum *talis concordia expirat*: ad *nativam* ejus voculæ *potentiam*, quæ isto ex fonte infert, ut dicebam, *universam* rei *extinctionem*, per quam *finita expirat* veluti. Tum enimvero existit מחתת רזון; ubi possem sane commodissime, *consternatio principis*; vel potentissimi alias: sed ista significatio tam precaria est, ut gradum, quem in *Versionibus* obtinet, tueri vix ac ne vix

29 Longus narium, ſpiſſe compactus prudentiæ eſt; at curtus ſpiritu alte proclamat craſſam ſtoliditatem.	29 ארך אפים רב תבונה וקצר רוח מרים אולת׃
30 Coagmentationes carnium, cor gratulabundum; at putredo oſſium, invidentia.	30 חיי בשרים לב מרפא ורקב עצמות קנאה׃
31 Qui	31 עשק

quidem queat. Mihi equidem hinc nil decedit. Quid *Lingua* ferat, exigatque, diſpiciendum. רזון ubique locorum valet *maciem, tabem:* a *Rad.* רזה رذي & رزا *Pſ.* 106: 15. וישלח רזון בנפשם *& immiſit maciem tabificam in animam eorum.* Item *Jeſ.* 10: 16. *Immittet Dominus* במשמניהם רזון *in opimiſſima eorum maciem tabificam.* Depingitur *potentia* & *opulentia* per *fœdam tabem conſumenda.* Eadem imago *Jeſ.* 17: 4. *Attenuabitur Gloria Jacobi*, ומשמן בשרו ירזה *& opimitas carnis ejus macie tabifica conſumetur.* Denique *Mich.* 6: 10. איפת רזון זעומה *Epham maciei tabidæ maledictione percuſſam.* Unde ergo *Princeps*, *Dominator*, *Dynaſta*, quem LXX cum reliquo Veterum choro etiam hic habent, pedem intulit? Ex affini רוזן, a Themate רזן, quod cum מלכים *Regibus* unam ſedem tenet *Prov.* 31: 4. *Pſ.* 2: 2. &c. Hinc concluſum רוזן eſſe ſynonymum *Regis.* Non firmus ille calculus: nam רזן رزن ſonat *Libravit*, *librante manu ponderavit.* Inde רוזנים cum iſtis, tum aliis in locis, ſunt *Libratores conſiliorum*, qui *Regibus* opportune additi. Accedit quod רוזן in *Part. Præſ. Librans conſilia;* & רזון multum & forma divergant, & poteſtate; ut ſi a רזן duceretur, ſignare deberet *Libratum.* Dilucet proinde, *Dominatori* nihil juris eſſe in hanc ſententiam; atque in *Conſternatione tabifica* omnino pedem figendum. מחתה *proprie* eſt *confriatio, qua quid minutim atteratur.* Hoc cum רזון *tabe emaciante* pulcre conſiſtit; atque *lumen* & *decus* ſimul dicto excellentiſſimo adfundit; quo inculcatur, vel *potentiſſimos Reges*, & *Regna opimiſſima* באפס לאם *expirante conglutinatione*, ſub *tetra* velut *tabe conſumi*, atque *exſpirare.*

Vſ. 29. Lucidæ imagines, quas *Verſiones* intercipiunt ex parte. Certe non ſplendet ſatis, *Tardus ira*, *multus* eſt *prudentiæ; at præceps animo*, *extollit ſtoliditatem.* Non reſpondet etiam, *Lentus irarum*, pro ארך אפים. Quin ne *Longanimis* quidem, quamvis adſpiret utcumque. Nempe ארך אפים eſt *Longus*, vel verius, *Lentus narium*, eadem *figuratione*, quam modo illuſtratam dedi ad *Vſ.* 17. ubi קצר אפים *curtus narium*, per quam *Longanimis*, & *tardus ad iram*, vivo colore repræſentatur. Pro *curtus narium*, ſtylo variante, קצר רוח *curtus Spiritu*, hic reponitur; ſive *brevis ſpiritu;* quod *Cocc.* expreſſit. Expingitur *impotens iræ;* qui *ſpiritus animoſque frenare haud valet.* De *lumine* ſententiæ hæc; videamus & de *acumine* ac ſenſu. *Lentus narium*, רב תבונה *multus intelligentiæ eſt;* videtur plenum; & tamen ex *Origine Thematis* רבב *ſpiſſe compingi*, adblanditur & hic, *ſpiſſe compactus eſt Intelligentiæ*, vel *Prudentiæ:* ſic enim cum *copia*, etiam *firmitas compacta* effloreſcit; quæ tale *pectus* undique *clauſum*, atque *os freno prudentiæ* ſemper *temperatum*, præſtet. Huc invitat quoque illud, *curtus ſpiritu* מרים אולת. *Languet*, *excitat ſtultitiam;* quod *Jun.* dedit. Poſt *Jarch. Coccejo* arriſit, *aufert ſtoliditatem*, *eam* tanquam *portionem ſuam capit*, & *eligit;* ex uſu elegantiore, quo הרים erat *tollere* תרומה *partem decerptam.* Plerique, *attollit ſtoliditatem*, i. e. *prodit*, *conſpicuam facit*, in *alto* & *eminenti loco collocat.* Magnus Commentator ad *Jeſaj.* 37: 23. preſſius adhuc, *alta*

31 עשק דל חרף עשהו ומכבדו חנן
אביון׃

31 Qui opprimit tenuem, probro carpit factorem ejus; at glorificat eum, qui commiseretur egeni.

32 ברעתו ידחה רשע וחסה במותו
צדיק׃

32 In malo suo impellitur improbus: at confidit in morte sua justus.

33 בלב נבון תנוח חכמה ובקרב
כסילים תודע׃

33 In corde prudentis residet compactio solida; at *quod* in medio elumbium, evulgatur.

34 צדקה

34 Ju-

alta voce effert stoliditatem; id est, *insanos ciet* & *miscet clamores*, *quibus prodat stoliditatem.* Subscribo; nam ut נשא *sustulit* sæpe venit pro *sustulit vocem*; ita הרים quoque *absolute* usurpatum. Hinc explanandum suspicor salebrosius illud *Jesaj.* 10: 15. כהרים מטה לא־עץ *tanquam alta voce exclamaret baculus*, *non-lignum*, sum. *Longe aliud quam lignum: meo quasi nutu ac numine pollens ad verberandum.* Id ibi requiri, universa series clamat. Habes jam signatissimum characterem *Curti spiritus*; qui *impotenti pectore*, *impotenti ore*, veluti *præconem* ubique agit *crassitiei suæ*, & *stoliditatis*, quam nihil valeat refrenare. Simile quid habuimus *Cap.* 12: 23. quod contulisse juvabit.

Vs. 30. In bivio hæsitatur ad לב מרפא. A *Rabbinis*, tanquam *Radix* esset רפה *remissus fuit*, fluxit, *Cor lenitatis*, *lene*, *mite*, *benignum.* Plurimi a *Themate* רפא *sanavit*, maluere *Cor sanitatis*, sive *sanum*, *integrum*, *a vitiis intactum.* Non satis exactam vel ex hoc, vel ex illo, oriri oppositionem, in *Animadv. Philol.* jam commonui; simulque מרפא si utique *substantivum* statuatur, *sanationem* vi *formæ* suæ resonare: atque ita *Cor* existere *sanationis*; quod non *Cor sanum* signet, sed *Cor sanans*, i. e. *fausta* & *prospera omnia comprecans.* Eodem directius adhuc pervenias, si מרפא capiatur in *Part. Hiph.* ut sit *Cor Sanator*, *Collator* & *Comprecator sanationis*, id est, *prosperitatis omnis*, quæ huic nomini inclusa; ut *valere*, *vivere*, *omnem* sæpe *felicitatem* amplectuntur. Apud *Arabes* رفا רפא *sarcivit*, *sanavit*; in II. & IV. hoc usu mactatum. In *Camuso* رفاه ترفية وترفيا قال له بالرفاء وبنين اي بالالتيام وجمع الشمل *sanavit eum*, רַפֵּא *cum Infin.* תַּרְפִּיא & תַּרְפֵּאת *sanatio*, *usurpatur pro*, *Dixit ei sanatio tibi contingat*, *cum Filiis*: *hoc est*, *conglutinatione pacis* gaudeas, & *florentissimo familiæ statu.* Tale *cor* hic inductum, semper *fausta* quæque *comprecans* aliis, & ex viva caritatis radice *congratulans*, opposita קנאה *invidentia* evincit. Pulcherrime huic sensui adaptatum חיי בשרים, nam & חיה *vivificare* حيي, frequentatum fuit, pro *vitam* & *felicitatem apprecari*; adhibita formula יחי *vivat.* Idem חיה *vivere*, pro *vigere*, *florere*, passim in *Sacris.* Ergo *vita carnium*, vel, ad nativam vim, *coagmentatio*, est *vigor* ille *lætus*, *quem cor lætum prosperitate* alterius, etiam *sibimet* tanquam *ex scaturigine perenni suffundit per venas*, atque *subministrat.* Hinc & posteriori colo *pondus* accrescere, quivis agnoscat.

Vs. 33. Retrusius, & impeditum. Discrepant proin opiniones. Receptissima I. *In corde prudentis requiescit*, residet, *sapientia*; & *in medio stolidorum cognoscitur.* Ibi veluti theatrum, in quo se exerat, ad eorum correptionem & correctionem. Non magnopere se commendat. Non item II. quod *Merc.* aliique post *Kimch.* & *Jarch.* resumta [illegible] τοῦ *sapientia*, dent, *at ea in medio stolidorum cognoscitur.* Hoc est, si vel *tenuissimam sapientiæ particulam possideant*, *eam mox crepant*, *jactant*, *cognosci volunt.* Nunquam vel *guttulam sapientiæ* attribuisset Noster τοῖς כסילים *elumbi tarditate* & *mollitie infractis*, qui ita τοῖς חכמים *solide compactis* obduci solent,

34 Justitia attollet gentem; & beneficentia nationum, expiatio est.

34 צדקה תרומם גוי וחסד לאמים חטאת :

35 Ap-

35 רצון

lent, ut *Lumini Tenebræ*. Alienius adhuc III. quod *Rabbini* quidam,, *at in medio stolidorum frangetur*; aut quod Cl. *de Dieu* induxit, *deseretur*. Insertum IV. לא, ut fiat *non cognoscitur sapientia in medio stolidorum*; ad quod Cl. *Capell.* præivit, haud tutum; & languidulum. Multo gravius quid intentum V. ad quod διειχως collinearunt *Belgæ* nostri, cum *Jun.* & *Piscat.* *At quod in medio stolidorum est, cognoscitur.* Nempe *stultitia*, quam *Chald.* infulsit. בקרב nervose pro אשר בקרב *id quod in medio*; in *præcordiis eorum.* לב *cor* & קרב *præcordia*, *intestina*, unam sedem intrare amant. *Jer.* 31: 33. *Ps.* 39: 4. & 109: 22. & ne plura congeram *Jer.* 4: 14. *Lava a malo cor tuum.* לבך, *usque quo pernoctabunt* בקרבך *in præcordiis tuis computatæ summæ iniquitatis tuæ.* A pari tam bene conjuncto hic resiliri nec debet, nec potest. אשר sexcenties supplendum venit. Ante *particulas* omissum, addit pondus. *Job.* 24: 9. על עני יחבלו, Quod *super paupere*, *pignerantur*: i. e. *vestimentum ejus.* Illud pondus hic *in contemtum* vergit; atque simul *Stultitiæ* & *Vanitatis* veluti *colluviem.* Resumamus jam omnia. *In corde prudentis residet Sapientia*, תנוח tanquam *sedem* ibi suam *fixit*; illud *omni solida compactione firmans intus*, *muniens extus.* Item תנוח *residet*, *sedata modestia se continet*, *neque* unquam *intempestive* sese *ostentat.* ובקרב *at* quod *in præcordiis* כסילים *elumbi mollitie fractorum* stabulatur, תודע *innotescit*, *evulgatur*, & quasi *sub præcone publicatur.* Talia dicta plus vice simplici jam occurrerunt. Vide *Cap.* 13: 15. & 12: 23. nec non 10: 14. יודע pro *evulgatur*, & *publicatur*, eodem aspectu *Cap.* 12: 16.

Vs. 34. Salebræ ad posterius Colon; ex aliqua ambiguitate vocum חסד & חטאת. *Vulgata* I. ut *Antithesin* compleret, *Miseros autem facit populos peccatum.* Ita & LXX ἐλασσονοῦσι δὲ φυλὰς ἁμαρτίαι; cum sequacibus *Syro* & *Arabe*: tanquam a חסר *minui*, *deficere.* Prout *Prov.* 28: 22. pro חסר etiam חסד in *Codicibus* quibusdam offenditur. *Chald.* II. *at opprobrium nationum peccata.* Imitatus *Symmach.* ὄνειδος δὲ λαῶν ἁμαρτία· Subscriptum a *Jun.* *Piscat.* *Belgis* aliisque aliorum vernaculis. Hoc usu auctum creditur vocabulum חסד *Lev.* 20: 27. *Qui nuditatem viderit sororis*, חסד הוא *Opprobrium* est *illud.* Vel ut alii malunt *scelus*, *flagitium.* Eadem notio *Prov.* 25: 10. פן יחסדך *ne forte opprobrio afficiat te auditor.* In *Aramæa Dialecto* ea protrita. *Origo*, in *turgidiore fluxu.* Hoc *Lev.* 20: 27. verecunde locatum. Infra ad *Cap.* 25: 10. ostendam a *turgido* illo *fluxu* ventum ad *promtitudinem opprobrandi* hinc; illinc ad *pietatis vigorem succosum*, & *uberantem*: quod per σφριγᾶν, ὀργᾶν, *tumere*, *turgere*, ibidem illustratum dabo. Apparet חסד, qua in sinistram inclinat, potius *opprobrationem promtam* sonare, quam *opprobrium*, *scelus*, *flagitium.* Non valde luculentum quoque videtur, nec signatiore quadam nota distinctum, *opprobrium nationum*, *peccatum.* Quale? aut quo gradu? Nam generatim quidem *peccatum*, ad cunctas pertinet. Plura non addo. Res aperta. Ex *pietatis* notione *Merc.* III. post *R. Levi* promsit, *At pietas nationum*, (extra *Israëlem*, & *idolis* servientium) *est peccatum*: quasi *Gens* גוי *Populum* signaret *Israëliticum*, penes quam solam solida *pietas* resideret. Precarium, & contortum. Con-

tra-

35 רצון מלך לעבד משכיל ועברתו תהיה מביש׃

35 Approbatio Regis sane servus maturitatem præstans: at indignatio ejus effervescens, est conturbator.

trario ordine *Cocc.* IV. נר ad *Gentiles* retulit; qui *Justitia Christi* aucti sint, & evecti: ut לאמים *nationes*, ad *Israëlis tribus*, quæ ista *justitia* exciderint, *suam* erigendo, quod *studium*, ita vertit חסד, ipsorum sit *peccatum*. Hypothesis *Prophetica* huc traxit; de qua disputare nil attinet. Rotundum, & opportunum V. *Justitia extollit Gentem*, & *beneficentia nationum, piaculum est*; sive *sacrificium piaculare*. Sic *J. Bruin.* cum aliis. Huc & *Grot.* concessit; qui voluisse videtur, *populis expiatio est*; ut לאמים conflatum sit ex *Lamedh præf.* & אמים. Lingua patitur; & sensui, hanc quidem in partem inclinato, momentum accedit. חטאת pro *piaculo*, & *sacro piaculari*, solemne est. חסד hic signate *benignitas*, vel *beneficentia* erga *pauperes*; צדקה *rigor-recti*, *justi*, *æqui*, cum *æquitate justitiæ* affert etiam sæpiuscule strictius *miseris debitam illam*, quæ *in eleemosynis* iisdem *impertiendis* exercetur. Ita *Ps.* 112: 9. & alibi. Ea vis ex *Arabum* صدقة superius quoque confirmata, ad *Cap.* 10: 2. Idem sic emergit, quod *Dan.* 4: 24. Regi *Babylonio* inculcatum; *Redime peccata tua* בצדקה *justitia*, & *pravitates tuas* במחן ענין *commiseratione erga afflictos*. Sentis & ibi צדקה ad *æquitatem* tendere *benignam*, quæ *iniquæ violentiæ*, *tyrannidi*, *libidini dominandi*, semper cum *inclementi oppressione* conjunctæ, obtendatur. Nil cumulatius proinde hoc adspectu, unde, mihi quidem, recedere religio est; quod & Lingua, & Veritas eundem sanciant; dignissimum sane, in quem omnium Regum & Populorum oculi mentesque defigantur. Verba חטא & כפר *expiare*, *redimere piaculo*, non perpetuo summam suam emphasin exerunt, quæ ad unicum *Redemtorem* & *Expiatorem* omnium *criminum* refertur; sed permittuntur etiam in *Piaculis*, & *Placamentis*, quæ *mala publica*, aut *privata*, averruncent.

V. 35. Non inconcinnum, *approbatio Regis servo intelligenti*; ut sit *Lamedh Dativi*. Concinnius tamen, quum nota ista non compareat in posteriori Colo, quod *Casu recto* enunciatum, ut & hic teneatur *Nominativus*, & *Lamedh* nunc sit *Emphaticum* illud, quod gravioribus structuris amat admoveri: *Approbatio Regis sane servus maturitatem præstans; at indignatio ejus effervescens, conturbator.* משכיל hac *ubertate* auctum, & quidem *gemino fructu*, effectuque, partim *prudentiæ*, partim *felicitatis*, & *prosperi eventus*, adstruxi ad *Cap.* 1: 3. מביש, a בוש *perplexus fuit.* Hoc ex *Origine* signat *strepitum aridarum rerum*, ut *cremiorum*, *stipularumve*, quum inter se *confunduntur*, atque *conturbantur*. Hinc *secundario* enata potestas *perplexitatis mentem summa confusione conturbantis*. In מביש, quum ita *absolute* venit, attendi videtur duplex vis, ut *Conturbator* sit qui *negotia conturbans*, simul *conturbet*, & *perplexum reddat* Regem. *Cap.* 10: 4. occurrit בן מביש *Filius conturbator*; oppositus בן משכיל *Filio maturitatem præstanti.* Et *Cap.* 17: 2. *Servus* משכיל *maturitatem præstans*, *dominaturus in filium* מביש *Conturbatorem.* רצון *approbatio*; *favor acquiescens*; itemque עברה *effervescentia* cum *indignatione erumpens*: in *abstracto*, ad utriusque cumulum.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Verf. 1 Responfum molle fedabit æftum : at verbum acrius ftringens bullire faciet nafum.
2 Lin-

Verf. 1 מענה רך ישיב חמה ודבר עצב יעלה אף :
2 לשון

Vf. 1. Disjugata, ut crebro infinuavi, quæ uno jugo tenebantur. חמת אף *æftus nafi*, nempe cohærent, unde in priori membro extitiffet, ישוב חמת אף *redire facit æftum nafi*, i. e. *fedat;* in pofteriorique יעלה חמת אף *tumefcere facit æftum nafi.* Hæc ad decentiam, & gravitatem, disperti-ta. שוב *Redire* fpeciatim frequentatum in *bullitu refidente*; vel & *flumine in alveum fe recipiente.* Confimiliter עלה *adfcendere*, in *olla* aut *flumine tumefcente.* Ad דבר עצב aliquid lucis & gratiæ accedit per Originem *Radicis* עצב *ftrinxit*, *circumftrinxit.* Inde *dolor* fubnatus. Ergo, *Verbum vehementius ftringens*, atque ita *dolorem incutiens.*

Vf. 2. Jucundus color, *Lingua fapientum* תיטיב דעת *uberat fcientiam;* eam *reddit pulchriorem*, *fæcundioremque.* Verbum יטב cum fororio טוב *bonus*, *præftans fuit*, ex *Origine* adfert *fuccofum effe*, *uberi fucco vigere.* Hinc *Vf.* 12. mox recurrit, *cor lætum*, levigatum, *uberat vultum.* Nitide. Subjunctum eadem decentia, *At os Elumbium ebullit craffitiem ftolidam.* כסילים *elumbes*, & *mollitie fegnitieve fracti* : חכמים *folide compacti fapientia.* Habent & illi *fuam appactionem*, fed *craffam*, ac *ftolidam.* Hanc *ebullire*, & *eructare*, tanquam ex *fcaturigine perenni* non ceffant; alios quoque *fua* illa *craffitie* inficientes; ut *folide compacti ubertate fcientiæ* alios *uberare*, atque ad *ftudium veritatis* ac *virtutis fæcundare*, poffunt.

Vf. 3. Illuftrius eft, & nervofius, quam prima fronte apparet. Incidunt certe nervum, qui fic rotundant; *in omni loco oculi Jehovæ contemplantes bonum & malum.* Erectius alii, qui cola dispefcuere; *in omni loco oculi Jehovæ: contemplantes bonum & malum.* Sed ne fic quidem fatis dilucet, quod intenditur. Nempe צופות hic velut *Perfona* induitur, valetque *fpeculatores;* qui *ex alta fpecula profpectant*, & *explorant.* Talis *fpecula* vocabatur מצפה; a צפה abfolute *fpeculatorem egit.* Videfis *Jefaj.* 21: 5. צפה הצפית *fpeculari fpeculatrix* : i. e. *turba fpeculatorum.* Ibid. *Vf.* 6. *conftitue* המצפה *fpeculatorem*, *quicquid viderit*, *indicabit* : & *Vf.* 8. *clamavitque leoninum* ; *fuper* מצפה *fpecula Domini ftans ego jugiter de die; & fuper cuftodia mea ego conftitutus tota nocte.* Iterum *Jefaj.* 25: 8. קול צופיך *Vox fpeculatorum tuorum :* & 56: 10. *Speculatores ejus*, *cæci omnes.* Denique *Efech.* 3: 17. צופה *Speculatorem te dedi domui Ifraëlis.* Ubique locorum ifta vis attenditur. Graviffime *Pf.* 37: 32. צופה רשע לצדיק *Speculatorem agit improbus jufto.* Eadem gravitate *Job.* 15: 22. צפו הוא אלי חרב, *Part. Paff.* pro צפוי a צפן, *captatus ille e fpecula ad gladium* : i. e. *deftrictus enfis fuper impia cervice* velut *e fpecula Dei imminet.* Habes צופה *fpeculatorem* partim ad *fidam cuftodiam*, partim ad *promtam necem.* Specta jam; *omni in loco oculi Jehovæ.* Magnifice. Magnificentius *Speculatores malorum*, & *bonorum.* Semper & ubique tanquam in *ftatione*, & *fpecula.* O tremenda Lumina! Lumina dixi, nam & hæc infert *Origo* verbi צפה صفي *nituit*, *nitida claritate fplenduit.* Inde per *metonymiam* accrevit, *nitidiffima acie infpectavit*; atque ita *intenfum egit fpeculatorem.* Alio flexu in *Pibbel* evaluit quoque *nitidavit*, *nitida lamina* auri, argenti, tectorii, *induxit* : *incrufta-*

2 לשון חכמים תיטיב דעת ופי כסילים יביע אולת׃

3 בכל מקום עיני יהוה צופות רעים וטובים׃

4 מרפא לשון עץ חיים וסלף בה שבר ברוח׃

4 אויל

2 Lingua ſapientum uberat ſcientiam: at os elumbium ebullit craſſitiem.

3 Omni in loco oculi Jehovæ: ſpeculatores malorum & bonorum.

4 Medicina linguæ, *eſt* arbor vitæ: at lubricatio in ea, diffractio per ventum.

5 Craſ-

ſtavit. Hæc virtus ad *Cap.* 26: 23. ulterius ſeſe elucidanda offeret.

Vſ. 4. Prius aliis, *lenitas linguæ*, tanquam a רפה *remiſſus fuit:* aliis *ſanitas linguæ;* a רפא, ut ſit *Lingua ſana*, quæ *ſanos* promere valeat *ſermones*, per quos & alii *ſanentur.* Id directius exprimat, *Sanatio Linguæ;* quæ vis formæ huic ſubjecta. Id & aliis allubuit: quibus me lubens adjunxerim. Pulchre exit, *Medicina arbor vitæ;* ſaluberrimos præſtans fructus, quin *immortalitatem conferre* apta nata. Occurrebat etiam, *Sanans*, vel *medens, linguæ;* ut ſit *phraſis* figurata, pro *Lingua ſanatrice:* ad exemplum חכמות נשים *ſapientes mulierum*, ſupra *Cap.* 14: 1. & כסיל אדם *ſtolidus hominis; Cap.* 15: 20. Complura talia proſtant. Apud *Arabes* regnat iſta *Syntaxis;* ut قاصف ريح *diffringens venti;* pro *vento cuncta diffringente.* Sed *abſtractum* illud majore fors emphaſi polleat; cui recinat סלף בה item in *abſtracto.* Vulgo, *perverſitas in ea.* Subſtituta a *Cocc. intricatio in ea.* Alii alia; de quibus ad *Cap.* 11: 3. Haud dubie *lubricitatem* deſignat, vel potius *lubricationem;* de qua ad *Cap.* 13: 6. Per eam pulchre figuratum quicquid *medicinæ ſalubri*, & *vitalem immortalitatis auram ſpiranti* per *præcepta religionis*, *veritatis*, ac *virtutis*, adverſatur; ad earundem *fundamenta* & *firmamenta aſtutiſſime* impugnanda, & ſubruenda. Eſt omne id, per quod *improbitas* תסלף חטאת *lubricat lapſationem*, ut huc transferam illud *Capitis* 13: 6. atque impellit in *Atheiſmum*, *Profanitatem*, *Veritatis illuſionem*, ac *Virtutis eluſionem.* Hoc merito appellatum שבר ברוח. *Ruptura per ventum;* ſive *diffractio & perruptio quam efficit ventus.* Comparatur talis סלף *lubricatio Linguæ*, quæ אמת *veritatem* & *firmitatem Fidei* labefactare nititur, ſævæ *tempeſtati*, ac *procellæ*, quæ cuncta *quatere*, *diffringere*, *convellere* aſſolet. Eadem conſtructio *Pſalm.* 48: 8. ברוח קדים תשבר אניות תרשיש *Per ventum Orientalem diffringis naves Tarteſſias.* Hinc שבר *calamitoſa diffractio* & *ſubverſio*, qualem exercet *turbo* violenter *erumpens* & *irrumpens; Jer.* 4: 6. 20. & 50: 22. Junctim reperias etiam שד ושבר *vaſtationem & diffractionem*, ſub tali nempe *Tempeſtate* editam: ut *Jeſaj.* 51: 13. *Jer.* 48: 3. Nil completius ad *Antitheſin*, qua *Arbori vitæ*, & *vigori* in omne decus religionis *efflorescenti*, obducitur *calamitoſiſſima* hæcce *Tempeſtas*, per quam omnia evaſtentur. Quid? quod *ventus*, & *turbo*, etiam *figuram* induant *hominis*, *qui*, ad horum inſtar, *flatu tumido vehementius prorumpat?* Ita in *Proverbio* apud *Arabes* لاقت ريحه اعصارا *Ejus ventus obvium ſibi nactus eſt Turbinem;* quum *vanus* cum *vaniore*, *arrogans* cum *arrogantiore;* *vehemens* cum *vehementiore* colliditur. Hoc interim non urgeo: ſed contendere auſim, *diffractionem per ventum* cumulatiorem ſenſum fundere, quam *confractionem in ſpiritu:* quamvis ea plurimos abſtulerit calculos; atque utcumque accommodari queat; ſi modo non ad *infractionem triſtitiæ* referatur, ſed ad *vaſtationem* illam *bonæ mentis*, quam ſupra inſinuavi. Hoc nobis שבר *diffractio* per ſe jam exprimit; eique cumulum imponit ברוח *per ventum turbinem.* Etiam *Rab. Salom. Levi*, *Merc. Jun. Piſc.* alii *confractionem per ventum* jam præoptarant.

5 Craſſus contumaciter ſpernit diſciplinam patris ſui; at cuſtodiens redargutionem, ſolertiam præſtabit.

6 In domo juſti opulentia eſt ſpiſſum emunita: at in proventu improbi, fæculente turbidum.

7 Labia ſapientum eventilant ſcientiam: at cor elumbium, non-rectum.

8 Sa-

5 אויל ינאץ מוסר אביו ושמר תוכחת יערם :

6 בית צדיק חסן רב ובתבואת רשע נעכרת :

7 שפתי חכמים יזרו דעת ולב כסילים לא־כן :

8 זבח

Vſ. 5. Satis concinne exit, *craſſe ſtolidus aſpernatur diſciplinam patris ſui; & ſubſtricte obſervans redargutionem, ſolertem ſe præſtabit.* Invertas tamen ordinem licet, atque ita filum ducas; *Craſſe ſtolidus* exiſtit, qui *aſpernatus fuit diſciplinam patris; at ſubſtricte obſervavit redargutionem,* qui *ſolertem præſtat.* Sic idem orietur adſpectus, quem ad *Cap.* 13: 1. vidimus. Si נאין in *præterito* textum occuparet, omnino præferenda foret hæc ſeries: *futurum* interim ſæpe reſolvi in *præteritum*, neminem fugit. Sic foret, *qui aſpernari ſolitus fuit diſciplinam parentis,* certo certius אויל *craſſe ſtolidus*, & *vitiorum ſordibus concretus* reperietur, *quum vir evaſerit.* Senſum hunc fulcit, quin quodammodo exigit יערים *ſolertem ſe præſtabit*: deprehendetur dignus titulo ערום *viri exercitati*, & *periti.* Sibi quiſque Arbiter ſedeat.

Vſ. 6. Altius quid ſubeſt, quam Verſiones offerunt: *In domo juſti theſaurus multus; at in proventu improbi conturbatio.* Forma נעכרת proprie ſonat *conturbatum.* Hinc ſtruere malebat *Gejer. At proventus improbi conturbatus:* quaſi ב *Pleonaſticum* foret, & בתבואת in *Nominativum* poſſet redire. Citat *Cap.* 16: 8. ביראת יהוה סור מרע *in timore Domini* eſt, *recedere a malo*: i. e. *timor Domini.* Sed magnum inter hæc duo diſcrimen; ut ibidem oſtendam. Omnino vertendum, *at in proventu improbi, conturbatum.* Abrupte, ad pondus, & terrorem. Intellige τεθολωμένον τι, *luto* & *fæcibus turbidum quid*, quod *largiſſimum* quoque *proventum*, & *opes* velut *in borrea conſtipatas*, *contaminet*, *conturbet*, *occulta maledictione erodat* quaſi, atque tandem *penitus* ſit *abſumturum.* Sed proprietas verbi עכר propius inſpicienda. *Gjeub.*

العكر دردي الزيت وغيره
وقد عكرت المسرجة اذا اجتمع
فيها الدردي وعكر الشراب
والماء والدهن اخره وخاثره
وشراب عكر واعكرته انا
وعكرته تعكيرا جعلت
فيه العكر وفي الحديث
عادوا الى عكرهم اي الى اصل
مذهبهم الردي واعمالهم السوء

Vocabulum עכר *notat amurcam olei, aliarumque rerum. Inde dicitur, Lampas, vel canalis ellychnium continens,* עכרת; *quum concreſcunt ibi fæces. Item* עכר *vini, aquæ, butyri, extremum & craſſius ſedimentum. Inde* עכר *in potu turbido; ut* אעכר *&* עכר, *cum Infin.* העכיר, *eſt fæcibus conturbare. In Traditione extat; Redierunt ad fæces ſuas:* i. e. *ad principium viæ ipſorum peſſimæ; & opera facinoroſa.* Confer *Zephan.* 1: 12. *concreſcere ſuper fæcibus.* Hinc graves *metaphoræ* ſubortæ. *Pſ.* 39: 3. כאבי נעכר *mea plaga lurens* τεθόλω), *fæcibus* quaſi *ſuis turbulenta facta eſt*: vide etiam ſupra *Cap.* 11: 7. Apparet ad *Originem* alluſum. Inſignite etiam huc fertur *Gen.* 34: 30. עכרתם אתי *conturbaſtis me, ad fætidum me reddendum incolis hujus terræ.* Sic reliqua *fæces amarulentas*, per *quas limpidiſſima conturbentur*, includunt. *Jud.* 11: 34. & 1 *Sam.* 14: 29. & 1 *Reg.* 18: 17. 18. Speciatim *fæculentia* hæc ſeſe præbet ad *furta*, *ſacrilegia*, *turpe lucrum*, quæ *reatum trahunt*, & *occulta maledictione fortunas* vel *limpidiſſimas afflant*, atque *conturbant.* En ſignatiſſimum, mox *Vſ.* 27. hujus Capitis עכר ביתו בוצע בצע

Con-

8 זבח רשעים תועבת יהוה ותפלת ישרים רצונו :

9 תועבת יהוה דרך רשע ומרדף צדקה יאהב :

10 מוסר רע לעזב ארח שונא תוכחת ימות :

11 שאול

8 Sacrificium improborum, abominatio Jehovæ: at precatio rectorum, approbatio ejus.

9 Abominatio Jehovæ, via improbi: at persequentem justitiam amat.

10 Castigatio mala deserenti iter: aversans redargutionem, morietur.

11 Or-

Conturbat, sive *fæculentam reddit*, *domum suam*, *exsecans lucrum: at qui aversatur dona*, *vivet*. Eodem adspectu auxi *Cap.* 11: 29. atque illuc itidem tendit, quod *Achanus* dicatur *Israëlem* עכר *conturbasse*, qui *sacrilegii* sui *contagione* & *reatu* eos *adflarat*. *Jos.* 7: 26. Hinc jam ambigi nequit, quin נעכרת *fæcibus conturbatum*, sit *occulto reatu contactum*, per quod *opulentia* ꝸ רשע *improbi*, *turbulenti*, *male parta*, *male* tandem *dilapsura* pronuncietur. Signanter בתבואת רשע, in *proventu* vel affluentissimo *ex latifundiis*, quæ *cupiditate turbulenta* & *inexplebili* connectere, ac propagare studuit. Sic tandem justissima membrorum *Antithesis* exoritur, qua offertur *in domo Justi* חסן רב *opulentia spisse compacta*. Hoc sonantius, ex *Origine*, quam *multa* vel *magna*. Habet & חסן ex *nativa indole* quod hanc *imaginem* suffulciat: nam *Radix* חסן valet *robur* undique *communitum*; ac propterea *intactum*, *inviolabile*. Inde חסון *Jesaj.* 1: 31. & *Amos.* 2: 9. *robustus*; *inviolabili robore munitus*. Alia forma חסין יה *inviolabili decentia emunitus*: *Ps.* 89: 8. Vox nostra admirabiliter *Jer.* 33: 6. חֹסֶן יְשׁוּעוֹת *Robur inviolabile omnis salutis*: vel si malis, *Thesaurus illibatus*. Istam nempe potentiam sæpe adsciscit: ut *Jer.* 20: 5. *Ezech.* 22: 25. itemque *Prov.* 27: 24. ubi plura dabo. *Illibati thesauri* vim etiam verbo in *Niphh.* additam reperies *Jes.* 23: 18. Ita demum חסן רב *Opulentia spisse compacta* pleno in die relucet.

Vs. 7. Dilutiuscule exit, I. *Labia sapientum spargunt scientiam; at cor stolidorum non ita.* Id exponitur; *non eodem modo scientiam spargunt*, *sed eam abhorrent*. Fortius II. *Jun.* & *Trem.* *at cor stolidorum* spargit *quod abest a recto*. לא־כן *Non-rectum*. Diversa structura *Piscat.* III. *At cor stolidorum non solidum* est; ut & *Cocc.* *non rectum* est; hoc sensu: *Abunde est scientiæ*, *abunde demonstrationis*, *quam labia sapientum spargunt; Cor tamen stolidorum inde manet aversum*, & *vanitatibus addictum*. Egregius sensus; qui crescet, si לא־כן *vox Non-rectum* in *abstracto* capiatur, ad normam 2 *Reg.* 17: 9. דברים אשר לא־כן *Verba quæ non-rectum*: & *Jes.* 16: 6 לא־כן בדיו *Non-rectum mendacia ejus*. Infert gradum *superlationis*, ut לא־טוב *non-bonum*, *pessimum*. Accrescat, velim, & hoc ornamenti, ut יזרו non sit simpliciter *spargunt*, *seminant*; hoc enim potius יזרעו: sed *ventilant*, *evannant*. Hæc verbi genuina virtus, ut מזרה *Ventilabrum*, *vannus*, abunde arguat. Pulchre, *evannare*, *concussa* quasi *vanno nitidare scientiam labiis*. Sic *Jer.* 4: 11. *Ventus non* לזרות *ad evannandum*; & *non* להבר *ad nitidandum*: ad *grana frumenti perpurganda*; quæ בר dicta. Eo & huc alludi potuit; nam ubi מזרה *ventilabrum* inducitur, בר *frumentum nitidum* ultro se offert. Cum eo דעת *scientia* amat comparari. Omnium instar sit *Jer.* 23: 20. מה לתבן את הבר *quid paleæ cum frumento?*

Vs. 10. Remissius, *Castigatio mala*, i. e. *ingrata*, *molesta est*, *derelinquenti viam: sed aversans redargutionem morietur.* Nervosius alii, *Castigatio mala*, i. e. *pœna acerba* infli-

ge-

11 Orcus & interitus coram Jehova: quanto magis corda filiorum Adami.

11 שאול ואבדון נגד יהוה אף כי לבות בני אדם :

12 Non amat Sannio demonſtrationem fieri ſibi: ad ſapientes non ibit.

12 לא יאהב לץ הוכח לו אל חכמים לא ילך :

13 Cor hilaritate lævigatum, uberabit vultum: at in dolore ſtringente cordis, conſauciatur ſpiritus.

13 לב שמח ייטיב פנים ובעצבת לב רוח נכאה :

14 Cor intelligentis terendo eruet ſcientiam: at vultus elumbium paſcitur craſſitiem.

14 לב נבון יבקש דעת ופני כסילים ירעה אולת :

15 Om-

15 כל

getur *derelinquenti viam*, quin *averſans redargutionem morietur*. Intenſiſſime *Cocc. Exemplare malum.* מוסר pro *exemplo pœnæ ſeveriſſimæ*, protritum. *Ejech.* 5: 15. *Jer.* 30: 15. &c. רע *malum*, ut מוקש רע *laqueus malus* ſupra; vel potius ut חליים רעים *plagæ malæ*, *mala verbera Deut.* 28: 59. & alibi. Copula in medio omiſſa, nervum adſtringit.

Vſ. 12. Verbum הוכח ſæpe quidem *Caſtigare*; non minus tamen frequentatur in *demonſtratione clara* ac *evidenti*; quam & *Origo* ipſa adfert. Hinc malui, *non amat demonſtrationem fieri ſibi.* Nempe *obſtinavit* ille *impiam profanitatem*; indeque *veritatis convictione* ne eximi quidem velit. Id completius.

Vſ. 13. Ad *Vſ.* 2. ſupra *Origo* verbi יטב indicata in *ubertate ſucci & vigoris.* שמח item propriam ſedem obtinet in *enodi lævigatione* ligni; unde ad *lætitiam*, itemque *liberalitatem clementem*, *mitem*, *benignam*, per *metonymiam* proceſſum. Ita in *Diw. Hud.* سمحة exponitur *Lignum* سهلة ليست بكزة *lene*, *quod neutiquam ſiccitate ſit conſtrictum.* Jam vero *cor tale* ייטיב *uberat vultum*; eumque *placida & benigna hilaritate ſerenat.* Contra in עצבת *ſtringente dolore cordis*, *conſauciatus ulceratur ſpiritus.* Intellige ſis *ſpiritum vitalem*, qui *vegetat*, *animat*, *vigorem intus & extus ſuffundit.* Ita *Pſ.* 104: 29. תסף רוחם יגועון *ſubtrahis ſpiritum illorum*, *& expirant.* נכאה *Analogia* renuente reducitur ad כאה. Quidni reddatur Linguæ, quod olim poſſedit, ex نكا נכא *Cruſta nudatum fuit ulcus*, *antequam ſanaretur.* Inde formula ſolennis هنيك ولا تنكا *ungaris*, *nec ulcerum patiare rupturas*: i. e. *Lautus*, *& ſemper Lætus vivito.* Verbum נכה cum ſuis מכות *plagis graviſſimis*, ſororia tenet jura.

Vſ. 14. Verbo בקש aliquid per *Originem* incluſum, quod hic gratam feret lucem, & nubeculam ſententiæ offuſam diſſipabit; eſt enim *terendo & ſubigendo eruere.* Hoc jam ut egregie quadrat in *Cor intelligentis*; ita per ſane quam venuſta oppoſitione פני כסילים *vultus elumbium*, dicitur *paſcere ſtolidam craſſitiem*, id eſt, *eam ſectari*, *eaque tanquam paſcuo ſuo lætari.* Sic רעה *paſcere*, *carpere*, tanquam *in paſcuo amplo*, & בקש *terendo veſtigare*, ac *eruere*: itemque *Cor intelligentis*, ac *vultus elumbium*, decentiſſime hinc & hinc locantur. Sed, inquis, quid hic *vultus?* Imo vero, dixerim, quid hic *os?* quod *Maſora* nobis procudit. An, *os ſtolidorum paſcetur ſtultitia aliorum?* An *ſua ipſorum?* Huc inclinari video; ut ſit, *Os eorum plenum eſt ſtultis ſermonibus*, *quos quaſi præmandunt*, *ut iis deinceps animum alant.* Multo dignius, &, ad *Antitheſin* quoque, plenius; *vultus Elumbium paſcit craſſitiem.* Quo tandem cumque *vultum* convertant, apparet *vultum* eſſe Elumbium, *qui ventum paſcat*, *qui ſola vanitate delectetur*, *qui ſolam admiretur*

15 כל ימי עני רעים וטוב לב משתה
תמיד :
16 טוב מעט ביראת יהוה מאוצר רב
ומהומה בו :
17 טוב ארחת ירק ואהבה שם משור
אבום ושנאה בו :
18 איש חמה יגרה מדון וארך אפים
ישקיט ריב :

19 דרך

15 Omnes dies afflicti, *sunt* mali; at lætus corde, convivium juge.
16 Uber *est* ramentum cum reverentia Jehovæ; præ thesauro spisso, in quo turbulentia.
17 Uber est commeatus oleris, & amor ibidem: præ quam bos fartus, & odium cum eo.
18 Vir flagrantiæ agglutinabit contentionem: at longus narium sedabit concussionem litis.

19 Via

tur crassitiem, atque *in eo* quasi *pascuo læte exultet.* Indubitas ne? Credatur ergo ipsi *Salomoni*, *Cap.* 17: 24. characteres hosce ita varianti; את פני מבין *cum vultu Intelligentis*, חכמה *Sapientia*: ipsa *Facies virum sapientem ingerit*, ac *demonstrat* per *modestiam*, *gravitatem*, *frenationemque* reliquam *virtutis*: ועיני כסיל *at oculi Elumbis sunt in extremitate terræ.* Ipse hominis *vultus fatetur vanitatem*, *cupiditatemque effrenatam*, quæ sine *modo* & *modestia vagetur*: dum *oculos emissitios* quaquaversum sinit *spatiari*; & tanquam *libero in pascuo exultare.* Ut scrupulum qui ex *punctatione* forte adhuc insidet, eximam; sumo, quod nemo negaverit, ubi Collisio est auctoritatis inter *Literas* & *Vocales*; *Literas* utique præferendas, ut illibata Textus integritas obtineatur. Sed quid, si ne *Vocali* quidem digitulum admoverim? Assumo pleno jure *formam* פְּנִי illam quasi *Segolatam*, a *Quiescent.* 3. *He*, i. e. *Jod* vel *Waw* descendentem: quæ a פנה *obvertit faciem* tam certo olim viguit, quam ipsa *Radix.* Si bona sua novissent *Grammatici*, hanc voculam invitante *Analogia* e manibus non amisissent, vel ob illud פְּנִיאֵל *Gen.* 32: 30. pro quo פְּנוּאֵל recurrit eadem in serie. Adeo hic nihil vitii, ut sit Veteris Linguæ gemmula; in qua *Themata* פְּנִי & פְּנוּ resplendent. Illud *pni-el* & *pnu-el* sonat *adspectum Dei*: indeque nostrum פְּנִי *adspectus*, *obversio vultus*; per cujus limpidum canalem defluxisse פְּנִיִּים *gemmas multa facie politas Cap.* 3: 15. observavi. Non spernetur cum integritate Lectionis, accessio decora lucis ad universam sententiam, quæ nobis sistit, *Obversio vultus Elumbium* pro *vultu* omnem in partem *obverso*: ad mentem modo explanatam.

Vs. 18. In איש חמה *viro flagrantiæ*, compendium, cum gratia, quæsitum, pro איש חמת אף *Viro flagrantiæ Nasi*; cui *Nasus* ad minimam offensiunculam *exardescit vehementius.* Is jam suppressus, quod sequeretur ארך אפים *Lentus narium*: de quo ad *Cap.* 14: 29. Verbum גרה grave est, & acerbitatis plenum. Ejus *Origo* adhuc incomperta. *Lexica* alia exhibent *miscere*, *turbare*; alia *contendere*, vel *collidi.* Propius vero *Cocc. irritare*, *exasperare.* Cuncta interim palam *secundarii* gradus, & *Metonymici*, per quem unam in sedem admittuntur, quæ *proprietate nativa* multum diffident. Recte sane dixeris, *miscere jurgia.* Recte item, *contendere* vel *collidi jurgiis.* Nec minus apte, *irritare jurgia*; vel & *exasperare.* Sed an hæc jam *Originem* præstant? an potius eam reddunt incertiorem? Vel cæcus cernat, talia constitui non posse, nisi ad lucem, & auctoritatem Veteris Linguæ, id est, *Dialectorum.* Inde haurire licet vim *agglutinandi*, *glutine affigendi*, quæ sub غري regnat. Ejus II. & IV. teruntur pro *irritare canem* in præ-

19 Via tortipedis tanquam ſepimentum ſpinoſiſſimum: at iter planorum exaggeratum.

20 Filius ſapiens exhilarat patrem; at ſtolidus hominis, infamat matrem ſuam.

21 Craſſities ſtolida, lævigatio *eſt* ei, qui corde deficitur: at vir prudentia præditus æquato ibit gradu.

22 In-

19 דרך עצל כמשכת חדק אורח ישרים סללה :

20 בן חכם ישמח אב וכסיל.ארם בוזה אמו :

21 אולת שמחה לחסר לב ואיש תבונה יישר לכת :

22 הפר

prædam, *ut mordicus ei agglutinetur.* Item *rixas, inimicitias exaſperare.* Ita in *Alcor. Sur.* 5: 17. فاغرينا بينهم العداوة والبغضاء الى يوم القيامة *agglutinavimus inter eos inimicitiam & odium in diem usque Reſurrectionis.* Sentis illud *grave, & acerbum*, de quo præmonebam. Reſpondet uſus *Latinorum* nemini non obvius. *Indoles* verbi שקט in *ſubſidendo*, ut ad *Job.* 34: 29. indicavi. Inde in *Hiphh.* exoritur *ſedare æſtum turbidum.* ריב eſt *concuſſio litis*, ſive *colliſio cum ſtrepitu:* quod jam alibi demonſtratum.

Vſ. 19. Pulchra tabella; vivi colores, qui ſe mutuo illuminant. עצל *tardator;* proprie *tortipes;* ut ſupra viſum. משוכה eſt *ſpinoſa ſepes*, ab *intexendo* dicta. חדק infrequens, & bis modo reperiundum, notat *punctionem, compunctionem;* & quidem quæ *acie ſua penetret* ſimul, ſimul *ſcindat.* Hoc ſub *Arabum* حذق in *Appendice Goliana* comparet; per *Dſal;* quod & حدق per *Dal.* Hinc *ſenti & vepri* nomen inditum; quod *aculeatum horreat, lanietque.* Habes *viam Tortipedis.* Ei obtenditur *iter aggeratum*, vel potius *aggerata ſerie nexum, & catenatum;* per quod incedunt ישרים *plani, æqui, recti* intus in corde; quibus *omnia* quoque *extus plana, æqua, recta;* nullis *ſalebris*, nullis *ſpinarum aſperitatibus interſepta.* Oxymorum.

Vſ. 20. Minus rotunde decurrit; *Filius ſapiens exhilarat patrem, & ſtolidus hominis ſpernit matrem ſuam.* Malebat *Cocc. & ſtolidiſſimus hominum qui contemnit Matrem ſuam.* Refert, ex *Hypotheſi*, ad *Eccleſiam.* Ad Literam rite conſtituendam obſervari velim, quod ſæpiuſcule inculcatum, ſtylo ſublimiore, ac ſententioſo, disjungi, quæ una ſerie conjuncta erant. Hinc ſub *Exhilarat Patrem*, comprehendas neceſſe eſt *& Matrem ſuam:* atque item contra, *ſtolidus hominis* בוזה *Patrem matremque juxta.* Hæc ad ornatum membratim digeſta. Jam vero שמח *exhilarare*, haud dubie *lætitiam* ſpectat *publicam*, & *honorem* inde *ad parentes redundantem*, quod *Filium* ſanctiore diſciplina continuerint, atque ad virtutem & ſapientiam, quam præſtat in publico, formarint. Ex adverſo *ſtolidus hominis* ſive *Elumbis, mollitie perditus*, בוזה *dedecorat*, atque adeo *infamat matrem ſuam:* i. e. *arguit, maternam indulgentiam frena ei laxaſſe: ac* proinde *eam ſua* quoque *labe reſpergit.* Graviorem iſtam vim a *raptatione* ortam, verbum noſtrum ſæpius induit: & בזוי *infamia publica oneratum* ſignat *Pſ.* 22: 7. *Jer.* 49: 15. *Jeſaj.* 53: 3. Digeſtio membrorum & *Oeconomia* elibrata ad id, quod *Patri* hinc, illinc *Matri*, apprime conveniebat, ultro nunc in oculos incurrit.

Vſ. 22. Quam clarum & evidens prius; tam obſcurum, & Experientiæ adverſum, poſterius colon: *Irrita fiunt conſilia, ubi non eſt arcanum. At in multitudine conſiliantium ſtabunt.* Ne nexus quidem inter hanc bigam bene firmus. Ut eum invenirent, ad flaccidum hocce degreſſi nonnulli; *irritæ fiunt cogitationes, quum non eſt conſilium: at in multitudine conſiliantium ſtabunt.* Hoc & vocabula omnia enervat, & ſententiam geminam,

22 הפר מחשבות באין סוד וברב יועצים
תקום:

23 שמחה לאיש במענה פיו ודבר
בעתו מה טוב:

24 ארח

22 Infringere *est* rationes exactissime perpolitas, quum nullum est arcanum: at in compactione spissa consultantium stabunt.

23 Lætitia viro, in eo quod respondet ori ejus: & verbum in tempore suo, quam uber!

24. Iter

nam, quibus nihil revinctius, dissolvit. Ad incitas hasce redacti magni Interpretes ex sola ignoratione *Originis* sub רב; unde geminum *Axioma* enitescit, *Infringere* est *ratiocinationes subductissimas quum nullum est arcanum: at in spissa compactione consiliantium stabunt.* Hæc suo se lumine, & pondere, satis sustinent. Redeatur ad *Cap.* 11: 14. ubi assimile dictum ex hac certissima *proprietate* vocis רב vindicatum. הפר *irritum reddere* a פרך *rumpi, disrumpi*, valet *infringere fissuris.* מחשבות *supputationes, rationes supputatæ*, ac *perpurgatæ:* a *primaria notione* verbi חשב *putare*, i. e. *purgare rationes;* dicebant enim veteres *putare vitim;* itemque *putare lanam:* ut in Titinnii illo, *da pensam lanam; qui non reddet tempori putatam recte, facite multetur malo.* Inde *putare summam rationum* succrevit. Consimilis *Origo* حسب חשב in quatuor *Dialectis* nostris. Id alteri loco deputatur. Tales *rationes* vel *subductissimas* הפר *infringere* est; in *Infinit.* ad promtissimam facilitatem insinuandam, באין סוד *ubi vacuitas secreti;* ubi omnia rimis perfluunt, & hiant. Vocula סוד *secretum* sonat, non utique a *secernendo*, ut *Latinis;* nec, ut iisdem ab *arca* se dedit *arcanum;* neque enim par est ut *Latinis* e fontibus *Origines Hebrææ* deriventur; sed a *fulciendo*, omnemque *hiatum obstruendo;* quod Veteribus erat *offulcire.* Apud *Arabes* sub *Radicibus* סדד سد, & سان סוד *proprietas* hæc asservata. Inde *arcani* potestas subsumta, quasi dicas *offultum;* i. e. *bene fultum* simul, simul *clausum.* Sunt *Rabbini* qui סוד descendisse velint a יסד *fundavit.* Sed sciatur & hoc proprie valuisse *fulcivit, suffulcivit.* Ita eodem recurrimus. Hæc interior potestas *Sanctioris concilii*, atque *consilii bene fulti*, quale *intimos* inter, *consciosve*, omnibus locis sustinetur: neque fas est vel latum unguem inde deflectere. Nihil aliud proinde hic relictum, quam, *at in spissa compactione consiliantium stabunt:* nempe מחשבות *summæ rationum subductæ.* Eæ videlicet undique *clausæ*, & *offultæ*, *nullas* præbent *rimulas*, per quas *infringere* sit, quæ *ferrumine solidatæ* veluti, se labefactari, aut eludi, non patiuntur.

Vs. 23. Non tam planum est, quam videtur; *Lætitia viro in responso oris ejus.* Rogem, *quali responso? scito*, inquiunt, *prudenti, opportuno;* præsertim apud *Reges* & *Magnates*, ex mente quorundam; quin *Ab. Esra* judice cum *præc. Vs.* erit connectendum. Latiore campo alii, *Omnes quidem oris sui responso delectantur; sapientes & insipientes* juxta; idque *putant prudens, scitumve; At o quam bonum verbum tempestivum!* Eodem collineat *Grot. Facile quilibet sibi placet ob ea quæ dixit, sed illa vere bene dicta, quæ dicta sunt ἐν καιρῷ tempestive.* Molle, & commodum. Non æque, quod aliis placitum, *lætitiam* hic esse *fructum*, & *lætiorem successum;* ut idem existat quod *Cap.* 13: 2. Hæc lustranti, occurrit aliquid, quod supprimere non possum: *Lætitia viro, in eo quod respondet ori ejus: At verbum in tempore suo, o quam uber!* Eleganter *respondere ori* dicitur, quod ad *palatum* est. Ita comparatio existit inter *suavissimam buccellam*, *quæ os titillet;* & inter *verbum tempestivum*, quod *palatum mentis* ut טוב *bonum, suave*, omni *ubertate plenum*, *dulcedine ineffabili commulceat.* Hoc intendi, suadet geminum germanum illud, *Cap.* 25: 11. Confer Proverbialem formulam *Job.* 12: 11. itemque gravissimas *figurationes; Job.* 6: 6. *Num comedetur jejunum, insulsum? num sapor in Saliva somnolentiæ? Sunt mihi ut putredinosa mei cibi.* Intempestiva & importuna *Eliphazi verba* acrius

24 Iter vitæ ſurſum verſus maturitatem præſtanti; ut recedat ab orco deorſum verſus.

24 ארח חיים למעלה למשכיל למען סור משאול מטה :

25 Domum elatorum abolebit Jehova: at terminum viduæ conſtabiliet.

25 בית גאים יסח יהוה ויצב גבול אלמנה :

26 Abominatio Jehovæ elimatæ ratiocinationes mali: at nitide mundi *ſunt ei* ſermones ſuavitatis.

26 תועבת יהוה מחשבות רע וטהרים אמרי נעם :

27 Fæcibus conturbat domum ſuam avidus lucripeta: at oſor munerum, vivet.

27 עכר ביתו בוצע בצע ושונא מתנת יחיה :

28 Cor juſti æſtuat meditabundum ut reſpondeat: at os improborum ebullit malitias.

28 לב צדיק יהגה לענות ופי רשעים יביע רעות :

29 Lon-

29 רחוק

crius caſtigantur: ut hinc ſubſumere mihi liceat, *Lætitia viro in eo quod ori ejus reſpondeat;* ודבר בלא־עתו מה רע *at verbum in non-tempore ſuo, o quam caſſum!* O quanta faſtidia! quantum ciet ſtomachum! vel patientiſſimo Virorum.

Vſ. 24. Grande, & uber, vocabulum משכיל *maturitatem præſtans*, quod hic admirabilem parit proſpectum, & effectum; quatenus iſta *maturitas virtutis* per *iter vitæ* tendit ducitque למעלה *ſurſum verſus*, ad *beatam immortalitatem*; atque Poſſeſſores ſuos ab *Orci ditione* potentiſſime *vindicat*: præſtatque ne per *mortem primam* in *ſecundam* incidatur. Ita demum משכיל *præſtans Prudentiam* ſanctorum, ad *ſummam* quoque *felicitatem ematureſcit.* Duplicem hanc potentiam verbo huic incluſam reperies ad *Cap.* 1: 3. Dilutum, quod Ill. *Grot.* hic appoſuit, *Homo ſapiens in omnibus actionibus ſuis Deum reſpicit, ut a periculo ſervetur.* Dilutius, quod Cl. *Cler. Homo ſapiens vitæ ſuæ conſulit, eoque ſpectat ut quam diutiſſime ſit apud ſuperos*, i. e. *in terra viventium.* Sic quidem mirum non eſt, ſi nulla *Lux immortalitatis* in *veteri Codice* reſplendere contendatur. Mihi ea radio Solis hic, compluribusque aliis in ſententiis noſtri Regis, ſcripta, ac conſignata videtur. Confer ſis *Cap.* 12: *vſ. ult.* De cetero, in *Controverſias* me haud immitto.

Vſ. 26. Sinus interior Linguæ aliquid recondit, quod non ſatis introſpectum. Bona pars I. *Abominatio Jehovæ cogitationes mali; at mundorum* ſunt *ſermones amœnitatis.* Alii II. *At mundorum* cogitationes, *ſunt verba amœnitatis.* Neutrum e limpido. *Cler.* III. *Munda vero ſunt verba jucunda*; i. e. *ſermones qui non ſunt contra bonos mores, non obſcœni, non maligni, a peccato immunes ſunt.* Rotundior *Syntaxis*, & ſententia nitidior. Eodem aurigatur IV. *Cocc. Et pura ſunt verba Gratiæ*, i. e. *nullam mixturam ferunt Heterogenei.* Recipio; ſed ſublimius quid adjunctum cenſeo. טהור *nitidum, nitide mundum*, per excellentiam, eſt, *Dignum Sacrario, Dignum Altari.* Ita *Mal.* 1: 12. מנחה טהורה *Oblatio nitide munda.* Verba erant Sacra in *Lege*, טהור *nitidus* & טמא *fuſcatus labe, immundus.* Poſterius jam vehementius expreſſum per תועבה *abominatio*, pro *re abominabili;* ut *cadaver;* אתנן זונה *merces meretricia*, מחיר כלב *pretium canis; pueri meritorii Deut.* 23: 19. Vide etiam *Cap.* hujus *Vſ.* 8. & *Cap.* 21: 27. Eodem & huc collineatum in מחשבות רע *ratiocinationibus* etiam *perpurgatiſſimis mali*, in quibus utique ſe credit Deo placiturum. Hæc vis ex Origine defluens, pondus efficit ſententiæ,

quæ

29 רחוק יהוה מרשעים ותפלת צדיקים ישמע׃

29 Longinquus Jehova ab improbis: at precationem justorum audit.

30 מאור עינים ישמח לב שמועה טובה תדשן עצם׃

30 Lumen oculorum exhilarat cor: nuncius bonus pinguefacit ossamentum.

31 אזן שמעת תוכחת חיים בקרב חכמים תלין׃

31 Auris audiens redargutionem vitæ, in medio sapientum pernoctabit.

32 פורע מוסר מואס נפשו ושמע תוכחת קונה לב׃

32 Dissipans lineam consertam disciplinæ, exulceratus est in animam suam: at audiens redargutionem, acquirit cor.

33 יראת יהוה מוסר חכמה ולפני כבוד ענוה׃

33 Reverentia Jehovæ est disciplina sapientiæ; & ante gloriam submissio.

quæ alias languebit. Non erat, cur Sapiens inculcatum iret *cogitationes mali*, quibus *mala malus* machinetur, Deo displicere: sed *rationes* ejus *subductissimas*, *religiosissimamque* adeo, ut sibi imaginatur, *intentionem*, meram *Deo* esse *abominationem*, hoc demum illud est, quod gravi dicto sanciri merebatur. Eodem mox vocabit *Vs.* 29.

Vs. 27. De *conturbatione fæculenta domus*; qua quidquid corradit *turpis Lucripeta*, *reatu* & *maledictione occulta* adflatum ac contactum est, abunde ad *Vs.* 6. בוצע בצע proprie, *exsecans sectionem*; signatissima formula, cujus vim senties ex hac tabella *Horatiana*

Dives agris, dives positis in fœnore nummis.
Quinas hic Capiti mercedes exsecat, atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius urguet.

Vs. 28. Arcessitum, quod *Kavvenaki* לענות deducat a לען, ut sit, *Cor justi meditatur absynthia*, i. e. *amara* & *tristia* in se; quæ tamen *salubria* sint cordi; ut *mortem*, *judicium* &c. &c. Rectius a ענה, vel *ad profandum*, ut *Cocc.* vel *ad respondendum*, ut plerique; ut nil nisi *meditatum, coctumve*, ex corde, ex ore, exire dicatur. Hunc sensum complet, & ornat, Origo ꝟ הגה, sita in *exæstuare*, βρύζειν, βρύσσειν, ἀναβρύσσειν, quod est ζεῖν, ἀναζεῖν apud *Hesych.* Redi ad *Cap.* 8: 3. ubi *fervidius* hocce *studium*, copiose *exæstuans*, jam indicavi. Verba יהגה *exæstuat*; & יביע *eructat*, *ebullit*, sibi invicem agnata figuratione respondent.

Vs. 30. Ad variam ansam phrasium interpretamenta variant. Per comparationem I. *Ut lumen solis oculos collustrans, cor exhilarat, sic bona fama ad interiores usque medullas recreare valet.* Eadem comparatione pressius II. *Merc.* cum *R. Salom.* per *lumen oculorum* intelligit *visui grata*, ut *virentes hortos*, aliaque, quæ *amœnitate* mulcent: eodem modo & *bonam famam alicujus*, *ei intima quæque commulcere.* Arctiore nexu cum seq. *Vs.* 31. 32. *Cocc.* III. in hanc mentem, *Utilius esse ad acquirendum cor, ut audiatur redargutio, eamque magis exhilarare, quam vel pulcbra visa, vel jucunda audita.* &c. &c. In alia discessit *Cler.* IV. qui *Lumen oculorum* capit pro *favore eorum* quos suspicimus, & *magni facimus*; *qui si nos pacatis & benignis oculis respiciant, hilaritatem in nobis creent: ut infra* 16: 15. Consimiliter *bona fama*, pro *existimatione* qua iidem nos honorant. Mihi V. comparatio satis arridet, hoc sensu: ut *Sol oculos illustrans, cor intime lævigat & hilarat:* ita *nuncius bonus penitissimas recreat & per-*

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Vers. 1 Homini sunt instructiones adversæ aciei in corde: at a Jehova est responsum linguæ.

2 Om-

לאדם מערכי לב ומיהוה מענה *Vers.* 1
לשון׃

2 כל

perfundit medullas. שמועה *auditio*, vel *auditum*, pro *nuncio*, crebrum. Omissæ *particulæ* quæ *protasin* efficiunt & *apodosin*, ad pondus. Hunc genuinum esse adspectum, dubitare non patitur *Cap.* 25: 24. *Aquæ frigidæ super animam lassitudine gyrantem*; *&* שמועה טובה *nuncius bonus e terra longinqua.* Illud *&* mirificam exerit virtutem, ad *comparationem* fortius adstringendam.

AD CAPUT DECIMUM SEXTUM

NOTÆ.

Vs. 1. Non perspicuum, quo collineatur. Plurima tulit puncta; I. *Hominis sunt præparationes cordis, sed a Domino est responsum Linguæ.* Id ita fere explicatur: *Potest quidem homo cor præparare ac disponere, ad aliquid dicendum; sed a Domino est eloquendi, & sensa animi exprimendi, facultas.* Hæc parum firmo stant talo: & otiose admodum hic disputatur de *præparationibus cordis* per *Liberum arbitrium*, quæ *sint in* hominis *potestate.* Frigide etiam *Merc.* apposuit, *per Concessionem hæc dici, & juxta hominum opinionem: nam & Cordis & Linguæ præparationem ac moderationem esse a Domino.* Vel hinc saltem colligere debuisset Vir Eruditus, hanc mentem *Salomoni* non obversatam. Per *interrogationem* negantem nonnulli II. *An homini essent ordinationes Cordis, cum Domini sit Linguam gubernare?* Id fingere est, & fabricare; pro arbitratu. Ad *subita responsionum* III. retulit *Cler.* quibus se e periculo graviore quis nonnunquam eripiat, *non sine Numine*, Linguam movente. Contrario adspectu alii IV. adducunt exemplum *Bileami*, qui quum *maledicere* decrevisset, *benedicere* sit coactus a Deo. Quisque suo in sensu abundet. Mihi nihil horum tale, in quo conquiescere possim. Nec tamen quicquam exsculpo, quod ut firmius substituere ausim. Exitum interim circumspicienti V. satis liquidum & apertum videtur, vi totius sententiæ, in phrasibus מערכי לב & מענה לשון esse talem *Antithesin* quæ hinc & hinc aliquid grave ferat. Ad priorem, a ערך, quatenus speciatim valet *instruere aciem*, tento, *Homini* sunt *instructiones aciei cordis*; in *Plurali*: ad *diversas acies* designandas, quas sæpe Cor *intra* semet *instruat*, ita ut *secum dissidere*, quin *intestinum bellum fovere* videatur. Dilucet, cur לאדם *Homini ipsi hæ instructiones adversam in aciem* intra semet attribuantur; quippe quæ vel ex *Cupiditate*, aut *turbulentiore affectu* cooriri soleant; vel ex *defectu luminis*, quo mens suspensa teneatur, & nunc huc, nunc illuc trahatur. Ad מענה *responsum* observo, ejus vim intendi, ut afferat *responsum opportunum*, quodque *negotium dirimat*, ac *decidat*. Ita *Job.* 32: 3. *In tres socios exarsit nasus ejus, eo quod non invenerant* מענה *responsum, ut Jobum reum peragerent.* Crescit virtus adjecta voce לשון, & *responsum Linguæ* jam κατ' ἐξοχὴν sonare posse videtur *Responsum Linguæ sapientis*, ac veluti *Oraculum*, quod viget, valetque, in rebus decernendis. מענה pro *Oraculo*, & re-

2 כל דרכי איש זך בעיניו ותכן רוחות יהוה׃

3 גל אל יהוה מעשיך ויכנו מחשבתיך׃

4 כל פעל יהוה למענהו וגם רשע ליום רעה׃

5 תועבת

2 Omnes viæ viri, pellucidum in oculis ejus: at spiritus elibrat Deus.

3 Devolve ad Jehovam opera tua: & firmabuntur rationes tibi perpolitæ.

4 Omne (universum) paravit Deus ad responsum sui: etiam improbum ad diem mali.

5 Abo-

responso Divino, reperies *Mich.* 3: 7. Verbum ipsum ענה *respondit*, in *Oraculis reddendis* quoque absolute frequentatum: ut proinde *Genius linguæ* prolixe respondeat; an & *sensus*; alii arbitrantor. Mihi viam ad solidius aliquid eruendum aperuisse fatis.

Vs. 2. Erectiore *Syntaxi*; *Omnes viæ viri*, *Limpidum in oculis ejus*: ut supra, *Opulentia gravis*, *Acre* &c. Minus concinne *Ab. Esra* cum *præced. Vs.* connectens; *Omnes viæ viri puri*, *in oculis ejus*, *Jehovæ*: ut eas nempe examinet. Claudicat: & potuisset tibicine firmiore, *Omnes viæ viri*, *pellucidum in oculis Ejus Jehovæ*; *atque spiritus elibrat Jehova*. Nempe זך *purus* proprie est *limpidus* aut *pellucidus*, διαφανής. Id commodissimum præstat sensum, qui ad omnes in universum mortales se extendat, una cum membro posteriore. Confer *Cap.* 15: 11. Non discedo tamen a sententia receptiore, in quam *Limpidum* quoque egregie quadrat; ad *summam puritatem*, quam quisque sibi in *dictis factisque suis* arrogare solet, expingendam.

Vs. 3. Ad vim præcepti sentiendam aliquid contribuit *Origo* vocabuli מחשבות, non simpliciter *cogitationes*, nec *consilia*, sed *rationes exactius subductæ*, ac *elimatæ* veluti. Sic *Ps.* 33: 10. עצת *consilium Jehovæ* & מחשבות לבו *rationes* sive *summæ elimatæ cordis Ejus* dicuntur *staturæ*. Supra מחשבות און *summæ subductæ vanitatis*. Etiam *Jer.* 4: 16. & 18: 12. ea *figura* usus. Quin *Moses Gen.* 6: 5. יצר מחשבות לב *figmentum rationum subductarum cordis*, posuit pro *summa summarum exactissime elimata*. Pro *summa consiliorum computatissima*, & *perpolita*, occurrebat *Prov.* 15: 22. recurretque *Cap.* 20: 18. Alia alibi. Ad *Vs.* 9. etiam aliquid dabo.

Vs. 4. Impervestigabile αἰνιγμα & prærupta *Syntaxis*; præruptior sensus. Magna pars I. *Omnia fecit Dominus propter se ipsum; & improbum quoque ad diem mali* למענהו *propter sese*; i. e. *ad gloriam suam*. Vexatissimus in *Controversia* capitali locus: de quo moderatum judicium *Grotii*: *sensus non est malus, si propter se ipsum intelligas, ut proprietates suas notas faciat, & impium non fieri talem a Deo,* (*absit!*) *sed fieri sive poni ad mala*. Id cordatius, quam tragœdias ciere, & invidiam; quum utique nemo Nostrorum plus contenderit. Subjunxit II. Vir Magnus, *verum melior erit hæc interpretatio*: *Singula Deus facit*, (i. e. *ordinat*,) *ad id quod singulis convenit*: *etiam impius ad diem calamitosum*; supple, *ordinatus a Deo*. *Nam* ענה *inter alia, ut & vox* respondendi *Latina*, *significat τὸ συνεχῶς eadem serie locari*. *Eccles.* 10: 19. Sane *Emphatica* enunciatio vocabuli לְמַֽעֲנֵהוּ huic sensui favet; & alter ille requisivisset simplicius לְמַעֲנוֹ vel לְמַעֲנֵהוּ. Sensit *Mercer.* *molestam* vocans *rem Grammaticam*: sed tamen concludens, *ad majorem Emphasin*, *& reciprocationem*, *id factum videri*. Responderit alius, *non videri*. Certe *Cocc.* III. reddere non dubitavit, in *Comm. Omne parat Jehova ad responsum suum*, *etiam improbum ad diem mali*: in *Lexico* maluit, *Omnem tractat*, & gubernat, *ad responsum suum*, i. e. *convenienter & ut consentaneum est*. Ad eandem normam *Gejer.* IV. ambigens circa *affix.* הו ad *Deum* redeat, an ad כל *omne*. Si ad *Deum*, hoc sensu; *universa & singula Deo*,

5 Abominatio Jehovæ omnis altifrons (convexus) cordis, manu ad manum non impunitus erit.
6 Cum pietate & veritate (*demum*) expiatur pravitas; & vera reverentia Jehovæ est, recedere a malo.
7 Quum

5 תועבת יהוה כל גבה לב יד ליד לא ינקה׃
6 בחסד ואמת יכפר עון וביראת יהוה סור מרע׃
7 ברצות

Deo, ejusque finibus, obtemperare. Si ad *omne*, hocce; *universa & singula sibi invicem mirabili harmonia respondere.* Aliquid pressius adhuc & subtilius elimare conatus *Gusset.* V. sub ענה dans, *unumquodque fecit Deus ad responsum proprium ejus: etiam improbus diei pœnæ* destinatur. Id longius circumductum tandem in summam reducit hancce; *Deus fecit diem pœnæ, cujus illud* הַמַּעֲנֶה *responsum est, effectumque congruum, ut improbum secundum opera ejus excipiat. Justa vindicta, inquam, est* הַמַּעֲנֶה *responsum, quod improbo reddit ipsa dies iræ* &c. &c. Tricationes anxiæ, quibus magni sensus parum juvantur. Ut e fluctu portum capiamus VI. subnectam, quid Lingua mihi exigere videatur: *Universum paravit Jehova ad magnum responsum suum; sane quoque improbum, ad diem mali.* למענהו reddo *ad magnum responsum suum*, quia *He Emphaticum* istam vim sæpe exerit. Possis item, *ad certum responsum suum;* quod quasi digito demonstretur; & in oculis defigatur: ut proprie sit, *ad ecce responsum suum.* Hoc liquidum: non æque liquet, quorsum illud הו sese reflectat, ad *Deumne*, an ad *Universum?* Nullus in Sacris occurrit textus, ubi למענהו ita locatum. Ergo hoc quidem nemo per exempla decidat. Expendamus proin *sensus* pondera ac momenta, num ea forte decidere valeant. Si ad *Deum* referatur, exeat necesse est, *Quicquid in theatro Universi cernitur, quod tandem cumque fuerit, produci, dirigique, ad magnos fines, Jehova dignos. Sane quoque improbum, ad diem mali.* Magna sententia; magna veritas, unde nemini resilire integrum. Sin ad כל *universum* redeat הו, non minus nobilis, Deoque dignus, emerget adspectus, *Universum paravit Jehova ad ecce responsum sui:* id est, *nihil omnino in Systemate Universi, quod non arctissime colligatum sit, atque connexum. Non magna tantum, sed & minima quæque, habent suum* מענה *scopum, finem, nexum, atque cum maximis intime cohærent, iisdemque respondent.* An ergo & *improbus, malumque* cum *turpe*, tum *triste?* וגם *Sane quoque & improbus ad diem mali.* Cave credas, inquit Sapiens, *Malos & mala iis infligenda turbare Systema Universitatis. Ejus ordo pulcherrimus per hæc ipsa* omnibus suis numeris *absolvitur*; atque *completur.* Construo, *Sane quoque improbum ad diem mali*, id est, *pœnæ addicendum*, פעל יהוה למענהו *paravit Jehova ad responsum ecce suum?* Habet *improbus*, habet *malum morale*, ac *turpe*; habet quoque *malum pœnale* ac *triste*, המענהו *suum ecce responsum; suum* cum reliqua serie rerum *nexum* Deo decentissimum, qui cum universis Summi Numinis molitionibus finibusque intime cohæreat. Ne hinc quidem cuiquam resilire, fas est. Quid ad veritatem sit propensius, cuique dijudicandum relinquo.

Vs. 5. Eximia phrasis גבה לב *altifrons cordis.* Thema גָּבַהּ istam *proprietatem* possidere, monui ad *Job.* 31: 5. ubi *Cœlum* pingitur *Altifrons.* Hinc *metaphora* ad *Cor* permissa; & alia, quæ non persequar. Ita apud *Arabes* اجبه אגבה est, *Alta lataque fronte præditus.* Altior tamen *Origo*, quæ *convexum* signat, sive *convexitate elatum.* Id mirifice quadrat in *Cœlum*; quod ὑψηρεφὴς etiam *Græcis*; quadrat & in *Cor*, quod venuste item ὑψηρεφὴς *convexum*, *convexa* quasi *superbia elatum*, dicitur. De formula יד ליד *manu ad manum* egi ad *Cap.* 11.

Vs. 6. Obhæretur in constructione, & sensu. Receptissimum I. *Benignitate & veritate expiatur iniquitas; & timore Domini receditur a malo.* Scopum ferit *Merc.* hic apo-

7 ברצות יהוה דרכי איש גם אויביו ישלם אתו׃

8 טוב מעט בצדקה מרב תבואות בלא משפט׃

9 לב

7 Quum approbabit Jehova vias alicujus, etiam inimicos ejus ei pacabit.

8 Uber ramentum cum justitia; præ spissa copia proventuum, sine æquitate juris.

9 Cor

ponens, *pertinet ad avertendam opinionem illorum, qui sacrificiis & externis ceremoniis peccata putabant expiari.* Reliqua deflectunt; atque inprimis quod סור מרע *recedere a malo* exponat, *a pœna mali.* Aliis arrisit II. *& in timore Domini recedendo a malo:* nempe, *expiatur iniquitas.* Pro eo iterum alii III. *& in timore Domini* est, *recedere a malo.* Id *in timore Domini* continetur. Cl. *Cocc.* alio aspectu IV. *In gratia & veritate expiatur pravitas; sed in timore Jehovæ* est, *recedere a malo.* Hunc subdit sensum: *Verum quidem, per Gratiam & Veritatem Christi expiari peccatum Joh.* 1: 17. *Sed cum Gratiæ & Veritatis istius nemo sit particeps, nisi qui credit, & credere sit actio timoris Dei; etiam timor iste adsit necesse est, ad recedendum a malo, & peccata relinquenda.* Mitto plura. En nostrum quoque conatum V. *Cum Pietate & Veritate expiatur pravitas; & vera reverentia Domini est, recedere a malo.* ביראת *in reverentia* gemmula Orationis, pro *ipsa Jehovæ reverentia.* Ordo hic, סור מרע ביראת יהוה *Recedere a malo, in Reverentia Jehovæ est.* Simplex structura dedisset, סור מרע יראת יהוה; *Recedere a malo, Reverentia Jehovæ est.* Nunc ביראת *in Reverentia est*, nervum addidit, qui tantundem valet, ac, *ipsum Characterem ejusdem constituit, ac consignat.* Vide quæ ad *Cap.* 3: 26. adduxi. Oppositæ sunt *Gnomæ* hominum stupori, & affectui carnali, quo *sacrificiis, ceremoniis*, & *externo cultui* affixi, *expiari* credunt *pravitatem suam*, etiamsi in *pravitate* perseverent; & *Reverentiam Jehovæ* exhibitam, etiamsi a *malo* & *vitiis* non recedant. Hoc respectu gravissime sancitum; *cum* חסד ואמת *ἐκτενῶς καὶ ἀληθῶς*; *cum Virtutis ac Veritatis studio vivo, sincero, uberi*, demum *expiatur iniquitas:* sive, *nulla speranda criminum expiatio, nisi, piaculo oblato, vita simul emendetur; atque Pietatis Veritasque officia sanctissime observentur. Nullus* quoque *cultus*, *nulla* Numini *Reverentia* exhibetur, *nisi quum a malo simul receditur.* Quin *Ipsissima Reverentia Jehovæ* sic demum efficitur, & completur.

Vs. 7. Grave dictum: *Ubi gratas babet Dominus vias viri, etiam inimicos ejus pacabit cum eo.* Non est simpliciter, *ei reconciliabit*, ut fere sumi video, sed, *in deditionem venire faciet*; ut *pacati*, & *submissi*, *serviant.* Apud *Latinos* verbum *pacare* sæpe adferebat *subjugationem*, & quidem *mitem* illam, quam affectabant illi *Orbis domitores*, qui *pacatores ejus* salutari volebant. Idem usus mollior apud *Hebræos* evaluit. *Deut.* 20: 10. 11. *Si accesseris ad urbem, ut eam oppugnes;* וקראת אליה לשלום *tum promulgabis ei pacem*; i. e. *deditionem.* *Quod si pacem respondent tibi; tum omnis populus -- erunt tibi* למס *in tributum, & servient tibi.* Subsumitur dein *Vs.* 12. ואם לא תשלים עמך *Quod si non pacem fecerit tecum*: i. e. *in deditionem venerit* &c. Eadem vis *Jos.* 10: 1. 4. ubi *particula* את *cum*, & *Jos.* 11: 19. ubi אל *ad*; iterumque 2 *Sam.* 10: 19. את adhibetur: atque השלים *pacem facere* cum עבד *servire* junctim veniunt. Eadem biga 1 *Chron.* 19: 19. Sed, inquies, ad hæc exempla strui debuisset; גם איביו ישלימו אתו *etiam inimici ejus pacem cum eo orabunt.* Fateor ita construi potuisse; sed debuisse, nego: & hic quidem ישלם ad *Dominum* rediens, multo dignius; ut sit, *ad pacem cum eo adiget inimicos ejus.* Verbum השלים pro natura istius *formæ*, vel est *pacem petere sibi*, vel *facere ut quis pacem petat.* Ista amplitudine auctum est *Job.* 5: 23. Et *fera agri* השלמה לך *pacabitur tibi*; in *deditionem, tibi*, ac *servitutem redigetur.*

Vs. 9.

9 Cor hominis rationes viæ ſuæ, exactiſſime ſubducet: at Jehova firmabit greſſum ejus.

9 לב אדם יחשב דרכו ויהוה יכין צעדו :

10 Divinatio ſuper labiis Regis: in judicio non prævaricabitur os ejus.

10 קסם על שפתי מלך במשפט לא ימעל פיו :

11 Statera, & bilances judicii, *Jehovæ* ſunt: opus ejus omnia pondera ſacculi.

11 פלס ומאזני משפט ליהוה מעשהו כל אבני כיס :

12 Abominatio Regum, patrare improbitatem; nam in juſtitia conſtabilietur ſolium.

12 תועבת מלכים עשות רשע כי בצדקה יכון כסא :

13 Approbatio Regum labia juſtitiæ; & jus dicens, recta diliget.

13 רצון מלכים שפתי צדק ודבר ישרים יאהב :

14 Excandeſcentia regis nuntii mortis: & vir ſapiens expiabit eam.

14 חמת מלך מלאכי מות ואיש חכם יכפרנה :

15 In lumine vultus Regis, vita: & approbatio ejus, ut nubes pluviam vernam fundens.

15 באור פני מלך חיים ורצונו כעב מלקוש :

16 Com-

16 קנה

Vſ. 9. Ad verbum יחשב aliquid promiſi *Vſ.* 3. Non eſt ſimplex *excogitare*; ſed *ſummam putare*, ac *purgare*; ſive *rationem exactiſſime ſubducere*. Ita *Lev.* 25: 20. וחשב *Et exactiſſime computabit cum Emtore ſuo, inde a quo venditus fuit, ad annum usque Jubilæum* &c. Hinc *Pſ.* 73: 16. ואחשבה לדעת זאת *& ſummam rationum exactiſſime ſubducebam, ad hoc cognoſcendum* &c. Item *Pſ.* 77: 6. חשבתי *ſubduxi ſummam perputatam dierum inde ab ævo; annos ſeculorum.* Auctiore *Metaphora Pſ.* 119: 59. חשבתי דרכי *putatam viarum mearum ſummam perpolivi*; ut, ſcilicet, *eas ad normam Legis dirigerem.* Eadem amplitudo & hic obtinet. Uſus ſum verbo *perpolivi*; quia Veteres quoque *ſummas polire*, ac *perpolire*, in deliciis habebant. Compleat hæc omnia conſpectus *Originis* ex *Gjeubario*. الخشب ان تضع سنانا عريضا على الشي فتدلكه فان كان به شعب اى شقوق اى حدب ذهب واملس *Verbum* חשב *adhibetur cum imponis cotem latam rei, eamque fricas, ut ſi fuerit in ea rima aut fiſſura, aut inæquale quid, id tollatur, atque ita lævigatiſſima reddatur.* Hinc jam & ſub حسب *computandi, perputandi, æſtimandi, & ſummam perpoliendi* notiones *ſecundariæ* latiſſimam ditionem occuparunt. Idem de *Dialectis Chaldæa* & *Syra* intellectum velim.

Vſ. 13. Non ſatis teres; *Approbatio Regum labia juſtitiæ; & loquentem recta amabit.* Requirebatur יאהבו *amabunt*: ſed hoc ipſum eſt ubi elegantiam ferat; reſolvendum in, *eorum quivis amabit.* Eſt aliud, quod me nonnihil detinet. *Labia recti-rigoris, (juſta, vera;)* & *Loquens recta*; parum aut nihil differunt. Inde mihi ſuſpicio ſubnata דבר hic venire *uſu judiciali*, quo valet *jus dicere.* Sic *Pſalm.* 51: 6. דבר *dicere* & שפט *judicare*, uno tenore. Similiter *Job.* 11: 12. Inde exiſteret, *& jus dicens, plana, æqua re-*

16 קנה חכמה מה טוב מחרוץ וקנות בינה נבחר מכסף ׃

16 Comparare ſapientiam o! quam uber præ auro! & comparare prudentiam eximium præ argento.

17 מסלת ישרים סור מרע שומר נפשו נצר דרכו ׃

17 Via aggerata rectorum, recedere a malo: ſubſtricte cuſtodit animam ſuam, qui viam ſuam obſervat.

18 לפני שבר גאון ולפני כשלון גבה רוח ׃

18 Ante confractionem elatio: & ante ruinam altifrons elatio ſpiritus.

19 טוב שפל רוח את עניים מחלק שלל את גאים ׃

19 Bonum eſt demiſſo eſſe ſpiritu cum inopibus, præ quam partiri ſpolium cum ſuperbis.

20 משכיל על דבר ימצא טוב ובוטח ביהוה אשריו ׃

20 Maturitatem præſtans ſuper Verbo, inveniet uber: & confidens in Jehovam, o beatitudines illius!

21 לחכם לב יקרא נבון ומתק שפתים יסיף לקח ׃

21 Cui cor ſolidum ſapit, *is demum* diſertus appellabitur: & dulcedo labiorum, *quæ* addiderit florem doctrinæ.

22 מקור

22 Sca-

recta, *amabit*. Non urgeo, rem propoſuiſſe contentus.

Vſ. 18. Magna *figura*; quam & *Vſ*. 5. attigi; *Altifrons elatio ſpiritus*. Proprie *convexitas*. Sic *Job*. 11: 8. גבהי שמים *Convexitates Cælorum*, *convexæ altitudines*. Pulchre *Pſ*. 10: 4. *Improbus* כגבה אפו *pro convexitate Naſi ſui*. Id eſt, pro *faſtu* illo *tumido* quo *Naſum* in *Cælum erigit*. Proverbium Orientale eſt, *Naſus in Cælo*, *Nates in fimo*.

Vſ. 20. Diſtinet דבר *verbum*; vel & *res*. Hinc nonnulli: *Intelligens rem*, *inveniet bonum*: i. e. *rebus ſuis intentus*; συνετὸς ἐν πράγμασι, ut LXX jam olim. Alii, *intelligens verbum*; i. e. *loquendi peritus*. Propius vero, *intelligens Verbum* per excellentiam; vel *attendens ad Verbum* illud: atque ad Ejus normam omnia ſua dirigens. Plenius tamen exit, *Maturitatem præſtans ſuper Verbo*, ut iſtud על *ſuper*, & *fundamentum* exprimat, & *firmamentum*; quum quis ſe ad Verbi *normam* componit, ſimulque in ejus fidem recumbit. Sic planior quoque connexio. Illud ימצא טוב *invenit*, *bonum*, *uber*, plus in receſſu habet, quam apparet. Innuitur, etiam ex *malis bona eſſe redundatura*; nec quicquam obventurum, quod non ſit טוב *uber*, & *in ſalutem exuberans*. Concentus inter משכיל *maturitatem præſtans*, & טוב *uber*, ultro ſe commendat.

Vſ. 21. Languidulum, quod hic datur; *Sapiens corde vocabitur intelligens*, vel *prudens*; *& dulcedo labiorum addet doctrinam*. Nec animatur, etiamſi ita efferas; *Sapienti cordis nomen indetur*, *Intelligens*; *& dulcedo labiorum addet doctrinam*. Hoc eſt, ad mentem *Grotii*, *Doctrinam reddet pretioſiorem*; *eique pondus adjiciet*. Aliud quid exſculpere conatus Cl. *Cler*. oppoſitionem fieri cenſet, ita, ut prius *Colon* concedat *viro ſapienti laudem prudentiæ*, *quamvis nequaquam ſit diſertus*: poſterius innuat, *Sapientiam cum Eloquentia conjunctam*, *præpollere tamen*. Ingenioſius quam ſolidius: nec ſe ſuſtinere poteſt, *Sapiens cordis vocabitur* quidem *intelligens*. &c. Omnino נבון *intelligentia præditus*, hic ſignat *eloquentem*, *diſertum*; nam

X apud

22 Scaturigo vitæ maturitas, idoneis ei: at castigatio crasse stolidorum, crassities.

23 Cor solide sapiens maturum præstabit os suum; & super labiis suis addet florem doctrinæ.

24 Fluor mellis, sermones gratiæ: dulce animæ; & medicinam præstans ossamento.

25 Est

22 מקור חיים שכל בעליו ומוסר אולים אולת :

23 לב חכם ישכיל פיהו ועל שפתיו יסיף לקח :

24 צוף דבש אמרי נעם מתיק לנפש ומרפא לעצם :

25 יש

apud *Arabes* بان non tantum est, *distincte intellexit*, sed etiam *facundus fuit*: ut بيان est *facundia*, *eloquentia*; & ابين *facundior*, *eloquentissimus*. Nobilis sensus; *Cui cor solide compactum*, sive *solidum sapit*, *appellabitur* נבון *Eloquens*: *& dulcedo labiorum* יקרא appellabitur ea, quæ *addet florem fœcundum doctrinæ*. Non Linguæ *volubilitas*, Labiorumve mellea *suavitas* veram constituit *Eloquentiam*; sed ea demum *Eloquentia* censenda, quæ ex *solide compacto corde* proficiscitur, *solidumque* doctrinæ *fructum parit*. Confer mox *Vs.* 23.

Vs. 22. Non caret difficultate, *Scaturigo vitæ intelligentia Dominis suis*, possessoribus; *& eruditio stolidorum stoliditas*: in hunc sensum: *Ex intelligentia sapientis vita emanat*; at *ex institutione stolidorum nil nisi stultitia*. Alienius certe, ut מוסר *eruditio*, & *disciplina* attribuatur *stolidis*; nisi *Ironia* sustentetur. Ansa data hinc aliis, ut mallent *at castigatio stultorum* est *stultitia*: i. e. quum in discrimen inciderunt vitæ, aut fortunæ, tum demum corriguntur. Arcessitum. Mihi hoc sic satis forte rotundum subnascitur: *Scaturigo vitæ maturitas*, *idoneis suis*, h. e. qui eam *bono*, *puro*, *fœcundo sinu excipere possunt* ex *ore maturo sapientis*. Anceps est phrasis בעל שכל *Possessor maturitatis*, consignans tum qui *eam tradere* ac *docere* aptus; tum etiam, qui *eandem admittere*, atque *pio corde fovere*. His *maturitas* est *scaturigo vitæ*; ad *omnes fructus vitales virtutis & sapientiæ eos fœcundans*. Ad hanc faciem *Cap.* 3: 27. habuimus, *Ne cohibeas bonum* מבעליו *ab iis qui id recipere apti*, *dignique*. Id revisi velim. Succinet & alterum, sic redditum; *at castigatio crassorum*, *crassities*. Oleum & opera perditur *in castigandis crasse stolidis*; nam inde *crassities* iis *accrescit* potius; quin *appactius* in ea *concrescunt*; adversus *castigationem*, quantumvis *maturam*, *semet obdurantes*.

Vs. 23. Non lucet satis, *Cor sapiens prudens reddit os suum*; *& super labiis suis addit doctrinam*. Lucidius *Cocc.* *Cor sapientis facit recte loqui os suum*, *& in labia sua accumulat sermonem acceptum*. Nativa pulchritudo Linguæ offert, *Cor solide compactum*, sapiens, *maturum præstabit os suum*; *& super labia sua addet florem fœcundum doctrinæ*. Jucunde sibi recinunt ישכיל *maturum præstabit*; & לקח *flos doctrinæ fœcundus*; de quibus copiose ad *Cap.* 1: 3. 5. & 11: 30. על שפתיו *super labia sua addet*, vel capias licet, *sibimet accumulabit*, ut *isto* semper *flore exuberet*: vel, *per labia sua eum ad alios faciet redundare*.

Vs. 26. Tanti hic consurgunt fluctus, ut nuspiam conquiescere detur. Eos commovit cum profunditate sententiæ, raritas verbi אכף nuspiam alibi reperiundi; nisi quod ejus derivatum *Segolat.* אכף semel quoque tantum extet *Job.* 33: 7. Post *Merc.* plerique I. *Anima laborantis laborat ei*; *quia incurvat se ei os ejus*. Hoc est, *sibi laborat*, *quisquis laborat*, ut semet sustentet; *quia os ejus*, *inediæ impatiens*, *id supplex quasi ab eo quærit*, *& poscit*. Illa notio *incurvandi sese* sub אכף, adscita ex cognatione cum כפף; unde *Kimch.* II. transitive exsculpsit, *quia incurvat eum os ejus*: i. e. *cogit*, *& velut incur-*

25 יש דרך ישר לפני איש ואחריתה דרכי מות :

26 נפש עמל עמלה לו כי אכף עליו פיהו :

27 איש

25 Est via plana ante faciem viri; at extremum ejus viæ mortis.

26 Anima importuni importuna est ipsi: sane clitellas imposuit ei os suum.

27 Vir

curvum reddit ad opus. Id mollius. Vicinum III. *Cocc.* hocce, *Anima laboriosi laborat ipsi, quia manum injecit ipsi os suum.* Ea vis ex כף *manus* assumta; nam & *Job.* 33: 7. אכפי multis idem, quod כפי *manus mea.* Quum autem vix *Gnomen* efficere queat, *inopiam & inediam hominem adigere ad laborandum*; ex connexione cum *seq. Vs.* fulcrum ei subdidit, quasi hicce *laboriosus & ærumnosus* excusari posset, quum qui *concupiscentiis* tantum *serviant*, nihil habeant, quod prætexere queant. Ex alio usu verbi עמל *Luth. Melancht. Osiand.* alii insignes Viri IV. hunc reclusere sensum, *Eum qui aliis molestiam facessit calumniis, mendaciis, injuriis, vel maxime sibi molestiam creare; & mala multa arcessere*; atque *per os suum effrene incurvari; hoc est, plagas & verbera subire.* Quæsitius est, quod *Gejer.* adjecit, *os maledicum* dici hominem *incurvasse*, quod efficiat ut *instar serpentis humi repere*; vel & *virulentam Linguam intorquere soleat.* Nimis sibi indulgent Viri Docti, quando citra ullam veteris *Linguæ* auctoritatem, talia procudunt: nam, ut vidimus, אכף esse *incurvare*, haud sane liquet. Nimis libere quoque V. *Jun. Ipse molestus molestiam affert sibi; nam reflectitur in ipsum os ejus.* Ferri nequit ut נפש עמל *anima molesti*, reddatur, *ipse molestus*: itemque אכף *reflecti, recurvari*, pro *recidere & revolvi* cum *damno*, & *malo*, plane arbitrarium. Liquet, portum procul esse; nec ancoram jaci posse uspiam. Conabimur & nos VI. aliquid; non conjectura subnixum, sed liquida *Dialecti* auctoritate. Apud *Arabes* verbum اكف אכף significat *clitellas imposuit* jumento; & אכף اكاف *clitellæ* asini, muli &c. اكاف *clitellarius.* Eædem notiones sub *sororio* وكف וכף regnant. Sed præstiterit fontes aperuisse. *Camus.* اكاف الحمار ووكافه بردعته والاكاف صانعه واكف الحمار ايكافا واكفه تاكيفا واكف الاكاف تاكيفا اتخذه אכף & וכף *asini, sunt ejusdem clitellæ, ut opifex earum est* אַכָּף: in IV. & II. *imposuit clitellas asino: dicitur etiam* אכף אלאכף *pro suscepit dorso clitellas.* Plus adhuc lucis sub altero *Themate.* الوكاف الاكاف واوكفه اوقعه في الاثم ووضع عليه الوكاف וכף *idem sonat quod* אכף, *clitellas: inde dicitur, in IV. fecit eum in crimen incidere; quasi clitellas imposuit ei.* Benigniorem faculam allucet *Gjeubar.* الوكف الاثم وقد وكف يوكف اي اثم والوكف ايضا العيب يقال ليس عليك في هذا الامر وكف اي منقصة وعيب قال قيس بن الخطيم

الحافظو عورة العشيرة
لا ياتيهم من ورائهم وكف

Vox וכף *etiam crimen signat, ipsumque verbum* אכף *crimen commisit. Itemque* וכף *dedecus, damnumve: ut quum dicitur, nullum super Te hoc in negotio* וכף, *detrimentum,*

27 Vir perdite nequam, *qui* cavat malum; & super labiis ejus tanquam ignis percutiens.

28 Vir

27 איש בליעל כרה רעה ועל שפתיו כאש צרבת׃

28 איש

tum, damnum, dedecus. Ita Kais Ibn El-Chatimi.

Qui nuda latera Tribus custodiunt, ne veniant iis a postica parte clitellæ.

Id est *damna, injuriæ, dedecora; clades;* cum *servitute.* Apud *Phædrum* hanc in mentem notum, *Quid refert mea cui serviam, clitellas dum porto meas.* Apud *Plautum* in *Mostell.* 3: 2: 90. *Vehere clitellas* dicuntur *senes, damnum ludibriumque* servuli *subeuntes;* qui facete sic totam *Allegoriam* exequitur: *Muliones mulos habent clitellarios, ego vero clitellarios habeo homines. Magni sunt oneris; quicquid imponas vehunt.* Hinc *Proverbium* per *Allegoriam* acceptum, ut *Quint.* L. 5: 11. ait, *Bos clitellas; non nostrum, inquit, onus.* Usus *Cic.* ad *Att.* 5: 15. *Clitellæ bovi sunt impositæ; non est nostrum onus, sed feremus.* Hinc jam tandem cernimus, quam apposite *Job.* 33: 7. inductæ sint *clitellæ:* simulque textui nostro id luminis exoritur, quod quamcumque in partem prius colon inclinetur, ei gratiam addat, ac dignitatem. Si placeat, quod plerosque tulit calculos, *Anima laborantis, laborat ipsi;* jam aptissime subtexetur, *nam clitellas ei imposuit os ejus. Cibum* identidem *flagitans os, eum fecit clitellarium.* Vidit, & ex usu *Arabum* commendavit quoque *Cler.* qui eundem fere nexum assumsit cum *Vs. seq.* quem *Cocc.* ne per se stans dictum, caderet, ac jaceret. Si arrideat, quorsum & ego propendeo, *Anima molesti ipsimet molestiam facessit;* pulcre subdetur, *Sane clitellas imposuit in eum os ejus.* עמל *labor* percrebuit pro *molestia, injuria, importunitate:* a *primaria,* ut suspicor, *notione* & [illegible] *tundere:* unde *Jud.* 5: 26. הלמות עמלים *Malleus tundentium,* sive *fabrorum.* Est tamen, hactenus quidem, suspicio; quam alibi prosequar. Nunc incudem meam tundens, assumo verbum עמל haud dubie protritum fuisse, vigente Lingua, in *vexationibus* & *injuriis importunis,* quibus alii *tunduntur.* Cum allusione forte ad *Originem* graviter *Ps.* 7: 17. ישוב עמלו בראשו ועל קדקדו חמסו ירד *Redibit importunitas ejus in caput ejus; & super verticem ejus cruditas ejus descendet.* Vides *ictus* in caput & *verticem tundentis revolutos.* Ad eam faciem, *Anima importuni, importuna est ipsi;* vel *anima tundentis, tundit ipsummet: Sane clitellas imposuit in ipsum os ejus.* פי *os* pro *ore crudo, importuno;* ut *Prov.* 10: 6. 12. פי רשעים יכסה חמס *Os improborum operiet* sua *cruditas.* Et פי אויל *os stolide crassum, ibid. Vs.* 15. Sic ferme *os* semper hoc in *Libro.* Cur ergo inde recessum? officere videbatur, puto, נפש *anima;* quæ sæpe *appetitum* designat, & *aviditatem edendi.* Atqui & *appetitum* ac *aviditatem lædendi:* ut *Prov.* 13: 2. נפש בגדים חמס *Anima perfidorum cruditatem,* comedet suam. *Ps.* 27: 12. *Ne tradas me* בנפש צרי *in animam hostium meorum.* Adde *Ps.* 41: 3. *Ezech.* 16: 27. & 25: 6. 15. ubi *vehementia spirans,* & *flagrans* simul in noxam, pingitur. Appositissime ergo נפש עמל *vehementia spirans importuni,* עמלה *importuna est* לו *ipsi,* auctori importunitatis, non לה *sibi fæmin.* ad נפש redeunte *pronomine,* id enim minus quadrasset, quia non *anima,* sed *vitium animæ* attenditur. Jam vero *vitia Auctoribus suis damnosa* dicimus potius, quam *sibimet.* In posteriore membro עליו item ad *importunum* se refert. Sub *clitellis* & *mulorum onere turpi,* quod *ipsi os* ejus *imposuit,* complector omnia, quæ *Allegoriæ* huic inclusa esse apud *Arabes,* supra visum: *crimen, reatum* inde *oriundum, damnum, dedecus, opprobrium,* omnemque adeo *malorum malam Zamiam.*

Vs. 27. Concisior phrasis *fodiens malum.* Eam *Mercerus* aliique exponunt *effodere, eruere.* Adjecit *de Dieu* esse *metaph.* desumtam ab iis qui *metalla effodiunt.* Id longius abit. Non propius, quod aliis risit, respici ad *effossa sepulcra,* & *cadavera eruta;* ut Nefarius hicce dicatur ea *quæ dudum sepulta*

28 איש תהפכות ישלח מדון ונרגן מפריד אלוף׃

28 Vir perversitatum, *qui* immittit contentionem, & rancore suffectus, divellit familiarissimum.

29 איש

29 Vir

ta fuerant, in diem lucemque retrahere, ad alios diffamandos. Simplicissimum, quod plerisque placuit, eandem esse translationem, quæ *Ps.* 7: 16. *Foveam cavavit, & effodit eam.* Adstrictius, & grandius, *cavans malum*; tanquam *foveam* scilicet quæ *circumveniat*, *capiat*, *perdat*. *Prov.* 26: 27. prout *Cocc.* in Versione exprimere non dubitavit, *parat malum tanquam fovea effossa.* Major dissensio ad alterum colon; quod plerique quidem *in malum* accepere; hoc nexu, & nervo, *ut Labia hujus hominis adhuc perniciosiora esse* dicantur, *quam animus* &c. Carere possumus subtilitate ista, quam *R. Levi* excudit. Interim certum τὸ צרבת aliquid *nervosi* resonare; quod, quale sit, non satis expeditur. Ex collatione cum שרף *ussit*, *adussit*; assumtum fere *ignis adurens*. Ad צרף *conflavit* metalla, confugerunt alii, ut sit *ignis vehementissimus*, *conflatorius*. Talia tutam stationem præstare nequeunt; & nihil magis progressum sufflaminavit rei *Hebraicæ*, quam id genus subsidia, & fulmenta, quæ dum sustentare videntur, plaustrum percellunt. Si aliunde non liqueat, quid fuerit *Hebræis* צרב, semper tanquam in incili hærebitur. Occurrit *Esech.* 20: 47. notione vehementissima, quam *Cocc.* expressit *Inflammabuntur.* Inde ansa Ei porrecta ad *ignem flammantem*, vel *flagrantem*, & quidem in *bonum*, ut intelligantur *verba flagrantissimi affectus*; cum *volubilitate Linguæ* Χρηστολογίας & Πιθανολογίας expromentis. Sensum esse nobilem, qui assensum eblandiri queat, quis neget? Unde vero tandem dubitatio hæc decernetur? Ex majore Copia veteris *Linguæ* haud dubie, quam solæ *Dialecti* possunt refundere. Apud *Arabes* ضرب צרב est *icit*, *verberavit*, *percussit.* Ejus ditio longe lateque fusa. Inter signatiores usus, *percussit eum* ignis, æstusve; plane ut apud *Latinos fervidi ictus Solis*; &c. Hinc *Esech.* 20: 47. להבת שלהבת *flamma flammantissima*; ונצרבו בה כל פנים *& percutientur ea omnes vultus*, i. e. *fervidissimis* flammæ istius *ictibus perurentur*; *notis altissime impressis.* Sic צרבת *notam inustam* signat *Lev.* 13: 23. 28. Est forma *Infin. fœmin.* in *Pabb.* unde posses & heic loci, *tanquam ignis percussionis*; qui *notas inurat.* Malim tamen *adjective*, ut sit, *tanquam ignis percutiens*; qui *notas altius imprimat.* Quicquid sequare, habes summum gradum virulentiæ, quæ more Scorpionis semper *in ictu* sit, atque *ignitissimo aculeo* male *urere* meditetur. Certe & ضرب צרב nostrum apud *Arabes* notat *punxit*, atque speciatim ad *ictum urentem Scorpionis* se præbet; diciturque ضربه العقرب بحمته *icit eum Scorpius ignito aculeo* צרבה אלעקרב בחמתה. Hoc sententiæ nostræ cumulum imponit. Ejus ansa anceps; vel enim capias licet, *Vir Belial talia patrat*: vel ordine inverso; *qui talia patrat*, איש בליעל *Vir perditissime nequam erit*; atque merito execrabili isto nomine afficietur. Posterius vehementius videtur, simulque ampliorem aperire campum; quem statim explanabo.

Vs. 28. Geminum hic characterem enotari volunt; alterum *viri perversi*, qui *lites seminare* amet; alterum *delatoris*, qui *susurris* maligne sparsis etiam *inter familiarissimos discidia* excitare calleat. Sed hæc tam vicina, ut sejungi vix posse videantur. Hinc *Cocc.* uno filo: *Vir refractarius immittit litigium, & mussitans separat familiarissimum.* איש תהפכות *virum refractarium* reddidit ὁ πάνυ, quasi qui *contraria loquatur*, ac *contentiosus sit.* Ex nostra mente notat *virum subversionum*, qui *fundamenta Veritatis*, *Virtutis*, ac *Religionis subruit*, ac *subvertit.* Ad *Cap.* 6: 14. id latiuscule deductum. Ibidem quoque illustrata phrasis, שלח מדון *immittere* laxatis quasi habenis *litigium.* Verbum נרגן inter ea, quorum *secundaria* potestas quidem cognoscitur, sed *primaria* profundissime ignoratur. In *Lexicis* habes *susurronem*, vel *mussitatorem*; indeque porro *delatorem*, qui *calumnias in aurem insusurret.* Hæc Viri Docti ad

29 Vir cruditatis *eſt*, *qui* pellicit proximum ſuum, & ambulare eum facit in via non-bona.

29 איש חמס יפתה רעהו והוליכו בדרך לא טוב :

30 Stipans oculos ſuos, *eſt* ad ſupputandum ſubverſiones: vellicans labia ſua, malum complicuit.

30 עצה עיניו לחשב תהפכות קרץ שפתיו כלה רעה :

31 Corona ſuperbe magnifica *eſt* canicies; in via juſtitiæ invenietur.

31 עטרת תפארת שיבה בדרך צדקה תמצא :

32 Me-

32 טוב

ad Copiam *Latinam*; de auctoritate, & probatione, plane ſecuri. Vera verbi vis, & *Origo*, ſuggerit nobis *rancorem*, & *rancidam affectionem*. Hinc נרגן ſonat *rancidum*, vel *rancore ſuffuſum*, in *butyro* proprie; improprie in *animo ſubulcerato*, quem *mala* quædam *contagio adflavit*, *infecitque*; *qua* & *alios adflare*, atque *inficere* conetur. Cernis *Delatorem*, qui *rancido* pectore, *rancida* graſſetur *Lingua*, *virulentiam* ſuam longe lateque propagans, ac diffundens. Ad *Cap.* 18: 8. figuram per ſane gravem, atque illuſtrem, ita affirmabo, gradum ut facile tuitura ſit. Nunc habeatur, נרגן *rancore infectum*, איש תהפכות *viro ſubverſionum* aptiſſime ſubnecti; quippe qui propterea *deſtruere* amet, atque *ſubruere* omnia, quod *pectus* ejus totum *ranceſcat*, atque omnis amarulentiæ ſit refertum. Phraſis מפריד אלוף aliquid ſignati ſpirat; quod ſatis commode expreſſum ab iis qui dedere, *ſeparat familiariſſimum*; *vel intimum* quoque *amicum*. الوف אלוף pro *valde familiari* protritum apud *Arabes*; ut *Cap.* 2: 17. monui. Pes proinde hic figi poſſet, niſi forte cumulatius adhuc præſtaret *Neutro* genere ſumtum אלוף, unde exeat, *divellit copulatiſſimum*; quicquid *intima* & *ſuaviſſima* copula *devinctum*, in *concreto*: vel & in *abſtracto*, τὸ *copulatiſſimum*, *familiariſſimum*, pro, *copulatiſſimam familiaritatem*. Confer *Cap.* 17: 9. quæque ibi ſubmonebo. Ceterum ut *Vſ. præced.* ita & nunc gemina ſeſe dat anſa *Syntaxeos*, ut vel ita texatur, *vir ſubverſionum* amat *lites immittere*, & *rancidus rancore ſuo* omnia *inficere*: vel ſic decurrat filum, *Qui lites immittit*, & *rancido pectore copulatiſſimum divellere* ſatagit, *vir ſubverſionum* merito *appelletur*, eaque nota publice inuratur. Ad *Vſ. ſeq.* plura.

Vſ. 29. Non de limpido manat, quod datur, *Vir violentus decipit proximum ſuum; eumque ire facit in via non bona.* Non eſt *violenti*, ſed *veteratoris* & *doloſi* character, *pellicere* & *blando ſermone in fraudem inducere*; quæ eſt vis verbi יפתה. Exiſtimabat *Cocc.* ideo *ſeductori* attributam *violentiam*, vel quod *ſeducere* ſit *animas ſpoliare ſalute*; vel quod *ſeductores cogant alios dicere quæ ipſi dicunt*, & *facere quod ipſi faciunt*; vel quod *illorum religio ſpectet ad amplificationem opum & potentiæ*. Hæc quorſum collineent, non exequor. Sufficit ſcrupulum, qui hic ſolido Interpreti objicitur, palpandum præbuiſſe. Alii pronunciare non dubitarunt איש חמס non tam *virum violentum* nunc denotare, quam *fallacem*; eo quod *fallacia* ſit *ſpecies violentiæ* & *injuriæ*. Mitto dilutiora. Nodum exſolvere poſſe videtur *Syntaxis* ſic inverſa: *vir violentiæ*, *cruditatis* proprie, *eſt*, qui *pellicit proximum ſuum*; *eumque ire facit in via non-bona.* Adverſa fronte pugnant *Cruditas trux*, *atrox*, *violenta*; & *pellaces blanditiæ*; quæ ſub פתה ſe exerunt: ut *Prov.* 1: 10. & *Exod.* 22: 16. Hinc jam graviſſimum *Schema* conformatum, aurem animumque ex æquo implens, *Qui pellacibus blanditiis proximum in viam inducit perditionis*, איש חמס *crudus* & *crudelis raptor*, *violentusque graſſator* eſt *habendus*, *cum ſuo illo ſermonis lenocinio*. Scilicet *ſicarium agens* veluti, & *latrocinium exercens*. Ita דמים *ſanguines*, *cædes* cum חמס *cruditate violenta* junctim venire amant *Eſech.* 7: 23. *Gen.* 49: 5. 2 *Sam.* 22: 49. *Pſ.* 140: 2. 5. 12. &c. Sic haud dubie figuratius & vibrantius exiſtit dictum. Eadem

32 טוב ארך אפים מגבור ומשל ברוחו מלכד עיר׃

32 Melior est lentus narium, quam fortis bellator; & dominans in spiritum suum, quam Captor urbis; *Poliorcetes.*

33 בחיק יוטל את הגורל ומיהוה כל משפטו׃

33 In sinum (alveum) projicitur sors, (lapillus:) & a Jehova omne judicium ejus.

dem inversio *Syntaxeos* duobus Versiculis prægressis nervum addit, & pondus singulare. Nempe *Capitalissima* sic pronunciantur, quæ homines vix pensi habent, *vitia; cavare mali* quid proximo; *eumque maledica lingua ferire,* Item *lites suscitare*, & *rancorem pectoris sui* quaquaversum *proseminare.* Hinc adeo non abhorrent plerique mortales, ut nec *honestati*, nec *probitati* suæ, quicquam inde decedere autument: quum tamen judicio Cœlestis Sapientiæ *Improbissimorum gregi* tales insertari mereantur; atque pessimum nomen & omen *Virorum Belial* & *destructorum virtutis*, ac *religionis* compleant.

Vs. 30. Arctius nectunt plurimi, & præcedenti *Characteri*, vel uni, vel pluribus, cumulum hic imponunt, ut *vir violentus;* itemque *vir perversionum*, ac *perdite nequam*, hisce coloribus porro expingatur, tanquam qui *oculos claudat*, ad *excogitandum perversitates; & labia commordeat, ut malum consummet.* Non eadem interim hisce lineamentis subjicitur vis; & עצה עיניו secundum alios est *nictans oculis;* itemque קורץ שפתיו *motitans labia sua;* quasi describeretur *tectus dissimulator*, & *machinator* malorum; qui *nutibus oculorum*, *labiorumve*, *nequitiam* suam *consummare* studeat; si palam nocere, ac grassari, non possit. Dissensio orta ex eo, quod *formulæ* עצה עיניו, & קורץ שפתיו nuspiam alibi occurrant: quodque de genuina virtute utriusque *thematis* עצה, & קרץ per inopiam *Linguæ* haud constet satis. Ut paucis defungar, dabo, quod cum præcedenti Versiculo commodissimum præbeat nexum. Descriptus ibi *illusor religionis* & *virtutis*, qui *lenocinio sermonis blandi*, & *astuti*, in *viam non-bonam*, *pessimam* illam, quam ipse calcat, *pelliciat perductorum* pessimus, & publico latroni, ac sicario, comparandus. Hic jam, admissa ista connexione, induceretur tanquam *nictans oculis*, ad *subversiones suas* subtilissime *exputandas*, & *elimandas;* itemque *vellicans labiis suis*, ad *malum suum consummandum.* Habes imaginem *Sannionis*, non absimilem ei, quæ *Cap.* 6: 13. 14. præcessit; ubi alii adhuc *gestus irrisores*, & *delusores*, eadem in materia, exsignati. Si quis proin contendat, eundem & hic adspectum sensumque tenendum, habet, quod se benignius illuc porrigat. Sed non video, cur utrobique eandem obtinere faciem, mentemque, magnopere tendatur. Varietas utique delectat; & sub vicinis phrasibus aliud & aliud potest intendi. Mihi quidem hicce noster Versiculus per se stare, atque completissimum, eundemque acutissimum sensum fundere videtur, sic conceptus: *Stipans oculos suos, ad supputandum subversiones* id facit: *vellicans labia sua, complicuit malum.* Elucidemus, quantum fieri poterit, paucissimis Linguæ indolem. עצה nuspiam alibi reperiundum, *propaginem* tamen suam reliquit עץ *lignum*, a *stipando* ita dictum; ut apud *Arabes* عصا עצה pleniore forma, *lignum*, *baculus*, *stipes*, item a عصى *stipavit;* quæ *primaria* istius *thematis* virtus: unde secundariæ notiones apud *Golium* effluxere, *percussit* baculo; *obligavit* vulnus; quasi *stipavit:* nec non *immorigerus*, *contumax*, *rebellis fuit;* quasi dicas *obstipum.* Sed quid jam עצה עיניו *stipans oculos suos?* Possis sane, ex calculo receptiore, *claudens firmius*, ac veluti *obstipans.* Sed & possis, *obstipam aciem figens*, & *tristi* ac *moroso obtutu contumax prodens ingenium.* De eo abruptius, & sententiose, לחשב תהפכות est *ad computandum subversiones:* cave credas *gravitatis* esse *signum;* est contra *præfractæ* & *obstipæ mentis indicium;* quæ nil nisi *subversiones* volvat, machinetur, & *subductis* veluti *sum-*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Verſ. 1 Uber *eſt* fruſtum ſiccæ buccellæ, cum qua eliquatio: præ quam domus differta mactationibus rixoſis.

2 Ser-

טוב פת חרבה ושלוה בה מבית *Verſ.* 1
מלא זבחי ריב :

2 עבד

mis exputet. ל' ita abſolute *Jeſ.* 21: 1. *Sicut turbines in auſtro* לחלף ממדבר ſunt *ad volvendum e deſerto*: i. e. *ſeſe ſolent convolvere.* Similiter heic loci, לחשב *ſolet computare.* Ad de *Prov.* 20: 24. de quo ibi. Subditur קרץ שפתיו, citra dubitationem jam, *vellicans labia ſua*, ſive *ea admordens*; *commorſicans*; ut *Tom.* II. *Originum* evictum. Eſt alter character *hominis gravitatem mentientis*, quæ tamen *mera* ſit *contumacia*, & *moroſitas*, omne genus *malorum* in ſinu *commeditantis*, *conſummantis*, atque *complicantis.* כלה *complevit*, *conſummavit*, ex *Origine* ſonat *complicuit*, nam *complementum* & *conſummatio rei*, veluti *complicatio* ejusdem cenſenda, per quam *abſolvitur*, *perficitur*, & *ultimam* accipit *manum.* In medium tuli, quæ Linguæ genius miniſtrabat; unde qui cumulatius quid expromſerit, me majorem in modum demerebitur. Succurrit in præſenti, quod hiſce *Gnomis* ſatis adfine, *Horatianum* hocce

Deme ſupercilio nubem, plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.

Pingitur σκυθρωπὸς, ſive σκυθρὸς, *Heſychio* στυγνὸς τὰς ὄψεις, χαλεπὸς, ὠμός. Ei cognatus βλοσυρὸς, qui πᾶν ἐπισκύνιον κάτω ἕλκει), ὅστε καλύπτων, *totum ſupercilium deorſum trahit, oculos operiens*; ut *Iliad.* 17: 136. Poëta; ubi videri velim *Scholiaſten.* Finio in tabella *Theocritea*, *Id.* 24: 116.

Τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπίκειτο προσώπῳ.

Tale ſupercilium truculento inſidebat adſpectui.

Ad CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

Notæ.

Vſ. 1. Dexterrime mixti colores. טוב *uber*, *uberi ſucco præditum*, mirifice hic adjungitur *fruſto ſicci*, nempe *panis* vel *cujuscunque* tandem *edulii*, atque per ſpeciem *Oxymori* iſti *ſicco* attribuitur *jucundiſſima ubertas*; שלוה *pax*, & *tranquillitas*, quæ talem *buccellam ſicci* comitans, mentem recreet. Duplicabitur gratia dicti, ſi *Origo* illius quoque vocis patuerit. Hæc ſita in *eliquatione*, qua quicquid *fæcis* aut *ſpumæ* removetur. Hinc *eliquata* quaſi *tranquillitas* ſuaviſſime emanavit. Splendida figuratio, *fruſtum ſicci*, *in quo eliquatio* adſit, *defæcatæ* videlicet *mentis*, cujus *tranquillitatem liquidiſſimam* nihil contaminet. זבחי ריב *victimæ rixationis* contrariam imaginem offerunt, atque expingunt *epulas opiparas* illas quidem, *dapesque opimas*; ſed quibus immixta ſit ריב *mentium concuſſio*, & *colliſio*, quæ omnem iſtam *rerum lautiſſimarum copiam amaritudine inficiat*, atque *conturbet*.

Vſ. 2. Pulchre oppoſiti *ſervus* משכיל *ma-*

2 עבד משכיל ימשל בבן מביש ובתוך אחים יחלק נחלה׃

2 Servus maturitatem præſtans dominabitur in filium conturbatorem; atque in medio fratrum æqualem cernet portionem hæreditatis.

3 מצרף לכסף וכור לזהב ובחן לבות יהוה׃

3 Conflatorium argento; ac catinus auro; & probator cordium Jehova.

4 מרע מקשיב על שפת און שקר מזין על לשון הות׃

4 Pigmentis pollens nitorem inducit ſuper labium vanitatis; fucum ſplendide comens ſuper linguam vaſtiſſimarum cupiditatum.

5 לעג

5 San-

maturitatem præſtans, & *Filius* מביש *conturbator*; qui *res rationesque* familiæ *conturbet* nequitia, ac ſumtibus nepotinis. Hanc vim ſpeciatim nonnunquam ſubjectam huic *Participio*, ſupra indicatum: quemadmodum & *Latinis* ſæpe *conturbaſſe*, abſolute, idem valet quod *decoxiſſe*, bonaque ſua *dilapidaſſe*. Reliqua hinc ultro clareſcunt.

Vſ. 3. Figuris exquiſitis *conflatorii pro argento*, & *catini pro auro*, jucunde ſuccinit, & reſpondet verbum בחן, proprie *terens*, ſive *fricans*, ad *coticulam* ſcilicet, more *Aurificum*. Nec dum tamen ſenſus omnis ſententiæ exhauſtus. Ea per concinnam brevitatem ita eſt concepta, ut quemadmodum בחן reflectitur ad prægreſſa membra; ita *conflatorium* & *catinus* ad poſterius quoque colon *allegorice* extendi poſſint, ac debeant. Planius mentem exponam. Duplex eſt aſpectus totius ſeriei, alter *Literalis*, *figuratus* alter. *Literalis* ita decurrit. *Conflatorium argento; & catinus auro;* unde *exeuntia metalla aurifaber* ad *coticulam terere*, & *explorare* ſolet, quem *gradum* teneant *puritatis*. Huic ſuperſtructus *Allegoricus*, affert, *Deum* conſimiliter *terere*, *βασανίζειν*, & *ad Lapidem Lydium Sanctuarii explorare corda*, in ſuum quoque *Conflatorium*, ſuumque conjecta *Catinum*; ut tanquam *aurum* & *argentum igne excoctum* inde *emicent*, ad ſummum gradum puritatis, ac virtutis, eliquata, ac provecta. Generi ſententioſo accommodatiſſimum ſermonis compendium, quod per vim materiæ, & comparationis, ſemet ultro evolvit.

Vſ. 4. Vix debitum pondus impleant *Gnomæ*, prout a pleriſque efferuntur: *Maleficus attendit ad labium vanitatis; mendax auſcultat linguæ nequam.* Languori medentur nonnulli per comparationem, quaſi ſenſus foret, *ut maleficus attendit ad mendacia; ita mendacem auſcultare linguæ nequam*, & *ærumnas* ac *maleficia ſtruenti:* vel etiam, *ut malignitas avida mendaciorum; ita mendacium proclive ad pravitates malignas.* Hæc nemo dixerit lucida. Aliud fulcrum ſubjecit *Cler.* *Eſt egregia prorſus ſententia*, inquit, *& acutior multo quam prima fronte videtur. Docetur*, *hominem improbum usque adeo inſanire*, *ut qui hominibus probitatis notæ fidem neget*, *idem viris improbis facile auſcultet ; a quibus tamen fallitur.* Ne ſic quidem valde firmo ſtatur talo. *Cocc.* rationem, & cauſam reddi putat, *quare Deus ſinat in mundo audiri labium vanitatis*, *& linguam nequitiarum; ut* ſcilicet *manifeſti fiant malefici*, *& amatores falſitatis.* Id a præcedenti acumine vix quicquam differt. Plura non perſequor, & venio ad alios ſcrupulos, qui hanc vertendi viam aliunde interturbant. Primus levior quidem, nec tamen nullius momenti; quod שקר *mendacium* ſumatur pro *viro mendaci*. Novi equidem *ſcelus* pro *ſceleſto*; qualium larga ubique ſeges: ſed tunc *conſtructio* ipſa cogat neceſſe eſt; quæ neceſſitas hic nulla; niſi quam injecit מֵזִין per *Anomaliam* arreptum pro מַאֲזִין *aurem præbens.* Hic alter erat ſcrupulus, multo momentoſior, nam *Analogia* ſuadet, ut capiatur in *Partic. Hiphh.* Verbi זין. Hoc urſiſſe video Cl. *Guſſet.*; qui tamen nodum, quem nectit, non reſolvit.

Y

His

His adductus in *Observ. Philol.* promebam *Arabum* زين זין *ornavit*; eleganter frequentatum in *comendo fucandoque errore*, ac *mendacio*; quod hic aptissime sedere videbatur; ut vel sit, *mendacium ornat linguam funestam*, *eamque fuco* veluti *speciosam reddit*; vel filum totum sic decurrat, *Maleficus attendit ad labium vanitatis*, *pulchrum existimans mendacium super Lingua pravitatum.* Sunt conatus juveniles, quorum haud pœnitet; quod rotundiorem præstare videantur sensum, si מקשיב hic *attentam*, vel jam ex *Origine* exploratiore, *nitidatam aurem* designet, quæ ad talia *patulam* sese præbeat, eaque *avidissime combibat.* Non possum interim, quin adhuc elimatius aliquid exsculpere connitar. הקשיב *Nitidare*, ad istam indolem, utique non *solis auribus* addictum, adstrictumque, censeri potest, sed etiam ad alia sese porrexisse debuit, florente & vigente Lingua. Apud *Arabes* certe tam late patentem occupat ditionem, quam *nitor politus* sese extendit. Quod exempla *Biblica* minus in promtu, non ex *Linguæ* genio, finibus unius *Metaphoræ* se includenti tribuendum, sed *veterum* ejus *copiarum hodierno*, quo cum maxime conflictamur, *Defectui.* Qui contrarium contenderet, idem mihi committere videretur, ac si *attendere*, quam proprietatem vulgo subjiciunt nostro הקשיב, quia increbuit in *aure attenta*, istam sedem egredi non permitteret; quo nil absurdius, atque ingenio *Latini* sermonis repugnantius; quippe qui cum proprietate *attendendi arcum*, alias *Metaphoras* bene multas, ac venuste variegatas, admiserit. *Attendere* pro *perseverare* enotavit *Non. Marc.* ex *Attio.* Apud *Apulej.* pulchre, *attendere cœlo manus*; & *fluvio attentum nemus.* Idem de *tendere*, *contendere*, *intendere*, &c. intellectum esto. Consimiliter *purgare*, *tergere*, *nitidare aurem:* qui istos intra cancellos restringeret, non sane *tersas*, *nitidasque* subduceret *rationes*; etiamsi exempla, quæ propter copiam Librorum nunc alios in usus abundant, per eorundem inopiam haud extarent. Istis præmunitis, in medium ferre sustineo, ex *Dialecti* copiosæ penu, מקשיב *nitidans*, *nitorem tersum politumve inducens super labium vanitatis*; ut scilicet *vanitas*, *impietasque*, *specioso colore incrustetur*; atque ipsam *veritatem* ac *pietatem* mentiatur. Hoc pulcherrime quadrat ad subnexum מזין *ornans*, *comens*, *splendidiore comtu cultuque decorans.* Hæc est amplitudo *Thematis* زين זין apud *Arabes*, unde زين זין *cultus*, *comtusque splendidior*; cum *fœmin.* זינה زينة; unde יום אלזינה يوم الزينة speciatim *dies festus*, & *solemnis*; ut *cum Imperator primum urbem intrat*; vel *alia solemnitas festiva omni comtu*, *cultu*, ac *splendore concelebratur.* Hinc illæ *Metaphoræ*, quas olim produxi; ex *Alcoran.* ut *Sur.* 29: 27. زين لهم الشيطان اعمالهم *splendide comsit ipsis Satanas opera ipsorum.* Et *Sur.* 2: 207. زين الحيوة الدنيا *splendide comta est vita hæcce præsens.* Et *Sur.* 3: 12. زين للناس حب الشهوات *splendide comtus est hominibus amor cupiditatum.* Huic imagini examussim respondet שקר *mendacium*, *falsitas*; proprie, *fucus*, *rubedo*, & *linitura fucata.* Hinc decentissima figura; *Fucus splendide comens super* לשן הוות *Lingua cupiditatum vastissimarum*; *quibus mens fascinetur*, atque *in barathrum perniciei subsidat.* Istam potentiam vocabulo הוות vindicavi ad *Cap.* 10: 3. quorsum rediri velim. Superest, quod sententiam inchoabat, מֵרַע, ista quidem forma nuspiam alibi recurrens. Habetur pro *Partic.* in *Hiphh.* a *rad.* רוע *malus fuit*; atque inde *Maleficus* convertitur: *Cocc.* assumsit *Thema* ריע, ut *Analogiæ* propius litaret; illuc quoque רע *malum*, & רעה *malitiam* revocans. Hoc si recipiamus, gravissima exibit *Gnome*, *Maleficus nitorem inducit super labium vanitatis* impiæ; *fucum comens super Lingua cupiditatum vastissimarum.* Sat teres, & tersum, שקר מזין על *fucum comens super*; ut illud *delinimentum fascinans*, qua *Lingua venenata delibuitur*, tanto signantius exprimeretur. Permittit interim *Hebraismus* ut שקר accipiatur pro בשקר *in fuco:* ut *Mich.* 2: 11. איש הולך רוח ושקר *Vir incedens cum vento & fuco:* nisi forte sonantius malis, *Vir incedens Ventus*, *& Fucus.* Qui merus sit *ventus*, & *fucus*, atque *talem se*

ſe ubique *inferat.* Iterum *Pſ.* 35: 19. איבי שקר pro בשקר *inimici mei fuco: fucati;* & *fuco graſſantes.* Sic exiret, *in fuco ſplendide comens*, comtum ſplendidiorem addens, *ſuper Lingua cupiditatum peſtilentium.* Ita jam tabella noſtra nativis ſuis coloribus illuminata videri poſſet; nitidiſſimum undique ſenſum offerens, in quo nihil quiſquam deſideret. Amor tamen veſtigandæ veritatis, & *Hebraicam* provinciam ornandæ, ulterius me prolectat, atque alium adhuc rudentem concutere cogit. Monui מֵרַע eſſe *formam* ſolitariam, quæ, quod aliud præ manibus non eſſet, blandiente ſpecie, reducta ſit ad רוע vel רעע. Pronior limpidiorque derivatio a מרע: ut vel ſit ejuſdem *Subſtantivum Segolatum*, vel *Infinit.* ſive ex *Pibb.* ſive ex *Pêbel* per *Peibel*; vel denique *adjectivum*, ex iiſdem *ſpeciebus* oriundum. *Thema* illud *Hebraicæ* olim ditionis fuiſſe, vocante illuc *Analogia*, temere negaretur. Sed, inquis, non minus temere id adfirmetur; quum nec *Lexica* ulla id agnoſcant, nec *veſtigia* ejuſdem in Sacris ſint impreſſa. Talia crebro mihi, privatim, publice, objectata. Illiberalior profecto contentio; illuc tandem recidens, nihil habendum pro *Hebræo*, niſi quod in *Codice ſacro* compareat. Ruinoſiſſima *Hypotheſis*, quæ dignitatem potentiſſimæ olim Linguæ non minuit, ſed delet; atque innumeris abſurditatibus ſcatet. Sed hunc in campum jam non excurro: & ſubſumo tantum, hoc ipſum *veſtigium*, quod præ manibus, depoſcere, ut, quid *Radix* מרע valuerit in *Dialectis*, anquiratur: ut ſi inde opportunius aliquid huic contextui refundi poſſit, id citra ullam hæſitationem civitati *Hebraicæ* aſſeratur. Qui ad hanc *Cynoſuram* curſum dirigent, facile temeritatis notam effugient; & majorem *Linguæ Biblicæ* honorem habuiſſe cenſendi, quam qui hanc curam, atque hunc laborem, defugiunt. Quid? quod & alia adhuc loca hanc operam, indaginemque, expoſcant? Certe *Daniel.* 11: 27. haud levem ſtimulum admovet prudenti Interpreti ex ſcrupulo, quem vulgaris vertendi ratio ibi injicit. *Et ambo illi Reges* לבבם לְמֵרַע, *atque ſuper una menſa mendacium loquentur* &c. Plurimi illud לְמֵרַע reſolvunt in רַע *malum*, cum duobus *præfixis*, ut ſit, *& cor eorum ad malum:* proprie *ad ex malo*; ut *ex malo affectu agant.* Id nemo dixerit liquidum. Aliis מֵרַע *Infin.* vel *actio* verbi; pro הָרַע; unde edunt, *& cor eorum ad malignandum.* In vicinia *Cocc.* qui dedit *Cor eorum ad malignitatem.* Adjecit, *concretum pro abſtracto poni*, i. e. *cor eorum ad maleficum*; pro *ad malignitatem.* Ne hæc quidem limpida quis aſſeverarit, pro *Syntaxi*; etiamſi in ſenſu nihil requireretur. Sed ne is quidem unguem exploratorem ſuſtinet, & *Cor eorum ad malefaciendum*, vel, *ad malignitatem*, generale nimis, atque quodammodo vagum hac in ſerie; quæ aliquid preſſius poſtulat; & quidem ſignate, *blandam amicitiæ ſpeciem*, *offuciaſque*, quibus hi Reges, unam *ad menſam diſcubituri*, ſibi invicem *oculos præſtringere* conarentur. Hoc ſi *Thema* מרע nobis recludere valeat, ſub *figuratione* per quam venuſta, præfracti foret, jura ei ſua denegaſſe; atque adeo *Danieli* eximium *Metaphoræ* decus detraxiſſe.

Teneatur ergo in *Dialecto Arabum* مرع מרע, nec non per *Gain* مرغ, notare, *fricuit*, *terſit*, *multo oleo confricuit*, & *prorſus imbuit* aliquid. Ex *Camuſo* guſtulum præbuiſſe, juvabit. مرع راسه بالدهن اكثر منه كامرعه وشعره رجله *Dicitur* מרע ראשה *oleo*, vel *unguento*, *ut* & אמרע, *quum id largiter delibuitur: itemque* מרע שערה *unctam pexuit plexitque comam.* Conſimiliter شعر مرغ ذى قبول للدهن *Coma* מרע *multo oleo delibuta:* & تمرغ الرجل صبغ نفسه بالادهان وتزلق *In V. ſpecie* תמרע *eſt ſemet unguentis delibutum reddidit: nec non, glaber & lubricus fuit.* Etiam ex *Gjeubar.* nonnihil libetur: مرغه في التراب تمريغا فتمرغ اي معكه فتمعك وامرغ العجين لغة في امرخه اذا اكثر ماءه حتي دق מרע *in II. valet fricuit in pulvere: & in V. confrictus fuit; item in IV.* אמרע *per Dialectum, pro* אמרח, *maſſam liquore infuſo emollivit.* Iterum امرع راسه بدهن

اي اكثر منه واوسعه in IV. אמרע ראשה *oleo, est caput suum eo largiter perunxit, atque delibutum reddidit.* Hinc jam *nativam indolem* & מרע introspicere datur, simulque intelligere, quam ea illustrium figurationum sit capax. Inter eas recta scopum nostrum ferit illud دهن *oleum quod inungitur*, & speciatim, *arte compositum unguentum*, ad *fucum*, *simulationem*, *hypocrisin*, *fraudesque nitida specie illitas*, traduci solitum. Regnat hæc tralatio sub دهن *inunxit*, *delibutum reddidit*, in III. quæ apud *Golium* exponitur *impostura*, *simulatione*, *hypocrisi usus fuit. Fucum fecit. Mentitus est*, & *fefellit.* Eadem omnia sub IV. obtinent. *Camus.* المداهنة اظهار خلاف ما يضمر كالادهان والغش *Delibuere unguento, est ostendere contrarium ejus quod mente conditum; & simulando decipere, adulterare, infucare: in III. & IV. pari jure.* Ita in *Alcor. Sur.* 68: *vs.* 8. 9. فلا تطع المكذبين ودوا لو تدهن فيدهنون *Ne obsequare mendacibus; optant, ut fucum illinas, nam & ipsi fucum linunt.* In *Diw. Hud.* lecytho toto effuso

تخالفنا وتلبس كل لون لنا
شكلاء خالبة ختور ✡
وتدهن صريمة وهي تبدي لنا
وصلا وتعلم ما تدير ✡

Illa discordat a nobis, & tamen omnem colorem induit,
Variegata, deceptrix, perfida.
Nempe fucum illinit cordis proposito, ostenditque nobis
Amicitiam summam; sciens interim quid volvat.

En tibi tandem, ut portum capessamus, id ipsum, quo collineabatur *Dan.* 11: 27. ולבבם למרע & *cor eorum ad unguenta linenda*, i. e. *ad fucum faciendum*; atque *simulatione amicitiæ odia alto reposita sinu speciosissime incrustanda.* Hoc tanquam isti sedi unice aptum, commendare, esset oleum operamque perdere. Enucleanda tantum, *forma* verbi, & vis structuræ. לְמֵרַע potest esse *Infinit.* in *Pihh.* ad legem indicatam *Instit. Hebr. pag.* 282. Potest quoque, auctiore adhuc potentia, accipi pro *Infin.* פֵּיעַל ex פִּיעַל, inserto *Jod*; quod mox per *quietem* suppressum, מֵרַע exaratur; & מֵרַע: potest denique, haberi pro *adjectivo* ex iisdem *speciebus* ducto; ut cum ל *Emphatico* prodeat, & *cor eorum sane hypocrisin fovens*, & *pigmenta miscens offuciarum*, *ad se invicem eludendos.* Prius simplicius, posterius forte nervosius. Id in medium depono. Me quidem hinc & hinc paria fere momenta judicium sustinere cogunt. Reducto interim e longo exilio *Themate* מרע, videamus quid inde ad textum nostrum redundare queat majoris opportunitatis. Quamcumque ex formis supra indicatis elegeris, existet vel *Hypocrisis pigmentis pollens*; sive *ars pigmentaria*, *quæ callet* χρῶζειν, χρωματίζειν, χρώματα *colores* & *unguenta linere*: vel ipse *Hypocrita*, ita dictus quasi *pigmentator*, vel *pigmentarius*; *qui* يتمرغ *copioso semet oleo inungens*, *vitia sua nitido tectorio incrustare solet.* Sic habebimus

Introrsus turpem, speciosum pelle decora.

Quem pinxit *Horat.* 1 *Epist.* 16. qui *nitidus per ora incedere* affectat, *intus* omni *improbitate* ac *turpitudine* diffluens. Admirabiliter ergo tandem, *Ars pigmentaria* Hypocriseos, vel *ipse pigmentator* Hypocrita, *nitorem inducit super labium vanitatis*; *fucum comens super Lingua cupiditatum pestilentissimarum.* Pulcre sibi succinunt מֵרַע *pigmentorum copiosa delibutio*; & שקר *fucus*, *color fucatus*: itemque מקשיב *nitidans*; & מזין *splendidissime comens*; crescente oratione. Increscit quoque לשון הוות *Lingua cupiditatum vastissimarum*, subserta שפתי און *labiis vanitatis*; ut

5 לעג לרש חרף עשהו שמח לאיד לא ינקה :

5 Sannam ſtringens in pannoſum, deſtringit probro Factorem ejus: lætabundus ad calamitatem, non innocens erit.

6 עטרת

6 Co-

ut cum gradatione enunciatum ſit; *Hypocriſis pigmentis pollens nitorem inducit ſuper Labia vanitatis, fucum ſplendidiſſime comens ſuper* ipſam *Linguam* φλογιζομένην ὑπὸ τῆς γεέννης *inflammatam a Gebenna*, ut phraſin *Apoſtoli* huc transferam *Jacob.* 3: 6. Quo jure hanc ſignantiſſimam potentiam hic inculcem, reperietur ſupra ad *Cap.* 10: 4.

Ibid. Necdum manum de tabula tollere licet. Lineas adhuc quaſdam poſcit מֵרַע *Jeſaj.* 9. 16. ita locatum, ut hanc quoque ambire, atque adeo flagitare videri poſſit. *Verſu* 15. expinguntur *Doctores* & *ductores*, qui Gentem faſcinantes pellacibus blanditiis, meri erant *perductores*; qui quos *deducere*, & *dirigere in viam veritatis* videri volebant, *voraginibus implicabant*, quibus *abſorberentur*, & peſſime perirent. Subſumitur dein *Vſ.* 16. *Propterea ſuper lectiſſimos populi bujus juvenes non clementia utetur Dominus*; (id ibi valet ישמח) *neque pupillorum & viduarum ejus miſerebitur*, כי כלו חנף *quia univerſus ille Hypocrita*, *&* מֵרַע. Magno conſenſu redditur, *maleficus*; *maleficiis deditus*; ſenſu haud ſane incommodo: ſed tamen expendi meretur, an ad ſeriem iſtam accommodatius forte fuerit, *& pigmentator*; *pigmentorum fucorumque Artifex*; qui *larva religionis improbitatem profligatiſſimam prætexat.* Sic, ſi quid video, ſenſui cum lumine illuſtris figuræ, haud pœnitendum pondus accreſceret. Certe *maleficiis deditus*, atque *ad omnem improbitatem projectus* luce, palam, elata manu, & γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, *turpis* ille quidem, & dignus omni ſeveritate judiciorum Dei; ſed non æque atque is, qui *projectiſſimam improbitatem probitatis*, ac *religionis*, *fuco illinit*, & non hominibus tantum, ſed & ipſi Numini *pigmenta offuciasque* ſuas *venditat*; inde ſibi *jura fœderatorum Dei arrogans*, propter quod vel maxime exſcindi meretur. Dixerit fors aliquis, hoc ipſum per חנף *Hypocrita* ſatis expreſſum: ac proinde מֵרַע iſto adſpectu otioſum. Videamus. חנף *proprie* eſt *Loripes, torto pede incedens*: οὐκ ὀρθοποδῶν. *Fingit ſe ambulare in viis* Dei; ſed *easdem omni paſſu transgreditur*, ac *violat.* Ei ſi jam מֵרַע *pigmentorum*, & *fucorum Artifex* ſubſeratur; quibus haſce ſuas *prævaricationes* nitide *incruſtet*; non ſupervacuum quid adjicietur, ſed quod *imaginem Hypocriſeos* nativis ſuis coloribus compleat, atque abſolvat. In medium tuli, quod vetuſta *Linguæ Hebrææ* amplitudo poſtulabat; atque officio meo functus ſum. Æqui judices arbitrantor; quid ſedi huic opportuniſſimum. Deſino in obſervatione, qua ſuperſedere non poſſum. Sat frequens in ſacris *Plurale* מְרֵעִים *malefici*; *maleficiis dediti*, *iisque palam graſſantes.* Ut *Pſ.* 22: 17. *Pſ.* 26: 5. *Pſ.* 27: 2. *Pſ.* 92: 12. *Jeſaj.* 1: 4. & 31: 2. *Jer.* 20: 13. & 23: 14. *Prov.* 24: 19. collato *Pſ.* 37: 1. 8. 9. Nihil his in locis, quod ad *Hypocriſin* vergat, trahatve. Ergo recte reductum ad רוע, ejusque *Hiphh.* הֵרַע *malum*, & *maleficum agere*; *maleficiis graſſari.* Ejus מֵרַע *Singulare*, in *Participio*, tam vicinum noſtro מֵרַע, & מְרַע, ut illuc omnium calculi procliviſſime inclinarint, ne minima quidem dubitatione, aut alterius *Radicis* ſuſpicione, cuiquam oborta; ſubſidiorum *defectu*, & inopia. Hoc reliquiis *Dialecti Hebrææ* magnopere fraudi fuiſſe, exemplorum larga copia ſæpius a me demonſtratum, & pervictum. Non eſt proinde, quod verear, ne operam in graviſſimo & elegantiſſimo verbo מרע revocando atque *Civitati Hebrææ* vindicando, luſiſſe judicer ab iis, qui liberaliter judicare & poſſunt, & volunt. Illiberales ſive refragentur, ſive ſuffragentur, neutram in partem quicquam momenti facere queunt.

Vſ. 5. Ad dignitatem Linguæ paucula. לעג لعج per *Originem* exerit *nictationem* vi-

6 Corona senum, filii filiorum; & diadema filiorum, Patres ipsorum.

6 עטרת זקנים בני בנים ותפארת בנים אבותם׃

7 Non decorum est marcido labium nervi; quanto minus ingenuo labium fuci.

7 לא נאוה לנבל שפת יתר אף כי לנדיב שפת שקר׃

8 Gem-

8 אבן

vibrantem, vel *vibramen nictans*; ut *flagelli*, *linguæ*, *oculi* &c. Hinc *Metonymica* potestas *illudendi*, & *subsannandi* ultro suggesta. Confer *Job.* 9: 23. רש *pauper*, proprie *lacer*, ut رث, *lacera veste pannosus*; *ad laceramenta redactus*; *pædore ac squalore deformis.* חרף *probro afficere*, ex *primaria* indole, *carpere*, *decerpere*, *destringere.* Sic inter se jucunde resonant duo verba gravissima. איד *calamitas*, *exitium gravi mole obruens*, ex *Origine*, ut alibi indicatum. שמח *Lætabundus*; *gratulans* inde sibimet, aut *calamitoso* isti *insultans*; quod ejus *florentes fortunæ* subita *mole gravioris calamitatis* fuerint *oppressæ.* Ita שמח adhibitum *Jesaj.* 14: 27. *Psalm.* 30: 2. & alibi. *Malignitas* ista *invidiæ* comes est perpetua; quin *fœtus* indivulsus. Nervose appositum לא ינקה sub μειώσει, ut οὐκ ἔσται ἀθῷος, *haud insons erit*; pro *gravi reatu se obstringet gravissima pœna mulctandus.* Talis ἐπιχαιρεκακία absolute *Arabibus* شامت; *Algazal.* الحاسد يشمت بالمصيبة *Invidus lætabundus insultat ad calamitatem.* Est eadem abruptior structura; quæ sententiam quoque nostram roborat.

Vs. 7. Ubertatem nativam Linguæ non satis exprimit, *Haud decet stultum labium excellentiæ*; *multo minus principem labium mendacii.* Minus justa quoque *Antithesis* inter *stultum* & *principem.* Hinc ansa porrecta, ut in *Kabvenaki* pro *stulto* induceretur *parcus*, *tenax*; & pro *principe*, *liberalis*, *munificus*; hunc in sensum: *Haud decet tenacem labium abundantiæ*, i. e. *sermo de liberali munificentia*, *multo minus decet liberalem ac munificum labium mendacii*, i. e. *promittere largiter*, at *nihil præstare.* Notiones hæ restrictiores exsculptæ ex *Jes.* 32: 5. *Non nomen dabitur amplius* לנבל נדיב, *& avaro non dicetur liberalis.* Inde נבל *parcum*, & נדיב *munificum* sonare conclusum. Anguste nimis. Ipse hic insignis contextus luculentius quid, & cumulatius, exposcit. Nempe נבל ex *Origine* indubitata signat *marcidum*, qui ad *virtutem*, *pietatem*, *vigorem* omnem *vitæ spiritualis* medullitus *emarcuit*; cui oppositus נדיב item ex *proprietate* liquidissima valet *uvidum*, *uberi succo pollentem*; cujus *vigore* in omnem *liberalitatem*, *munificentiam*, *virtutem excellentiorem*, summa sponte *effluat*, atque *exuberet.* Vides quo ex fonte κατ' ἐξοχὴν *principibus* additus sit titulus נדיב: sed simul cernis multo diffusiorem potentiam, quæ cum *indole generosa*, *generosissimam ubertatem* in *dictis*, *factisque*, amplectatur. Ad hæc jam utriusque membri pondera, ac momenta, elibremus. *Non decorum est marcido* שפת יתר *Labium nervi*; & quidem *vibrantis*, qualis est *Arcus* valide *tensi.* Ex *tensa* hac *vibratione*, vel *vibrantia*, per *metonymiam* accrevit *præstantia*, *excellentia*; ut ad *Cap.* 2: 21. supra insinuatum. Exquisitissima figuratio, *Labium nervi*, quod *nervosum* quendam *vigorem* præfert, magna, quin magnifica, resonans

- - - *Cornua quod, vincatque tubas*,

atque *virtutis* & *sapientiæ vigorem* crepet. Tale *Labium marcido*, omni *succo virtutis*, & *sapientiæ* solidæ *destituto*, *haud* sane *decorum*: per μείωσιν; pro *indecorum*; *indignatione*, *aversationeque* omnium *dignum.* Recinit non minus venuste conceptum posterius colon. *Quanto minus* decorum *ingenuo*, *ingenua virtute vigenti* שפת שקר *Labium fuci!* quo a *semet*, & *vivo principio virtutis*, ac *sapientiæ*, *desciscens*, vel *adulando*, vel *mentiendo*, vel quæcumque tandem *vana* callide *fucata* proferendo, *dignitatem* suam *prostituit.* Commentarii longioris vicem expleat dictum Domini, *Vos estis sal terræ: quod si sal* ἅλας, ἄναλον

8 אבן חן השחד בעיני בעליו אל כל אשר יפנה ישכיל :

8 Gemma gratiosa *est* munus in oculis receptantium illud: (Dominorum ejus:) quocumque se converterit, maturitatem præstabit.

9 מכסה

9 Veste

ἅλας *insulsum, fatuumve, factum fuerit*, μωρανθῇ, *quo tandem condietur?* &c. Phrasis אף כי proprie *cumulate quod*, pro varia constructione nunc *quanto magis* reddendum venit, nunc *quanto minus*. Id verbulo tangendum duxi, ad *cumulum exaggerationis*, qui sub ea utramque in partem se exerit, oculis subjiciendum.

Vs. 8. Acutum & perelegans dictum. אבן חן *Lapis gratiæ*, vocatur *Gemma venusta*, quæ ut *ipsa gratiam* habet, id est, *pulchram speciem*; ita quoque *gratiam* ubique impetrat; i. e. *favorem*. Utraque virtus voci חן inclusa. Cum ea comparatur *Munus*, שחד, ita dictum secundum *Rabbinos* שהוא חד *quod acutum sit*, quod *penetranti acie polleat*, ad *impetrandum*, quem intendit, *favorem*. Nempe adhibetur in *Donis*, & *muneribus*, quibus *gratia* ambitur: ac præsertim *corruptela* tentatur. Argute captatum *Etymon*; sed conflaturæ isti non annuit *Analogia*. Firmius id exsculpsissent ex שחד شحذ, quod apud *Arabes* est, *cum ambitu petere*, *instantius flagitare*. Hæc *secundaria* haud dubie virtus, ducta a *limando* & *acuendo*, velut ad *cotem*, quæ משחד مشحذ dicta. Sic nasceretur *munus acie penetranti instans*, *efflagitans*, *stimulans*. Potest & alia adhuc ratio subduci; a *limato* & *polito splendore*, qui *oculos feriat*: nam in *Camuso* 8 شحذ بعينه *limavit eum oculo suo*, exponitur 8 رماه *jaculatus est*, & *feriit acie intenta*. Hæc tamen affinia fere. Cum iis autem pulchre conspirat *Arabum* برطيل *proprie* in *Camuso* حجر اى حديد طويل صلب خلقة ينقر بها الرحي والمعول *Lapis*, *aut ferrum oblongum*, *præduro rostro*, *quo perforatur molaris*: *sive acuminatum instrumentum quo saxa finduntur*. Per *Metaphoram* 8 الرشوة *donum corrumpendo judici admotum*: cum *Plur. fr.* براطيل. Hinc in *Nawabig*.

ان البراطيل تنصر الاباطيل ✡

Utique munera vincere faciunt mendacia.

Verbum quoque ipsum *quadriliterum* برطل *acuminato rostro findere aliquem*, ibidem exponitur 8 ارشاه *eum muneribus corrumpere*. Insignite *Exod.* 23: 8. שחד *munus non capies*; *nam* השחד *munus occæcat vel promicante acie præditos* ; *& lubricare facit verba recto-rigidorum*. Illud שחד *Munus*, acuminato veluti rostro præditum, & *cunei* instar *diffindens* ipsa *saxa*, hic dicitur esse *Gemma gratiosa in oculis dominorum suorum*; בעליו. Aliquoties vidimus id vocabuli *active* & *passive* se dare: unde & *Ab. Esra* cum quibusdam hic intulit, *in oculis dantium illud*. Rectius plurimi, *in oculis accipientium illud*, vel potius, *qui dediti sunt iisdem capiendis*; qui *toto affectu* in illa *turgent*; ad Originem infra plenius declarandam. Ita *Cap.* 1: 19. *Sic itinera omnis exsecantis lucrum*; את נפש בעליו יקח *animam Dominorum ejus capiet*: vel potius, *captantium* illud, *& toto affectu in illud turgentium*. Confer, quæ ad *Cap.* 3: 27. annotavi; atque radiolus hic lucis jucundæ illuc quoque se inserat. Ad alterum colon major distractio. Mitto illud *Kabvenaki*, *ad quemcumque se convertet*, *infatuabit* eum; tanquam a סכל; argutum quidem, sed parum solidum, neque seriei huic aptum. Plurimi, *quocumque se convertet*, *successum habebit*. Est luculentum *schema*, quo *Munus ipsum* induitur *persona corruptoris*; quod diluetur, si cum Cl. *Cler.* admisceas, *Quocunque respexerit* is qui dedit rem *feliciter peraget*. Dilutius quoque illud alio-

9 Veste involvens delictum, quærit amorem: at qui iterat rem, divellit familiarissimum.

10 Sulcando descenderit increpatio in intelligentem; præ quam incutere elumbi centum plagas.

11 Tan-

9 מכסה פשע מבקש אהבה ושנה בדבר מפריד אלוף :

10 תחת גערה במבין מהכות כסיל מאה :

11 אך

aliorum, *ad quemcumque respexerit*, *prudenter aget*; ex alio significatu *secundario* & השכיל; vel & *prudentem faciet*, i. e. *informatorem aget*, & *stimulatorem* eorum, qui antea *negligentes* erant, & *incuriosi* ad negotia, ipsis commendata, expedienda. Extra oleas. Ex nativa virtute verbi ultro effloreſcit, *Quocumque vultum converterit*, *maturitatem præstabit*; vel, *ad quemcumque*. Plenius autumarim, *quocumque*; *ad omne quo se converterit*. Id *omne* ad *omnes* quoque se explicat, atque nihil exemtum esse finit. Poëta *Lyricus*;

Aurum per medios ire Satellites
Et perrumpere amat saxa, *potentius*
Ictu fulmineo. - - - - - - - - -

Habes imaginem supra expositam *Muneris acuminato velut ictu pollentis*, quorsum succinit & hoc ibidem;

- - - - - - *Diffidit urbium*
Portas vir Macedo, *&* *subruit æmulos*
Reges muneribus - - - - - - - - -

Quicquid his adderem, langueret. Monendum tantummodo, ישכיל *maturitatem præstabit*, geminatam iterum potentiam exerere; nisi vehementer fallar. *Felicem habere successum* primum in oculos incurrit; atque haud dubie primo loco intenditur. Sed intertexta videtur & altera notio *prudenter agendi*, venustiore lusu, quin & aculeo, quo *prudenter egisse* dicitur *Munus*, quod *Oculatissimorum aciem cæcare*, *&* *rigidissimorum verba lubricare*, valuit, ad inferiorem causam videlicet superiorem reddendam. Conduplicata sic *ironia* exit *Munus felix* idem, *prudensque*, quam *maturrime*, quod *Prudentissimos supplantare* calleat.

Vs. 9. Ad כסה كسى *operuit*, *velavit*, *vestivit*, teneatur obiter, *primarium* fuisse *involvit*; unde speciatim evaluit *involvere veste*, *amicire*, atque *omni ex parte cooperire*. דבר *verbum*, *res*, *negotium*, absolute pro *re criminosa*; ut in *phrasi* ערות דבר *Deut.* 23: 15. & 24: 1. Ad *Cap.* 11: 13. usus jam indicatus. *Iterare* talem *rem*, est eam *refricare*, *opprobrare*, *divulgare*. מפריד אלוף præcessit *Cap.* 16: 29. ubi *divellit conjunctissimum* reddendum esse vidimus, sive in *concreto*, sive, quod malui, in *abstracto*. In *concreto* jam olim *Vulgat*: *Qui celat delictum*, *quærit amicitias*: *qui iterato sermone repetit*, *separat fœderatos*. Ad hoc *Cler*. *Sed* אלוף *neque amicos*, *neque fœderatos significat*. Ipsi nempe arriserat, *divellit duces*; quod vix intelligas. Atqui proprietas *Radicis* universæ, cum sua sibi subole, in *copulatione conjunctissima*; atque inde *Duci* nomen inditum; per ἀφηγίαν, qua *imperii*, vel *præfecturæ* vim emolliverunt nomine *conjunctissimæ* vel *fœderationis*, vel *societatis*. Quod a *Bove* significatio ista duci soleat, ex ignoratione *Originis* profectum. Ita صاحب *socius*, vel *fœderatus conjunctior*, pro *præfecto*, *principe*, *Domino*, eadem *Euphemia* invaluit. Ad *abstractum*, vel potius *Neutrum*, quod prætuli, etiam *Symmach*. inclinat; ὁ δὲ δευτερῶν ἐν λόγῳ διαχωρίζει συνήθειαν. *Copulatissimum* pro *familiaritate arctissime copulata*.

Vs. 10. Verbum תֵּחַת ut anceps est, ita ancipites distinct Interpretes. A נחת plerique, *Descendet increpatio in intelligentem*. *R. Salom*. a חתת *conterrebit*. A חתה denique *Jun*. & *Trem*. *Uret increpatio*. Sed ad *Prov*. 6: 28. ostensum, חתה longe aliam *vim*, ac *figurationem* afferre, quæ hic minus quadraret. Medium illud *Jarchii* elegantius exire posset ad *Originem*, quæ est *fricare*, *confricare ad contritionem usque*. Jam ve-

11 אך מרי יבקש רע ומלאך אכזרי
ישלח בו :

12 פגוש דב שכול באיש ואל כסיל
באולתו :

13 משיב רעה תחת טובה לא תמיש
רעה מביתו :

14 פוטר

11 Tantummodo obſtrigillatio quæritat malum: & Miniſter (Legatus, Angelus) truculentus in eum immittetur.

12 Occurſare urſam orbam viro: & nequaquam elumbem in craſſitie ſua.

13 Qui rependit malum loco boni; non detergebit ſe malum a domo ejus.

14 Per

vero & *increpatio* venuſte dicitur *fricare* aliquem; & *plagæ* item *tergum confricare*, *defricare*. Sic *Arabes* hoc ipſum *thema* frequentarunt; indeque apud *Gjeubar*. حتّه مايةَ سوط اي عجلها له *fricuit eum centum ſcuticis*, i. e. *centum ictus ſcuticæ ei deproperavit*, *ſive uno tenore inflixit*. Appoſitiſſimum, haud dubie, utrique colo verbum. Nec tamen minus aptum *deſcendet*, *altius penetrabit*; *ductis* veluti *ſulcis*. Sic *Pſ*. 65: 12. נחת גדודיה *deſcendere fac*, *altius imprime ſulcos ejus*. Signatiſſima translatione *Pſ*. 38: 3. *Sagittæ tuæ* נחתו בי *ſulcos altius in me duxerunt*, & תנחת *deſcendit ſuper me manus tua*. Id nervoſius adhuc, ut ſit, *ſulcando deſcendit increpatio in intelligentem*; *præ quam percutere elumbem centum*; ſive, *præ quam incutere ei centum plagas* מכות; ut *Deut*. 25: 3. 4. ubi eadem ellipſi, ארבעים תכנו *quadraginta ei incuties*. مايةَ سوط מאה שוט *centum ſcuticæ ictus*, adagialem reſipit formulam. Cave ſcrupulum injiciat *accentus* retractus; qui *Junium* ad *Rad*. חתח detraxit: nam eodem jure תחת a נחת *Milbel*, ſive *penacute* enunciatum, ad *emphaſin*, & vim *ſubjunctivi*, quæ per *deſcenderit* reddenda; quod eſt, *certo certius deſcendet*.

Vſ. 11. Altæ & regiæ mentis effatum; *Tantummodo rebellio quæritat malum*; & *nuncius ſævus immittetur in eum*. מרי *obſtrigillatio*, ex *Origine* alibi vindicata, infert *ſecundario* uſu *Rebellionem in Regem*; itemque *in Deum*. Illa eleganter dicitur *quæritare malum*; i. e. *atrocem pœnam*; qua *læſa Majeſtas* ſanciatur. Nempe *Nuncius*, Angelus, *ſævus*, אכזרי *omnia diffringens & perrumpens*, ישלח *laxabitur in eum*; *ſubito effuſoque impetu immittetur*. Quid hoc ſibi velit ad *Literam*, quivis perſpicit; nec minus perſpicuus ſenſus ſublimior, qui ad ſupremam Dei Majeſtatem aſſurgit; ejusque fulmina parata oſtendit, quibus exempla in tales ſtatuantur.

Vſ. 12. Alienius, quod *Rabbini* pro *urſa orba*, vel *orbata*, induxerint *orbantem*, i. e. *quæ orbos faciat*. Sic deletur eminens ille *character* feræ *in furorem actæ*, *ob catulos ſibi abactos*: ſecundum illud

Non tigris catulis citata raptis
Non ſic ſcorpius improbus timetur.

Hæc & alia cumulate ὁ πάνυ *Boch. Hieroz. Part*. I. *p*. 813. ad quem remitto: ſed minus curate ibi redditum, *occurrere urſæ orbatæ virum*; i. e. *occurrat vir*. Hoc fuiſſet פגוש איש בדב. Teneatur ergo *incurrere urſam orbam in virum*. Hoc eſt *incurſet urſa furens in virum*; & *nequaquam elumbis in appactione ſua ſtolida*. Eſt *Negativa*, vel *Prohibitiva* verius, *comparatio*, qua multum delectantur Orientales; quippe quæ oppoſitionem vehementius intendat. Iſtam vehementiam & hic ſentire eſt; cui ſubſervit item iſta ſuſpenſa & abrupta *infinitivi* poſitio; de qua ſupra quoque admonui. כסיל *Elumbis*, *lumbo pingui* & *molli fractus*, & אולת *appactio*, *craſſities appacta*, ſeſe ſuſtentant, ad ſummum gradum *intolerandæ ſtoliditatis*, & *concretionis* in omni genere vitiorum *ſtupidiſſimæ*, expingendum.

Vſ. 13. In verbo ימיש reſidere vim *recedendi*, vel *amovendi ſeſe*, apparet, ſed unde

14 Per fissuram immittens aquas, *ita* initium contentionis: & ante quam dentes stringantur, litem missam facito.

14 פּוֹטֵר מַיִם רֵאשִׁית מָדוֹן וְלִפְנֵי הִתְגַּלַּע הָרִיב נְטוֹשׁ׃

15 Qui

15 מַצְדִּיק

de ea notio, & qui congruat cum altera *palpandi*, non apparet. Illa significatio occurrit *Gen.* 27: 21. *Accede, age,* וַאֲמֻשְׁךָ *&* *palpem te, fili!* Eadem *palpatio* sororio משש subjecta; unde *Vs.* 22. mox וַיְמֻשֵּׁהוּ *palpavitque eum;* ut *Vs.* 12. præcesserat יְמֻשֵּׁנִי *palpabit me.* Hoc induxit *Coccejum*, ut prius exemplum quoque sub משש in ordinem cogeret, omisso, per *Anomaliam*, *Dagesh* forti; aliis ad hoc ipsum aliquid vitii in textu *Hebræo* venantibus. Eadem *Anomalia* ad משש etiam reducta video a *Cocc.* loca *Ps.* 115: 7. *Manus iis, & non* יְמִישׁוּן *palpant, contrectant;* & *Jud.* 16: 26. הֲמִישֵׁנִי *palpare fac me columnas* &c. Ita *Masoretha* correxere: contextus ipse exhibet הימשני; unde nova suspicio corruptionis, nova Criseos materia. Ut ex spinis hisce, & dumetis, in plana & aperta emergatur, teneantur *Themata* cognata מוש, מיש, ימש, משי, משש; quibus *Origo* una *tergendi*, *tergente manu fricandi*, sive *pertergendi*, *extergendique.* Apud *Arabes* sic ماس، ومس، مسي، مس، & مش *frictum tergentem* exerunt, cum quadam tamen differentia, quam usus constabilivit. Jucunda ex hisce lux se per omnia Sacri Codicis exempla diffundet, ad *Anomalias*, quæ inductæ, suspicionesque corruptionis inde ortas, abstergendas, atque simul cum dignitatem, tum concordiam Linguæ, fanciendam. Incipio ab illustri Oraculo *Zach.* 3: 9. וּמַשְׁתִּי אֶת עֲוֹן הָאָרֶץ הַהִיא *& amovebo iniquitatem terræ hujus uno die.* Sic reddi solet; quod ex notionibus, quas solas *Lexica* sistunt, *palpare*, itemque *recedere*; nec non *amovere*; posterior tantum quadrare videretur. *Cocc.* tamen ausus *abstergam;* addens, *hanc notionem* esse transsumtam a משש *palpavit;* quod ipsi *secundario* venire visum pro *palpando abstergere.* Atquin *palpare* ipsum haud dubie *secundarium*, atque, ut ψηλαφᾶν, notat *tergere manu fricante.* Detur proinde *Zacharia*, quod ei debetur, primarium *tergebo, abstergebo iniquitatem uno die;* neque patiamur figuram tam splendidam ab ista sua sede amplius exulare. A *tergendo* suborta mox *Metonymica* potestas *palpandi*, *fricante manu attrectandi;* sub מוש, מיש, ימש, ex æquo, atque ut אמושׁ *Gen.* 27: 21. est *fut.* in *Kal* a מוש, ita ימישון *Ps.* 115: 7. in eodem *fut.* per מיש exiit. At הימשני *Jud.* 16: 26. exhibet *Imperat.* in *Hiphh.* a ימש; & frustra sunt *Masoretha*, frustra qui ullam hic *Crisin* stringunt. *Camus.* المسّ الاحتكاك الشي بالشي حتى يتجرد. *Radix* ומש aut ימש *adhibetur quum rem re ita fricas, ut deglabretur.* Validum ergo verbum validissimæ manui opportune ibi applicitum. Adfine משש, cum مس *defectiva media* conspirat in *secundarium* usum *palpandi*, & *contrectandi;* virtus *primaria* asservata sub مشّ & مشّ per *Sjin* & *Tsche*, مسح اليد بالشي لتنظيفها in *Camuso;* *tergere manu fricante*, vel *mulcente rem, ad eam emundandam.* Ex eodem *Camuso* משי مسي cognationem cum præcedentibus coluisse, recognoscere est; مسي الشي مسحه بيده وكل استبلال مسي *Verbum* משי *notat tergere rem manu sua; & tergeri dicitur quicquid convalescit.* Quantivis pretii *Glossa:* elucet enim unde *Sericum* nomen invenerit משי, a *molli tersu* videlicet: vel etiam, quod *ex ventre* vermiculi *extergeatur* quasi, & *emundetur;* nam & hoc speciatim sub مسي comprehensum. Elucescit quoque vis & dignitas ipsius verbi *Ps.* 18: 17. & 2 *Sam.* 22: 17. יַמְשֵׁנִי מִמַּיִם רַבִּים

15 מצדיק רשע ומרשיע צדיק תועבת
יהוה גם שניהם :

15 Qui juſtificat improbum; & condemnat juſtum: abominatio Jehovæ cumulatim ambo illi.

16 למה

16 Ad

רבים *extraxit me ex aquis ſpiſſis*: ita vulgo: ad ſenſum recte; ad venuſtatem Linguæ vero, *exterſit me*, uſu prægnante, quem vocant, pro *extractum* ex profundo aquarum *ſiccavit* velut, atque *recreavit*. Signantiſſime hinc appellatio מֹשֶׁה *Moſis*, *Exod.* 2: 10. quaſi dicas *Exterſum*, quem Filia *Pharaonis* aquis exemtum *abſterſit*, *refocillavitque*. Longiuſcule evectus redeo ad מוש & מיש cujus abſtruſior illa notio *recedendi ſeque amovendi* enucleanda reſtat. Ea per *Metonymiam* ſuccreviſſe videtur, flexu valde concinno & venuſto, quo *tergere* dictus is, qui *alicunde recedens*, *locum vacuum relinquit*; *eum* veluti *extergens*. Sentias in formula, *Terge hinc*, pro *faceſſe*. Poſſis quoque alio adhuc canali, quo *tergere*, valet *remittere*, *deſinere*, *ſeque ſubducere*. *Jeſ.* 54: 10. *Montes* ימושו *recedent*, *ſubducent ſe*; *& colles emovebuntur*. Proprie *tergebunt*; id eſt, *diſcedent*; ut nos ſtrychen. Item *Zach.* 14: 4. ומש *& terſerit*, i. e. *ceſſerit loco*, *ſeque ſubduxerit*, *dimidium montis aquilonem verſus*. Iterum *Exod.* 13: 12. *Non* ימיש, *tergebat*, *columna nubis* &c. ex *Kal* a verbo *quieſc. med. Jod*, מיש: *non ſubducebat ſe*; *non remittebat a ſtatione*, לפני העם *ad faciem populi*; *ante populum*. Paulo aliter, *Jer.* 31: 36. *Non* ימשו *tergebunt*, i. e. *abſcedent ſtatuta hæcce* מלפני *ab ante faciem meam*; *ne tantillum* quidem *remittent*. Eadem virtus *Jer.* 17: 13. *Quum venerit æſtus candeſcens*, *erit ramus ejus prolixe patulus*; *& in anno ſterilitatis* לא ימיש מעשות פרי *non remittet* vel tantillum *a faciendo fructu*. Ex *Hiphh.* pulchre. *Mich.* 2: 3. *Malum* לא תמישו משם צוארתיכם *unde non efficietis ut cervices veſtræ ſe ſubducant*: ſive *ut inde ſe tergere poſſint*; *& vel tantillum remittere*. Venuſte quoque *Job.* 23: 12. *Præceptum labiorum ejus ſane non* אמיש *remittere feci vel tantillum*; quo aſpectu *& Joſ.* 1: 8. *Liber Legis hujus* לא ימוש מפיך *non remittet vel tantillum ab ore tuo*. Item *Jeſaj.* 59: 21. Videſis porro *Jud.* 6: 18. *Jud.* 6: 18. *Exod.* 33: 11. *Num.* 14: 44. Finem facio in ſententia noſtra; ad quam *Criſi* temperare potuiſſent *Maſoretha*, nam תמיש æqua habet jura cum תמוש, in *fut. Kal.* Utrumque hunc fundit ſenſum; *Malum non tergebit a domo ejus*; id eſt, *ne tantillum* quidem *remittet*. Erit malorum *perpetuus* in illam domum *fluxus*; *ſine* ullo *refluxu*.

Vſ. 14. Duo verba negotium faceſſunt. Prius eſt פטר, in Lexicis *aperuit*, *laxavit*, *dimiſit*: itemque *diſceſſit*. Inde plerique, ut *aperiens aquas*, ita *principium rixæ*: i. e. *ut qui aquas rupto aggere immittit*; *unde diluvium conſequatur*. Appoſita imago, quam *Syntaxi* planiore circinaveris, ſi *ὡς* *κοινῶ* reſumas פוטר, ut ſit, *laxans aquas*, laxans *principium rixæ*. In *Animadv. Philol.* ad *Num.* 3: 12. poteſtate *ſubſtantiva* in medium tuli, *Effiſſio aquarum*, *initium Litis*; Metaphora deſumta a *ſcatebris bullientibus* & *erumpentibus*. Ad *aggerem* quoque *ruptum* eadem *effiſſio aquarum* ſe porrigit; quod ſignantius adhuc ad *rixam coërceri amplius neſciam*. Sic פוטר fuerit *Infinit.* in *Pohel.* Non ſperno tamen formam *Part. Kal*, ſub repetione modo indicata. Genuinam vim פטר in *findendo*, *effindendo*, ex *Camuſo* adſtruxiſſe non pigebit: ut ſimul facula accendatur ad *Metaphoras* & *Metonymias* perpulchras inde ſuſceptas. الفطر الشق جمعه
فطور وبالضم وبضمتين ضرب
من الكماة قتال وشي من
فضل اللبن يحلب ساعتيذ
وبالكسر العنب اذا بدت
روسها ويضم وفطره تفطيرا
شقه وانفطر وتفطر والناقة
حلبها بالسبابة والابهام او
باطراف اصابعه وفطر نابه
البعير فطرا وفطورا اطلع
والله الخلق خلقهم وبراهم
والامر ابتداه وانشاه والصايم
اكل

16 Ad quid hoc, pretium in manu stolidi? ad emendam sapientiam? at cor nullum.

17 In omni tempore amat verus socius; & frater ad angustiam nascetur.

18 Ho-

16 למה זה מחיר ביד כסיל לקנות חכמה ולב אין׃

17 בכל עת אהב הרע ואח לצרה יולד׃

18 אדם

اكل وشرب والفطير كل ما اعجل عن ادراكه وسيف فطار فيه تشقق لا يقطع *Vox* פטר *notat fissionem, ut* פטור *collective: item cum Damma uno, duobusve, speciem fungorum venenatam: nec non aliquid lactis ultro erumpens, quod statim mulgetur: & cum Kesra, uvas, quum capita earum apparent; quod cum Damma efferas quoque. In II. porro diffindere, effindere; ut in V.* תפטר *& VII.* אנפטר *fissus, effissus fuit. In I. findere camelum dicitur, qui indice & pollice eam mulget, vel & extremis digitulis: nec non findere camelus dentes suos, quum eos facit exoriri & eminere. Item Deus creaturas, quum eas creando producit. Quin findere omnem rem, est eandem primulum incboare & proferre. Qui jejunat, dicitur findere* jejunium, *quum edit & bibit.* פטיר *fissum appellatur, quicquid præproperatur ante quam maturescere potuerit. Fissus ensis, est crenatim incisus, qui scindere nequit.* Posterior *Glossa* pressius proprietatem signat in *fissura crenam incidente*; sive *incisura crenata*, quam facit quicquid *erumpit*; *effisso eo, quod obstabat.* Vim *crenatæ incisionis* cernas quoque in voce אפטור لفطور quæ exponitur تشقق في انف الشاب ووجهه *fissura in naso adolescentis aut facie ejus.* Desino in تفطور תפטורה cum *collectivo* وهي كلاء متفرق תפטיר تفاطير لو هي اول نبات الوسمي *pabulum dispersum; vel potius prima germina ad pluviam vernam effissa.* Hinc corriges, & diriges, quæ apud *Golium* plus uno in mendo cubant. Jucundissima ex hisce lux ad notiones *Sacri Codicis* redundat; atque splendent jam ultro פטורי צצים 1 *Reg.* 6: 18. 29. 32. 35. *effissiones florum, germina primulum effissa.* Conjectura felicior huc traxerat Cl. *Gussetium*, in *Comm. Ling. Hebr. Videtur*, inquit, *esse primula eruptio florum*, id est, *figura repræsentans florem quum primulum sese erumpit.* Obhæsit tamen in primaria notione *apertura*; neque ad *effissionem* nostram potuit penetrare. Felicissime quoque idem Vir Doctus ex hoc *flore primulum erumpente* illustravit figuram insigniorem יפטירו בשפה *Ps.* 22: 8. in virulentissima *sanna*: ut non sit simpliciter *aperiunt*, vel *diducunt labium*, sed, *Linguam inter labia exerunt.* Nempe, ut recte subdidit, *ex lingua sic protrusa, & labiis eam cingentibus, figuram fieri aliquatenus similem Flori e Calyce suo prodire incipienti.* Non æque probem, quod *Plebejam* censeat phrasin: quum nihil dignius, venustius, celsius, excogitari queat, quam *Florem effissum e Calyce formare in labio*; ad *virulentiam linguæ exertæ* pingendam. Ne vel minimum cuiquam resideat scrupuli, monebo افطر absolute usurpari pro اطلع *florem effidit; emicare fecit* פטר *primum germen*, ac proinde יפטירו בשפה efficit formulam omnibus elegantiis expolitam. Efflorescit simul nativum decus alterius formulæ multo honestissimæ פטר רחם in *primogenitis* qua hominis, qua bruti; q. d. *effissio uteri*; id est, *germen primitus effissum*; sive *prima fissione emicans.* Hinc enata quoque sublimior illa potestas, quam frequentant *Arabes in creando*: & secundum quam Deus vocatur فاطر السموات والارض פוטר אלשמוות ואלארץ *Creator cœlorum & terræ*; proprie *effissor*; *qui cœlum & terras fecit emicare tanquam germina recentia.* Expromi hic meretur, quod apud *Gjeubar.* de hac phrasi annotatum reperio قال بن عباس كنت لا ادري ما فاطر السموات والارض حتى اتاني اعرابيان

18 אדם חסר לב תקע כף ערב ערבה לפני רעהו׃

18 Homo defectus cordis *est*, depangens volam; spondens sponsionem in conspectu sodalis sui.

19 אהב פשע אהב מצה מגביה פתחו מבקש שבר׃

19 Amat delictum, qui amat rixam; altifrons faciens ostium suum, quæritat confractionem.

20 עקש

20 In-

اعرابيان يختصمان في بئر فقال احدهما انا فطرتها اي انا ابتداتها *Ibn Abbas dixit, nesciùs eram quid* פוטר *cœlum & terram. valeret*, pro Origine scilicet; *donec ad me accesserunt duo Arabes litigantes de puteo; quorum unus dicebat, Ego* פטרתה *eum primus effodi.* Proprie *effidi, findendo feci aquas ejus emicare*, vel *erumpere cum impetu.* Habes פוטר מים *effissionem aquarum*, sive jam *scatebræ* applicare velis, ut in posteriori exemplo; sive *obici* aut *aggeri*; per quem *aquæ*, qua data porta, se immittant, atque cuncta late inundent. Hoc ab indole *Linguæ* neutiquam alienum: quemadmodum & cum eadem intime conspirat, quod nostrum פטר *findere*, & *findi*, duobus in locis 1 *Sam.* 19: 10. & 2 *Chron.* 23: 8. designet *separationem*; & *discessum*; nam Synonymum شق *diffindere* iisdem notionibus adauctum.

Ibid. Alterum verbum abstrusius התגלע magis adhuc distrahit, & exercitos habet Viros Doctos. Causa hæc, quod non nisi hac sola in specie, ter tantum, occurrat in solis *Proverbiis*; & quidem concisius atque abruptius enunciatis. Hinc mirifice fluctuatum a Veteribus ac Recentioribus juxta, in tribus sententiis, quæ in verbum hocce, tanquam in *Basin* suam, recumbunt. Varietatem istam late executus sum in *Opusculo de Defectibus*; atque ex *Dialecto Arabum* produxi *nudationem dentium in rixas contentiosissimas*, omnemque adeo *obscœnitatem conviciorum.* Nihil huic quidem sedi aptius. Id ex *Camuso* sentias: جلع فمه فهو اجلع وجلع لا ينضم شفتاه على اسنانه وانجلع انكشف والمجالعة التنازع في قمار او قسمة شراب او *Verbum* גלע *in ore frequentatur, quod dicitur* אגלע & גלע, *quum non constringuntur labia super dentes renudatos. In VII.* אנגלע *renudari. In III.* מגולעת *mutua rixa in alea, aut compotatione, aut partitione bæreditatis*: in quibus scilicet *restricti dentes* assolent *nudari.* Ex *Gjeubar.* consimilia tradente apponam tantum, quod e Veteri citat Poëta

لا فاحش عند الشراب مجالع

Neutiquam obscœnus in poculis, dentes renudans.

Eandem hic imaginem expressam, ne pertinacia quidem ipsa negarit. Reliquis contextibus sua quoque hinc lux infra refundetur; ad *Cap.* 18: 1. & 20: 3.

Vs. 19. Excelse dictum, *Altifrons faciens ostium suum.* מגביה proprie *convexans, convexa altitudine suspendens*, & *attollens*: nam גבוה est ὑψηφὸς; ut supra commonui. Ostium illud *altifrons* diversas habet ansas. Ad *superbas ædium substructiones* indeque *oriundam paupertatem* & *ruinam* I. retulit *Kimch.* quem secuti complures; Cl. *Cocc.* huc inclinans, *Ecclesiæ* applicuit, *intra quam satius sit paucos concordare, quam multos contentiosos intromitti.* Ad פשע *delictum* II. *Jun.* ut sit, *amplam ei portam dare*; quod *latam fenestram aperire* assimili formula *Latinis.* Inde *ruinam* attrahi. Illud שבר pro *dissidiis* venire censens *Grot.* III. eadem *Syntaxi* dedit, *ampliat januam illius prævaricationis, qui quærit fracturam*, i. e. *dissidium*; *discordia multis peccatis viam aperit.* Connixit Magna acies; & בקש שבר nil aliud designare potest, quam *ruinam suam quæritare*, ac *quasi ambire.* La-

tio-

20 Intortus corde non inveniet bonum; & perversus lingua sua, cadet in malum.

21 Qui gignit elumbem; in scruposam sollicitudinem ei : & non lætabitur pater marcidi.

22 Cor

20 עקש לב לא ימצא טוב ונהפך בלשונו יפול ברעה׃

21 ילד כסיל לתוגה לו ולא ישמח אבי נבל׃

22 לב

tiore *Allegoria* IV. *Mercer.* post *R. Levi*, autumat *attollere suum ostium* generatim positum, pro *sese efferre*, *& velut in sublimiore loco collocare*, *cum contemtu aliorum*, unde *ruinam* sequi necesse sit. Nempe *ut qui in alto ædificarit ostium suum*, inquit, *inde facile corruat deorsum*, *& confringatur*; *sic qui se supra alios effert fastosius.* Huc calculum conferens *Cler.* adjecit, *inde forte natam formulam*, *quod per Orientem domuum ostia valde sint humilia*; *quia latrones*, *qui equitantes vagantur*, *solebant in ædes irrumpere insidentes equis*, *ut extorta pecunia statim effugere possint. His repentinis invasionibus ostia humiliora opposita.* Nimis ambitiose quæritur, quod præ manibus oculisque. *Ostium suspensum in altam convexitatem* per se affert, *cum superbia ædificationis*, aliquid *enorme*, *modum* ac *mensuram excedens* in ædificio, ac propterea *ruinam* ultro *minans trabensve.* Hoc gravissime V. *Ori* applicatur, *alta*, *tumida*, *convexa*, ὑψηρεφῆ, *sonanti.* Eadem figura *Aristoph.* in *Ranis Vs.* 862. ἀπύλωτον στόμα ausus, *os cujus* πύλαι *portæ sint refractæ*; sale suo perfricans *Æschyli grandiloquentiam tumidam*; ἱπποβάμονα ῥήματα effundentis. Apud *Eurip. Hippol. Vs.* 883. habes ἐν πύλαις στόματος κατίχειν· nec abludit *Homericum*, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. In *Oriente* nil solemnius. Plurimis id allubuit *Ps.* 141: 3. sub דל שפתי quasi esset דלת *ostium labiorum*; vel potius *eorundem valvæ.* Nostra vox ita traducta *Mich.* 7: 5. שמר פתחי פיך *substricte custodito ostia oris tui ab ea*, *quæ in sinu tuo recubat.* Præ oculis quoque habendum signatissimum illud, quo *Schema* hocce sustinetur אל תדברו גבהה גבהה. *Ne convexum*, *convexum*, *eloquamini*, 1 *Sam.* 2: 3. id est, ὑψηρεφὴς, *fastosum*, *superbum*; *altisonans.* Qui sic *ostium suum attollit in convexitatem*, venuste dicitur *quæritare confractionem*, atque *ruinam* sibi *suam* ultro arcessere. Non erat ergo cur a veteribus *Rabbinis*, *ostium* de *ore* exponentibus, discederetur : sed *sublimiori* huic *sensui* prior ille *literalis*, quem præstruxi, pro fundamento simul substernendus.

Vs. 22. Splendida sententia, quam offuscavit nonnihil ignorata vis & indoles vocabuli גהה, per *medicinam* reddi solitum. Id nuspiam alibi comparet. Radix tantum ejusdem semel posita *Hos.* 5: 13. לא יגהה מכם מזור quod ex serie datur, *non medebitur a vobis ulcus.* Hinc ergo I. major pars, *Cor lætum bonam faciet medicinam*; i. e. *medicinam quam forte sumseris*, *juvabit.* Languidulum; quod erexit *Cocc.* II. exhibens, *Cor lætum bene medetur*; hoc est, *Lætitia est causa bonæ valetudinis*; *ut tristitia tabis.* Secutus *Gejer.* qui *bene facere medicinam* resolvit in *bene mederi*; sive *vegetam præstare valetudinem.* Eodem collineabat *Pagnin. Cor lætum bene faciet*, ut *medicina.* Diversus abit III. *Jarchius*, respiciens ad *Thema* נגה *splenduit*, *nituit*, unde נְגֹהָה abjecta prima *Nun* designet *nitorem*, hac mente; *Cor lætum bonum præstat nitorem* vultus: ut idem exeat, quod *Cap.* 15: 13. habuimus, *Cor lætum bonum præstat vultum.* Repudiatum ab omnibus, etiam a tribulibus, tanquam audaciusculum: & *Analogiæ* minus congruum. Ea tamen haud refragatur; quum prima *Nun* in formis *Infinitivis* æque abjiciatur ac prima *Jod.* Accedit quod *Radix* quoque extiterit יגה وجه idem signans quod נגה نجه, unde *masc.* יגה وجه *vultus*; ut nostrum aenschpn; itemque *fœm.* جهة גהה *facies*, *aspectus*, a *nitore* qui ibi maxime lucet. Inde מן גהתו من جهته *respectu ejus*: & من جهة ما *respectu aliquo*; nec non *pluraliter* من جميع الجهات

22 לב שמח ייטב גהה ורוח נכאה תיבש גרם :

23 שחד

22 Cor lætum exuberare facit ſerenitatem nitidam: at ſpiritus conſauciatus exarefacit oſſamentum.

23 Mu-

الجهات *omni reſpectu*, נהות, apud *Algazalium.* Sic quidem ſe ſuſtinere poſſet hocce interpretamentum. Scrupulum interim incutit illud יגהה apud *Hoſeam*, quod *Thema* exigit גהה: ad quod vocula noſtra arctiora habere jura non immerito judicatum. *Medelam* ibi intendi, filum dictat: *Non potens erit Rex Aſſyriæ* לרפא לכם *ad ſanationem vobis præſtandam*; ולא יגהה מכם מזור *neque medebitur a vobis ulcus.* Recte quidem pro ſenſu; ſed pro *colore*, & *figura* ſplendidiore, quæ ibi orationem attollat, minus recte. Mallet ſane ſtili peritus, *tergebit*, *detergebit*: mallet, ſi idonea ſuffragaretur auctoritas, *nitidabit*; *ad nitorem* ſanationis perfectæ *faciet ſplendeſcere.* Atqui & ſuffragantur nobiliori huic imagini *Dialecti*, & eandem ita ſanciunt, ut inde reſilire nemini ſit integrum; qui veritati cupit litare, & dignitati ſimul ſermonis *Hebræi.* Apud *Arabes* certe נהי جهي primario & proprie ſonat *niteſcere*, *nitidiſſime reſplendeſcere*, *differenari.* Audiatur *Gjeubar.* بيت أجهي

بيت الجهي أي لا سقف له

والسماء جهواء أي مصحية

وأجهت السماء أي انقشع

عنها الغيم وأجهينا أي

أصحينا أجهت لنا السماء

Domus forma comparat. & ſuperlat. vocatur בית אגהי, *quum nullum omnino tectum habet; quaſi nitidiſſime ſerena; ut* שמאא נהוה *cœlum nitidiſſime ſerenum. Inde in IV. cœlum* אנהת *differenavit, diſcuſſa omni nube. Itemque* אנהינו *nos differenavimus; pro cœlum nobis differnavit; ut* אצחינו. Apparet נהי ſive צחת, צחי صحي, idem valere quod נהה *ſerenus fuit*, *ſerena claritate nituit.* Eadem notione auctum quoque *ſororium* צחח صح *nitide canduit*, *ſerenum ſplenduit.* Hoc *Arabes* uſu *ſecundario* frequentant pro *ſanus*, *integer*, *vitii expers fuit*; nec non *convaluit a morbo.* Ratio manifeſta; indeque ſimul luce ſerena manifeſtius, nihil excellentius poſſe efferri, quam illud *Hoſ.* 5: 7. לא יגהה מכם מזור *non nitidabit a vobis ulcus*; vel *intranſitive* potius; *non nitidabitur*, *non ad nitidam reducetur ſanitatem* מכם *diſcuſſum a veſtro* illo *Reip. corpore*, quod *totum ulceribus contabeſcit*, ac *diffluit.* Hinc noſter quoque contextus ſerenius renideſcit, ita expreſſus: *Cor lætum* (*lævigatum*, proprie) *exuberare faciet nitidam ſerenitatem*; vel ad vim *formæ* ex *Pihhel* deſcendentis, *ſerenationem*, qua *vultum* & reliquas partes, *læto* & *lævigato ſuo nitore perfundat.*

Ibid. Ut ne tantillum quidem relinquatur hæſitationis, atque anſa etiam cavillationi, ſi forte, amputetur, exequar hic, quod alias non hujus *Commentarioli* eſt, ut *notiones* diverſiſſimas verbi جهي, quas *Gloſſatores Arabum* nobis ediderunt, ex confuſa & cæca congerie, ſub qua oppreſſæ jacent, in clarum ac ſerenum diem educam. Habeatur ergo iterum ex *Gjeubario* جهي

البيت بالكسر أي خرب

فهو بيت جاه وخباء مجه

لا ستر عليه واست جهوي

أي مكشوفة ومن كلامهم

الذي يضعونه على السن

البهايم

23 Munus e ſinu accipiet improbus: ad inclinanda itinera æqui juris.

23 שחד מחיק רשע יקח להטות ארחות משפט :

24 In vultu intelligentis ſapientia: at oculi elumbis in extremo terræ.

24 את פני מבין חכמה ועיני כסיל בקצה ארץ :

25 Æ-

25 כעס

آلْبَهَايِمِ قَالُوا يَا عَنْزُ قَدْ
جَاءَ آلْقُرُّ قَالَتْ يَاوَيْلِي
ذَنَبٌ أَلْوِي وَآسْتٌ جَهْوِي
حَكَاهُ أَبُو زَيْدٍ فِي كِتَابِ
آلْغَنَمِ *Phraſis* נהי אלבית *per Kesra & Je mobile notat*, *vaſtata fuit domus*; *ut &* הוא בית נהי *illa domus vaſta eſt*: *itemque* חבא *tentorium* מנהי *Part. IV. quod nullo velo tectum. Iterum* שת נהוי *Podex plane denudatus. Eſt autem in Sermone Arabum, quem linguis pecudum addunt, quod dicant; O Capella! adventat jam frigus! Illa vero, væ mihi! Cauda retorta erit; podex denudatus! Sic quidem refert Abuzeydus in Libro de Ovibus.* Ad marginem Codicis noſtri aliæ adhuc *Gloſſæ* adſcriptæ يُقَالُ سَأَلْتُهُ
فَأَجْهَى عَلَيَّ أَيْ لَمْ يُعْطِنِي
شَيْاءً وَأَجْهَتْ عَلَى زَوْجِهَا
فَلَمْ تَحْمَلْ وَأَرْضٌ جَهْوَاءُ لَيْسَ
بِهَا شَيْءٌ *Dicitur*; אנהי עלי *quum a me rogatus, quicquam dare recuſat. Item fæmina* אנהה *contra maritum ſuum, quum ex eo non concipit. Item terra* נהוא *in qua nihil omnino reperitur.* Poſterius priora illa explicat, atque limpidiſſime derivanda præbet. Nempe ארץ נהוא eſt *terra nitida*, *ſterilis*, & *vaſta*, *inſtar* צחיח סלע *nitidiſſimæ petræ*; ex *phraſi* aſſimillima *Eſech.* 26: 4. 14. collato *Eſech.* 24: 7. 8. Inde צחיחים *Neh.* 4: 7. *nitidiſſima loca*, *præ ſiccitate ſterili.* In *fæm. Pſ.* 68: 7. שכני צחיחה *habitant nitidum*, id eſt, *ſiccitatem ſteriliſſimam.* Forma reduplicata *Eſaj.* 58: 11. צחצחות *nitidiſſimæ ſiccitates.* Denique a צחה صحي, quod ſupra vidimus noſtro נהה a *Gjaubar.* ſubſtitutum, *Jeſaj.* 5: 13. צחה צמא *nitidiſſimus ſuſcitate*, i. e. *ſiccitate ſitis*: per *Oxymorum* prægnantiſſimum. Hinc jam pulchræ illæ figurationes: *nitidum ſe præbuit mihi rogatus*: i. e. *ſterilem inſtar petræ nitidæ.* Item *mulier non concipiens*; quæ גלמודה *Hebræis & Arabibus* dicta, i. e. *petra congelata*, *nitida præ duritie ſterili.* Vides quoque, qua occaſione נהי notet, *vaſtata fuit domus*; q. d. *facta eſt ſolum nitidum*: nec non *tentorium nullo velo tectum*, מנהה, *undique ſoli*, ejusque *nitidiſſimo lumini*, *expoſitum.* Denique שת נהוי paſtoricio illo uſu in *capella*, quid aliud quam *nates nitidæ?* id eſt, *depiles*, *glabræ*, *calvæ ad lævitatem usque*, ſive *nitorem levigatum.* Hinc pendet convicium illud apud *Gjeubar.* قبح الله جهوته quod eſt استه الجهوي, ut חשוף שת per ora incedat; quod *Jeſaj.* 21: 4. *ſummi* indicium *opprobrii.* In *Camuſo* ſcilicet אנהי اجهي *comparat.* & *ſuperlat.* etiam declaratur اصلع *ſumme calvus*, *præ calvitie nitens*, & *ſplendicans.* Ibidem quoque extat, اجهت الطريق *nituit via*, pro *clara & manifeſta fuit*: & انبته جاهيا اي علانية *affirmavit illud nitide*; pro *maniſeſtiſſime*: & جهي تجهية in II. *metaphora* audaciore *altiſſimam impreſſit plagam*,

25 כעס לאביו בן כסיל וממר ליולדתו׃

25 Ægritudo patri ſuo filius elumbis: & amaritudo ſuæ genitrici.

26 גם ענוש לצדיק לא טוב להכות נדיבים על ישר׃

26 Etiam mulctare juſtum, nonbonum illud, *eſt* ſane percutere ingenuos propter æquitatem.

27 חושך

27 Sub-

gam, quæ *totum* veluti *diem admitteret*, *transadacto corpore pervia.* Eodem & illud tendit اجهي الرجل اي ظهر وبرز *enituit vir*, *prodiit in lucem*, *& emicuit.* Pertexat longiorem telam, eique ſigillum veritatis imponat, uſus III. *Conjug.* quæ eſt *Pobel*; المجاهاة المفاخرة מגוהות *concertatio cum alio de gloria*, videlicet, *uter præniteat.* Hinc *Gloſſæ* apud *Golium* & *Riggejum* vagantes, cum *ordine* nativum *nitorem* recuperabunt. Exciderat ferme *Aramæum* נגהא *candicare*, *micare*, *hilarari*, uſus iſtos eidem *nitori reſplendenti* debere; quod verbulo ſubmonuiſſe ſuffecerit, ad *Harmoniam Dialectorum* noſtrarum ſanciendam.

Vſ. 24. Non una mens interpretum. I. Pulchro adſpectu *Vulgat. In facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ.* LXX πρόσωπον συνετὸν ἀνδρὸς σοφοῦ. Id merito plurimis arriſit. Maluit tamen II. *Merc. In conſpectu prudentis ſapientia eſt*; eſt ipſi *obvia*, *facilis*, & *velut ante oculos expoſita: in ea non laborat aſſequenda.* Contra, *a ſtultis remotiſſima eſt ſapientia; videtur ei difficillima, & procul poſita; ideo in ea aſſequenda nec vult, nec poteſt, laborare.* Haud placet: ut nec illud, quod *Cler.* III. viſum, *reſpici forte ad tales, inter Hebræos, qui apud remotas gentes ſapientiam quærendam putarent: Indos, Magos, Ægyptios*; quum *eam in conſpectu haberent*, *ſuppeditante eam recta Ratione, & præſertim Revelatione.* Priori ſenſui palmam defero; eumque hoc colore ornarem, atque ulterius commendarem; ut חכמה *ſapientia*, hic ſpeciatim conſignet *frenationem* & *moderationem* illam *ſapientiæ*, quam ſupra aliquoties habuimus, quæque ex *Origine compactionis firmioris* ultro ſubnaſcitur. Sic clarior quoque *Antitheſis* emergit, ad *oculos Elumbis vagatores*, *effrenata* quadam *licentia diſcurrentes* quaquaverſum, & ſine *modo* ac *modeſtia immodeſtum* illum & *Elumbem*, qui intus reſidet, *animum* prodentes.

Vſ. 25. Minus commode multi, *ira patri ſuo* &c. כעס quidem *iram* deſignat; ſed & *ægritudinem* affert; quæ hic multo opportunior. Uterque affectus a *corrugatione* fluxiſſe videtur. Nempe *frons rugas trahit* in *ira*, *indignatione* &c. eademque *ægritudine corrugatur.* Alluſum ad *Originem* hancce *Eccleſ.* 7: 3. טוב כעס משחוק *melior indignatio quam riſus*; in *Hebræo* habes, *Melior corrugatio*, *quam lævigatio renidens.* Sequens ממר *amaritudo*, tanquam a *Rad.* מרר; pro כמרר, ſatis quidem & *Analogum* & opportunum. Quum tamen vocabulum ſit ſemel tantum proſtans, non poſſum quin moneam, Radicem ei ſubjici poſſe מרה *ſtrinxit vehementius.* Inde haberemus, *plagam ſtringentem* quæ perpetuo *male urat*, & *angat.* Senſus eodem redit.

Vſ. 26. Præruptum initium: ſalebroſa via. Plurimi I. cum *Merc. Etiam mulctare juſtum, non eſt bonum: ut principes percutiant quem propter rectum.* Poſterius colon alii poſt *Vulgat.* ſic conſtituunt II. *& percutere ipſos principes propter rectum.* Latius III. *Cocc. imo percutere ingenuos propter rectum.* Non video quid differat a priori *mulctare juſtum*: niſi diſcrimen captetur inter ענוש *mulctare* pecunia; & הכות *ferire*, *cædere* flagris. Hoc tamen nec tanti, ut *Gnomen* efficiat juſti ponderis; nec ſane fundatum, cum ענש *mulctare* etiam ad *flagra*, aliasque *pœnas*, ſe extendat. Hoc eo adegit IV. *Clericum*, ut quum poſtremam hanc viam eſſet ſecutus, ſubjecerit tamen; *Singula loci verba ſatis ſunt clara*, *ſed frigidior videtur ſententia*, *niſi ad aliud reſpiciatur.* Supponit dein, *haſce γνώμας ex Salomonis ore exceptas*, *omiſſis occaſionibus quibus eas protulit*: atque concludit, hæc dicta videri *in Reges*, *qui ſe ſatis clementes eſſe exiſtimant*, *ſi innocentibus mulctam injun-*

Aa *gant*

27 Substringit sermones suos scientia pollens; gravis spiritu vir prudens.

27 חושך אמריו יודע דעת וקר רוח איש תבונה :

28 Etiam crasse stolidus mutum se agens sapiens reputabitur: obturans labia sua prudens *est*.

28 גם אויל מחריש חכם יחשב אטם שפתיו נבון :

gant aut flagra; vita iis concessa. Hinc saltem lucramur, nodum esse molestum; cui hunc tamen cuneum non admoverim. Tentemus an expediri queat. Per se semper verum fuit, atque etiam sermone publico contritum fuisse videtur, ענוש לצדיק לא טוב *mulctam infligere justo, non-bonum*, i. e. *pessimum:* ubi jam per *infligere mulctam* intelligo non *pecuniariam* tantum illam, sed *omnem omnino pœnam.* Huic veteri *dicto* superstructum videtur aliud *dictum*, prænobili fœtum sensu, atque *Salomonæo* acumine dignum. *Etiam mulctam infligere justo, non-bonum illud*, quod dici solet, *Sane ferire ingenuos*, (virtute præditos,) *ob æquitatem*; (ob virtutem ipsam.) Vox נדיב *ingenuo fucco vigens*, sæpe quidem *principem* affert, non minus sæpe tamen *ingenua virtute*, & *pietate omni florentem.* Succinit ישר *æquitas*, *rectitudo*, *probitas*. *Super* על, *ob eam*, aliquem הכות *ferire*, est *lingua ferire*, *taxare*, *increpare*; est quoque, *vexare*, *persequi*, *malo* & *damno afficere*; *contumeliosius tractare*; *ludibrioque habere*; eo ipso nomine, quod sit נדיב *virtutis* ac *pietatis cultor*; qui ne latum quidem unguem a *probitate* deflectere sustineat. הכות *ferire* stylo sententioso omnia hæc amplecti posse, quivis sentit. להכות per *Lamedh emphaticum* nervum addit. Dominans inter mortales vitium; quos quum *severior* fere *probitas* illa tacite *notet*, & *urat*; eam *hypocriseos*, vel *morositatis* saltem *nota*, *perstringere* assolent. Id conduplicata velut *Gnome* enotari, & inculcari, merebatur, tanquam *injustitiæ* genus indignissimum, quod in vita communi serpat, atque adeo grassetur. In priori Colo *mulctam infligere justo*, sese refert ad *injustos judices in porta*, i. e. *pro tribunali*, & *in sede justitiæ* id sceleris committentes. Hoc tanquam לא טוב *non-bonum*, *pessimum facinus*, execrantur omnes. Interim non minus execrabile, atque ejusdem plane naturæ, *ferire ingenuum virtutis cultorem ob probitatem*; eumque isto titulo *carpere*, *lacerare*, ac veluti *condemnare*, in consortiis privatis.

Vs. 27. Nisi *Masoræ* notula *Critica* fuisset, quæ pro וקר רוח & *frigidus spiritu* margini apposuit יקר רוח, nemo quicquam ad hunc locum movisset, sed, quod *Lingua* sane haud abnuit, קר רוח *spiritu frigidum*, oppositum *calido*, tenuissent pro *sedato*, *modesto*, *gravi*; qui *labia substringenti* sic satis recinit. Non de nihilo interim visum יקר רוח, dissona peperit interpretamenta, ex dissono usu *Thematis* יקר, quod in *Lexicis* datur, *pretiosum*, *honoratum esse*; itemque *carum*, *rarum:* quod *pretiosa* fere *rara* sint. Hinc allubuit nonnullis *rarus spiritu*; pro eo, *qui animi sensa non temere communicat*, *atque expromit.* Cl. *Cocc. in Comment.* proposuit, *rarus animositatis*; vel &, *carus animi*; quod in *Lexico* declaravit, *cui pretiosum est irasci.* Alii *pretiosum spiritu* edidere, vel *eum*, qui *virtutis honore floret*, ejusque *pretio æstimatur*; vel qui *verba promit pretiosa*; *quantivis pretii æstimanda.* Quid LXX legerint, ex eorum μακρόθυμος haud constat satis: sed *Vulgat.* dans *pretiosi spiritus*, ad יקר inclinasse censetur. Quid *Masorethas* commovere potuerit, ad *Lectionem* hancce offerendam, expendi meretur. Non potuit eos offendere *phrasis* קר רוח *frigidus spiritu*; quum valde sit concinna; atque planior quam יקר רוח, ut diversi, quos lustravimus, conatus arguunt. Quid ergo? Geminam mihi videre videor ansam; quarum alterutra obtineat necesse est. Primam hanc, quod in quibusdam MSS. invenerint יקר. Id supprimere religioni duxerunt: merito: ad tales enim scintillulas verior Le-

ctio

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Verf. 1 לתאוה יבקש נפרד בכל תושיה יתגלע׃

לא 2

Verf. 1 Pro libidine quæſtiones agitat, qui ſe ſeparavit; & in omne ſolidum dentes deſtringit.

2 Non

ctio ſæpe relucet. Alteram iſtam, quod inſinuare voluerint illud וקר hic non intelligendum a קר, & *frigidus*; ſed a *rad.* יקר, quamcumque tandem voci iſti ſubjecerint poteſtatem. Sic certe habuiſſe videtur vetus *Synagogæ* traditio; quæ haudquaquam pœnitenda. Hoc tamen nihil derogat integritati Textus, quia יקר ex *Dialecto* quoque enunciatum fuit וקר; quod *Arabibus* domeſticum remanſit; apud quos وقر valet *ponderoſum*, *gravem eſſe*; indeque porro *honoratum*, *pretioſum*, *carum*, *rarum eſſe*. Illa ſignificatio *ponderoſi* haud dubie primaria, & אבנים יקרות non tantum ſunt *lapides pretio graves*, ſive *gemmæ*; ſed etiam *ponderoſi*, & *graviſſima præditi mole*; quæ Templo ſuo pro *fundamentis ſubſtraviſſe* dicitur *Salomon*; 1 *Reg.* 9. Hoc ſupra jam adſtructum. Illud وقر וקר *Arabibus* in deliciis ad *gravitatem modeſtam* & *manſuetam* ſignandam; quæ وقار וקור dicta; *forma Infinitiva*; ut وقور וקור in *Participio* valet *gravem*, *modeſtum*, *manſuetum*. Sic jam, ſive יקר legas, ſive וקר, exibit *gravis ſpiritu*; quem hic non immerito *frigido* prætuliſſe videntur Veteres; quippe qui *gravius* adhuc *pondus* ſententiæ indat. *Aſyndeton* adeo nihil officit, ut novum quoque decus adſtituat.

Ad CAPUT DECIMUM OCTAVUM

Notæ.

Vſ. 1. Operæ pretium fuerit ſummis faſtigiis perſtrinxiſſe, quanta hic diſſenſio Interpretes teneat, atque omnem in partem circumagat. Duæ Claſſes ſunt, aliorum qui *in dextram* hanc *Gnomen*, aliorum qui *in ſiniſtram* accepere. In utraque magna divergia, oriunda ex verbo התגלע ter tantum in ſolis *Proverbiis* occurrente: quod *Cap.* 17: 14. jam attigi. *In bonum* I. tendens 1. *Ab. Eſra*, traxit ad *eum qui a ſuis ſe ſeparans*, *peregrinationes ſuſcipit*, *ut cum ſapientibus ſeſe commiſceat*. Pro genio ſuo 2. *R. Levi* aliquid *Metaphyſicum* conflavit, *eum qui abſtracta quærit*, *penetraturum in mundum intelligibilem*. Vicinum 3. hoc *Grotii Quantum lubet inquirit*, *qui ſe ſubducit*; *in omni rerum natura miſcet ſe*. Non multum hinc abit 4. quod Noſtris placitum, *Deſiderabile* quid *quærere ſejunctum* a turba, *atque omni ſolidæ ſapientiæ ſe immiſcere*. Hoc in *Animadvſ. Philol.* olim firmare conabar; pro *immiſcere ſe*, cujus notionis fundus nullus eſt, ſubſtituens tantum vim *retegendi*, *revelandi*, *remoto velo obeundi*. Iſtum adſpectum infra verbulo adhuc diſcutiam, quidque eundem forte ſuſtinere poſſet, dabo. *In malum* II. idem diſſidium. *R. Salom.* 1. *cupiditatem ſectatur* ſuam *ſeparatus* a Deo; *itaque in ſapientiæ cœtu retegetur* & *probro exponetur*. Pauculis mutatis *Merc.* 2. *Ad cupiditatem quærit ſeparatus* ab amicis; *atque in omni ſapientia admiſcet ſe*, contentiones excitans. Similiter *Jun.* נפרד *cerebroſus*, *ſui homo cerebri*. Ad *hominem animalem*, & *ſpiritu carentem* applicuit.

2 Non delectatur elumbis prudentia; sed sane ut enudet cor suum.

3 Quum intrat improbus, intrat etiam contumelia; & cum probroso opprobrium.

4 A-

2 לא יחפץ כסיל בתבונה כי אם בהתגלות לבו׃

3 בבוא רשע בא גם בוז ועם קלון חרפה׃

4 מים

cuit. 3. *Cocc. qui cupiditati suæ obsequens in omni sapientia involvatur* sive *implicetur*; id est, *eam tortuosam & intricatam autumet*. Paulo diversius *Piscat.* 4. *contra omnem veram sapientiam sese devolvit*, id est, *toto impetu se ei opponit*. Ex cognato גלל illa potestas *devolvendi* exsculpta; indeque *Gusset.* 5. etiam arripuit suum *ruere cæco impetu*. Ex קלע non minus affini, *Avenar.* 6. suo more, *rotare*. Alia adhuc longius evagantia amputo. Apparet, intuta esse omnia; atque firmiorem ancoram requiri. Eam ex *Dialecto Arabum* produxi *Cap.* 17: 14. ubi sub جلع גלע *contentiosissimam rixam* regnare vidimus, desumtam a *renudatis dentibus*. Istam imaginem ibi unice quadrare, in oculos omnium incurrit. Non minus apte sedet *Cap.* 20: 3. Proinde ne hic quidem inde resilire satis tutum. Verbum נפרד quoque, sic absolute positum, non æque in dextram propensum, quam in sequiorem partem. Videsis *Hos.* 4: 14. *Est.* 3: 8. *Prov.* 16: 28. & 17: 9. Omnino ergo ἰδιογνώμων videtur significari, ut *Cocc.* in *Lex.* quoque monuit; qui sit tanquam פרד *mulus*; & جحيس وحده *sui cerebri homo*, ac *solivagus*. Consimiliter תאוה in sinistram inclinatius, sic quidem constructum. Huc proinde & nostras inclinare lances sentio. Si quis interim *Belgarum* Versioni adhærescere mallet, aliquid præsidii haberet in latiore illa ditione verbi, quam exerit sub VII. ubi انجلع אנגלע est انكشف *enudatus fuit remoto velo*: nec non in جالع idem cum سافر *clarus*, *lucidus*, *manifestus*, *patens*. Inde extundi posset forte, *& in omi solida sapientia sibi lucem facit*, *& diem*: vel *discusso* quasi *velo sese penetrat in eam*. Hoc cum *immiscet se* eodem rediret; splendidæ figurationis gratia adjecta. Proponendum duxi; ne quid supprimerem. Quid præponderet, satis manifestum.

Vs. 2. Non quærendum existimo nexum inter sententias nostras, ubi nulla sese dat ansa; quum ultro se ingerit, haud dimittendum. Arctiorem copulam inter hunc & *præced. Vs.* præbere videtur non materia solum, sed & affinitas, atque *alliteratio*, inter verba התגלות & התגלע ut jam continuata serie subtexatur, eum *qui adversus solidam sapientiam dentes destringit & renudat* יתגלע; nil aliud agere, quam ut יתגלה *revelet* ac *enudet cor suum stolida vanitate*, *superbia & ferocia plenum*.

Vs. 3. Non tam apertum est, quam prima fronte videtur. *Merc.* cum plerisque, *quum venit improbus*, *venit contemptus*, *& cum ignominia probrum*: id est, *hæc secum afferre solet*; sensu *activo*; congerie trium *Synonymorum*, ad vehementiam. Talis exaggeratio requisivisset potius, *venit contemtio*, *ignominia & probrum*. Hinc alii in posteriori Colo maluere, *& cum ignominioso opprobrium*: nempe *venit*. קלון *dedecus*, *nota inusta*, pro *homine notatissimo*. Id rotundius: nec quicquam desiderari posse videtur. Suspicor tamen, aliud intentum; *passiva* potestate vocabulorum בוז & חרפה, hoc sensu; *Quum intrat improbus* in familiaritatem, *intrat etiam ignominia*; *& cum notatissimo*, *opprobrium*. Qui *improbitate publice notatos admittit in familiaritatem*, *ipse ignominiæ sibi notas inurit*. בא *intrare*, pro *in familiaritatem admitti*, aut *communitatem*, protritum; *Ps.* 46: 4. *Non sedeo cum sodalibus nequitiæ*; & עם נעלמים לא אבוא *cum notatissimis non intro*. Quo jure no-

4 מים עמקים דברי פי איש נחל נבע מקור חכמה׃

5 שאת פני רשע לא טוב להטות צדיק במשפט׃

6 שפתי

4 Aquæ profundæ, verba oris viri: rivus ſcaturiens fons ſapientiæ.

5 Accipere perſonam improbi, non-bonum: ad evertendum juſtum in judicio.

6 La-

notatiſſimos ibi inferam, reperietur in *Opuſc. de Defect.* Iterum *Prov.* 22: 24. *Ne ſodalem te præbeas ei, qui turgenti naſo eſt; & cum viro multum exæſtuante ne intres.* Adde *Joſ.* 23: 7. & 12. ubi ad *connubia* quoque ſeſe extendit. Sic adhuc amplior proſpectus aperiretur.

Vſ. 4. Ferme conſono calculo *in bonum* omnia: ad hoc obtinendum alii obſervant איש *virum*, per ſe afferre *virum fortem*, *bonum*, *ſapientem*: alii *ſapientem* ex ſerie ſupplendum admonent; quod ſubjungatur *Fons ſapientiæ.* Id parum ſtringit; nec immerito in alia omnia diſceſſit Cl. *Cocc.* ad, *Aquæ profundæ ſermones oris viri*, ſubnotans, *errorum fundi alti ſunt.* Figura iſta accommodatior videtur, deſumta a *puteo profundo*, cujus *aquæ altius receſſerunt*; & cujus *abditæ venæ* vix *penetrari* poſſunt. Hoc adſpectu *Cap.* 20: 5. habebimus; *Aquæ profundæ conſilium in corde viri; at vir intelligentia pollens eas urna extrahet.* Depingitur *cor illud* עקב *doloſum præ quam ut menſurari poſſit*, *Jer.* 17: 9. quod *Pſalm.* 64: 7. לב עמק *cor profundum.* Thema עמק عمق *profundum eſſe*, in *puteo* potiſſimum venire monent *Arabum Gloſſatores.* In *Camuſo* العمق بالفتح وبالضم قعر البير ونحوها وبير عميقة *Vox* עמק *Phatata*, & *Dammata prima*, *deſignat fundum putei*; *indeque* באר עמיקה *puteus profundus.* Is ſi *tentando attingi nequeat*, *aut explorari*, eleganti formula appellatur بعيد الغور *Longinquus fundo*; per quem *figurate* deſignari ſolet, *cujus cor impenetrabile.* Ita *Tamerlanes* p. 404. deſcribitur فريد الطور بعيد الغور لا يدرك لبحر تفكيره قعر *Singulari indole*, *cui profunditas tam longinqua*, *ut attingi non poſſet fundus in alto meditationis ejus.* Ajunt quoque بير عميق معيق *puteus profundus*, & *altiſſime ſidens*, de eo qui *vaſta molimina volvit in alto cordis*; aut *cujus imperſcrutabilis malitia* eſt, & *aſtutia.* Opponuntur *aquæ profundæ talis putei*, & נחל נבע *fluvius ſcaturiens aquas limpidas*, *pellucidas*, *ſpeculo clariores*: quales ferme ſunt, *recentes e ſcatebra ſua*, ac veluti *excernendo* per venas ſuas *eliquatæ.* Inde נחל nomen traxit. מקור eſt *vena fontium.* Ei comparatur חכמה *ſolida ſapientia*; quæ nihil *turbidi*, nihil *lutoſi* aut *ferens*, aut *verrens*, ſemper *limpidiſſimam* conſervet *puritatem*, atque ubique reperiatur נחל נובע *rivus*, aut *torrens*, magnas aquas vehens quidem ille, non tamen *nimis profundas*, *obſcuraſque*, certe ſemper *recentes*, & *perenni* velut *luce* ac *gratia perſpicuas*; haud ſecus ac ſi *ex ipſa ſcatebra* quam *liquidiſſime excernerentur.* Non injucundum fuerit *proprietatem* verbi נבע نبع obiter attigiſſe, ſitam in *crepatione*, & quidem *ſcaturiente* illa, quæ *bullulis recenter ejectis e vena diffunditur.* Inde מבוע quæ *Arabibus* eſt منبع מנבע, & ينبوع ינבוע, *ſcatebra bullas ciens.*

Vſ. 5. Formula לא־טוב *non-bonum* per λιτότητα, & εὐφημίαν, pro *peſſimum*, nemini non nota. In poſteriori membro haud æque promta cuivis alluſio ad *Origines.* Certe ea non lucet in Verſione, *ad inclinandum juſtum in judicio.* In *Hebræo* eſt, *ad inclinandum recto-rigidum in æquatione juris*: q. d. *ad rectiſſimam ejus cauſam torquendam in ipſa juris æquatione*, ac *publica adminiſtratione.* Sic cla-

6 Labia elumbis intrant in litem; & os ejus colaphos vocat.

6 שפתי כסיל יבאו בריב ופיו למהלמות יקרא :

7 Os elumbis sibimet confriatio est; & labia ejus, decipula animæ ejus.

7 פי כסיל מחתה לו ושפתיו מוקש נפשו :

8 Ver-

8 דברי

clarius apparet summa *iniquitas*, quæ etiam *specie æquitatis* & *juris* sese prætexit.

Vs. 6. Salse; *Labia elumbis intrant in contentionem*, rixam quatientem; *& os ejus colaphos*, contusiones, *invitat*. Languet, quod multis arrisit, *& os ejus ad verbera concitat*: quasi innueretur, *eum alios homines ad verba* non solum, *sed etiam ad verbera concitare*, & *conclamare*, quo ille tanquam jucundo spectaculo fruatur. Prius aculeatius, & venustius. Amplexus *Merc. sibi arcessit verbera, damna, plagas*: itemque *Cocc. Alapas vocat.* Fortius adhuc Nostri, *advocat*, vel *inclamat plagas.* Luditur in gemino usu verbi יקרא *inclamat alta voce*; nec non, *invitat*; ut קרואים *inclamati*, speciatim sunt *invitati ad epulas.* Ergo, *clamabundus invitat*, *contentioso suo clamore advocat* quasi *colaphos*, *plagasque contundentes*, *quibus* veluti *accipiatur*, & pro meritis *tractetur.* בא בריב *intrare in rixam*, graviter, ut, 1 *Sam.* 25: 26. בא בדמים *intrare in sanguines; in medium sanguinem se immittere, dedita opera se cædi immergere.* Sic *Arabes* باء بدم *intravit in sanguinem*: & باء بغضب من الله *intravit in iram Dei*: i. e. *in eam se medium immisit; eamque in se provocavit.*

Vs. 8. Subtile simul, simul sublime; ad quod pertingi non potuit, quod duæ radices, quæ sententiam sustinent, minus perspectæ forent; alterius enim *primaria* virtus abest; alterius ne *secundaria* quidem potestas figi, ac finiri, potuit. Mira sane varietas & inconstantia circa posterius מתלהמים, quod nuspiam alibi in Sacro Codice. Infra tantum *Cap.* 26: 22. idem hocce dictum iisdem plane verbis recurrit; ut proinde nihil inde luminis extundi queat. Ut appareat, qua via processum sit inde ab ævo in ἅπαξ λεγομένοις, rarioribusque verbis, vestigandis, incipiam ab *Ab. Esra* & *R. Imman.* unde habemus ad faculam *Dialecti Arabicæ* I. *Verba delatoris sunt abscondita & tecta*, מסותרים ומתכסים, *& descendunt in penetralia ventris.* Sane الهم אלהם in IV. apud *Arabes* est *clandestino instinctu docuit*: & in VIII. التهم quæ cum התלהם consonat, *abscondi* illud obtinet, ut quum *nox diem dicitur abscondere.* Habes *suggestionem clanculariam, quæ altissime penetret*, satis, primá fronte, accommodatam. Nemo non satis fidens, ubi non satis firmus. Ergo *R. Salom.* II. ex *alliteratione* cum noto sibi הלם *contudit*, exsculpsit, *Verba delatoris sunt ut contusiones & descendunt ea* &c. hoc est, quamvis videantur *esse leves* tantum *contusiones*, attamen *altissima imprimunt vulnera.* Is *partic.* vice *substant.* positum autumabat. Hoc incommodi levaturus *Merc.* dedit III. *Verba delatoris sunt ut vulneratorum*, i. e. *similes ictibus quibus homines vulnerantur & configuntur*: sensu eodem recurrente. Aliovorsum, ex eodem tamen fonte, defluit *R. Levi* IV. *ut eorum qui se simulant vulneratos*; ad *commiserationem* scilicet *commovendam*, id est, *conqueruntur veluti injuriam sibi factam; sed interea intime sauciant, ac lacerant quasi viscera.* Huc concessere *Belgæ*; *Cocc.* alii. Si roges quorum? alii dicent, *eorum de quibus conqueruntur*, eos *calumniæ telis conficiendo*; alii, *apud quos conqueruntur*, eosdem *commiserationis sensu intimo adficiendo.* Omnibus hisce palmam præripit *J. Bruin.* V. ingeniose exhibens, *Verba delatoris sunt ut quæ malleo adiguntur* &c. quasi dicatur, *altius adacta bærent, neque se revelli patiuntur.* Res certissima; fundamentum in הלם *tutudit*, & quidem speciatim *malleo*, fabulosum. Diversissimam viam ingressi VI. *Kimchius*, & *R. Nathan* in *Concord.* quibus מתלהמים valet

חלקים

8 דברי נרגן כמתלהמים והם ירדו חדרי בטן׃

8 Verba rancore suffecti tanquam avide deglutita *crustula:* & illa descendunt in penetralia ventris.

9 גם

9 Etiam

חלקים *blanda, mollia, lævigata.* Videntur & illi *malleo tusa* detorsisse ad *lævigata*; indeque porro *blanda.* Sensus non incommodus subscriptores reperit quam plurimos: atque eodem pertinere creditur *Vulgati* illud: *Verba bilinguis quasi simplicia.* Patet interim fundum non valde fidum esse; atque omnino in longiore hac serie *prius* aliquid habere, quo nitatur; *posteriora* nihil, nisi acumen invenientium, & scintillulas velut sibi extundentium e silice. Ille interim sensus non ita plenus, aptusque, quam velles; nec sententiose satis exit, *Verba delatoris sunt tanquam occultata.* Accedit quod illud *occultari* sit notionis *secundariæ*, subsumtum ex *deglutiri*; ut quum *Nox diem abscondere* dicitur in VIII. id *figuratum* sit, pro *deglutire diem*: itemque in IV. *clandestino instinctu docuit*, proprie valeat *deglutire fecit.* Hinc ﻟﻬﻢ אלהם frequentatur apud *Arabes* pro *inspiravit*, *instinxit*; & *part.* מלהם ملهم *instinctor*, notat *Angelum bonum*, quem cuique additum volunt, ut *virtutem instinguat*; *suggestori malorum Dæmoni* oppositum. Hinc VII. in *Animadvs. Philol.* proposui juvenis, *Verba delatoris ut si instincta forent*, Numine quodam afflata, *ita descendunt in penetralia ventris.* Commonui *L. Capellum* idem jam ante in medium tulisse. Huc calculum contulit *Cler.* dans, *adflatuum instar.* Subjeci tamen VIII. ex propria significatione *degluttiendi* hunc conspectum, *Verba delatoris sunt tanquam suaves buccellæ quæ dantur deglutiendæ; quæque leniter descendunt in penetralia ventris.* Huc sane manuducebat mentio *ventris*, ejusque *penetralia.* Huc quoque vocabat mollior adhuc connexio inter *delatorem*, & inter *delationem avide inglutiri solitam*, instar *dulciculæ potionis*, aut *buccellæ.* Utrumque amplectitur nostrum *Thema*; cujus virtutem qua *propriam*, qua *impropriam*, penitius adhuc introspexisse juvabit. *Gjeubar.* اللهم الابتلاع بسرعة وقد لهمه والتهمه اذا ابتلعه واللهام الجيش الكثير كانه يلتهم كل شي وللهيم الداهية وكذلك ام اللهيم وفرس لهم سباق كانه يلتهم الارض والالهام ما يلقي في الروع يقال الهمه الله كذا واستلهمت الله الصبر والتهم الفصيل ما في ضرع امه اي استوفاه *Forma* לָהֹם *in Infin. signat inglutire celeriter, avide. Frequentatur inde in I.* לָהֹם, *& in VIII.* אתלהם *aliquid, quum absorbetur & inglutitur. Inde* לָהוּם *glutitor avidus, Epitheton magni exercitus, quasi qui omnia deglutiat: nec non forma diminutiva, grave infortunium, quod & Mater glutitoris. Item* פרש להם *equus glutitor, dagessata tertia, pro* לָהֵם, *prævertens cursu, tanquam qui terram inglutiat. Infinit. IV.* אלהם *gluttiendum dare, de eo dicitur quod menti injicitur per instinctum: unde* אלהמה אלה כזה *inspiravit ei Deus hoc vel illud. Et in X.* אשתלהמת אלה *rogavi ut inspiraret Deus patientiam. Denique in VIII. iterum* אתלהם *vel* אלתהם *per transposit. de pullo, inglutiit quod in ubere matris; quum illud totum absorbet.* Similia omnia in *Camuso*, qui لهم להם declarat ابتلع بمرة *inglutivit una vice*, id est, *simul*, *quam avidissime.* Hinc nostrum כמתלהמים ultro se ingerit, *tanquam quæ avidissime inglutiuntur*; sive jam *matteas* malis, & *buccellas suaviores*; sive *melleam potionem*, quæ *toto glutto obsorbeatur.* Succinit egregie, *& illa descendunt in penetralia ventris.* Pronomen הם refertur ab omnibus ad *verba delatoris*; quæ in *animum*, *imosque cordis recessus sese penetrent.* Non repugno; sed asseverare sustineo, illud והם plus

plus postulare; atque *&* *illa* hic valere, sub *empbasi* ad utrumque verbum redeunte, *&* *illa quippe:* ut sit, *nam & illa descendunt in penetralia ventris:* i. e. *simillima sunt* τοῖς מתלהמים *avide inglutitis*, quæ ut *jucunde influunt*, ac *suavi titillatione descendunt in ventrem, ejusque intimos recessus perlabuntur* atque *commulcent*; ita quoque *verba susurronis* cum voluptate titillante sese *insinuare* solent, atque *in recessus* altissimos *cordis perserpere*, atque *illabi*. Scilicet חדרי בטן *penetralia ventris*, vel *proprie* veniunt, vel *improprie.* Ad *Figuram* non perventum, nisi per *Literam*, cui princeps locus denegari nequit. Videsis *Prov.* 20: 27. 30. ubi uterque adspectus uni sententiæ graviter ac decenter illigatur. Utrumque & huic dicto excellentissimo intertextum, non est quod ambigatur; quum & *Linguæ* potentia, & sensus dignitas, atque ubertas, sic demum repræsentetur, suisque numeris absolvatur.

Ibid. In solido stare putem כמתלהמים *tanquam avide inglutita.* Fulciet eadem, atque supra dubitationis aleam provehet *Origo* vocabuli נרגן. In *Lexicis* verti solet *delator*, quem sic dictum putant a *mussitando* vel *murmurando*; unde *susurronem* ad elegantiam *Latinam* adhibent. Bullulas suo more sufflat *Avenar.* quum attendit affinitatem literarum cum *grunnire* in רגן; quasi foret *deferre cum grunnitu.* Verbum רגן semel tantum in *Part. Kal* extat *Jes.* 29: 24. ibique *Murmuratores* redditur. In *Niph.* extra *Proverbia* nostra bis tantum occurrit *Deut.* 1: 27. & *Psalm.* 106: 25. Ex illis locis recte exsculpas *affectionem malignam*, *exulceratam*, *virulentam*, quæ per *obmurmurationes*, *delationes*, ac *infamationes*, grassari amat; ast unde isti *gravissimo affectui* nomen sit positum, non sane exsculpas; quum sit *Metaphora*, nunquam *a priori* inveniunda: certe nunquam rite stabilienda ante, quam auctoritate *Dialecti* corroboretur felicior, si forte, conjectura. Poëta *Lyricus* istam *malignitatem* pingens, ait,

. . . *Hic nigræ succus loliginis, hæc est*
Ærugo mera . . . .

Eadem imagine usi *Græci*, in iis, unde *Æschyl. Agamemn.* vs. 845.

Δύσφρων ἰὸς καρδίαν προσήμενος.

Maligna ærugo cordi adsidens.

Si quis hinc assumeret רגן *Hebræis* quoque valuisse, *ærugine suffectus fuit*, haud dubie limites suos transcenderet; & *figuræ* quantumvis adblandienti acquiesci par haud esset. Per plura ire possem, atque in oculis defigere quam lubrica sit via ista, qua sagacitati, & conjectandi artificio, *Originum* indagatio permittitur, atque adeo tota committitur. Sed in rem præsentem venio. Protritus *rancor* in *butyro*, aliisque *rebus pinguibus.* Inde *lardum rancidum* apud *Horat.* & *rancidus aper.* Solemnis *translatio* dedit *animum rancidum*; pro *maligno*; unde & *rancor* absolute pro ipso *affectu maligno.* Si jam, citra auctoritatem *Dialecti*, contenderem רגן eadem proprietate polluisse *rancendi*, atque etiam in *alliteratiuncula* quadam argutarer, ludibrium deberem hominibus Eruditis. At si eam *rancendi* potestatem nobis *Dialectorum* fontes suggerant, ac refundant, jam nemini fas inde resilire. Habeatur ergo ex *Camuso* رجن وارتجن الزبد طبخ ولم يصف وفسد *Verbum* רגן *cum suo* התרגן *in VIII. usurpatur de butyro, cum excoctum non depuratur, sed corruptionem attrahit.* Inde *phrasi* signatissima subortum ارتجن امرهم اي اختلط *Rancuit ipsorum negotium*, *pro, confusum, perturbatum est seditione, tumultu, odiis malignis, rancidisque.* Item רגין الرجين السم القاتل *forma rancidum, pro veneno statim necante.* Denique رجن دابته حبسها واساء علفها اى حبسها في المنزل عن العلف ورجنت هي رجونا *Jumentum suum* רגן, *religavit illud eique malum præbuit pabulum; vel inclusit stabulo, sine ullo pabulo: quod & ipsum ita habitum dicitur* רגן; *rancere.* Sic in *Diw. Hudeil.*

أُنَاسٌ

أُنَاسٌ بَرَتْنَا ٱلْحَرْبُ حَتَّى
كَأَنَّنَا
جِذَالُ حِكَاكٍ لَوَّحَتْهَا
ٱلرَّوَاجِنُ ۞

Homines sumus, quos attrivit bellum; tanquam si foremus
Pali confrictorii, quos denigrant cameli rancidi.

Id est, *scabiosi, ac propterea pice uncti: qui ad palum se confricare solent.* Ex *Gjeubar.* quoque aliquid. رجن فلان دابته رجنا اذا حبسها واساء علفها حتى تهزل ورجنت هي بنفسها رجونا يتعدي ولا يتعدي فهي شاة راجن وارتجن علي القوم امرهم اختلط وارتجن الزبد اذا سلي فلم يصف وفسد *Dicitur, ille* רגן *pecudem suam, cum Inf.* רגן, *quum eam religat, atque malum ei pabulum præbet; ita ut macrescat. Ipsa quoque pecus* רגנת, *cujus Infin.* רגון *quum sic habetur. Nempe transitivum est, & intransitivum. Inde* שה רוגן *ovis rancida macie. Et in VIII. rancuit super populo res eorum; quum status eorum confunditur, ac conturbatur: ut rancuisse dicitur butyrum recens, quum eliquatum non depuratur, indeque corruptionem trahit.* Habes *sedem nativam* & רגן; habes quoque graves *metaphoras* inde ductas. Videamus nunc, quid lucis hinc ad *Sacrum Codicem* redundet. Insignite *Jes.* 29: 24. & *noscent errabundi spiritu intelligentiam,* ורוגנים ילמדו לקח & *rancentes discent florem doctrinæ.* Dari solet, *murmuratores*, i. e. *qui vias Dei cavillantur, & maligno dente carpunt.* Amplector; & nihil demuto: quum *rancere*, vel *rancidum esse*, illuc summa sponte feratur. Completior tamen existet *figuratio*, si ex illo *Gjeubar.* رجنت الدابة *rancuit pecus*, pro *male pastum tabuit*, adjunxeris, *rancidis elementis, & principiis errorum imbuti*, indeque *rancide & maligne de Deo viisque ejus sentientes*, ac *judicantes.* Hoc ultro invitat לקח, *florem purum* ac *sincerum Doctrinæ* signans; ut sæpe insinuatum. Lectissime quoque, & exquisite, *Deut.* 1: 27. *Et non proni fuistis ad ascendendum in Montem, atque obstrigillavistis os Domini Dei vestri;* ותרגנו באהליכם & *rancidi facti estis in tentoriis vestris, ac dixistis; odio Domini adversus nos, eduxit nos ex Ægypto, ut nos daret in manum Emoritæ, ad nos funditus eradendos.* Describitur haud dubie *murmuratio*, sed *virulentissima*, & *omni rancore maligno suffusa;* quæ tanquam *labes & tabes mentes pervaserat, medullisque ipsis erat infusa;* sic ut *tentoriis suis egredi obstinate recusarent; & tanquam super fæcibus suis rancescerent.* Idem adspectus, eadem amplitudo *Psalm.* 106: 25. וירגנו באהליהם & *rancescebant in tentoriis suis;* tanquam *rancido* quodam *veneno infecti* ac *correpti*, quod רגין vocitari vidimus. In eandem *figurationem* dimissum aliud *rancescendi* verbum حشن, quod in *Camuso* declaratur الوسخ من دسم اللبن واحشن السقاء اكثر استعماله لحقن اللبن فاروح ولزق به وسخه فحشن والحشنة الحقد والحشين الغضبان *Spurcities ex pinguedine lactis; unde IV. usurpatur de utre sæpius adbibito ad butyrum eo concusso eliciendum;* (فلم يغسل *absque ut eluatur*, ut adjecit *Gjeubar.*) *qua de causa fætorem emittit appacta ei spurcitie. Idem in I. obtinet. Ejus derivatum, rancidus fætor designat malevolentiam, odium malignum: & rancescens, est iracundia percitus;* vel *acrius succensens.* Sentias hinc, unde נרגן *maligno delatori* nomen indiderint *Hebræi;* cui *rancidum* videlicet *pectus, rancidum os*, nil nisi *merum spirans* ac *spargens rancorem.* Sic absolute habuimus illud *Partic.* in *Niphh.* supra *Cap.* 16: 28. recursurum *Cap.* 26: 20.

9 Etiam remissum se gerens in negotio suo, frater est profligatissimi decoctoris.

10 Arx fortissima (Turris asyli) nomen Jehovæ; ad eam curret Justus; in celsoque aget.

11 Opulentia divitis civitas fortissima ejus: & tanquam murus celsissimus in ejus imaginatione.

12 Ante confractionem altifrons (convexum) fit cor viri: & ante gloriam demissio.

13 Qui reponet verbum, quum needum audiverit: crassities hæc ei, & ignominia.

14 Spi-

9 גם מתרפה במלאכתו אח הוא לבעל משחית :

10 מגדל עז שם יהוה בו ירוץ צדיק ונשגב :

11 הון עשיר קרית עזו וכחומה נשגבה במשכיתו :

12 לפני שבר יגבה לב איש ולפני כבוד ענוה :

13 משיב דבר בטרם ישמע אולת היא לו וכלמה :

14 רוח

Eadem *figura* דברי נרגן *verba rancidi*, quæ & *ipsa rancida* τοῖς מתלהמים *bucceis avide inglutiri solitis* comparantur, per Oxymorum. Nempe *rancida edulia fastidium movent*; & *stomachum* evertunt: *non descendunt in penetralia ventris*: non sedent, non mulcent. At, mirum! *rancidi verba rancidula* adeo *non fastidiuntur*, *respuuntur*, *abhorrentur*, ut etiam *avidissime inglutiantur*; atque *imos ventris recessus commulceant*. Gemellum hujus jam olim attuli in ضغان *obtrectator*, sic dictus a ضغز *buccellam in os ingessit*; quod *calumnias leniter aliis devorandas concinnet*.

Ibid. Necdum exhausta *Allegoria* profundior. Vidimus الهم *inglutiendum dedit* etiam frequentari pro *inspiravit*, *instinxit*. Occasio inde porrecta, quod *comedi* dicatur *intimis sensibus haustum*, *perceptumque*, *verbum*, *oraculum*, *suggestio quæcumque*. Exempla in *Animadvs. Philol.* apposita, non est quod repetam augeamve. Usus planus, & liquidus. Hinc in *Disputat. de Figura ex Ancipiti*, viginti abhinc annis circiter *Franequeræ* habitis, duplici sensu dictum hocce mactari, posse, ostendi; ut non solum tanquam *suaves buccellæ inglutiri* dicantur *verba rancidi*; verum etiam *velut oracula* quædam *alta mente demitti*; ibique *sedem*, quin *fidem* firmam, obtinere, quam vix ac ne vix quidem ex *animo suspicionibus injectis subulcerato* revellere detur. Hoc postremum tamen, ut par est, in medio relictum esto. Fieri potest, ut simul fuerit intentum; potest quoque ut non fuerit. Certe abesse potest, sensu integro; at prius planissume abesse non potest.

Vs. 9. Moratur nonnihil formula בעל משחית. *Dominum perditionis* reddunt I. *Rabbinorum* quidam; & detorquent ad *Satanam.* Commodius *Kimchi* II. exponit *Eum qui perdit se*, & *sua*. Sic משחית *substantive* caperetur. Addit, posse pro *participio* accipi III. *ut sit Dominus perdens*; pro *dissipatore*, *decoctore*. Ita *Grot.* supplens, *par est Domino* sua *dissipanti*. Gravius *Cocc.* IV. *frater est habenti telum perdens.* משחית pro *telo noxio Ezech.* 21: 36. *Jer.* 5: 26. Inde איש משחית exponit *virum teli noxii*; qui *cum telo venit*. Attendit speciatim ad *usum militarem* 1 *Sam.* 14: 15. ubi המשחית signat *excursores*, oppositos *excubitoribus* המצב. Subtilius; & *Hypothesi* datum. Omnino בעל משחית est vel *Dominus dilapidationis*, vel *Dominus dilapidator*, ex *idiotismo* illo quo בעל *periphrasibus* dicatum, adfert *virum*, *sodalem*. Inde peræque efferri potuit *Dominus pili*, & *Dominus pilosus*, ad *virum talem* designandum. Ergo בעל: משחית sive *substantive*, sive *adjective* struatur, erit *sodalis* dis-

14 רוח איש יכלכל מחלהו ורוח נכאה מי ישאנה׃

14 Spiritus viri sustinebit *vel* plagam ejus excoriantem: at animus consauciatus, quis relevabit eum?

15 לב נבון יקנה דעת ואזן חכמים תבקש דעת׃

15 Cor prudentis peculium acquirit scientiam; & auris sapientum scientiam eruet.

16 מתן אדם ירחיב לו ולפני גדולים ינחנו׃

16 Donum hominis admissionem amplissimam parabit ei: & ante faciem Magnatum introducet eum.

17 צדיק הראשון בריבו יבא רעהו וחקרו׃

17 Justus *est*, prior in lite sua; at intrat sodalis ejus, & limat eam subtilius.

18 מדינים ישבית הגורל ובין עצומים יפריד׃

18 Contentiones sopiet lapillus; & inter validos diremtorem agit.

19 אח

19 Fra-

dissipator; ac *profligatissimus nepos*; qui ipse משחות مسحوت الجوف *perditus ventris*, ad formulam *Arabum* exquisitam hac sub *radice*, fit quoque משחית مسحبت *perdens*, *radens*, *omnia ventri donans*.

Vs. 16. Splendida *Prosopopœïa*, qua *Donum* convestitur *persona introductoris* in Magnatum aulas: *latum* & *lætum introitum* donatori *patefaciens*. Hunc *amplissimum ingressum*, cum *gratulatione* conjunctum, eleganter adfert verbum ירחיב; ad formulam veterem מרחב לך *amplum tibi spatium*; مرحبا لك; qua *Amici* & *Hospites gratissimi* excipiebantur. *Harir. Conf.* 5. تلقيناه بالترحاب *excepimus eum gratulatione solenni dicentes* מרחב. Apud *Golium* sub רחב رحب in II. habes *gratulatus fuit adventum: dixit* مرحبا מרחב. Commentator *Haririi* hæc subjecit تقول العرب للقادم عليهم مرحبا مرحبا اي اتيت مكانا رحبا واسعا *Dicunt Arabes adventanti* מרחב מרחב, *hoc est advenisti in locum qui amplus tibi erit, omnique laxitate copiosus.* Plenior phrasis est مرحبا وسهلا *Locum amplum & mol-*

lem! tibi futurum scil. *intrasti.* מרחב pro *sede ampla*, *lata*, *spaciosa*, tritum in Sacris. Speciatim *pascuum latum*, *lætumque* consignat. Alterum verbum הנחה *solenniori deductioni*, & *introductioni*, dicatum.

Vs. 17. Habet quod blandiri queat: *Justus primus est in lite sua: & intrat proximus ejus, eumque inquirit.* Hoc est, *Justus ante quam disceptare incipiat cum aliis, iisque vitia ob oculos ponere; prius secum litigat; seque emendat* &c. In hunc adspectum & *Vulgat.* dederat, *Justus prior est accusator sui*; ad præceptum *Matt.* 7: 5. Simplicius tamen, solidiusque, autumem, quod plurimos abstulit calculus, *Justus, qui prior in lite sua*, exponenda scilicet; *at intrat socius ejus*, *eumque perscrutatur*: i. e. *redarguit.* Hinc illud, *Audi & alteram partem.* Accommodatius huic sensui ריב *Lis*, *contentio* cum alio: nec non בא *intrat*, causam discussurus; itemque רעו *socius ejus*, cui cum altero illo lis intercessit. חקר *inquirere*, *perscrutari*; adfert *scrutinium subtilius*, & *elimatius*, quam *Originem* alibi permunitam dabo. Simillimum *Prov.* 28: 11. *Sapiens in oculis suis vir dives; at tenuis intelligens* יחקרנו *elimabit eum.* Adde *Job.* 32: 11. In formula חקר לב *scrutans elimatissime corda*, eadem potentia relucet.

Vs. 18. Pulchra iterum *Personæ fictio*, qua

Sors,

19 Frater in contumaciam proruptior civitate validissima; & contentiones tanquam repagulum arcis.

20 De fructu oris viri saturabitur venter ejus; proventu labiorum ejus saturabitur.

21 Mors & vita in potestate Linguæ; quam quiscumque amaverit, ejus comedet fructum.

22 Qui

19 אח נפשע מקרית עז ומדונים כבריח ארמון :

20 מפרי פי איש תשבע בטנו תבואת שפתיו ישבע :

21 מות וחיים ביד לשון ואהביה יאכל פריה :

22 מצא

Sors, גורל, *Lapillus* in *Origine*, introducitur tanquam *Arbiter* ac *diremtor*, qui *Lites sopiat*. השבית sæpe idem valet quod παύειν *sopire*, *compescere*, *sedare*. מפריד est *separator*, *Arbiter* litem *dirimens*. Ejusdem coloris fuit illud *Cap.* 16: *Vs. ult. In alveum jactatur Lapillus; at a Jehova omne ejus judicium* משפטו, *æquatio velut judicis*, aut *arbitri*: nam שפט *proprie* est *æquavit*.

Vs. 19. Rotundius tornata *Syntaxis* minus fuit percepta a multis. *R. Levi* I. sub fidiculis quasi, *Frater rebellione offensus* a fratre, *præ arce munita* erit, i. e. *nibilo minus*, injuriæ oblitus, *firmam ei opem præstabit*. Alterum *Colon* eodem modo distorquet. *Ab. Esra* II. cum præcedenti *Vs.* connexuit, indeque exsculpsit, *etsi gravissime frater rebellarit* in fratrem, *contentione vecti arcis assimilanda*, *fortem tamen lites illas decisuram*. Prior τὸ נפשע *passiva* potestate, posterior *activa* accepere. *Passive* quoque III. *Cocc. Frater offensus*, vel *defectione læsus* a Fratre, *præ civitate munita erit*, nec se *expugnari* patietur, id est, *reconciliari*: &c. Eodem collineat *Clerici* hocce; *Fratrem a Fratre proditum, non magis posse placari, quam urbi munitissimæ vis inferri* &c. Subnectit tamen IV. ex *Activa* virtute, *agi forte de Fratre Regis*, *cujus rebellio magis timenda*, *quam firmæ arcis defectio*. Ex *Passiva* iterum V. *Merc. Frater rebellat* in fratrem, *magis quam urbs munita* in suum principem. Circumcido alia. Fluctus inde coorti, quod *forma* נפשע non nisi hac in sede compareat. Linguæ indolem si expendamus, *rebellem* potius inferet illud *part. Niphh.* quam *rebellionem passum*. Sententiam si ponderemus, eadem illuc quoque propensior, & multo commodius comparatio *Arcis munitissimæ* procedit ad *rebellem*, quam ad eum *in quem rebellatur*. Hoc quivis momenta utriusque sensus elibrans, facile sentiet. Lancem per se huc inclinatam deprimit gravis *Dialecti* auctoritas: simulque *Originem* verbi פשע palpandam præbet. Ea *Arabibus* فسق *defecit*, *descivit* ab officio, *prævaricatus est*; *rebellavit* in Deum, in Regem, *improbe egit adversus jus & fas*: itemque *erupit ex cortice* dactylus, quod & انفسق in *Niphhal*, proprie. Sed ex fontibus ipsis bibatur. *Camus.*

الفسق الترك لامر الله والعصيان
والخروج عن طريق الحق
والفجور وفسق عن امر ربه
خرج والرطبة عن قشرها
خرجت كانفسق قبل ومنه
الفاسق لانسلاخه عن الخير

Thema hoc notat deficere a mandato Dei; & rebellare, & improbum esse, & exorbitare a via juris; unde phrasis, descivit a mandato Domini: usurpatur etiam in dactylo extra corticem erumpente; cum Specie VII. Niphhal, idem valente. Traditur; hinc rebelli nomen inditum, qui erumpit a bono desciscens: idque exuens. Apparet פשע & נפשע eundem obtinere usum *rebellionis contumacis*; sub hoc tamen discrimine; quod in *Kal* valeat *erupit in rebellionem*, *metaphora* illa venustiore, quam indicant *Arabum Philologi*; in *Niphh.* vero, *eruptus fuit*, vel *erupit sese in rebellionem*: inter quæ id differentiæ, quod inter *flumen erumpens* extra alveum, & *flumen eruptum*:

Id

22 מצא אשה מצא טוב ויפק רצון מיהוה׃

22 Qui invenit uxorem, invenit bonum: & impetravit favorem a Jehova.

23 תחנונים ידבר רש ועשיר יענה עזות׃

23 Stridulos sonos (complorationes) loquetur pannosus: at dives respondebit fortia.

24 איש רעים להתרועע ויש אהב דבק מאח׃

24 Vir sodalium semet conquasset necesse est: at est amicus agglutinatus præ fratre.

Id impetuosius; ac sonantius; ut in illo Poëtæ

- - - - *It mare proruptum.*

Eandem *proprietatem* ac vim *rupti corticis* tenuit quoque verbum פשק, unde *Cap.* 13: 3. פשק שפתיו dedi, *disrumpens labia sua*, improbe & immodeste. Hæc notio apud *Arabes* sub فشغ consedit: quemadmodum & altera *divaricationis*, quam indicabam *Ezech.* 16: 25. sub eodem verbo residet. ' Origo eadem; quod jam deducere nil attinet. Concludatur, נפשע sonare *eruptum in rebellionem contumacem:* atque inde rotundissime exire, *Frater rebellantior arce munitissima.* Id *Tacito* erat, *Acerrima ferme proximorum odia.* Verbum quoque *Græcum*, χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν, eodem tendit. Per *Rebellionem* autem hic laxiore usu *Contumaciam proruptam* includi, commonui in *Observ. Philol.* multisque exemplis confirmatum dedi. De cetero non erat cur *Masorethæ* sollicitarent *Lectionem* integerrimam מְדְוָנִים, atque מִדְיָנִים margini attexerent: nam quum מָדוֹן *lis*, per *quietem mediæ* sit conformatum ex מְדָוֹן, nostrum מְדְוָנִים pro gemmula potius *veteris Linguæ* erat amplectendum. Anguste judicat, qui anguste habitat. Omnis illa *Crisis Masoræ*, quæ tanto opere homines Eruditos conturbavit, ac collisit, in auras dilabitur; si *rei Hebraicæ* antiqua sua Pomœria non invideantur. Hoc ratio, hoc veritas, hoc ipsa Religio, deposcunt.

Vs. 21. Est quod unguem offendat ad posterius Colon: *& amantes illius, comedet fructum ejus.* In *bonum* I. accipitur a multis: ut sit, *qui Linguam suam diligenter servant, & frenant.* In *malum* II. traxit *Cl. de Dieu*; *indulgentes Linguæ: quicumque ei frenum laxant.* Neutrum plenum; quum vel ad *vitam* modo redeat, vel ad *mortem.* Utrumque complexuri III. alii, se contulere ad peculiarem usum verbi אהב, quo *amare terram* valet *colere*; ut 2 *Chron.* 26: 10. Hinc eliciunt; qui *Linguam* suam *excolunt*, & *exacuunt*, vel hanc vel illam in partem. Sed vide, num *amare agrum* dici queat, qui *spinis & sentibus eum* sinit *oppleri?* Similiter non *amat linguam suam*, qui *eam exacuit*, ut *sibimet* sit *telum letale.* Id incommodi ex parte effugit *Jun.* IV. reddens, *prout quisque amat uti ea*: i. e. sive *virtuti* eam *dicare* maluerit; sive *vitio.* Id cum *Vs. præcedenti* eundem plane sensum efficeret. Hoc ipsum vero monet, leniore adhuc flexu, אהביה *amatores ejus* potius V. referre ad *Auditores* qui vel *hanc*, vel *illam*, *Linguam amant*, ab ejusque nutu, ac influxu, pendent. *Amant religionis* ac *virtutis Cultores Linguam*, quæ *vitam & vitales spiret sermones.* Contra *vitiis dediti*, vel pravis *imbuti* elementis, *amant Linguam*, quæ *vitia foveat*, *venena spargat*, *mortem*, ut ita dicam, *fuco specioso circumlitam exspiret.* Ita vocabulo אהבים *Amantes*, *Amatores*, ut amplior, ita justior quoque, ac plane sua, sedes reponetur.

Vs. 24. Præstrinxit affinitas literarum inter רעים *amici*, & התרועע, atque unam postulare Radicem visa est plurimis. Hinc illa conamina; *vir amicorum* id facit *ad associandum se:* vel, *vir amicorum se amicum præbeat* necesse est: vel, *vir amicorum*, i. e. *amicitiæ verus & firmus cultor*, *nomen & omen suum implebit*; *talem se constanter præstans*; *amabitque ipso Fratre fidelius.* Hoc habet quod ferri posset, si *Lingua* ferret.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Vers. 1 Melior pannosus incedens in integritate sua; præ quam intortus labiis suis, idemque pingui lumbo fartus.

2 Vi-

Vers. 1 טוב רש הולך בתמו מעקש שפתיו והוא כסיל :

2 גם

Sed התרועע revocari ad *Thema* רעה, abnuit *Analogia*; quæ vel רוע exigit, vel רעע, ut ludatur in vicinitate *Radicum* diversissimas notiones exerentium. Fulcra, quæ ex בזה & בוז, itemque דמה ac דום idem valentibus, subduntur, nutant: nam hæc esse *Themata* sororia per exempla & auctoritates constat evidenter. Contraria omnia in רעה & רוע, quum prius certissime sit *pascere*, unde רעים *amici*, *sodales*, quasi *compascui*; posterius *malum esse*; unde רעים *mali*. Hos fines transsilire, intutum. Ex alia adhuc notione ejusdem Radicis, unde תרועה est *clangor*, itemque ipsum nostrum התרועע *clangere*, *jubilare* *Ps.* 108: 10. nonnulli tentarunt II. *Si sint Amici*, *jubilandum est*: vocem איש non *virum* hic capientes, sed pro יש, *existere*; ut apud *Chaldæos* ית & אית. Violentum. Commodius III. *Gusset.* *vir amicorum ut jubilet*: seu *qui amicos habet*, *debet felicitatem suam deprædicare etiam tubæ cantu.* Id obtineat necesse est, si *vir amicorum* vocetur, cui *multi* contigerunt *amici firmiores*, quales supra enotati *Cap.* 17: 17. qui *ne tempore* quidem *adverso deserunt*; sed *calamitatum coticulam sustinere* possunt. Hoc vero μέγα λίαν αἴνιγμα; & ipsa illa sententia, tam ponderose enunciata in *singulari Emphatico*, הרע *Amicus ille*, qui *nomen* istud *implere* valeat, nimis verum esse arguit, quod & *Seneca* alicubi inculcat, *florentes turba amicorum circumsedet*; *circa afflictos ingens solitudo est.* Idem mox *Cap.* 19: 4. 7. occurret. Hinc multo verisimilius, sive *Rem*, sive *Linguam* consulamus, איש רעים *virum sodalium*, esse eum, quem *turba* delectat *amicorum*, quique multis quam familiarissime se ac sua omnia aperit, creditque. Hoc prudentia vetat, vetat Experientia. Ergo nihil aliud restat; quam ut להתרועע IV. a *Radice* רעע *quassavit*, *confregit*, reddatur *vir amicorum*, qui multos sibi intimos adsciscit, *sane ad conquassandum sese*, nempe *est*, vel *erit*; q. d. *semet perditum it*; *resque suas ultro prodit.* Idem placitum *Coccejo*, sic locum constituenti; *vir sodalium* ad hoc comparatus est *ut se ipse confringat.* Id *durum* & *absurdum* pronunciat *Cler.* Nempe quia *fidos* intelligebat *amicos*; quasi vero non vilior foret annona generis vilioris. Pulchra *paronomasia* huncce sensum adjutat; quæ illustrior fit per *Antithesin* in רעה *compascuus*, in quo *est quod vinciat*, ac *firmet*; & inter רעע *quassavit*; in quo est *quod dissolvat*, ac *destruat.* Eadem *alliteratio* præcessit *Cap.* 13: 20. Adjutat quoque eundem adspectum posterius membrum. *At est amans*, amicus, *agglutinatus præ Fratre.* Rarum, & carum esse genus insinuatur; ac proinde *intimam* illam *amicitiam*, quæ *conglutinet compingatque corda*, non per multos spargendam, sed circumspecte, & ferme cum uno tantum, ineundam.

AD CAPUT DECIMUM NONUM

NOTÆ.

Vs. 1. Oppositio inter ריש *pauperem ad pannos usque*, & כסיל *stolidum*, parum justa ac plena. Hinc omnes ferme *Divitem* vi sententiæ subaudiendum censent: quasi so-

2 גם בלא דעת נפש לא טוב ואץ ברגלים חוטא׃

2 Vigor currendi sese animans, absque cura animæ, non-bonum: & præceps pedibus, lapsabundus.

3 אולת

3 Cras-

foret; *præ quam perversus labiis* Dives, *qui sit stolidus.* Hoc quidem non supplementum, sed assumentum: quasi vero dari posset *perversus labiis dives, qui foret sapiens.* Emplastrum quoque male hærens, *præ quam perversus labiis* Dives licet, *cum stolidus sit.* Stare nequit sententia, nisi *Dives* ille sub כסיל comprehendatur. Cernas ad oculum ex *Prov.* 28: 6. ubi habes *præ quam perversus viarum* והוא עשיר *qui sit Dives.* Hinc *Cocc.* in *Comm. debebat pauperi opponere divitem, & opponit stolidum, hoc est, propter quasvis prærogativas ferocientem, inidoneum qui discat veritatem, & qui volupe habet alios in verba sua adigere.* Simplicius planiusque fuisset, *ferox divitiis*, quod in *Lexico* deinceps adscivit ὁ πάνυ, ubi supponens כסיל *stolidum* dictum a כסל *confidentia*, reddit *confidens divitiis.* Quadrat; talisque character haud dubie hic intentus. Nec tamen *confidentia* hac sub Radice *primariam* tenet sedem, sed a *lumbo* ducta est, ut *Cap.* 3: 26. monui. *Lumbus* ipse, *adipe suffarctus*, a כסל كسل *prægravari*, speciatim *crassitie molli, adiposa.* Hinc كسبل כסיל, & אכסל اكسل *vitium* adfert *stolide torpidi*, & *cui lumbus adipe ita infarctus*, ut simul *mollitie sit infractus*; quem *Elumbem* vocamus. Hoc vitium quum in *opulentis* potissimum *domibus* & *fortunis* niduletur, كسبل נסיל & كسول כסול etiam notare cœperunt *molliter educatum*, qui ad *Homericum* illud

Τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ.

Enutritur deliciis in multis.

Ac propterea apud *Arabes* in dedecus quidem *viris* additur, at *mulieribus* in *laudem*; quatenus apud eos puellæ *mollibus suffarctæ lumbis*, indeque *molliter* ac *fastose incedentes*, admirationi sunt. In *Hamasa* hinc

يناغي غزالا فاتر الطرف اكسلا ۞

Adblanditur dorcadi languidulæ oculum, mollicellæ lumbum.

Ex *Camuso* teneatur الكسل التثاقل عن الشي والفتور فيه فهو كسل وكسلان وهي كسلة وكسلانة وكسول ومكسال وهما ايضا نعت للجارية التي لا تكاد تبرح من مجلسها مدح *Radix* כסל *designat prægravari ac torpescere sub re; qualis vocatur* כסלן & כסל, *cum fœmininis suis* כסלה & כסלנה; *nec non* מכסל & כסול; *quæ duo quoque pro Epitheto adduntur puellæ se sede sua vix movere valenti; in laudem.* Nempe eadem ratione qua *teneras, molliculas, delicatas*, sequiore in sexu, celebrare amant Poëtæ. Inter *Hebræos* hanc quoque *molliter in divitiis educati* notionem *secundariam* obtinuisse, ex *Vs.* 10. hujus *Capitis* cuivis jam in oculos incurret. Tanto fidentius hic assumimus, *præ quam tortuosus labiis suis, quantumvis prædives, pingui lumbo fartus.* Habes ut justam, ita cumulatissimam *Antithesin*, inter vocabula רש *ad laceras usque vestes pauper*, & inter כסיל *molli in sinu divitiarum ac deliciarum luxurians.*

Vs. 2. Magnum *Linguæ*, & *Veterum* ejus *Copiarum*, *defectum* arguent diversissimæ *Gnomes* hujus expositiones. Princeps, quæque plurima tulit puncta, I. est; *Etiam anima sine scientia, non-bona.* Id varie explicatur, & ad posterius Colon accommodatur. Frigidula omnia. Quin ne in censum quidem venire debuisset, quod a Genio Linguæ plane

ne abhorret, ut בלא דעת נפש *in non scientia anima*, positum censeatur pro דעת בלא נפ׳ש *anima sine scientia.* Non commodissimum quoque II. illud *Pocok.* ad *Port. Mos. Etiam absque scientia, anima non est bona*, i. e. *habet se instar materiæ sine forma.* Nec illud sane III. *Gejer. Etiam in non scientia animæ, non-bonum*; pro, *ubi deficit lumen mentis, ibi etiam deficit lumen, & bonum, prosperitatis:* ad *Lutheri* hocce liberiuscule conversum, *Quum sine scientia agitur, non bene succedit.* Eodem aurigatur IV. *Etiam absque scientia desiderium non est bonum.* Hoc est, *ne desiderabilia quidem maxime bona, sunt bona, si absit scientia.* v. g. *divitiæ, honores, nobilitas, valetudo* &c. Sic iterum *Gejer.* post *Vatabl.* cui placuerat V. *Etiam absque prudentia desiderium pessima res est.* Longo flexu *Cler.* VI. *Etiam sine scientia cupiditas non est bona*; vel *cupiditas non-bonum:* subnotans; *posset quispiam contendere propter ignorantiam* Cupiditatem *non esse peccatum in hominibus imperitis. Contrarium docet Salomon: cum rem etiam indocti possint facile intelligere, & revera intelligant, si ea cupiditate lædantur.* Ex interiore *Linguæ* sinu doctius VII. *Cocc. Etiam in non habenda ratione animæ, non est bonum:* hoc est, *non esse sollicitum de alterius salute; aut suas ψυχὰς negligere.* Formula sane ידע נפש *cognoscere animam*, tale quid infert *Prov.* 12: 10. & *Job.* 9: 21. ידע *cognoscere* pro *curare* ex vena elegantiarum reperies quoque supra *Cap.* 5: 6. & 9: 13. Non satis tamen implet vim sententiæ; neque cum seq. colo cohæret. Ei propius innexum VIII. quod in *Lexico* posteriores *Cocceji* curæ pepererunt: *Etiam in neglectu animæ, non est bonum: & festinans pedibus peccat.* 'Ἀτιμία, *& temeritas nihil boni parit.* Sic בלא דעת נפ׳ש esset, *suam non curare animam*; quod sane *non-bonum*; *pessimum.* Ast quorsum illud גם *Etiam?* Dixeris forte, *Etiam suam, postquam aliorum neglexit quis.* Id omnino גם בלא דעת נפשו *etiam in non curare animam suam, non-bonum*; enunciari debuisset. Ne *Gnome* quidem sic concepta, multum dignitatis habet. Ut post has salebras planior nos campus accipiat, observari velim *particulam* גם *etiam* omni pagina identidem obviam, *Radice* adhuc, ac proinde *Origine* quoque sua, caruisse. *Radicem* protulit, & *Origini* præludere cœpit *Stock.* ponens גמם *addidit; multus, copiosus fuit*; apud *Arabes.* Ex *Golio* planius percipias; penes quem جم גמם valet, *multus evasit, abundavit* aqua in puteo. *Confluxit*, cum ante exhausta fuisset: *plena fuit* mensura, vas: *explevit* mensuram: *auxit* eam *adjecto cumulo.* Manu tenes גם יג quatenus *augmentum* signans, & *accessionem ad cumulum*, per *Etiam* sese convertendum præbet. Ejus *forma*, & vis, *substantiva*; contracta ex גֶּמֶם *Segolato*; ut בַּד pro בֶּדֶד *separatio*; unde לְבַד *adverbiale:* רַק *tantummodo* pro רֶקֶק *tenuari*, utque semel defungar אַף pro אֶפֶף *cumulare.* Istud גֶּמֶם cum *vicario* suo *defectivo* גַּם omnia tenuisse debuit jura, quæ verbum גמם vivente Lingua obtinuit. Non persequar omnia; dabo tantum, quæ in rem præsentem. *Gjeubar.* ٱلْجَمُّ مَا

ٱجْتَمَعَ مِنْ مَاءِ ٱلْبِئْرِ

وَٱلْجَمَّةُ ٱلْمَكَانُ ٱلَّذِي

يَجْتَمِعُ فِيهِ مَاؤُهُ وَٱلْجَمُومُ

ٱلْبِئْرُ ٱلْغَزِيرَةُ ٱلْمَاءِ

وَٱلْجُمُومُ بِٱلضَّمِّ ٱلْمَصْدَرُ

يُقَالُ جَمَّ ٱلْمَاءُ يَجِمُّ

جُمُومًا إِذَا كَثُرَ فِي ٱلْبِئْرِ

وَٱجْتَمَعَ بَعْدَ مَا نُزِحَ مَاؤُهَا

قَالَ ٱلرَّاجِزُ

يَنْزِيدُهَا مَخْجُ ٱلدِّلَا

جُمُومًا ۞

وَٱلْجَمُومُ

وَٱلْجَمُومُ أَيْضًا مِنَ ٱلْخَيْلِ ٱلَّذِي كُلَّمَا ذَهَبَ مِنْهُ جَرْيٌ جَاءَهُ جَرْيٌ آخَرُ قَالَ ٱلنَّمِرُ

جَمُومُ ٱلشَّدِّ شَائِلَةُ ٱلذُّنَابَى ۞

وَجَمَامُ ٱلْفَرَسِ يُقَالُ جَمَّ ٱلْفَرَسُ جَمًّا وَجَمَامًا إِذَا ذَهَبَ إِعْيَاؤُهُ وَٱسْتَجَمَّ ٱلْفَرَسُ وَٱلْبِئْرُ جَمًّا وَيُقَالُ إِنِّي لَأَسْتَجِمُّ قَلْبِي بِشَيْءٍ مِنَ ٱللَّهْوِ لِأُقَوِّيَ بِهِ عَلَى ٱلْحَقِّ

Vox נם *notat quod confluit de aqua in puteo; &* נמה *fæmin. locus ubi aqua ſe colligit; ut* נמום *eſt puteus* באר *copioſa aqua ſcatens: cujus infin. Dammata prima,* נמום. *Dicitur* נם, *cum fut.* ינם, *& infin.* נמום *de aqua, quum abundat in puteo, & confluit, poſtquam exhauſtus fuerat liquor ejus: utitur Poëta Rhythmicus in eo,*

Auget eum puteum *hauſtus ſitularum plenarum aqua confluente.*

Idem נמום *uſurpatur in Equis, cui uno curſu exhauſto, adfluit alter currendi vigor. Ita Namirius:*

Adfluente pollens vigore curſus, caudam ſuſtollens.

Sic נמם אלפרש *eſt Equi in currendo vigor ille; de quo dicitur* נמם *cum infinitivis* נם *&* נמם, *quum ceſſat laſſitudo ejus, neque currendo exhauritur; quemadmodum in X. de Equo & puteo, quum novo ſcatent fluxu ac vigore. Dicitur in eadem Specie X. Ego cor meum reficio recreatiuncula, ut fortior reddar officio proſequendo.* Relucet inſignita *Metaphora* verbi נמם in *curſu inexhauſto, qui eo usque delaſſari neſcit, ut ſeſe inter currendum reficiat, animetque ad majorem alacritatem.* Ita *Obeija Ibn Solmii* in *Hamaſa:*

جَمُومُ ٱلْجِرَاءِ إِذَا عُوقِبَتْ ۞

Inexhauſta curſu camelus, *quum alias poſt alias vices procurrere cogitur.*

Ubi *Tauriz.* الجموم يجمّ لها جري بعد جري *Appellatur* נמום *cui vigor curſus* נם *adfluit poſt curſum.* Apud *Haririum* جموم النشاط *inexhauſtus alacritatis; cujus alacritas ſeſe recenti ſemper vigore animat.* Plena exemplorum omnia. Hinc jam offerre ſuſtineo, tanquam & *ſedi* huic opportuniſſimum, & ex veteri *Linguæ* copia ultro redundans; *vigor currendi ſeſe animans, cum nulla cura animæ, non bonum,* peſſimum: *& feſtinans pedibus, lapſabundus.* נם ut ſupra dixi non jam *particula*, ſed *ſubſtantivo* vel *infinitivo* ſuo uſu, proprie *affluens inter ipſos hauſtus aquæ copia:* indeque *vigor currendi inexhauſtus.* Hanc peculiarem vim, *figuramque* ſignatiorem invitat poſterius אץ ברגלים *feſtine inſtans pedibus:* invitat quoque נפש *anima*, pro *halitu oris* jam ſumenda, ad *literam* ſaltem; ut בלא דעת נפש valeat, *ſine ulla cura animæ:* i. e. *absque ut ulla ratio habeatur halitus oris*, qui *ſi vires non exhauriantur* forte, *neutiquam* tamen *inexhauſtus* cenſeri debet; quippe qui *nimis ſeſe animans*, & *intendens*, uno momento *obrui* atque *extingui* poſſet. נפש pro *anima*, oris *halitu*, paſſim occurrit. Inde explicanda quoque phraſis *Num.* 16: 6. נפשנו יבשה *anima noſtra arida eſt*; i. e. *laſſitudine exhauſta* & *exarefacta*; ita ut vix *ſpiritum ducere* valeamus. Formula השיב נפש hinc

 etiam,

etiam, pro *Origine*, & ansa, pendet, nam *redire fecit animam*, est *exhaustam* jam, & *exspirare paratam revocavit*, ac *recreavit*. Sentis, quid sit in *cursore incitatissimo*, cui *vigor* identidem *affluit currendi*, לא דעת נפש *non cognoscere*, *non curare*, *animam*; nec attendere, quam *tenui* illa *filo pendeat*. Eodem forte adspectu enunciatum illud *Prov.* 12: 10. יודע צדיק נפש בהמתו *Novit*, *curat*, *justus animam jumenti sui*: *non onerat illud supra vires*; *non exhaurit illud*, & *lassitudine conficit*; sed identidem *pabulo reficit*, atque *refocillat*. Hoc luculentiorem pandit adspectum, atque vehementiorem *Antithesin*, illationemque postremi membri, *at commiserationes improborum*, *crudele*.

Ibid. Acumine *Salomonis* digna, ni me omnia fallunt, eviguit sententia, & *Litera*, quam aperui, solidis *Linguæ* fundamentis subnixa, habet quod se approbare queat. Magis adhuc sese insinuabit, si *Allegoriæ* medullam enucleavero. *Vigor currendi inexhaustus* se ad multa porrigit. Exempli gratia, *ad impetum studiorum*, præclarum illum quidem, & illius indolis, ut in ingeniis scientiarum avidis, *sese ultro animet*, atque *accendat*. Si illo in cursu *non cognoscatur*, *non curetur*, *anima*, id est, *valetudini non serviatur*, non *interspiretur* quasi, secundum illud

Interpone tuis interdum gaudia curis:

Non *relaxetur*, quin & *retendatur arcus*, *rumpatur desubito* necesse est. Eodem collineat, *concitatus pedibus*; *toto impetu pedum effusus ad currendum*, חוטא *lapsans*, *lapsabundus*; fieri nequit, quin tandem *corruat*; instar *equi cursoris*, qui *præcipiti cursui* sine intermissione *indulgens*, seque *vigore* semper *recenti animans*, non poterit non momento *corruere*, atque *exanimari*. Licet quoque subtilius adhuc, & sublimius, applices ad Eos, qui *immoderata spirant*, ad quæ *adspirare homini* non concessum his in terris: qui *immensitatem* ipsam *metiri* se, *viribus ingenii erectioris*, posse præfidunt. Quos intendam, nemini obscurum. Nempe *nil mortalibus ardui est*; *& cœlum ipsum petitur stultitia*, *pennis non homini datis*; ut ea huc transferam. Plura attexere *impetus* erat; sed & hicce נם *cursus vividior*, *animosiorque*, reprimendus; ne commisisse reperiar, quod excellentissima *Gnome* castigat.

Ibid. Præsidium huic explicationi accedit, atque vetera jura verbi גמם sancit, eximius locus *Habac.* 1: 9. *de Chaldæorum* copiis מְגַמַּת פְּנֵיהֶם קָדִימָה. In oculos se ingerit *Radix* גמם; quæ quum præ manibus haud esset, itum, ut fit, ad vicinum גמא *hausit*, *sorpsit*; indeque exsculptum, *haustus faciei ipsorum Orientem versus*. Non una id ratione declaratum. Nostri, *quod absorbebunt vultibus suis* deportabunt *Orientem versus*. Alii *anhelans desiderium eorum ad Orientem tendet*. Iterum alii, *terram omnem ante faciem suam absorbebunt quasi*, *celerrimo illo*, *quo sese invehent*, *impetu*. Amputo alia adhuc, longius circumducta. Cl. *Cocc.* formæ huic *Thema* גמם denegari non posse cernens, ex *particula* גם *etiam*, excudit *instantiam*, sive *intentionem faciei*: ut sensus sit; *quorum facies etiam atque etiam tendit Eurum versus*. Hoc non multum abludit ab *impetu* illo *vivido*, *animoso*, *inexhaustum vigorem exerente*, quem produxi. Appositissima in rem præsentem descriptio Bellatoris Equi, Bellatorem strenuum vehentis, in *Diw. Hud.*.

وَيَحْمِلُهُ جَمُومٌ أَرِيحِيٌّ صَادِقٌ هَذِبٌ
كَمَا يَنْقَضُّ مِنْ جَوِّ السَّمَاءِ الأَجْدَلُ الدَّرِبُ ۞

Portatque Eum perennis cursu, *alacer*, *strenuus*, *celerrimus*,
Prout ex summo æthere in prædam deruit Accipiter exercitatissimus.

Ubi *Schol.* الجموم له عدو كثير الزياد الذي عدوه اذا ما استحثثت كالماء يجم بعد ماء *Equus* גמום *est is*, *cujus cursus suo se auget vigore*; *quippe qui incitatus instar aquæ sit affluentis post aquam.* Habes illud *perenne*, *inexhaustum*, *elassari nescium*, quod supra inculcatum. Hinc de *exercitu Chaldæorum*, eorumque *Equis celerioribus* Ac-

3 אולת אדם תסלף דרכו ועל יהוה יזעף לבו :

3 Craffities hominis lubricat viam ejus; & fuper Jehovam æftuans dirumpitur cor ejus.

4 הון

4 Opu-

Accipitre in prædam ruente Vf. 8. jam *Vf.* 9. fubferitur, *inexhauftus vigor faciei eorum, curfusve fefe identidem animans, eft ad modum venti Orientalis.* Nempe & جم גמם quadrat in *ventum vehementius flantem, feque flatu ipfo animantem:* cum quali *vento* comparata *calamitas* in *Hamaf.* & *Diw. Hud.* inducitur جم النوايب *inexhaufta vicium, repetitis femper vicibus acrius acriusque incurfans:* & جم العجايب *inexhaufta mirandorum fataliumque eventuum.* פנים *facies, vultus,* fignat *inftantiam, impetumve* cujuscumque rei, *copiarum, equorum, venti* quoque *vehementius incumbentis,* nec non *ignis fævientis.* קדים *ventus Orientalis,* fpeciatim *procellofus,* & *cuncta exurens:* ut *Job.* 27: 21. Vide etiam, quod ad *Job.* 15: 2. fubnotavi. קדימה *venti Orientalis inftar:* vel &, *ventus ipfe,* & quidem *vehementiffimus;* ex *fuperlativa* poteftate *He paragogici.* Omittere hic nequeo hocce *Poëtæ* veteris in *Diw. Hud.* de *acri conflictu:*

وَحَمِيَ ٱلضَّرْبُ وَجَمّْ ۞
بِكُلِّ مُلْحُوبٍ أَشَمّْ ۞

Fervebantque ictus, feque animabant
Omnem in ftrenuum, contumacemque.

Ut nec illud *Alcor. Surat.* 89: 20. 21.

تَأْكُلُونَ ٱلتُّرَاثَ أَكْلًا لَمًّا
وَتُحِبُّونَ ٱلْمَالَ حُبًّا جَمًّا

Voratis hæreditates voratu cuncta forbente; & concupifcitis opes cupiditate femet inexhauftam animante. Hæc ad prima, & poftrema lucem fuam diffundunt; atque ditiffimas *Linguæ* venas penitius introfpiciendas præbent.

Vf. 3. Quanto opere fluctuetur in conftituenda poteftate *Radicis* סלף ad *Cap.* 11: 3. aperire cœpi. Ad *Cap.* 13: 6. genuina vis adftructa, in *glabro ad lubricationem usque:* ut aliquid fiat ὀλίσθηρον; unde confequatur, τὸ ὀλισθεῖν, vel ὀλισθαίνειν *lubrico lapfu impelli.* Percipias ex *Camufo:* سلف المزادة سلفا دهنه *Utrem* סלף *dicitur, cum Infin.* סלף, *qui eum oleo perungit.* Eodem fpectat مسلفة מסלפה *trulla; inftrumentum quo quid linitur ad glabritiem:* λίστρον quoque, quatenus valet ὁμάλιστρον & ἐδαφιστήριον apud *Hefych. quo terra glabratur.* Apud *Golium* habes cum *trulla* cæmentarii, etiam *cylindrum.* Et سلف *induxit, illevit trulla;* quod eft *glabrum lubricumque effecit.* Verfio *Arabica Act.* 16: 33. Ἔλουσεν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν πληγῶν commode & eleganter expreffit سلفهما وحممهما من جلدهما *perunxit eos abluitque a flagellatione eorum.* Gratam quoque lucem feret quod ex *Traditione* adduxit *Gjeubar.* ارض الجنة مسلوفة *Terra Paradifi levigata,* nempe ad *lubricam* usque *glabritiem,* ubi ftare nequeant nifi foli *Paradifiaci.* Hoc afpectu præceffit *Cap.* 13: 6. רשעה תסלף חטאת *improbitas,* proprie *turbulentia lutofa, lubricat lapfationem.* Confimili anfa & hic, *craffities hominis lubricat viam ejus.* Nempe אול الل *incraffatus fuit* liquor; adfert *craffamentum appactum* proprie; improprie *craffitiem appactam* veluti *mentis.* Omne *craffamentum,* ut *lubricum,* ita *lubricare* aptum. Plura non addo. Res femet explicat. Quam late patet *Lubricum cupiditatis,* & *lubricum vitiorum,* fibimet *blandientium,* ac præfertim *ftoliditate* velut *appacta,* vel *appactione ftolida* in *fraudem* & *perniciem* femet *impellentium:* tam fufe fe noftra præbet fententia; ad omne genus *crimina, offenfas, ruinasque* comprehendendas.

4 Opulentia addet sodales spissos; at pauper a sodali suo segregatur.

4 הון יסיף רעים רבים ודל מרעהו יפרד :

5 Testis fucatarum falsitatum non insons erit; & qui efflabit mendacia haud elabetur.

5 עד שקרים לא ינקה ויפיח כזבים לא ימלט :

6 Spissi terunt faciem munifici; & omnis, intimus amicus viro donatori.

6 רבים יחלו פני נדיב וכל הרע לאיש מתן :

7 Om-

7 כל

Ibid. Significantissimum verbum זעף; quod *Lexica* reddunt *indignari*, *succensere*, *irasci*. Adscitum a quibusdam *turbari*; ab aliis *ægritudine confici ad maciem*; ab aliis *æstuare*. Posterius *Origini* proximum. In *Camuso* זעף ذعف in VII. נזעף انذعف declaratur انبهر وانقطع فواده *anbelum crepuit*, & *diruptum est cor ejus*. Derivata eodem collineant الذعاف السم اى سم ساعة وطعام مذعوف فيه الذعاف وحية ذعف اللعاب سريعة القتل وموت ذعاف ذؤاف والذعفان الموت وقد ذعف بالكسر واذعفه قتله سريعا وموت مذعف *Vox* זעיף *venenum signat*; & *quidem momento necans*; *præsentissimum*: *itemque* טעם מזעף *cibus venenatus*; & *serpens* זעף *salivæ*, *pro celerrime necans*. *Iterum mors* זעיף, *eadem quæ* זאיף, *præsentanea*: *nec non* זעפן *est* מות *mors*, *ut* & *Radix ipsa* זעף *mortuus concidit* (*crepans æstu veneni videlicet*) *in IV.* אזעפה *fecit eum ita crepare*, *sive præsentanea morte affecit*. *Ea dicitur* מות מזעף. Eadem omnia sub *sororio* زعف obtinent. *Camus.* زعفه قتله مكانه كازعفه وازدعفه وسم زعاف زواف والمزعافة الحية *Dicitur* זעפה pro *interemit eum ilico*: ut & אזעפה in IV. & in VIII. אזדעפה; & *venenum* זעיף *præsentissimum*. מזעפה *serpens est*. *Præsenti* nempe *toxico necans*; sive *crepare faciens*. Vides duo *Themata*, alterum per *Dsal*, alterum per *Ze*, ad diversitatem *Dialectorum* in ipsa *Arabia*; quæ *æstum venenatum* inferant. Cumulate *Ommeija Hudeilita*

سقاها بمزعف ذيفان قشب ثمال ۞

Potionavit eam venenum præsens, *quod æstu crepare faceret*, *subtilissime maceratum.*

Describitur *telum toxico illitum*, quo *tacta fera illico crepuerit*, *æstu venenato dirupta*. Sentis quanta potentia enunciatum sit, *Contra Jeboram* יזעף לבו *æstu interiore diruptum crepat cor*. Ad *Vs.* 12. plura promentur.

Vs. 4. Duplex ansa posterioris membri. Prima, & *pauper a sodali suo separatur*; pro, *eum a se segregant omnes*. Altera, qua usus *Cocc. Sed pauper*, *sodalis ejus discedit*. *Separat se ab eo*. Nempe מרעהו vel in *tria* resolvi potest, *ab amico suo*; vel in *duo*; ut מֵרֵעַ per se stet, ad exemplum *Vs.* 7. recursurum. Res eodem redit. Prius tamen fortius, quin figuratius; si נפרד sumatur nunc ut انفرد *solitarius factus est*; *desertus fuit*: & منفرد *solus*, *solitarius*; *destitutus ab omnibus*. Idem quoque sub فريد פריד obtinet: ut in illo *Abulfed.* فريد طريد *solitarius*, *expulsus*, de *Rege a suis deserto*, & *in exilium acto*.

Vs. 5.

7 כל אחי רש שנאהו אף כי מרעהו רחקו ממנו מרדף אמרים לא המה׃

8 קנה לב אהב נפשו שמר תבונה למצא טוב׃

9 עד שקרים לא ינקה ויפיח כזבים יאבד׃

10 לא נאוה לכסיל תענוג אף כי לעבד משל בשרים׃

11 שכל

7 Omnes fratres pannosi oderunt eum; quanto magis compascui se longe ab eo facessunt: persequens *ille* dicta; nihil illa.

8 Qui peculium parat cor, amat animam suam; qui substricte custodit prudentiam, certe inveniet bonum.

9 Testis fucatarum falsitatum non insons erit: & qui efflat mendacia, peribit.

10 Non decorum elumbi Diviti fastosæ deliciæ; quanto minus servo, dominari in principes.

11 Ma-

Vs. 5. Stricte quidem, & proprie, *Testis falsitatum*, qui *linit fucos*, secundum *Originem*, in *judiciis* locum habet; sed latius hic extendi, patet ex posteriori membro ubi יָפִיחַ positum in *Ellipsi* pro אשר יפיח *qui proflabit*, & quidem *tumido ore*: ut insinuatum supra *Cap.* 14: 25. Illuc redeatur.

Vs. 6. Verbum نَدَب נדב *uvere*, *uvescere*, *uvidius fluere*, dedit נדיב *uvidum*, pro *liberali*, *munifico*; per jucundam *figurationem*, qua نديب اليدين *uvidus manuum*, appellatur, qui *large donat*, ac *munera* quasi *profundit*. Eam vim hic attendi, series ipsa arguit. Formula חלה פנים *terere faciem alicujus*, pro *submissis officiis*, *precibusque favorem*, ac *gratiam ejus ambire*, illustrata *Tom.* I. *Origin.* Signatissime הרע in *Emphasi*, quæ & *Cap.* 17: 17. adhibita, *Amicum summum*, *verum*; ad omnia *deditum*, & velut *nexu mancipiove addictum*, exprimit. Nempe כל, *omnes in universum* hoc & profitentur, & ambitiosis officiis persuadere discupiunt. Notæ artes, in quas non excurro.

Vs. 7. Cohæret cum præcedenti *Gnome*; atque perquam venuste facies rerum, ac scena, invertitur; secundum illud; *Florentes turba Amicorum circumsedet: circa eversos & afflictos ingens solitudo* est. Priora plana. Postrema scruposa, per *Syntaxin* abruptiorem, quæ variantem quoque Lectionem pepe-rit: nam *Masora* pro לא *non*, margini apposuit לו *ipsi*. Inde existit, I. *persequens verba*, *ipsi illa*: q. d. Qui *verbis* fidebat, *verba* sibi *data* experietur, desertus a *verborum* venditoribus illis. Argute satis, nec invenuste. Retenta *negativa* non absimiliter *Vulgat.* II. *Qui verba sectatur*, *nihil habebit*; ad quod exemplum & *Luther.* commode, *qui fidet verbis*, *nihil erit*. Non annuit constructio; quæ הוא postulasset: quamvis reponi queat המה sumtum ob vim *collectivam* in מרדף. Plerique III. cum *Merc.* *sectatur verba* quæ *non sunt*: h. e. *vanis se verbis*, & *spe pascit inani*, ab hoc vel illo, qui Amicus olim fuerat, aliquid auxilii sibi promittens. Hoc aliter paulo expressere Nostri, aliique, duplici IV. supplemento usi, *persequitur* eos *verbis*; quæ *nihil sunt*. Quidni potius? *persequitur verba* quæ *nihil sunt*. Placet certe לא *substantive* sumtum de quo & *Cocc.* commonuit V. dans, *Qui persequitur dicta*, *nihil illa*. Ita circinari posset *Quanto magis compascui se facessant ab illo*, *persequente dicta* quæ *nihil sunt*. Sententiosius tamen, si interstinguatur, *Quanto magis compascui se facessant ab eo. Persequens* ille *dicta*; *Nihil illa*.

Vs. 10. Scrupuli quid residet in priore colo; & *Antithesis* inter כסיל *stolidum*, & עבד *servum* non valde plana. Exponitur a plerisque, *stolido delicias non convenire*; *sed potius pœnam*, *ærumnam*, *mala*. Laxius,

 Ian-

11 Maturitas hominis lentat nasum ejus; & gloriosum decus ejus transmittere delictum.

11 שכל אדם האריך אפו ותפארתו עבר על פשע׃

12 Fremitus laniantis veluti leonis, turgor æstuans Regis: at sicut ros super herba, favor ejus.

12 נהם ככפיר זעף מלך וכטל על עשב רצונו׃

13 Ba-

13 הוות

languidiusque, quam vis sententiæ postulat. Magis ad rem, quod *Merc.* ex *Sallust.* adduxit, *Secundas res etiam sapientum animos fatigare:* multo magis ergo *insipientes rerum successu insolescere.* Certe *fastum insolentem* notari, dubium esse nequit; sed ne sic quidem sensus satis constat; quum *servus* ille *in principes dominationem affectans*, vel *exercens*, utique vel maxime mereatur titulum כסיל *stolidi;* atque ad summum *insolentiæ* gradum efferatur. Sentis *oppositionem* inter *stolidum* & *servum* notare. Ea ultro emerget, si כסיל capiamus, ut *Vs.* 1. hujus *Cap.* pro *Divite elumbi; in sinu opulentiæ educato*, & *mollitie fracto.* Huic לא נאוה *non decora est* תענוג *deliciarum affluentia*, cum *fastu* inde *redundante.* Hoc speciatim signat תענוג; ut *Eccl.* 2: 8. תענוגות בני אדם *deliciæ fastosæ filiorum Adami*, sunt *divitiæ*, & *voluptates*, quibus se *culmen felicitatis* obtinuisse opinantur, & *in quibus cum fastu sese jactant*, & *volutant.* Idem usus, *Mich.* 2: 9. *Mulieres populi mei expellitis* מבית תענגים *e domo deliciarum fastosarum.* Consimiliter היכלי ענג *palatia deliciarum; Jes.* 13: 22. in quibus *fastus vitæ cum omni affluentia rerum lautissimarum resedit*, ac *regnavit.* Hinc האיש הרך והענג מאד *vir tener & delicatus valde; Deut.* 28: 54. ut *Vs.* 56. הרכה והענגה *tenera*, & *delicata*, *quæ ne tentavit quidem plantam pedis figere in terram* מהתענג ומרך *præ fastose deliciari, & teneritudine.* Iterum *Jes.* 57: 2. *Contra quem* תתענגו *fastose delicias facitis? Os diducitis; Linguam protenditis?* Et *Jer.* 6: 2. *Pulchra*, *fastose delicata.* Etiam *in bonum* se porrigens, *fastosas* tamen adfert *delicias*, quibus quis *quasi superbiat*, *fortunasque* suas *admiretur.* Hac figura insignitur *Job.* 22: 26. & 27: 10. על שדי התענג *super Deo affluentissimo deliciari fastosius;* illa *Sanctorum* videlicet *superbia*, qua *cupiditatem oculorum*, *cupiditatem carnis*, *fastumque vitæ* ex alto despiciunt. Eadem amplitudo, dignitasque phraseos *Ps.* 37: 4. 11. *Jes.* 58: 13: 14. & 66: 11. Desino in *Cant.* 7: 7. *Quam pulchra es*, *& quam amœna*, *o Amata!* בתענוגים *in deliciis fastosis.* Cuncta hæc affirmat & illustrat *Arabum* غنج ענג, *gestu amatorio*, ut *limo intuitu*, *fastosa gratia*, *superbiore incessu usa fuit* Puella. Dilucere incipit, quod quærebamus; apparetque sensum ita constituendum, *Elumbi* sive *Diviti molli*, *stolido*, *effœminato*, תענוג *fastosæ deliciæ non decoræ sunt;* hoc est, *intolerabiles sunt omnibus: quanto magis intolerandum ut servus dominetur in principes*, iisque *arrogantissime fastu insultet*, qui ante sub eorum pedibus jacuerat. *Claud.* in *Eutrop.*

Nec bellua tetrior ulla est
Quam servi rabies in libera colla furentis.

Apud *Latinos* proprie *insolescere* dicti, qui ex paupertate in divitias & opulentiam subito traducti, *insolitas fortunas impotentius ferebant*, atque *fastu delicato* se efferebant. Pulchre *Cic.* 2. *Agrar.* Cap. 35. *Hi ex summa egestate in omnium rerum abundantiam traducti*, *non solum copia*, *verum etiam insolentia*, *commovebuntur.* Nihil aliud ibi *insolentia bonarum rerum*, quam *insuetudo:* ut *insolens belli*, pro *insueto.* Eodem adspectu *Liv.* L. 23: 18. *Itaque quos nulla mali vicerat vis*, *perdidere nimia bona*, ac *voluptates immodicæ*, *& eo impensius*, quo *avidius ex insolentia in eas se merserant.* Ansam subsumtæ mox *Metonymiæ* monstrat hocce *Liv.* 30: 42. *Ex insolentia*, *quibus nova bona fortuna sit*, *impotenter lætitia insanire.* Hinc *Senec.* *Nil insolentius novitio divite.* Latius deinde permissum ad *veteres* quoque *divitiarum:* & *insolentia* omnem *fastum intolerandum* notare cœpit. *Ne tolerari* quidem potest *fastosa insolentia* in divite

13 הות לאביו בן כסיל ודלף טרד מדיני אשה :

13 Barathra patri suo filius elumbis; & stillicidium propellens contentiones uxoris.

14 בית והון נחלת אבות ומיהוה אשה משכלת :

14 Domus & opes cretio hæreditatis paternæ; at a Jehova uxor maturitatem præstans.

15 עצלה

15 Pi-

vite veteri, *stolide ferocienti: nedum insolentia ferocissima servi in principes dominantis.*

Vs. 11. Gemina *Syntaxeos* ratio. Prima, ut in *præterito* accipiatur, *Maturitas hominis lentat nasum ejus.* Altera ut ex *Infinit.* reddatur, *Maturitas hominis, lentare nasum suum.* Posterius invitare posset עבר 'ד etiam *Infinitive* enunciatum. Prius tamen malim, ad gratam varietatem. Habet quoque nervosius quid, *Maturitas lentat nasum ejus;* vel potius *lentavit;* quod *rem factam* affert; atque hoc acuminis exerit; *statim atque maturitas menti venit, lentor accessit naribus.* De formulis *Lentus longusve nasi*, & *curtus nasi*, redeatur ad *Cap.* 14: 17. 29.

Vs. 12. Vehementia vocabulis נהם & זעף subest, quæ meretur enucleari. Prius signat *rugitum*, vel *fremitum* potius leonis *vorantis*, & *prædæ suæ incubantis cæco murmure.* Nempe & כפיר proprie est *Leo prædator, cruore illitus.* Posterius זעף, ut *Vs.* 3. præstructum, affert *æstum*, quo quis *afflatus*, vel *inflatus crepet.* Ita figuratum *Jesaj.* 30: 30. זעף אף, vulgo *indignatio iræ.* Nativa vis *Linguæ* dat *æstum nasi inflatum ad crepationem usque.* Appositissime *Jon.* 1: 15. ויעמד הים מזעפו *stetitque mare ab æstu suo inflato.* Confer *Mich.* 7: 9. & 2 *Chron.* 16: 10. & 26: 19. & 28: 9. Paulo aliter *Dan.* 1: 10. פנים זעפים *vultus afflati;* ubi jam non *indignabundus* ille *æstus* spectatur; sed *æstus tabificus vultum adflans.* Eadem facies *Gen.* 40: 6. והנם זעפים *mente & vultu conturbati.* Proprie *afflati*, ac *turgentes æstu interiore.* Ad priorem *Metaphoram* redit סר וזעף 1 *Reg.* 20: 43. & 21: 4. *Fervens & æstu interiore afflatus:* ita tamen ut & de posteriore aliquid trahat, atque *vultum æstuante* quodam *veneno adflatum* pingat. Huc revocandum etiam vocabulum זלעפה *procella; adustio; æstus perurens: Ps.* 11: 6. & 119: 53. & *Thren.* 5: 10. Conflatum est ex זלע & זעף زلع *fissuras egit*, & *crepuit cutis* ex *ulceratione*, vel *inflatione.* Est ergo רוח זלעפות *ventus findens, perurens, crepare faciens æstu venenato.*

Vs. 13. Profundissimæ *Originis* vocabulum הות; quod proprie sonare *barathrum*, a *sidendo* nomen indeptum, ad *Cap.* 10: 8. jam indicatum. Illustrata ibidem loca, quæ *barathrum vastissimum cupiditatis* aperiunt. Nunc *barathrum mæroris & anxietatis*, quod etiam hac voce comprehendi monebam, exequendum. Ad *Jobi Cap.* 6: 2. produxi jam هوي العقل وهي *sidit profundius mens, ac dissilit mærore.* & استهوي quod in *Camuso* etiam valet حير *perculsum reddidit; externavit:* proprie *fecit sidere in barathrum.* Ita *Hariri Conf.* 43. ولاعني الادكار واستهوتني الافكار *& perussit me mærore ista recordatio; atque sidere me fecerunt in barathrum cogitationes.* Huc pertinet *Alcor.* 14: 44. افيدتهم هواء *Corda eorum vasta profunditas;* sive *barathrum in quo usque sidatur.* De iis qui *mærore profundissimo mersi; pessum eunt & sidunt, absque ut emergere queant.* Istam amplitudinem exerit הות *Job.* 6: 2. vel potius, ad antiquam Lectionem, quæ integerrima, היה: nec non *Job.* 30: 13. ubi item pro היתי *barathrum meum, in quod mersus sine fine sido*, substitutum a *Masorethis* הותי; citra necessitatem: nam היה & הוה unam *sidendi* proprietatem possident; ut supra *Cap.* 10: 3. demonstratum. Heic loci הות *Barathra* enunciatum in *Plurali*, inculcat *omne genus anxietates*, quibus *absorpta mens ineluctabiliter sidat.*

Ibid. Rarius, & bis modo reperiundum ver-

15 Pigritia altum injicit soporem; & anima ignave remissa, cavum esuriet.

16 Custodiens substricte praeceptum, custodit animam suam; at qui contemnit vias suas, morte mulctabitur.

17 Mutuator Jehovae, Gratificator pauperis; & fomentationem ejus rependet ipsi.

18 Casti-

15 עצלה תפיל תרדמה ונפש רמיה
תרעב :

16 שמר מצוה שמר נפשו בוזה דרכיו
יומת :

17 מלוה יהוה חונן דל וגמלו ישלם
לו :

18 יסר

verbum טרד, eadem in *Gnome*; quae *Cap.* 27: 15. infra recurret. *Stillicidium perpetuum, juge*, ex sensu assumtum a plurimis. Praeiverat *Vulgat.* liberiuscule dans, *tecta jugiter stillantia.* Cl. *Cocc.* in *Lexico* laudavit usum *Chaldaicum* ☧ טרד *pellere, urgere*; unde elicit *stillicidium urgens*, ut σταγόνες καταδιώκουσαι *Symm.* & σταγὼν συνεχὴς *Aquila.* Alii ex eodem fonte *Aramaeo* maluere *stillicidium pellens; expellens domo.* Si *Arabum* copiam advocemus, offeret sese طرد *propulit, abegit, persecutus est*, in I. specie: in IV. اطرد *consecuta fuit* res alia aliam, *processit* serie; *profluxit.* Inde عيون مطردة *fontes juges*: & عادة مستطردة *consuetudo perpetua.* In Versione *Arabica Chrysostom.* Apparet utrique adspectui paria esse jura. Speciose figuratum *stillicidium juge, perenne, non intermissum, perpetua serie sese impellens.* Hoc e manibus non dimitto; sed & vix omitti posse videtur *expellens* simul maritum; duplicata potentia; per *usum ex Ancipiti*, qui in dictis acuminatis regnat. De eo alibi multis actum, sed necdum transactum.

Vs. 16. Temperare Crisi potuissent *Masorethae*, pro יומת *morte mulctabitur* substituentes ימות *morietur*: nisi forte Lectionem hancce in *Codicibus* quibusdam invenerint; eamque supprimere religioni duxerint. Talia sane multa inter eorum *Variantes.* Sensus eodem redit; nam istud ימות *morietur*, cum vehementia pronunciatum, idem valet quod *Morte mulctabitur.*

Vs. 17. Nobilis & praecellens *Gnome*: verbum לוה in *Kal* valet *Mutuari, mutuum accipere.* In *Hiphh. Mutuare; mutuo dare.* Utrumque ab *Origine* certissima *obligandi, & obstringendi*; quae a *Latinis* quoque usibus istis dicatae. Tetigi ad *Job. Cap.* 3: 9. & supra *Cap.* 1: 9. ad לוית חן *corolla gratiae circumplicata.* Primaria illa potestas jucunde relucet *Eccles.* 8: 15. והוא ילונו בעמלו vulgo, *& hoc adhaerebit ei in labore ejus.* Splendidius exibit, *& hoc circumplicabit sibi pro omni labore suo*: i. e. hoc habebit *mercedis*, hoc *ornamenti.* Ad granditatem dicti, quod prae manibus est, praelucebit, quod *Cap.* 22: 7. habebimus: עבד לוה לאיש מלוה *Servus est obligatus* sumto mutuo, *viro obliganti.* Eodem acumine *obstrinxisse Dominum, Eumque* quasi *Debitorem sibi fecisse* pronunciatur, *qui gratificatur pauperi.* Multa talia apud *Syracbidem*, aliosque, reperiunda. De גמול *fomentatione* abunde dictum ad *Cap.* 3: 29.

Vs. 18. *Hebraeum* יש non *verbum* sed *nomen subst.* sonans *soliditatem*, adfert, *nam solidum expectationis.* Ad sequentia variant. *Mercero* I. placuit, *& ad necandum eum ne animum sustuleris*; pro, *ne in animum induxeris eum necare, desperans de eo corrigendo.* Subjecit II. *vel moderata inquitur castigatio, non truculentior.; ut inter castigandum occidatur.* Hoc plurimis arrisit. *Cocc.* III. cum aliis inculcari censet, *castigandum esse filium immorigerum, non tamen judici tradendum, ut occidatur.* Hoc ad priorem sensum accedit. Frigus merum IV. quod *Vatabl. Pagnin.* alii recurrerint ad *Radicem* המה, unde המית hic foret *strepitus, tumul-*

18 יסר בנך כי יש תקוה ואל המיתו
אל תשא נפשך׃

19 גרל חמה נשא ענש כי אם תציל
ועוד תוסף׃

20 שמע עצה וקבל מוסר למען תחכם
באחריתך׃

21 רבות

18 Castiga filium tuum, nam soliditas expectationis; ut ne ad morti tradendum eum anheles.

19 Aspere scrupolsus iracundiæ, portator *sit* mulctæ; si enim exemeris *noxa*, usque & usque superaddes.

20 Audire consilium, & acceptare disciplinam: ut *vel* in extremo tui consipiscas.

21 Spis-

multus, ejulatio: q. d. *Cave cures ejulatum, quem inter plagas ciebit.* Animosius V. & proxime verum, *Cler.* post *Jun. Cartwrigt.* aliosque, *& ad interficiendum eum ne inducas animum*; hoc sensu auctum; *noli committere tua negligentia, indulgentiave, ut interficiendus sit a Judice; ac* tanquam *sceleratus* tandem *capitale supplicium luat.* Sic *interficere filium* valeret, *causam esse necis & supplicii.* Id sententiosum, & robustum, nemo neget, sed VI. altius adhuc scandi potest, quin debet, vi formulæ אל תשא נפש *ne attollas animam.* Ea sonat, *ne anheles, ne anhelante anima appetas.* Sic *Deut.* 24: 15. *Ipso die dabis ei mercedem ejus; neque occidet super eam Sol; nam pauper* ואליו הוא נשא את נפשו *atque ad eam attollens* est *animam suam*: pro, *ad eam anhelat.* Iterum, *Jer.* 22: 27. *Et ad terram, ad quam* הם מנשאים את נפשם *illi attollentes animam ipsorum, haudquaquam illuc redibunt.* Cernis *desiderium anhelans* quod & deprendes *Jer.* 44: 14. *Ezech.* 24: 26. *Hos.* 4: 8. *Ps.* 25: 1. & 86: 4. Hinc gravissime, *& ne ad interficiendum eum anheles*: hoc est, *Cave committas ut necem ejus anhelare cogaris*: sive, *ut miserabilis tibi tandem incumbat necessitas ad eum Judici tradendum tanquam* זולל *prodigum*: ex sanctione scilicet *Deut.* 21: 19. 20. ad quam hic allusum autumo. Particula אל *ne, ut ne,* non solum *probibentis* est, sed etiam *interminantis, & cautionem incutientis.*

Vs. 19. Scrupulum haud levem incutit גרל חמה. Thema גרל non extat in Sacro Codice. Ejus derivatum גורל frequens in *forte.* Hinc quum nihil extundi posset, substitutum a *Masorethis* גדל חמה *magnus iracundiæ.* Quum aliud nihil præ manibus esset, & satis videretur commodum, ab omnibus huc magno consensu inclinatum. Vacillanti lectioni succurrere tamen conatus est Cl. *Gusset.* ex גורל *sorte*, & quidem gemina ratione. Prima, ut sit *adjectivum*, hoc sensu, *Qui jacit aleam iræ reportat mulctam*, pro lucro talis aleæ. Altera, ut *substantive* sumatur, *Jactus aleæ iræ*; vel *Jacere aleam iræ, reportat pœnam.* Hæc litem non sopiunt. Ex hoc *jactu aleæ* conjecturalis id interim lucrari est, altius quid hic inclusum, quod reclusa *Origine* istius vocis enitere forte queat. גורל *sors*, ut jam ab aliis observatum, *Gussetio* ipso approbatore, pendet ab *Arabico* جرل *lapis*; *lapilli*; ut ψῆφος, & κλῆρος, inde quoque *metonymicam* notionem *suffragii*, & *sortis* induerunt. E *Camuso* hausisse juvabit. الجرل الحجارة اى المكان الصلب الغليظ جمعه اجرال وجرل المكان فهو جرل والجرول ارض ذات حجارة والحجارة اى ملء الكف الي ما اطاق ان يحمل *Vox* גרל *signat lapidem*; *aut locum praedurum & asperum*; *in plur. collectivo* אגרול גרל. *Thema ipsum est lapidosus fuit locus*; *cum participio præs.* גרל. *Forma* גרול *notat terram lapidosam*; *ipsosque lapillos, aut plenam eorum volam, quantum capere queat.* Vix ambigendum videtur, quin *Lapilli* nomen inve-

 ne-

21 Spissæ ratiocinationes in corde viri: at consilium Jehovæ id stabit.

22 Desiderabile hominis est munifica ubertas ejus: at melior pauper pannosus viro mendaci.

23 Ti-

21 רבות מחשבות בלב איש ועצת יהוה היא תקום׃

22 תאות אדם חסדו וטוב רש מאיש כזב׃

23 יראת

nerint ab *aspera duritie*; atque *Thema* גרל valuerit *asper* ac *durus fuit*. Unde signatius illud succrevit, *lapillis*, vel *scrupis*, *asperatus fuit* locus. Hinc vel generatim emerget, *asper iracundiæ*; vel figuratius adhuc, *scrupis* veluti *asperatus in iracundiam*, sive, *cujus præfracta* & *scruposa indoles* perpetuo *ad iracundiam exasperatur*. Sic pingeretur *pectus* veluti *scrupis asperis obsitum*, quod, omni momento, *iracundo* suo *genio indulget*. Apparet, præ hac dilutam esse *Lectionem Masoræ*: cui & alia obmoveri possent, quibus supersedeo. Apud *Avien.*

Scrupus sola creber iniqua
Asperat - - - -

Inde *scruposus* pro *aspero*; & *iracundo*. Pro eo & *squarrosus* in veteri Lingua: unde *Lucil.*

Varonum & rupicum squarrosa incondita rostra.

Apud *Arabes*, *pectus glareosum*, *glareis obsitum*, est *morosum*, *iracundum*, *facillime exasperandum*.

Ibid. Ad sententiam ipsam multi multa jaculati; nonnulli sub nexu *Vs.* præcedentis; alii seorsim. Connexuit I. *Ab. Esra* ad Filium illum contumacem retorquens; *sine filium qui iracundior*, & *rebellis*, *pœnas dare*; *si enim semel eripueris*, *sæpius eum pœnæ eximere cogeris*; *eodem semper recasurum*. Contortius adhuc alii, *Qui ira lentus est ad puniendum filium*, *pœnas feret* ipse, *damnumque*: & *si semel eum pœna exemeris*, *iterum iterumque facere cogeris*. Vide etiam, quo ruatur, quum ex supposititia *Lectione* גדל חמה *magnus iræ*, extunditur *Lentus*: quem & *Jun.* ac *Pisc.* suo quisque sensu amplexi.

Sine connexione II. & seorsim *Gnome* accepta *Merc.* *Qui iracundos & facinorosos supplicio eximit*, *eorum alit facinora*, & *audaciores reddit*, *ut proclivius in scelera ruant*. Id tam aptum, ac rotundum, ut subscribere non dubitem. Venuste dictum, *Asper*, *scruposus iracundiæ*, *portator* sit *mulctæ*. Ne tantillum quidem ei remittatur noxæ. Nam *si* תציל *exemeris*, *crimine* & *mulcta* eum *absolveris*, ut apud *Arabes* نصل *exemit*, *absolvit* crimine, noxa; تنصل *absolutus fuit*; ועוד תוסיף & *adhuc addes*, pro *usque & usque superaddes*; nempe *asperam* homini *ferociam*; nisi forte malis *usque & usque tibi eximendus erit*; quippe qui non coërcitus, eodem semper recidet.

Vs. 22. Alienum, quod *R. Levi* חסד hic *in malum* detorserit, ex *Lev.* 20: 17. vertens, *Desiderium hominis probrum ejus.* Cl. *Cocc.* dedit, *Concupiscentia hominis est studium ejus*, addubitans sitne, *Hominis concupiscentia ipsi* videtur esse *pietas*; an, *Pietas vera sit hominis cupiditas & voluptas.* Quum liqueat satis commendari *charitatem*, plerisque placuit cum *Merc.* *Studeat beneficus esse homo*, *id enim maxime eum decet.* Alii *desiderat homo beneficus esse*: i. e. *divitias possidere ut beneficus esse queat*, *sed quum eas habet* כזב *mendax reperitur.* Sic *Active* veniret תאוה. Quidni *Passive* potius? *id quod in homine spectatur*, *desideratur*, *laudatur*, *est beneficentia ejus*. Ita *Job.* 33: 20. & *Gen.* 3: 6. *Quod arbor esset* תאוה לעינים *desiderium oculis*; & *flagrantissime appetenda ad maturitatem præstandam.* Geminum germanum habes *Hagg.* 2: 8. in חמדת הגוים *desiderium flagrans gentium*, pro *summe desiderabili*. Sic arctius cum sequenti colo oritur vinculum: & *lacer*, ad laceramenta redactus, *melior est*

viro

23 יראת יהוה לחיים ושבע ילין בל יפקד רע :

23 Timor Jehovæ ſane vita eſt: at *qui* ſatur pernoctat, non carebit malo.

24 טמן עצל ידו בצלחת גם אל פיהו לא ישׁיבנה :

24 Condiderit tardator manum ſuam in paropſidem; etiam ad os ſuum eam non reducet.

25 לץ

25 Ver-

viro mendaci. כזב hic ad materiam, ſeriemque, adfert *promiſſorem vanum;* qui *ſpem beneficentiæ fruſtretur:* vel *Mendax* latiore adhuc uſu amplectitur eum, cujus *fons*, *funduſve*, *mentitur;* i. e. *qui opulentia gaudens nihil inde confert indigis.* Reſpicio ad elegantius illud *Jeſaj.* 58: 11. *Ut ſcatebra cujus aquæ* לא יכזבו *non mentientur.* Apud *Arabes* كذب *mentiri* ſimiliter pro *ceſſare*, *tardare*, *deficere in officio:* & كذاب *mendax*, pro *tardatore*, & *inofficioſo* frequentatur. Ex adverſo ſtant מים נאמנים *aquæ veraces*, *Jeſaj.* 33: 16. *firmæ*, *perennes:* unde & חסדי דוד הנאמנים *beneficentiæ*, *ubertates Davidis veraces illæ*, *vena firma* ac *perenni ſcaturientes.* Formula plenior erat חסד ואמת *ubertas & veritas firma*, vel *vera firmitas;* quæ nunquam יכזב *mentitur* ſed ſemper & ubique *caritatis officia implet.*

Vſ. 23. *In bonum* omnia longe plurimi I. ita ducto filo. *Timor Domini ad vitam; & ſatur pernoctabit*, *neque viſitabitur malo.* Duo incommoda. Prius quod ſuppleatur, *eo præditus timore pernoctabit ſatur.* Alii *imperſonaliter* maluere, *pernoctabit quiſque.* Atqui & ſic *quiſque timens Domini* ſubaudiendum. Alterum, quod בל יפקד רע ſine fulcro etiam ſtare nequeat; ſupplendum enim ברע, ut exeat, *non viſitabitur malo.* Ut hoc vitarent *Rabbini*, dedere, *non viſitabitur malum*, pro *non veniet illi in mentem*, *nulla malorum erit memoria*, *aut mentio.* Ut apud *Jerem. de Arca fœderis* בל יזכר ובל יפקד *non commemorabitur; neque viſitabitur.* Id minus nihilo: nam *viſitari* ibi eſt *deſiderari*, id autem, *deſiderio tangi rei* abſentis, quam præſentem eſſe velles. Inde latius הפקד invaluit pro *abeſſe:* ut apud *Latinos* quoque *deſiderari.* Hinc *Cocc.* poſtrema II. *in malum* inclinans: *At* qui *ſatur pernoctat*, *non caret malo.* Pariliter *de Dieu* aliique, & noviſſime *Guſſet.* Sane שבע *ſatur* ſæpiſſime vitioſum; 1 *Sam.* 2: 5. & *Prov.* 27: 7. Item הפקד *deſiderari*, pro *abeſſe; Num.* 31: 49. 1 *Sam.* 25: 7. & פקד *deſiderare*, eodem effectu *metonymiæ* 1 *Sam.* 25: 15. *Jeſaj.* 34: 16. Phraſis שבע ילין *Satur pernoctat* aliquid videtur habere aculei, quod tendat ad *ſatietatem* & *ſecuritatem* ſimul *carnis;* quamvis & de *ſecuritate piorum* adhibeatur *Pſ.* 25: 13. נפשו בטוב תלין *Anima ejus in bono pernoctabit.* Nempe talia ferme in bivio poſita. In priori membro pro לחיים *ad vitam;* ex uſu *Emphatico* ל malui, *Timor Jehovæ*, *ſane vita.* In ea ſitum *gaudium verum*, *vera felicitas* his quoque in terris; *vita* ut ſic dicam *vitalis*, & *homine digna.* Jam poſtrema magis adhuc in malum propendent; per *Antitheſin* ſuis numeris abſolutam.

Vſ. 24. Jucunda *Allegoria;* cujus nucleum non percepere, quibus placuit, *Manum in ſinum abſcondit piger.* Precario aſſumtus ille *ſinus*, atque ex ſignificatione *ſcutellæ* vel *patinæ*, *paropſidis*, non ſine fidiculis extortus. Pro *ſinu manicam* quoque arreptam video ab aliis. *Paropſidem* vox ſonat 2 *Reg.* 21: 13. ut & 2 *Chron.* 35: 13. forma paululum variante ex *Pëhel*, pro *Puihel:* itemque alia adhuc, צלחית 2 *Reg.* 2: 20. Ad *ſinum* invitabat verbum טמן *abdere;* creditumque *abdere manum in paropſidem* non æque commode exire. Atquin טמן *abdere*, pro *altius immergere*, ut figuratius, ita haud dubie ſententioſius. Optime proin *Cocc.* cum aliis, *Abſcondit manum in patinam ignavus; etiam ad os ſuum non reducit illam.* Rectiſſime etiam ſubjecit, *ignavia impedit hominem*

25 Verberabis illusorem, & fatuus *ille* solertiam parabit: at redarguere intelligentem; internoscet scientiam.

25 לץ תכה ופתי יערם והוכיח לנבון יבין דעת :

26 Va-

26 משרד

quo minus promtissimis bonis utatur, *non secus ac si quis paropsidem plenam ante se babens*, *& manum extendens ad aliquid capiendum*, *eam non referat ad os.* Nihil hinc diffingendum censeo. *Paropsis plena alicui apposita*, pingit *res lætas* & *lautas* ultro *se ingerentes.* In istam *paropsidem abdita manus*, atque *immersa*, est *potestas fruendi istis lautitiis amplissima.* Ergo *manum ad os non reducere*, valet & *occasionem* & *potestatem* istam præ *ignavia tarda*, *deside*, *somnolenta negligere*, aut *abjicere.* Hoc *Ciceroni* est *indormire occasioni.* Pone tibi ante oculos *Dormitatorem veternosum*, qui *mensæ lautissimæ assidens*, postquam *manum in paropsidem abdidit*; *eam sopore oppressus ad os non reducit*, *fortunis suis*, atque *sibi ipsi*, *indormiens.* Latissimum campum occupat *Gnome*, atque ad sublimiora quoque & cœlestia usum suum diffundit.

Vs. 25. Non amo *nodum in scirpo* quærere. Expendi tamen velim an teres sit, & ad unguem tornatum; *Derisorem percutias*, *& fatuus efficietur astutus*, *at increpa intelligentem*, *& intelliget scientiam.* In prius *Colon* duas induci video personas; quasi hoc vellet *Gnome* nostra, *percutias*, & vel *mulcta*, vel *pœna* etiam, *ferias sannionem*, & *profanum illusorem*, לץ, ut inde פתי *fatuus* quidem, sed *simplicior* tamen, & *non malo consilio peccans*, reddatur *callidior*, *prudentiorque.* At in posteriori membro una tantum persona comparet, *intelligentis*, cui *verborum objurgatio admovenda sit*, *non verberum.* Hoc *Cap.* 17: 10. erat, *sulcabit increpatio in intelligentem*, *præ quam percutere elumbem centum plagis.* Oneratur itaque sententia per *duplicem personam* priori membro additam. Existimatur tamen *intelligenti* hic oppositum & *illusorem*, & *fatuum*; hoc sub discrimine; quod *illusor* is sit, qui *emendari se non patiatur*; & *stolidus*, is, *cujus emendandi spes sit*; sed *qui* ferme *corrigi nequeat nisi ex plagis Illusori inflictis.* Id adeo non complanat dictum, ut salebrosius reddat. Rogo enim an פתי *stolido* etiam *verbera proprio tergo admota* non conveniant? Nihil restaret, ab hac quidem parte, quam ut *percutere* hic valeret *pœna exemplari adficere ad terrorem*: atque simul inculcaretur non nisi *terrore*, & *severis exemplis*, in *Anniones* editis, corrigi posse *stolidos.* Si id alicui satis rotundum, suo in sensu abundet. Mihi circinatius videtur, & aculeatius simul, si *una* tantum *persona* teneatur in hisce, *Illusorem percuties*, *& fatuus* hicce *efficietur prudens*: *at redargue intelligentem*, *& intelliget scientiam.* Opponuntur *percutere*, *verbera admovere*; & *redarguere verbis*; non illis *sævioribus* & *increpatoriis*, quæ tanquam *verbera* sint *linguæ*; sed *convincentibus* & *demonstrationem lucidam veritatis ferentibus*; ad *Originem* verbi הוכיח. Gravi aculeo ferit conduplicatio vocum לץ *sannio*, & פתי *fatuus* in uno eodemque homine; talis enim se reliquis mortalibus *callidiorem*, & *sapientiorem* censere solet, quum revera sit פתי *insipiens* ac *fatuus* homuncio. פתי *fatuus*, & לץ *illusor*, pari passu ambulant *Prov.* 1: 22. Agnosco enimvero פתי aliquando mollius, quam לץ: sed nego id perpetuum; atque contendo *illusorem* signatissime posse appellari פתי *fatuum*; ut *mulier* illa *stolida Prov.* 9: 13. vocatur פתיות *fatuitas ipsa.* Ceterum הוכיח *redargue* non quidem rejiculum; sed robustius *Redarguere*; *demonstrationem afferre*; nam monita, & præcepta, in *infinitivo* enunciari amant. Deprendas omni pagina in sententiis *Theognidis* aliorumque. *Cl. Cocc.* alia adhuc *Syntaxi* locavit, *& redargutionem facere prudenti*, *facit internoscere scientiam.* Nempe יבין vel venit ex *Hipph.* pro *intelligere faciet*; vel & *Kal*, pro *intelliget.* Habet suam gratiam: sed forte *infinitivus imperiose* enunciatus majorem adfert dignitatem.

Vs. 26. Duplex ansa constructionis. Prima, qua usi Nostri cum plurimis, *Qui vastat patrem*, *fugat matrem*, est *filius pudendus &* pro-

26 משדר אב יבריח אם בן מביש ומחפיר׃

26 Vastat patrem, fugat matrem, filius conturbator & probris configens.

27 חדל בני לשמע מוסר לשגות מאמרי דעת׃

27 Flaccescito, fili mi, auscultare turgori juvenili; implicari *devium* a dictis scientiæ.

28 עד

28 Testis

probrosus. Altera aliorum hæcce, *Vastat patrem, fugat matrem, filius talis.* Primo adspectu, parum, aut nihil, interest; & prout commentationes utrimque se habent, eodem recurritur. Postremum tamen unice retinendum esse, senties, si משדר mecum non *generatim* capias de *eo qui vastat* quovis modo; sed de *Latrone*, qui *specialius*, & per excellentiam appellatus *vastator; incursator*, ad *Originem*. Vehemens comparatio, *incursat patrem*, ut Latro, *fugat matrem; filius conturbator, & probris configens.* Sic enunciata *Gnome*, prius excludit. Cernis quare *vastare incursando*, & *fugare*, uni sententiæ intexantur: utrumque enim in *Latrones* quadrat. Observandum præterea, *incursare vastando, rapiendo, spoliando*, & *fugare* atque *ædibus expellere incusso terrore*, per se quidem cohærere, atque cum *patri*, tum *matri*, ex æquo convenire; sed dispensata ea, ac disjuncta, ad leporem; cum opportunitate & gratia singulari, qua *patri* aptius משדר *vastans* & *violentius raptans*; ut *matri* magis convenit יבריח *fugat, transversam agit*, tanquam *præ metu Latronis salutem in pedibus quærenti.* Liceat quoque sic rotundare; *Incursans patrem fugat matrem:* sed in *Proverbiis* intercisa magis feriunt, quam connexa. Ergo משדר per *incursat* resolvendum. De מביש *Conturbatore* supra abunde dictum: ut & de מחפיר *probris configens.* Duo *Characteres* qui perditissimi *Nepotis*, ac *nebulonis*, personam ad vivum repræsentent.

Vs. 27. Crucem figit vocabulum מוסר per *disciplinam* conversum. I. *Synchysin* commissam putant *Ab. Esra* & *Jarch.* verbis ita in ordinem cogendis; *Desine*, fili mi! *aberrare a verbis scientiæ, ad audiendam disciplinam.* Idem interstinctione ita effecit *Cocc. Desine, fili mi, ad audiendam disciplinam, errare a dictis scientiæ.* Nostri cum aliis לשמע II. sumserunt *audiendo disciplinam*; satis molliter, ac commode. Cl. *de Dieu* uno perpetuo filo, III. *Desinere, fili mi, audire disciplinam, est aberrare a verbis scientiæ.* Non sine aculeo Cl. *Cler.* IV. *Desine, fili! audire institutionem, ut aberres a verbis eruditis* hoc sensu; *si nullam statuisti habere rationem admonitionum; ne eas amplius audias: neque enim eas audis ut scias, quid sit tui officii; sed ut illud exsequaris.* Ita præiverat *Ab. Esra.* Est satis arrectum. Arrectior adhuc foret *Ironia* V. *Desine, fili mi! audire disciplinam*; indulgeas tibi; frena laxes; ad *Originem* & חדל *flaccidus esto; remitte ab* omni *disciplina*, לשגות *aberrando a verbis scientiæ.* Tale calcar admotum *Eccles.* 11: 9. 10. *Lætare, Juvenis! in adolescentia tua* &c. Ast semet ultro ingerit, quum subditur: *sed scito* &c. Nil ergo simile. *Negativam* in subsidium vocavit *Vulgat.* VI. *Non cesses, fili mi! audire doctrinam, neque ignores* &c. Reliqui veteres eadem licentia non usi; quod moneo ne quis forte vetustam censeat Lectionem. An *ironiam* & ipse in *Negationem* convertit? Ab iis quæ prægressa divergit VII. hocce *Pagn. Cessa, mi fili, audire institutionem*, quæ est *ut aberres ab eloquiis scientiæ.* Quasi *vitanda* moneretur *omnis perniciosa doctrina, quæ ab eloquiis Dei avertat:* ut *Mercer.* commentatur. Ita מוסר *disciplina, institutio*, in *malum* veniret: vel saltem per *ironiam* illuc tenderet. Citatur in hunc usum a *Gejer. Prov.* 16: 22. sed non respondere, ibidem reperies. Hos inter fluctus volutato occurrit VIII. מוסר a Radice מסר *tursit*, pro *turgore juvenilis ætatis.* Late illustratum verbum hoc in *Lib. de Defect.* Inde *Num.* 31: 16. למסר מעל *ad turgendum prævaricationem in Dominum, in negotio Peboris.* Ille *turgor*, in omnem *nequitiam* & *petulantiam* prorumpens, hic egregie quadrat; atque cum præcedenti Versu se connectendum præbet arctius, ubi summi gradus *nequitiæ juvenilis* expressi ac deformati sunt. שמע

 מוסר

28 Testis perdite nequam illudit judicium: at os improborum absorbebit iniquitas.

28 עד בליעל יליץ משפט ופי רשעים יבלע און׃

29 Parata sunt irrisoribus judicia; & verbera tergo stolidorum.

29 נכונו ללצים שפטים ומהלמות לגו כסילים׃

מוסר *Audire turgorem juvenilem* sententiosissime enunciatum. Succinit לשגות *ad aberrandum*; & quidem *implicitum libidine*, aliisque *juventutis vitiis*; *eloquiis scientiæ salutaris desertis*. Respondet quoque חדל *flaccesce*; pro *remitte*, *desine*, *cessa*. Forma מוסר a מסר ex specie *Poubal*, nil habet non summe *Analogum*. Talia sunt כמז a כומז, & עונב a ענב: aliaque complura. Ultra *conjecturam* tamen, quæ loco intricato debebatur, hunc conatum commendare non ausim. Uberior *Linguæ* copia, & lux, si forte, benignior, rem decidant.

Vs. 28. Profundæ sententiæ. In יליץ *illudit*, *subsannat*, allusum ad *Linguam* & *verba torta*, quibus *sanniones eludere* solent, & *illudere veritatem*. Quod *Merc.* aliique hinc extuderint, *Testis nequam concinnat judicium* pro *speciose instruit*, & *palliat*, sane quam inconcinnum: nec quicquam præsidii pro hoc sensu *Prov.* 14: 9. Abstrusius postremum colon. Id plerique dant I. *& os improborum absorbet iniquitatem*: pro, *eam avidissime patrant*; atque *in deliciis habent*. Hoc alibi est, *Bibere iniquitatem ut aquas*. Obmovit Cl. *Gejer.* scrupulum ex eo, quod *Testi falso* magis conveniat *eructare mendacia*, quam *absorbere*; ac propterea subscribit *Ab. Esra* & *R. Levi* II. dantibus, *& os improborum tegit*, vel *involvit iniquitatem*: ut *Num.* 4: 20. Nempe בלע *absorbere*, *deglutire*, gravi *Metaphora* applicitum *velo*, istam adfert *obvolutionem*, qua quid *universum* velut *absorbeatur*. Non tamen inde concluserim, *os absorbere iniquitatem* usurpari posse, pro, *eam palliare*, ac *velamento involvere mendaciorum*. Non omnia ubique sedent. Inversa structura III. *Jun. Cartwr.* alii *& os improborum absorbet iniquitas*. Id dictum autumant pro, *totum occupat* & *implet*: vel potius per speciem *enallages*, pro, *os absorbet & ingurgitat iniquitatem*, *quam mox regurgitet* atque *pleno ore eructet*. Est acutum, sed obscurius; nisi & huc usum illum *involvendi*, quem modo tetigimus, admotum voluerint. Non absimile acumen *Jes.* 28: 7. נבלעו מן היין *absorpti sunt a vino*. Simplex oratio dedisset, *absorbent vinum*: sublimis figuratio substituit, *a vino absorpti sunt*, nempe dum illud *sorbent*, & *ingurgitant* intemperantissime. Eadem granditate *Latine* efferas, *Hausti sunt a vino*: nam & *mens hauriri* dicitur, quum *mero mersa* est, eoque *obruta* ac *sepulta sidit*. Ejusdem sublimitatis est hoc *Ps.* 107: 26. 27. de iis qui maria currunt: *Adscendunt cœlos*, *descendunt abyssos*; *& anima eorum in quassatione fluctuatur undabunda. Gyrant & nutant ut temulentus* וכל חכמתם תתבלע *& omnis eorum sapientia absorbetur*: id est, *vastis gurgitibus hausta sidit*. Sed hoc ipsum jam celsius quid postulat in nostro; quod introspiciendum dabit IV. formula *Arabum*, qua يمين غموس *juramentum mergens* vocant *perjurium*, quod in *crimen* & *pœnam* simul *altissime demergat*. Ex *Camuso* hausisse juvabit. اليمين الغموس التي تغمس صاحبها في الاثم ثم في النار وهي الكاذبة التي يتعمدها صاحبها عالما ان الامر بخلافه *Juramentum mergens appellatur quod immergit auctorem suum in reatum; ac deinde in ignem: estque falsum illud, quod auctor ejus præstat, quam sciat rem contra se habere.* Juvabit quoque elegantiarum veterum promum condum attulisse *Confess.* 28. فلما اعتورتنا الكؤوس وطربت النفوس جرعتني اليمين الغموس على ان احفظ عليه الناموس *Quum-*

CAPUT VIGESIMUM.

לץ היין המה שכר וכל שגה בו *Verf.* 1
לא יחכם׃

2 נהם

Quumque vices inter nos obiissent pocula, atque mentes hilaratæ essent, sorbere me fecit juramentum mergens, me ipsi servaturum esse Legem. Intelligit tale jusjurandum, quod sciret *juratus* se præstare non posse; ac proinde illud *mergens* vocat, *reatu præsentissimo obstringens*, atque *in perniciem implicans.* Huc pertinet illud جرعني *sorbere me fecit jusjurandum* illud, *dirum* nempe, & *amarulentum* illud, quod *execrationem importaret.* Tralucet quorsum tendam. Propius adducet alia adhuc formula, غموص حنجرته, apud *Golium*, *Homo mendax.*

Verf. 1 Irrisor est vinum, æstuator temetum: & omnis eo implicatus non consipiscet.

2 Fre-

Proprie, *mergens guttur suum.* Est *perjurus*, strictiore usu. *Camus.* هو غموص الحنجرة اي كذاب اليمين *Ille est mersor sui gutturis*, valet, *falsus est testis juratus.* Habes phrasin ipsam, in qua enucleanda versamur, & *os improborum absorbet iniquitas. Vanitas, mendacium, profligatissima impietas ejus, promta est in perjuria*, quibus os ejus *absorbeatur*, *reatu præsentissimo obstrictum*, atque velut in *gurgitem profundissimum perfidiæ* & *perniciei immersum*: *unde* nunquam *emergi* queat.

AD CAPUT VIGESIMUM

NOTÆ.

Vs. 1. Tabella vivis lineis animata. Ad ejus elegantiam non adspirare videtur expositio vulgaris, subsistens fere in eo, quod *vinum efficiat irrisores profanos*, & *clamosos tumultuatores.* Id quidem dubio vacuum: sed id solum intendi, sententiæ gravitas, Linguæque ubertas, ac venustas, abnuunt. Sententiæ gravitatem *primo* adspiciendam dabit geminum germanum *Callimachi* apud *Athenæum Lib.* 2: *Cap.* 1.

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας
Ἔλθῃ. κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
Βορρῆς ἠὲ νότος· τὰ δὲ τοι κεκρυμμένα φαίνει
Βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

Est eadem vini ac ignis vis; corpora virum
Cum subiit, fluctus commovet in Libyco
Ut pelago Notus aut Boreas: occulta revelat
Ex imo: mentes excutit ac penitus.

Aliud *Eubuli* ibidem prostat

Πολὺς γὰρ εἰς ἐν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

Multum quippe parvo vasi infusum vinum,
Potores quam promtissime supplantaverit.

Cernis *vinum* persona indutum *supplantatoris*: quidni & *illusoris*? quod scilicet *potores* suos *ludat* primum, deinde *eludat*, atque *sannionis* more eos *ludificandos* propinet. Id si alicui exequi volupe, inspiciat modo *pocula* illa decem quæ facete idem pinxit *Eu*-
bu-

2 Fremitus vorans veluti Leonis, æstus vaporans Regis: transgressorem agens ei, peccat in animam suam.

3 Glo-

2 נהם ככפיר אימת מלך מתעברו חוטא נפשו׃

3 כבוד

bulus, quorum postremum plane *dementet.* Eodem collineant hæcce *Horatiana:*

> *Ebrietas quid non designat? operta recludit.*
> *Spes jubet esse ratas. In prælia trudit inertem.*

Nosti cœtera. Ergo & *tumultuator vinum*, intus *æstu* suo *salum concitans*, & *mentem* velut *tumultuante fluctu* demergens. Illuc *secundo* manu ducit quoque *Linguæ* ubertas, ac venustas: nam המה *fremuit*, *tumultuatus est*, *æstuavit*, sæpe venit in *fluctibus æstuabundis*. Ita *Jer.* 5: 22. המו גליו *æstuabundi tumultuantur fluctus ejus.* Et 6: 23. *Vox eorum* כים יהמה *ut mare infremet æstuabunda.* Item *Jer.* 31: 35. & 51: 55. *Jesaj.* 17: 12. Ambigi proinde par ac verum non est, quin *vinum æstuator tumultuator*, illud principe loco consignet. *Vinum illusor* etiam aliquid in sinu gerit, quod expromi meretur: ליץ proprie est *obliquator*, *obliquis flexibus gyrans*, atque ita *eludens* simul, simul, *illudens*. Hoc in *vinum* apprime quadrare, nemo non agnoscat. Huic jam *illusori* petulanti qui se tradit auferandum, haud dubie fit *illusor* & ipse, Humana & Divina omnia contemnens: & qui *tumultuatori* huic *æstuabundo* se credit, non potest quin ipse quoque *tumultuetur*, atque vix unquam sobrius consipiscat. Hoc innuit colon posterius, ubi demum *effectus* illi pressius designantur, atque inculcantur.

Vs. 2. Opportunissime locatum vocabulum אימה *terror*, *formidolosa vis.* Ejus Origo in *æstu vaporo.* Hinc *Ps.* 88: 16. נשאתי אימיך אפונה *tuli æstus tuos vaporos; deliquium patior.* Subditur mox *Vs.* seq. *Super me excandescentiæ tuæ* חרוניך *transierunt; terrores tui me exscindunt penitissime.* Propius adhuc ad primam indolem, *Job.* 39: 20. de *Equo* bellatore הוד נחרו אימה *grave decus ronchi ejus æstu vaporus.* Sub אים الم *media Je* reperies in *Golio fumum excitavit*, *apes ex alveari depulsurus;* q. d. *vaporavit.* Ita in *Diw. Hud.*

نغي الصفراء عنها ايامها ۞

Expulit inde flavam apem *ejus vaporatio.*

Item ايم *Serpens*, ab *æstu vaporo.* Plenius adhuc אום الم *med. Waw* in *Camuso* امها وعليها يؤومها اوما وايامـا والاوام الدخان ودوار الراس والوتر وان يصيح العطشان وقد ام يؤوم اوما والايام الدخان *Radix* אום *cum fut.* יאום, *&* *infinitivis* אום *&* איום *notat vaporavit quid*, *cum acc. constructum*, *nec non sequente* עלי. *Substant.* אום est *vapor*, *fumigatio: & vertigo capitis: & vindictæ fervor. Si autem arescat siticulosus*, *vaporari dicitur cum fut.* & *infin. prægressis vapor quoque* איום *enunciatur.* Observes velim pro وَتْرٌ *vindictæ cupido*, quæ ab *æstu vaporante* ducto, obversatum *Golio* nostro وَتَرٌ *nervus tendo;* hic parum quadrans. Nempe idem illud اوام *vaporatio* est حر العطش *æstuatio sitis*, apud *Gjeubar.* & وحرة *indignatio æstuans* in *Camuso:* ubi etiam in II. اومه cum *infin.* تاويم *vaporavit eum* est عطشه *siti eum perussit.* Sed quid? quod ساس *rexit*, *gubernavit?* exponatur quoque. Ei cum *vaporatione* nihil videtur commune. Videtur. In mentem tamen veniat *fovere* pro *curare*, & *cura fotrix*, quæ *gubernet* res, *regatque.* Tales *Glossæ* interim nunquam satis distincte intelligi possunt, ni-

si

si ex *serie Orationis* ipsa. Respexit forte *Phiruzabad.* ad hocce *Poëta* in *Diw. Hud.*

مَهْلًا أَبَا سُفْيَانَ لَسْتَ بِجَاهِلٍ
فَلَا تَبْعَثَنَّ حَرْبًا أَرَاكَ تَوُومُهَا ✡

Lente, O! Abu Sophiani; non enim stultus es!
Neque suscites bellum; quod vaporare te video.

Est *figuratio* insignis, quæ innuit *æstuantem* in bella *animum:* præ quo languet, quod *Scholiastes* ibi dat, تسوسها *quod tu regis; cujus tu dux es.* Vides per quem canalem *vaporare* nostrum illuc defluxerit, ut dici possit, monente eodem *Scholiaste* تَوُوم وَتَوُول *vaporas & administras;* nempe *bella.* Huc manifeste tendit *Epitheton Chaldæo* additum *Habac.* 1: 7. אים ונורא הוא *Vaporans* in bella, *& terribilis ille.* Ideo videlicet *formidolosus*, ut habent *versiones*, quia *perpetuis* bellorum *vaporibus æstuabat.* Par adspectus *Job.* 41: 5. Eodem quoque pertinere videtur אימים *Gigantes*, quasi *formidolosi æstu & fastu vaporante*, ut sic dicam. *Sil. Ital.* 5: 603.

Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,
Iraque anhelatum proturbat pectore murmur:
Ut multo accensus fervore exuberat undis
Clausus ubi exusto liquor indignatur aëno.

Omnia oculis subjecta habes, quæcunque vel *proprie*, vel *figurate*, sub אים obtinuere. Veteri *Latio* in deliciis habitum verbum *vaporare*, pro *vapore æstuante afflare.* Ex interiori vena, & penu, Linguæ, *Varro* in *Fragm.*

Bipennis fulminis vapos.

Apud *Lucr.* quoque *Lib.* 6. 22 habes *insta vapore fulminis signa.* Hinc invaluit *vapor* pro *æstu;* unde *Apul. vaporem febrium* dixit: & *vapores carnis*, itemque *corporei vaporis incendia*, *Ambros.* de *Off.* 3. Apud *Claud.* extat,

Libycos tolerare vapores.

Apud *Horat.* item *siderum vapor*, pro *æstu terram siticulosam exurente.* Hinc *vaporata tempora*, sunt *dies æstivi*, apud *Ammian.* qui & *vaporatos æstus* extulit *Lib.* 18: 9. & 19: 4 Hæc *Glossis* e *Camuso* adductis cum luce nativam gratiam refundunt. Extat quoque ibi ليال اوم *Noctes vaporatæ;* pro *infaustis* & *iniquis temporibus:* quasi dicas *æstu adflantes*, quæ debuissent *refrigerare.* Desino in *Cant.* 6: 4. 10. אימה כנדגלות *formidolosa ut vexillis micantes copiæ:* quibus nempe *æstus* ille *fervidus* & *vaporans* inest, quem *Silius* depingebat; vel & quibus

Bipennis fulminis vapos

quo *formidinem* longe lateque *incutiant.* Pulcherrime ergo, *fremitus vorans tanquam Leonis prædatoris*, *æstus vaporans Regis:* i. e. *formidolosa illa vis*, *qua læsæ majestatis reos fulminis ritu afflat.*

Ibid. Variatur ad מתעברו. Plerique, *Qui adversus eum irascitur.* Commodius visum *Mercero*, *Qui cum eo irascitur:* quod explicat, *qui iram ira provocat.* Eadem *Syntaxi Cocc.* in *Lex.* *Qui excandescit cum eo.* In *Comm.* dedit *Qui se opponit ei*, *in eumque stomachatur.* Supra *Cap.* 14: 16. similis ambiguitas. Placebat ibi *transgressorem agens.* Id huic quoque sedi aptum; *transgressorem agens ei.* Ita *Prov.* 8: 36. חטאי *peccans in me.* Maneat tamen in medio. Alterum חוטא נפשו *peccans in animam suam;* reddi quoque potest, *Reus in animam suam;* hoc est, *semet reatu mortis obstringit:* quod *Prov.* 8: 36. erat חמס נפשו *crudus in suam animam.* חטא sæpe *reatum mortis* adfert *Num.* 32: 23. *Si ita non feceritis* חטאתם ליהוה *reatu tenebimini Domino.* Iterum *Gen.* 43: 9. *peccavero tibi omnibus diebus*, i. e. *reus fuero.* Adde *Exod.* 9: 28. & 10: 16. *Jes.* 31: 7. Item חטא *reatus mortis;* *Hos.* 12: 9. *Jer.* 50: 7. 14. *Gen.* 43: 8. & 44: 32.

3 Gloria viro cessare a contentione: at omnis crasse stolidus rictum destringit.

4 Propter autumnum, non arabit tardator: mendicabit in messe; at vacuitas.

5. A-

3 כבוד לאיש שבת מריב וכל אויל יתגלע:

4 מחרף עצל לא יחרש ישאל בקציר ואין:

5 מים

Vs. 3. Verbum יתגלע hic ita locatum, ut *proprietatem*, & amplitudinem signatissimam, *Cap.* 17: 14. indicatam, pervincat. Absolute scilicet infert, atque cumulatissime exprimit, id quod priori colo e Diametro oppositum; hoc est, *fœdam* & *inhonestissimam rixandi libidinem.* Hoc nullum æque verbum expingat, ac *Dentes renudare*, vel *rictum destringere.* Conferantur quoque, quæ ad *Cap.* 18: 1. deducta.

Vs. 4. Non implet *pigritiæ* characterem, *præ hyeme*, vel *propter hyemem tardator non arabit.* Ne *diligens* quidem colonus per *hyemem* constricta terra, *araverit.* Valet tum, quod *Job.* 37: 6. extat ביד כל אדם יחתם *manum omnis hominis obsignat:* velut *sub sigillo claudit*, & *cohibet ab opere rustico:* itemque quod *Ps.* 147: 17. משליך קרחו כפתים *immittens suum gelu vincula constringentia;* a Radice כפת كفت *ligavit*, *constrinxit.* Nempe *ligamina* pro *aquis*, pro *terra*, pro *manibus* quoque hominum; ולפני קרתו מי יעמד & *ante frigus ejus quis stabit?* Hoc incommodi sentiens Cl. *Cocc.* restrinxit ad *hyemem senescentem*, & *principium veris.* Apud *Merc.* memorantur *Hebræorum* nonnulli, quibus חרף *autumnum* signat; quique מן pro ב positum censent; ut sit, *in autumno*; quod *arationis* & *sementis tempus.* Addit alios *præ autumno* vertere, & referre ad *partem hyemi proximam*, ac *frigidiorem.* Vide quo processum sit: nam *Stock.* post alios in *Lex.* existimat חרף *hyemem* improprie posse capi pro *omnis generis incommodis atque molestiis, quæ otio deditos a labore deterrere possint.* Argutius adhuc *Guss.* censet *hyemem* positam, pro *autumno*; quod *Piger ad frigidiusculam auram horrescens autumnum* vocet *hyemem.* Apparet exitum quæri; nec inveniri posse. חרף non *hyemem*, sed *autumnum* designasse, ad *Job.* 29: 6. demonstratum. *Autumnus* autem non *tempus* tantum *anni*, sed & *fructus autumnales* amplectitur. Vi formæ suæ חרף notat *carpturam.* Inde & *tempus*, quo *fructus carpuntur*; & *ipsos fructus decerptos*, ac *collectos*, ambitu suo comprehendit. *Autumnus* etiam *Latinis* pro *ipsis fructibus* evaluit: itemque *auctumnitas* quæ est *auctumni tempestivitas*, pro *autumnali proventu*, *vini*, *grani*, aliorumve. Consimiliter קיץ *æstas*, pro *fructibus æstivis.* Hinc e limpido manat, *præ autumno*, *propter autumnitatem*, sive *fructus autumnos*, eorumque *abundantiam*, *non arabit tardator.* Quum *horrea* sibi *constipata* cernit, se *pigritiæ* suæ tradit *tortipes*; id sonat *proprie* עצל; atque *arandi curam* abjicit; securus futuri. Pulchra *Gnome*, ad omnia se porrigens, sive præsentem vitam spectemus, sive futuram. ישאל *mendicabit*, integerrimum; in *fut. Pihh.* potentiusque quam quod *Masora* adscripsit, ושאל. Omissa copula pondus adfert. *Mendicare in messe*, figurate valet, *Omni bona re*, & *spe*, *exutum vagari*, ad solatium ventri quærendum, ubi alii *omnes in re lauta* & *læta exultant.*

Vs. 5. Eadem hic ambiguitas, cui *Cap.* 18: 4. adhæsum vidimus. Maxima pars omnia *in bonum*, L atque ad *profundissimam* applicant *sapientiam*, quæ ad omnem casuum varietatem valeat, atque *pro occasione ex alto* cordis *hauriatur*, atque expromatur. Nonnulli II. *mediam* quandam *viam* ingressi, *aquas profundas in corde viri* figurare existimant *alta* & *incerta consiliorum*, quibus *mens agitata fluctuet*, nescia quid tandem habeat decernendum, ad felicem consilii exitum consequendum. Hoc postremum esse *viri intelligentis*, qui quid eligat, quid decernat, perspi-

5 מים עמקים עצה בלב איש ואיש תבונה ידלנה׃

5 Aquæ profundæ consilium in corde viri: at vir prudentia præditus illud situlis hauriet.

6 רב

6 Quan-

ſpicere queat. Huic ſenſui non adeo conveniens vocabulum ידלנה *hauriet illud* tanquam *ſitulis* in puteum *demiſſis*; ad *aquam ex profundiore receſſu* educendam. Prior explicatio imagini iſti etiam minus accommodata; nam ut quis in *ſuum* ipſius *cor ſitulas* dicatur *demittere*, ad pernoſcendum quid in ſinu gerat ipſe, qui ſibi utique conſiliorum ſuorum intime ſit conſcius; haud quadrat. Si ageretur de *exploratione ſui ipſius*, ad abdita cordis veteratoris, ſub luce Gratiæ, corda & renes ſcrutantis, pertentanda, non omnino incommoda forte foret *Allegoria*; nec tamen commodiſſima. Certe tolerabilius foret, ſi diverſæ ſtatuerentur perſonæ III. altera *ſapientis*, cui *profundiſſima* adſit *ſapientia*; altera quæ inde, *demiſſis* veluti *ſitulis haurire geſtiat*, ac propterea *intelligentis* titulo ornetur. Sed non exiſtimem quemquam huc facile deſcenſurum: ut *vir* איש *κατ' ἐξοχὴν* ſit *ſapiens*; & נבון *intelligens*, is qui *ex eo* cupiat *haurire* ac *proficere*. Vincat proinde IV. quæ ſola vincibilis, veterum ratio, *profundis in corde viri aquis* aſſimilatum *conſilium*, pertinere ad *abditos ſenſus*, & *molimina occulta*, quæ quis machinetur; in quos *ſenſus* tamen, atque in quæ *molimina*, penetrari, & velut *ſitulis deſcendi*, queat a viro *prudente*, ut ea *exhauſiſſe* videatur, atque *in apricum* produxiſſe. Huc quoque *Cocc.* & *Gejer*. conceſſere. Nil opportunius, venuſtiusque, hanc in rem, quam *ſitularum* emblema, quo mirifice delectantur Orientales; etiam in hanc ipſam figuram. Univerſa *Radix* digna quæ lucem lucretur. Ejus conſpectum pandat *Gjeubar*. ألدلو

واحد الدلاء التي يستقي
بها وكذلك الدلا الواحدة
دلاة وجمع الدلو أدل في أقل

العدد والكثرة دلاء ودلي
والدالية المنجنون يديرها
البقر والناعورة يديرها
الماء ودلوت الدلو نزعتها
وأدليتها أرسلتها في البئر
لتمتلي وقد جاء في الشعر
الدالي يعني المدلي وهو
في قول الشاعر

العجاج يكشف عن
جماته دلو الدال ۞

ودلوت الناقة دلوا سرتها
سيرا رويدا قال الراجز

لا تعجلا بالسير
وادلواها ۞

وقال آخر

لا

رَفَعَهُ إِلَيْهِ وَمِنْهُ وَتُدْلُوا بِهَا إِلَى ٱلْحُكَّامِ يَعْنِي ٱلرِّشْوَةَ

لَا تَقْلُوَاهَا وَٱدْلُوَاهَا دَلْوًا ❀

إِنَّ مَعَ ٱلْيَوْمِ أَخَاهُ غَدْوًا ❀

وَٱدْلَوْلَى أَسْرَعَ وَدَلَوْتُ ٱلرَّجُلَ وَدَالَيْتُهُ إِذَا رَفَقْتَ بِهِ وَدَارَيْتَهُ وَدَلَّاهُ بِغُرُورٍ إِذَا أَوْقَعَهُ بِمَا أَرَادَ مِنْ تَغْرِيرِهِ وَهُوَ مِنْ إِدْلَاءِ ٱلدَّلْوِ وَدَلَوْتُ بِفُلَانٍ إِلَيْكَ ٱسْتَشْفَعْتُ بِهِ إِلَيْكَ وَقَالَ عُمَرُ لَمَّا ٱسْتَسْقَى بِٱلْعَبَّاسِ ٱللَّهُمَّ إِنَّا نَتَقَرَّبُ إِلَيْكَ بِعَمِّ نَبِيِّكَ وَقَفِيَّةِ أَبَآئِهِ وَدَلَوْنَا بِهِ إِلَيْكَ مُسْتَشْفِعِينَ وَتَدَلَّى مِنَ ٱلشَّجَرَةِ وَقَوْلُهُ ٱللَّهِ تَعَالَى ثُمَّ دَنَا وَتَدَلَّى أَيْ تَدَلَّلَ وَأَدْلَى بِحُجَّتِهِ أَيِ ٱحْتَجَّ بِهَا وَهُوَ يُدْلِي بِرَحِمِهِ أَيْ يَمُتُّ بِهِ وَأَدْلَى بِمَالِهِ إِلَى ٱلْحَاكِمِ

Vox דלו *unam notat sitularum, quibus hauritur aqua; quæ* & דלה *masc. cum fæmin. unitatis* דלות*. Plurale collect. inde* ארלי *ubi paucæ situlæ; ut de multis* דלא & דלי*. Forma particip. fæm.* דולית *notat rotam aquariam, quam versant boves;* & *molam trocbleis instructam, quam ipsa versat aqua. Verbum* דלה *in I. cum infin.* דלו *usurpas, cum aquam extrahis situla: in IV.* ארלה*, cum situlam demittis in puteum, ut oppleatur. Venit tamen in Carmine etiam* דולי *part. I. pro* מדלי*. Sic in illo Poëtæ*

> *Verticosus gurges, cujus profundas aquas detegat* דלו אלדולי *situla baurientis.*

Etiam I. species adbibetur in Camelo, quum lentiore gressu continetur. Poëta Rbytbmicus.

> *Ne festinetis in gressu, sed facite eam situlas agere.*

Itemque alius:

> *Ne propellatis eam, sed situlas agere cogite.*
> *Nempe bodiernus babet fratrem sibi crastinum.*

In XII. specie ארלולי *etiam est properavit. In I. iterum, aliquem situlis bausi,* & *in III. Pobel* דוליתה *frequentatur, quum blando eum alloquio mulceo* & *circumvenio. Item in II. Pabbel, bausit eum fallacia; pro, eum, ut lubuit, circumvenit, in fraudemque impulit. Hoc a situla immissa ductum. In I. iterum. Situla utor per illum ad Te, pro, illo deprecatore vel intercessore ad Te utor; sic Omarus, quum pluviam oraret per Abbasum, dixit. O Deus! accedimus ad Te per Patruum Propbetæ Tui, perque lectissimam seriem Patrum ejus;* & *situlam per eum ad Te agimus, boc nisi precatore. In V. specie* תדלי *de arbore est* pro-

propendere ramis; quod autem in Alcorano est; tum appropinquat ותדלי, *exponitur, & superne imminet.* (Extat *Surat.* 53: 6.) *In IV. quoque* אדלי *in argumentum; est disceptavit causam profundius*, quasi immissis situlis scilicet. *Nec non* ידלי ברחמה *in ejus propinquitatem uterinam situlam immittit; est consanguinitatem ejus ambit. Denique pecuniam suam* אדלי *situlam demisit ad judicem, valet, eum nummis corrumpere studuit. Inde; & eam situlam demittitis ad judices. Nempe ad corruptelam.* Extat novissimum hocce *Alcoran. Sur.* 2: 184. *Ne consumatis pecunias vestras in ludicro, aut turpi; ut eas situlam demittatis ad Judices* &c. Non piguit telam pulchre variegatam excerpere, cum quod *Linguæ* nativa dignitas inde resplendescat, tum quod jucundissimi inde alluceant radii, ad nubeculas, quibus adhuc circumsessum fuit *Thema* דלה, evincendas; atque *figurationes* illustriores, quæ in Codice Sacro hinc superstites, penitius consequendas. Ad nostram *Gnomen* aperte facit usus ille I. & III. speciei quo *situlis haurire aliquem*, est *blando eum alloquio circumvenire*; nempe *intimos* ejus *sensus explorando, & eruendo.* Eodem collineatum suspicor in versu illo Poëtæ

> *Verticosus gurges, cujus aquas profundas situla detegat haurientis.*

Illuc certe tendit *Glossema* sub IV. specie, ادلي بحجته *situlas egit in disputatione sua.* Ita *Ogiairus Asseloulius* in *Hamas.*

من النفر المدلين في كل حجة
بمستحصد من جولة الراي محكم ☼

> *Ex raris illis situlas agentibus, omni in argumento,*
> *Firmius torto fune consilii, solideque compacto.*

Ubi *Tauriz.* يقال ادلى بحجته اذا احتج بها شبه بارسال الرجل دلوه في البير لينزع الماء *Dicitur situlas egit in disputatione sua, quum causam disceptat & demonstrat,* (revicto nempe adversario;) *ducta est figura ab eo, qui situlam suam demittit in puteum, ut aquam inde extrahat.* Hinc & *Harir. Conf.* 17. انت ممن يبلي في الهيجاء ويلقي دلوه في الدلاء *An Tu inter eos qui certamina experti; quique situlam suam inter situlas ejiciunt.* Hoc est, *qui de palma ingenii concertant.* Cum hisce si jam conjungas, quæ *Cap.* 18: 4. ad *aquas profundas* deduxi, nullus ambiges, quin sententia nostra huc quoque feratur, atque per *situlam exploratricem* & *eductricem profundorum* demum exhauriatur: cum hac *Allegoria situlæ* proxime cohæret altera, multo quoque tritissima, qua *situlam* suam in *aquas immittere*, valet *liberalitatem expetere*, & *experiri.* Non indignus usus, qui & hic compareat. *Harir. Conf.* 15. حداني القرم وسورته والسغب وفورته على ان انتجع كل ارض واقتنع من الورد ببرض ولم ازل سحابة ذلك النهار ادلي دلوي الى الانهار وهي لا ترجع ببلة ولا تجلب نقع غلة *Propulit me appetitus edendi, ejusque fervens impetus; & fames, ejusque æstus vehemens; ut pabularer omnem terram; atque pro lympha largiore vel latice contentus fuissem stillante: neque longo diei illius tractu abstiti demittere meam situlam in rivos; sed ne roris quidem guttulam illa reddidit, multo minus elicuit quod ardorem sitis restingueret.* Non minus venuste *Consess.* 49. انتجع كل روض والق دلوك الى كل حوض *Pabulare omne pratum, atque projice situlam tuam in omne aquatorium.* Hinc universum genus abunde notescet.

Ibid. Inter derivata nostri Thematis דלה, pro דלו & דלי, eminet דליות quinquies occurrens, redditumque per *propagines, palmites, ramos.* Sic *Ezech.* 17: 5. 6. *Ecce vitis hæcce* כפנה *glomerando nevit radices suas super ipsum, &* דליותיו *palmites suos ipsi e-*

 mi-

misit. Et *Vs.* 23. *Omnes volucres in umbra* דליותיו *ramorum ejus* Cedri *habitabant.* Iterum *Esech.* 31: 7. 9. & *Jer.* 11: 16. Sic dictos volunt nonnulli, quod *succum* e radice *hauriant*: alii, quod *sursum se elevent.* Talia non nisi ad copiam vetustam *Linguæ* dilucescunt. Quid דלה *situlas egit*, ac *reciprocavit*, valere potuerit in *Arbore patula*, ac *ramis propendulis prominulisque prædita*, nemini obscurum; nec tamen id affirmari posset, nisi diserta auctoritate fundaretur. Hanc supra ex *Gjeubario* jam oculis subjeci; atque ita apud *Golium* quoque تدلي תדלי in V. declaratur, *pependit deorsum arbor*: nempe *promissis* late *ramis*, qui quasi *situlas agant*, *reciprocentque.* Sic Poëta in *Diw. Hud.*

تدلى عليه من بشام وايكة
نشاة فروع مرفعن الذوايب

Situlas reciprocat super eo de odoratis densisque arboribus
Incrementum ramorum, quorum comæ propendulæ.

Ibid. Abstrusius adhuc figuratum, quod semel tantum extat דליים *Num.* 24: 7. ubi suo se cothurno attollens *Bileamus* ita vaticinatur; יזל מים מדליו וזרעו במים רבים *fluent aquæ e situlis ejus; & semen ejus ad aquas multas.* Sunt qui *proprie* hæc accipiant; sunt qui *improprie.* Qui, *proprie*, sic, *abundabit aqua fontium, puteorum, fluminum.* Qui *improprie*, verecunde *situlis* circumscribi censent *propagationem seminis*, ad notas imagines *Prov.* 5: 15. 16. Huc tendebat *Glossa* illa *Gjeubariaria* يدلى برحمه *in propinquitatem ejus situlam demittit*, pro يمت به *conjunctionem generis cum eo quærit, initve.* Apud *Golium* habes *affinitatem contraxit*; aut *arctius conjunctus fuit connubio* scilicet. Istud مت *proprie* significat نزع على غير بكرة *aquam hausit sine trochlea*, ut habet *Gjeubar.* & improprie مت البك بقرابة *situlam misit ad te in propinquitatem*, i. e. توسل بقرابة *cognationem affinitatemve nectere studuit.* Ita *Isphabanens.* in *Vita Salad.* وخطب لصاحبه ابنة الملك العادل ومت بكثرة الوسايل *Ambivitque pro amico suo Filiam Almelichi Aladili, & matrimonii nexum junxit intervenientibus amplis donis.* Sed accuratius expendenda forma דָּלְיָו, quam *Anomalia* mactant, eoque mendi suspectam reddunt, *Grammatici*; quasi foret *duale* a דְּלִי, pro דְּלָיִם. Talia procul habenda, si Integritati Codicis consultum volumus. Haud dubie דֹּלְיִם est *plurale partic. præsentis*, *haurientes*, *situlam agentes*; ultima *radicali* retenta, ut in עֹטְיָה *Cant.* 1: 7. aliisque: de quibus *Instit.* p. 386. Sic distinctius adhuc enitescit, *Fluent aquæ ex situlam agentibus ejus; i. e. fæcunda colent connubia, atque affluentissima sobole ditabuntur.* Si quis interim ad *literalem* sensum esset propensior, דֹּלְיִם *haustores*, ei *machinas*, *rotasque aquarias*, poterunt ministrare: prout *fæmin.* دالية דֹּלִיָּה & דֹּלִית supra videbamus in *talibus machinis situlas volventibus* adhiberi. Sic nihil sane isti adspectui decreverit. Pro *figuratiore* illo, *Rota aquaria* signare posset τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως *Rotam genituræ. Jacob.* 3: 6.

Ibid. Perquam venustam *Metaphoram* a *situlis reciprocatis* offert *Jesaj.* 38: 17. ubi *Hizkias* plorabundus: דַּלּוּ עֵינַי לַמָּרוֹם. Tanquam a דלל plerique extulere, *attenuati sunt oculi mei sursum*: i. e. *consumti sunt sursum spectando.* Malebat Cl. *Cocc. Exhausti sunt oculi mei sursum*: ab eadem tamen *Radice.* Huc calculum adjecit Cl. *Vitr.* At *Belgis* nostris placuit a *Themate* דלה *elevabant se oculi mei sursum.* Existimabant, quod & in *Lexicis* traditur, *primariam notionem* דלה esse *sustulit*, *elevavit*; indeque *secundariam* ductam esse *situlis haustis*

Non

Non est ea vera *Origo*, quæ in *reciprocando* sita. Inde ultro se ingerit *reciprocabant oculi mei situlas sursum*. Nempe *aquatum ire* dicuntur *oculi*, & *descendere in aquas*, tanquam *haustores*, quum *in lacrymas effunduntur*. Ita *Thren.* 1: 16. עיני ירד המים *oculus meus descendit aquas; it aquatum velut situlis reciprocatis*. Id illustrius, quam *oculus meus descendit lacrimis*. Poëta vetus in *Hamas*.

وَكُنْتُ أَذُودُ ٱلْعَيْنَ أَنْ تَرِدَ ٱلْبُكَا

فَقَدْ وَرَدَتْ مَا كُنْتُ عَنْهُ أَذُودُهَا ☼

Enimvero repuli oculum meum, ne fletum descenderet,
Ille vero descendit aquatum, quicquid eum repellerem.

Habes eandem *Syntaxin*, accusandi casu; quæ plenius effertur ورد بالبكاء *descendit in fletum*; pro, *ei se totum immersit*. Hac gemmula augendum *Jes.* 15: 3. כלו יילל ירד בבכי *Totus ille ejulat, descendit in fletum*. Versiones languent. Adde *Thren.* 3: 48. *Jer.* 9: 17. & 13: 17. *Psalm.* 119: 136. Iterum in *Hamasa*:

وَعَبْرَةٌ مَسْفُوحَةٌ جَادَتْ لِمَايِحِهَا

وَأُخْرَى تَخْتَنِقُ ☼

Lacrymamque profusam, quæ haurienti,
Nunc affatim flueret; nunc sese suffocaret.

Verbum ماح *descendit in puteum implendæ urnæ gratia*, est *Synonymum* ע דלה دلا ejusque omnia jura, omnem occupat ditionem. Plura addere supervacuum. Non est cur hinc resiliatur, quod דַּלּוּ sit exaratum non דִּלּוּ; nam *Pahhel* æque *Analogum* ac *Pihhel*: atque ita נַשַּׁנִי enunciatum *Gen.* 41: 51. Licet quoque *Pathos* adsciscas *Situlas reciprocate oculi mei sursum; Jehova opprimor; sponsorem præsta mihi*. Ille *Imperativus*, atque conversio inde oriunda, mirifice ibi quadraret.

Ibid. En alias adhuc *situlas*, dignissimas profecto, quæ sub conspectum ferantur. *Psalm.* 30: 2. excellentissime figuratur, *Extollam te Jehova*, כי דליתני *& non hilarasti hostes de me meos*. Vertunt plurimi *quoniam extulisti me*; atque hinc significatio *tollendi* in *primariam* sedem immissa. *Cocc.* dedit *sursum extraxisti me*; cum allusione ad *aquas*, *puteumve*. In *Comment.* habet, *tanquam ex profundis*; remittens ad *Exod.* 2: 16. inde *Metaph.* deductam insinuans. Res dubio exemta. Ut *translationis* ratio, dignitas, ubertas, pleno in die reluceat, *agendâ* nobis iterum *situla*; quæ in *vicibus fortunæ* versatur apud *Arabes*; sub دلا דלה, & دال דול; *reciprocavit* situlam. Apud *Golium* inde habes دول דול *fortunæ mutatio*; & idem quod دلو, aut pro eo, *situla*. Posterius natura primum. *Abulphar. Hist. Dyn.* p. 192. الدنيا دول *Mundus sitularum versatio*. Apud *Gjeubar*. دالت عليهم الايام اي دارت *Situlas super ipsos versarunt dies*, hoc est, *vices suas volverunt*: والله يداولها بين الناس *itemque Deus sitularum more versat eas inter homines*. Sic *Surat.* 3: 134. وتلك الايام نداولها بين الناس *talesque dies sitularum ritu versamus ultro citroque inter homines*. In *lætiores fortunæ vices* usus maxime inclinavit. *Gjeub.* الدولة في الحرب ان تداول احدي الفئتين على الاخري يقال كانت لنا عليهم الدولة والدولة بالضم في المال يقال صار الفيء دولة بينهم يتداولونه يكون مرة لهذا ومرة

ومرة لهذا وقال ابو عبيد الدولة بالضم اسم الشي الذي يتداول بعينه والدولة بالفتح الفعل وقال بعضهم هما لغتان بمعني قال الجمحي سالت يونس عن قوله تعالى كي لا يكون دولة بين الاغنياء منكم فقال قال ابو عمرو بن العلاء الدولة بالضم في المال والدولة في الحرب بالفتح قال وقال عيسي بن عمر كلتهما تكون في الحرب والمال سواء قال يونس اما انا والله ما ادري ما بينهما وادالنا الله من عدونا والادالة الغلبة يقال اللهم ادلني على فلان وانصرني عليه *Forma* דולה *in Bello venit, quum altera partium situlam reciprocat supra alteram. Ita dicitur, obtigit nobis supra eos versatio situlæ*, i. e. victoriæ: *ut* דולה *per Damma; venit in opibus. Hinc phrasis, præda inter eos facta est* דולה*; hoc est, eam inter se situlam reciprocant, quæ nunc his, nunc illis, contingat. Dixit Abu* Obeidus, דולה *per Damma est Res ipsa quæ ut situla reciprocatur; at* דולה *per Patach est actio reciprocandi. Nonnulli dicunt geminam esse formam ex dialecto, eadem notione. Gjomahius dixit, rogatus a me Jonas de illo Alcorani*, (extat *Sur.* 59: 7.) *ne sit præda belli* דולה *inter Divites vestros tantum: Respondit, auctor est Abu Amrou Alaïdes, formam* דולה *in opulentia usurpari, &* דולה *in belli victoria. Addidit idem, Isa Ibn Omar ait; utraque forma in victoria & in opulentia peræque. Subjecit deinde Jonas, Ego quidem nullus scio, quid differant. In IV. hinc porro, Reciprocare nobis fecit Deus situlam ab hoste: ejusque infinitio. victoriam, opesve præpollentes consignat. Inde formula, O Deus! reciprocare me fac situlam contra illum; meque victorem præsta.* Exempla paucula apposuisse, operæ pretium fuerit. *Ispabanens. Hist. Salad.*

وانجلت المعركة عن اكثر من عشرة الاف قتيل كافر وثبت حكم ادالة الاسلام وظهوره باوضح دليل ظاهر

Discussum tandem prælium aperuit plus quam decem millia occisos infideles; atque constabilitum est arbitrium reciprocatæ situlæ Islamismi, ac victoriæ ejus, splendido documento palam adstructum. Pulchre *Arabsjad.* p. 367.

الحرب كما علمت سجال وكما اديل لك علينا بالامس فان غدا لنا عليك يدال

Bellum, ut nosti, situlas refert, atque ut tibi reciprocare eas supra nos datum est heri, ita cras nobis supra te easdem reciprocare concedetur. In his *victoriam* pingi, quivis cernit. Ejusdem comitem *potentiam*, & *culmen rerum*, exerit formula اديل لهذه البيت *reciprocatio situlæ concessa illi domui:* id est, *ex humili in summum evecta, obtinuit Monarchiam*, quam *Historici* vocitant الدولة *situlationem*, ut ita dicam. Hinc *situlatio Bosjidarum, situlatio Selsjukidarum; situlatio Othmanidarum*, atque innumera talia, pro *potentatu, summoque imperio.* His lustratis, expensisque, nemo in dubium revocaverit; quin nostrum illud דליתני in *Psalmo*, eadem *figuratione* sit insignitum, valeatque, *quoniam reciprocasti mihi situlam;* hoc est, *victoriam mihi* ab hostibus *cum culmine fortunæ* ac *gloriæ concessisti.*

Ibid. Necdum exhausta materia. Alia adhuc *situla* reciprocanda ad *Jesaj.* 40: 15. *Ecce gentes* כמר מדלי *tanquam gutta de situla, & tanquam pulvis bilancium computantur.* Subest *Proverbiale* quid; cujus tamen acumen, ac pondus, non adeo promptum. Sunt qui *situlam effusam* concipiant, in qua *guttula* remanserit forte. Alii *plenam* eandem, de qua *si guttula deciderit, parum curetur.* Ita *Grot.* Adjecit Vener. *Vitr. Gutta de situla est res levis, comparata, qualis est aqua situla comprehensa; quæ si decidat, nulla* ja-

jactura fieri censetur. In vetusto *Proverbio* enucleando nulla acies ulterius se intendat, provehatque, nisi forte *Copia Veteris Linguæ* faculam alluxerit. Speciose admodum *Kenaniensis* a *Doctiss. Reiskio* laudatus, ad *Moallek. Tarafb.* p. 71.

تعلم حين يدلى القوم يوما
دلاء المجد ما ذا كنت تدلى
وتغمر عند جهدك في المعالى
اذا لم تواضحهم بسجل ✡

Attendas quum reciprocabunt homines quandoque
Situlas gloriæ, quamnam tu situlam reciproces.
Namque supprimeris, de celsitudinibus in contentionem veniens,
Si non pleniore eos urna reviceris.

Habetur ibi cum verbo דלה, *reciprocavit* דלי *situlam*, ejus *Synonymum* סנל *situla major aquæ plena.* Illius *Radicis* III. species *proprie* notat, *certavit haurienda aqua:* indeque porro *concertavit de viribus, de gloria:* nec non in VI. *inter se gloriati sunt.* Ansam *Metaphoræ Allegoricæ* porrigit *Omeija* in *Diw. Hud.*

اذا ما انتحين ذنوب الحضار
جاش خسيف فريغ السجال ✡

Quum illæ contendunt situlam currendi,
Exæstuat ei puteus perennis, cujus urnæ capacissimæ.

Agitur ibi de *contentione* vehementissima *currendi*; unde ad *contentionem virium, ingenii, sapientiæ*, reliquæ *laudis* ac *gloriæ*, usus ille pervaluit. *Ispahanens. Hist. Salad.* p. 731.
افاض سجال الفضل والافضال
Exuberare fecit situlas munificentiæ, & præcellentis virtutis: hoc est, *omnes munificentia, ac præcellentia omnis virtutis, exsuperavit.* Qui يتساجلون *situlas reciprocant, concertant* de *laude*, ac *gloria*, *habeant* necesse *Fontem* est, *unde hauriant materiam gloriationis*; sive in *viribus* ac *robore*; sive in *sapientia*, & *vena fœcundioris ingenii*; sive in *præcellentia virtutis*; sive in *affluentia divitiarum opumque*; sive in reliquis *Fortunæ eminentioris donis*, ac *bonis.* Tale quid qui *promit* adversus illum, quicum *contendit*, ac concertat, dicitur suam דלי *situlam reciprocando extrahere* ex illo suo *Fonte.* Ex his jam limpidissime dignoscere est, quid Vates sacer intenderit per מר מדלי *guttulam e situla*; cum ea *omnem humanæ naturæ sapientiam, virtutem, potentiam, ornamenta* quibus gloriatur, seque effert, *comparanda* pronuncians in certamine adversus Deum. Illa *reciprocatio*, *Originem* constituens *Thematis* דלה, & derivati דלי *situlam* designantis, contextum nostrum admirabiliter ornat, ejusque gravitatem & venustatem in oculis mentibusque defigit. Hoc ex subnexa altera similitudine *pulvisculi in bilancibus* quemvis ultro nunc advertit.

Ibid. Manum tandem de tabula. Superest quidem retrusius דליו שוקים *situlas reciprocant crura e claudo*, &c. *Prov.* 26: 7. Sed isti sententiæ sua ibi potius cura reddetur; ut & exquisitissimæ formulæ דל שפתים *situlatio reciprocans labiorum: Ps.* 141: 3. quam ad nostrum דלה pertinere Cl. *Cocc.* pro sagacitate sua subodoratus fuit. Nunc desinere liceat in evidentissimo hocce *Consectario:* si in quinque, aut sex locis, Sacri *Codicis*, quibus vestigia hujus *Radicis* impressa, tanta se ingerat varietas & dignitas *Metaphorarum*; in quantam ea copiam exuberare potuerit, ac debuerit, quum *Lingua Hebræa* viveret, atque super stirpibus suis omnibus vigeret. Ampla materies, & dignissima quæ a Literatis ingeniis clariorem in diem educatur, ad calumniam inopiæ ab opulentissimo olim sermone depellendam. Alterum quoque *Consectarium*, ex priori ultro emanans, non prætermittendum; per rei naturam plane fieri non posse, ut in spatiis illis angustioribus, ad quæ nunc redacta est vetusta illa amplitudo, felicem, at-

6 Quantum eſt hominum, prædicat ſuam quisque virtutis ubertatem; at virum firmæ fidei (firmitatum) quis inveniet.

7 Procedit in integritate ſua recto-rigidus: O beatitudines filiorum ejus poſt illum!

8 Rex ſedens ſuper Solio judicii, (penſationis) eventilat oculis ſuis omne nequam.

9 Quis

6 רב אדם יקרא איש חסדו ואיש אמונים מי ימצא׃

7 מתהלך בתמו צדיק אשרי בניו אחריו׃

8 מלך יושב על כסא דין מזרה בעיניו כל רע׃

9 מי

que ad penitiora quæque firmum, curſum teneamus, niſi ad lumen *Dialectorum* dirigatur; atque *Origines* præſertim, quæ nativum cunctis decus adſtituunt, conjunctis multorum viribus humerisque inde depromantur.

Vſ. 6. Inſignis *Gnome*; cujus tamen medullam plerique non perceperunt. *Ab. Eſra* I. jungens איש חסדו *virum beneficentiæ ſuæ*, traxit ad eum *quem ſibi beneficiis obligavit*, *quemque* tempore adverſo *advocans*, *reperiat* ingratum, *infidumque*. Contortius adhuc *Jarch.* II. *vocare virum beneficentiæ*, exponit a *pollicitatore beneficia promiſſa efflagitare*; *qui raro fidus firmusque*. Non ſine fidiculis quoque *R. Levi* III. qui איש חסדו per *pleonasmum affixi*, vertit *virum beneficum*, ut ſit, *multos* quidem *a multis beneficentiſſimos prædicari*; ſed vix *quemquam id nominis*, ubi res poſtulet, *implere*. Huc IV. inclinat *Cler.* alia *Syntaxi*, in qua יקרא *paſſive* veniat, *Multi homines* ſunt, *quorum ſingulorum celebratur benignitas*; *ſed virum fidelem quis inveniet?* Receptiſſimum V. *Multitudinis hominum prædicat quisque beneficentiam ſuam*; *at virum fidelem*, qui præſtet, quod promittit, ac jactat, *quis repererit?* Explicatur *de beneficiis*, vel *impertiendis*, vel & *impertitis*, in quibus *mendaces* ferme ſint iſti *jactatores*. Hoc palmam fert; & locum meretur. Amplior tamen VI. ſenſus; atque חסד hic *virtutem*, *pietatem*, *religionem*, ambitu ſuo complectitur. Vidit *Cocc.* dans, *plerique homines*, *prædicat quisque pietatem ſuam*: addensque, *paucos eſſe fideles*, *quamvis plerique pietatem ac ſinceritatem ſuam deprædicent*. Ut res planior fiat, obſervari velim חסד ex *Origine* illa *ubertatis*, & *ſucci uberantis*, quam ſupra indicavi, cum *beneficentia*, deſignare quoque *ſtudium* omnis *officii* erga Deum, erga homines; ac proinde *vivum illum* & *uberem ſuccum virtutis*, ac *pietatis*, qui *vivam* & *veram* efficit *Religionem*. Hac amplitudine compareat *Hoſ.* 6: 4. *Quid faciam tibi Juda? Quid faciam tibi Ephraim?* וחסדכם *quum ubertas veſtra ſit ut nubes matutina*; *ut ros mane veniens*, *dilabens*. Pulcre alluſum ad *Originem*. Ibidem mox *Vſ.* 6. כי חסד חפצתי *num ubertate delector*, & *non ſacrificio*; *ac cognitione Numinis*, *præ holocauſtis*. Attende ad applicationem Domini *Matt.* 9: 13. & agnoſces, *vivum ſtudium religionis e viva radice profectum* intendi. Applicemus & hic. רב אדם *ſpiſſitudo hominis*; pro *quam ſpiſſum*, *quam multum eſt*, *hominum*: ut *Job.* 4: 14. רב עצמתי *quam multum*, *quam ſpiſſum oſſium meorum*. Frigus ibi merum, *pleraque oſſa mea*. Ne hic quidem *plerique hominum* ſatis ardens. Sententioſior certe *univerſitas*. Ergo *quantum* eſt *hominum*, יקרא *clamat*, *profitetur*, *prædicat* איש *quisque*, ſine reſtrictione, *ſuam virtutem*. Nullus vivit mortalis, qui ſibi non, ſuo more, partem in virtute arroget. In איש אמונים *viro firmitatum*, firmo, fideli, veraci, habes characterem *veræ* ac *vivæ virtutis*; quum quis *probitatem* non *mentitur*, non *videri* cupit, ſed *eſſe*, *probus*. Ita *Pſ.* 12: 2. הושיעה יהוה *Laxitatem*, *ſalutem præſta Jehova*; formula qua deſperatiſſimis temporibus, ac rebus, utebantur: *nam præfectus eſt* חסיד *pius*, *uber* ille *virtutis* ac *veritatis cultor*; פסו אמונים *crepando expirarunt fidelitates ex filiis Adami*. Omnes *virtutem mentiuntur*, *rarus* qui eandem

9 מי יאמר זכיתי לבי טהרתי מחטאתי׃

10 אבן ואבן איפה ואיפה תועבת יהוה גם שניהם׃

11 גם במעלליו יתנכר נער אם זך ואם ישר פעלו׃

21 אזן

9 Quis dicet, candidavi cor meum; nitidus sum a peccato meo.

10 Duplex pondus, & duplex mensura: (Lapis & lapis, Epha & Epha;) abominatio Jehovæ, cumulatim ambo illa.

11 Etiam in patrationibus suis dissimulatorem agit puer: vere candidum (pellucidum,) esse, & vere rectum opus ejus.

12 Au-

dem *præstet* ubique firmiter, semper, in magnis, minimisque juxta.

Vs. 8. Magnifice, & Regie. כסא דין *solium judicii*; proprie *pensationis*, ubi *Lances Justitiæ* librantur. Sub verbo מזרה *dissipans*, *dispergens*, tenendum quoque illud *eventilans*, *evannansque*, quod ad *Cap.* 15: 7. vidimus. Nempe *ventilationem* sequitur *palearum disjectio*. Confer *Matt.* 3: 12. כל רע alii *omne malum*, alii *omnem malum*. Utrumque *omne nequam* amplectitur. רע proprie *quassum*, *cassumve*. Hoc *paleis nequam* apprime conveniens.

Vs. 9. In verbo זכה *pellucidus* inest *candor*. In טהר *nitor*. Rident ergo imagines, ac jucundissime renident. Quum datur, *Quis dicere potest, purgavi cor meum, atque mundus sum a peccato meo*, sensus quidem exprimitur, sed ejusdem *lumina* & *ornamenta* non resplendent.

Vs. 11. Hæret aqua interpretibus. Plurimi I. *Etiam in actis suis cognoscitur*, vel *cognoscendum se præbet puer; an purum, & an rectum sit opus ejus.* Hoc aliis valet, *quid jam sit*, aliis, *quid futurus sit. Qualis quisque puer fuit talem se reliqua vita gerit;* inquit *Mercer.* At *Coccej. Ex puerorum lusibus etiam apparet, delectenturne rebus pravis, an bono gaudeant* &c. Verbum התנכר aliis in locis longe alio pollet significatu, atque *alienum se simulavit* exponitur *Gen.* 42: 7. & 1 *Reg.* 14: 5. 6. Hinc II. extortum, *Etiam puerum in actis suis alienum esse, si ejus opus purum & rectum sit:* h. e. *& si recte se gesserit in pueritia, fallere tamen spem de se conceptam.* Vix intelligo. Crediderim innui, *simulationem* & *hypocrisin* etiam *cadere in pueros.* Illuc certe tendit *R. Levi*, III. *Puerum* tamen figurate capiens, *non ætate*, sed *mente;* quum hunc sensum edit, *stulti externa facta ab animo aliena esse; extra probi; introrsum improbi.* Hoc exemplo alii IV. *Etiam puer ætate, ipse quoque puerulus, in actionibus suis dissimulatorem agit*, ut ignores *num purum, & num rectum sit opus ejus.* Adoptavit *Gusset.* & satis plausibile effecit in *Comm. L. H.* sub נכר. Repetitio particulæ אם *si*, *an*, *dubitationem* ipsi notare videtur, vel *quæstionem ex pueri simulatione oriundam.* Satis placet. *Asseverationem* quoque eadem vocula sæpe adfert. Inde possis, *Etiam in patrationibus suis dissimulatorem agit puer, vere candidum, & vere æquum esse opus ejus.* מעללים *patrationes; facinora*, sæpe in *malum* vergunt; *Ps.* 28: 4. *Jes.* 1: 16. *Jer.* 4: 4. etiam *absolute*, *Zach.* 1: 6. *Jesaj.* 3: 8. יתנכר ut يتنكر *se ignorabilem facere, transformare se & travestire* solet. Ad illam *transformationem sui mutata veste* ducit 1 *Reg.* 14: 5. 6. Sic *Eutych.* in *Annal. Alexandr.* T. II. p. 182. وصار الى بيت المقدس متنكرا *discessit Hierosolymas dissimulato habitu.* Percrebuit usus ille, extatque apud *Eutych.* T. I. p. 190. 414. 530. & *Abulphar.* 502. 506. &c. In *Golio* quoque reperies متنكر *incognitus adscito habitu monachi.* Exoritur hinc *profundissima* illa *simulatio*, & *dissimulatio*,

 quæ

12 Aurem audientem, & oculum videntem Jehova fecit; cumulatim ambo illa.

12 אזן שמעת ועין ראה יהוה עשה גם שניהם׃

13 Ca-

13 אל

quæ sit *induta* alia *forma*, *veste*, sub qua *delitescat* quis plane *incognitus*. Ita se *travestire*, ac *transformare* ex profundo hypocriseos, & *astutia* cordis veteratoris, callet etiam *puer*. Infero hic *astutiam*, quia & illam *Dialectus Arabum* sub hoc *Themate* frequentat, a *transformatione sui*, ut suspicor, subortam. Hujus instinctu מעללים *patrationes* quasque suas etiam malitiosissimas *velat*; atque *specie* eas induit *pellucidi candoris*; atque *æquitatis complanatissimæ*. Non possum quin, finiens hanc discussiunculam, submoneam *Thema* נכר quod *cognoscere*, & *ignorare*, sua ditione continet, copulam desiderare *Originis*, per quam tam diversi usus coalescant. Hinc maturius quid, distinctiusque, cum tempore enitescet; quod concordiam simul completissime sanciat.

Vs. 13. Assentire nequeo Interpretibus eruditis, תִּוָּרֵשׁ, quod est *Niphhal* verbi ירש *hæreditario jure possedit*, reducentibus ad רוש literis vicinum, *pauper fuit*, ut sit, *ne diligas somnum, ne forte depaupereris*. Id incautæ Crisi ansam præbet, ad refingendas vocales, & ex *Hophh.* potius legendum תּוּרַשׁ. Ad eandem *paupertatem* alii pervenire conati per *exhæredari*; sub clypeo *Antiphraseos* illius potentissimæ, quæ *infinita* quoque in *Græcis*, *Latinisque*, mostella edidit. Præ manibus erat *Metonymia* signatissima, qua *hæredare*, etiam extra *hæreditatem*, invaluit pro *invadere*, *occupare* ut *peculium* sibi *competens*; vel clarius, *possidere titulo justioris Domini* velut. Est usus *ironiæ* specie animatus. Sentias ex *Mich.* 1: 15. עוד הירש אבי לך ישבת מרשה *Adhuc Hæredem adducam tibi habitatrix Mareschæ*. Suavis lusus, *Marescha* signat *possessionem hæreditariam*; qua videlicet gloriabatur illa *habitatrix*. Sed denunciatur ei הירש *Hæres immittendus*: nempe *hostis invasor*, dicturus, *veteres migrate coloni*. Idem acumen se exerit *Jer.* 49: 2. ירש ישראל את ירשיו *Hæres possidebit Israël Hæredes suos*; i. e. *qui eum invaserant*, & *quasi justiores forent Domini occuparant*. Hinc grandiora quoque illa *Hos.* 9: 6. קימוש יירשם *urtica hæreditario jure possidebit eos*. *Immittetur iis Hæres*. Et *Jes.* 34: 17. יירשוה *Hæredes ei existent spurcissima animantium*. Adde *Deut.* 28: 42. Per eundem canalem defluxit potestas in *Hiphh.* הוריש *possidendum tradidit*, pro *expulit ex possessione hæreditaria*; *Deut.* 4: 34. *Jos.* 23: 13. & alibi. In *Niphh.* item נורש انورث *Hæredem passus est*; *traditus* est *possessori alieno*. Hinc, non sine aculeo; *cave diligas somnum*, *ne forte hæredem patiaris*, vivus vidensque, *alienum: ne avita hæreditate expellaris*. Eodem nervo *Gen.* 45: 11. פן תורש *Ne hæredem patiare tu, & domus tua, & quicquid tibi*: hoc est, *ne patrimonio tuo penitus exuaris*. Eadem figuratio *Prov.* 30: 5. פן אורש *ne ab hærede possidear, patrimonio evolutus* scilicet. Nec officit ראש *paupertas Vs.* 4. est enim jucundissima lusio per *alliterationem*, qua ראש *lacera* & *pannosa paupertas* adhærere insinuatur ei, qui יורש *ab alieno hærede occupatur*, *fortunis omnibus evolutus*. Hic ipse interim contextus *Rabbinis* suasisse videtur, ut ad ריש directe hocce אורש referrent; non sine magna specie, quæ & Nostris idem persuasit.

Ibid. Dignitas eximia verbi פקח. *Lexica* dant *aperire*. Cl. *Cocc.* aliquid figuratius requiri cernens, ex ingenio adscivit *acuere*, quasi foret *oculos acutos* & *intentos habere*. Illam sane *vim intensiorem aciei* omnia loca præ se ferunt: nec tamen inde colligere liceat, *Originem* & פקח sitam esse in *tendendo*, unde *Græcum* ἀτενίζειν. *Acuere oculos* haud dubie eleganter figurari potuit; prout חדד حد *acutus fuit*, in *visu* frequentatur. *Præfecta extremitas illa* quoque, & *acies*, quam *Hebræum* בצר exerit, in *Dialecto Arabum* sub بصر ferme unice in *acie perspicacissima*

13 אל תאהב שנה פן תורש פקח עיניך שבע לחם :

14 רע

13 Cave diligas somnum ut ne tradaris possessori; protuberantes vibra oculos apertos, & satur esto pane.

14 Cas-

sima oculorum consumitur. Nec tamen ex hisce concludere par est, etiam sub פקח *acuendi* potestatem *primariam* obtinuisse: *vibrare oculos* non minore elegantia effertur. An inde consequetur פקח *proprie* valuisse *vibravit*. Non ita proceditur in *Græcis*, *Latinisque*. Quo jure in *Hebraicis* ita procedi queat, non exputo; quo more, & modo, id invaluerit, facile invenio. Dicat aliquis פקח *proprie* esse *aperire*, jam ne *Latine* quidem satis peritus, firmusque, deprenditur: nam notio illa haud dubie *secundaria*, & per compositionem orta; cui oppositum *operire*. Dicat *acuere*, dicat *vibrare*, dicat *tendere*: ubi probatio, ubi auctoritas? Si ne hæc quidem legentibus *exacui* possint *oculi* ad *primarium* a *secundario* internoscendum, perspiciendumque, non nisi ad *Dialectorum* lucem tales nubeculas posse discuti, vereor ne studium, & affectus, vel maxime יעור פקחים *occæcet protuberante visu præditos*. Cum usu *secundario Hebræorum* conspirat *Arabum* فقح פקח in *oculis intensius vibrantiusque apertis*; sed & inde simul aura nobis adspirat *Originis* venustissimæ, sitæ in *flore protuberante*, sive ut pressius adhuc *proprietati* insistam, in *rosa* quæ *crepantem* jam *calycem effindit*, indeque *eminere*, ac *protuberare* incipit. *Rosa* ita *biscens*, & *protuberans*, vocatur فقاح פקוח; indeque حلة فقاحية est, *toga rubra*; وهي على لون الورد حين هم ان يتفتح *& quidem quæ sit colore Rosæ quum ea sese cogitat aperire*; ut *Gjeubar*. auctor est: sive *quum cum maxime protuberat*, & *calyculum effindit*. Phrasis integra est فقح الورد in I. פקח; *protuberavit Rosa*. & تفقح תפקח in V. *sese effidit crepante* ac *biscente calyce*. Florida hinc *figura* subnatum in I. & intensius adhuc in II. فقح الجرو פקח תפקיח تفقحا *protuberavit protuberationem catulus*; اذا فتح عينيه اول ما يفتح *quum oculos suos aperit primam* illam *vicem*, *qua* velut *calyce effisso patent*. Nempe *vibrantissima* tunc *catulorum acies*. Inde in *Traditione* فقحنا وصاصاتم *Nos protuberante oculo cernimus, at vos oculos motitatis cernere cupientes, necdum aperto calyce.* Gravi ironia *Abulmotballem* in *Diw. Hudeil.*

وَأَكْحُلُكَ بِٱلصَّابِ أَوْ
بِٱلْجَلَاءِ
فَفَقِّحْ لِكُحْلِكَ أَوْ
غَمِّضِ ۞

Collyrio te illinam colocynthidis, ærisve triti;
Tu vero vel protuberantes effinde ad collyrium tuum oculos, vel palpebras coarcta.

Hæc ad *aciem mentis* pertinere, facile intelligere est. Habes ipsum illud lumen & decus *figurationis*, qua de *protoplastis* dictum *Gen.* 3: 7. ותפקחנה עיני שניהם *& oculi amborum protuberante acie perspicaces facti sunt; & sciverunt se nudos esse.* Insignis & ibi *ironia*, recinens ad pellax illud & ambiguum Deceptoris, *Vs.* 5. ונפקחו עיניכם *& protuberante acie perspicaces fient oculi vestri; eritisque sicut Deus, scientes bonum ac malum.* Elucet illud *vibrantius apertum*, & *intensum*, in *luminibus oculorum*, quum quasi *discusso*, & *effisso*, qui obstabat, *calyce omnia clarissime cernunt* ac *discernunt*. Idem prominet in gravissimo illo Adagio השחר יעור פקחים

פקחים *Munus occæcat protuberante visu præditos: Exod.* 23: 8. ubi obiter observes velim עור عور *excæcavit*, a *visu merso*, ac *fidente* quasi, ductum. Splendidior hinc *Antithesis*; quæ efflorescit quoque inversa phrasi *Ps.* 146: 8. *Dominus* פקח עורים *protuberare facit visum occæcatis:* itemque *Jesaj.* 35: 5. אז תפקחנה עיני עורים ואזני חרשים תפתחנה *tunc protuberanti acie perspicaces fient oculi occæcatorum; auresque obtusorum aperientur.* Admirabilem *paronomasiam* textus ipse offert. Iterum *Jes.* 42: 7. לפקח עינים עורות *ad protuberare faciendum oculos occæcatos: protuberanti* & *vibranti acie intendendos oculos, qui cæcitate mersi erant.* Adde *Exod.* 4: 11. In omnibus eminet gradus, ultra quem scandere vix sit. Appositissime ergo *Job.* 27: 19. de *Divite ad plures misso* עיניו פקח ואיננו *oculos suos vibranti aperit acie, & nullus est: uno momento se æternum periisse perspicit.* Non minus congruenter *Job.* 14: 3. *etiam super huncce* פקחת עיניך *apertos vibras oculos*; quasi *e calyce promicantes*, ut in *Comment.* subnotavi, referens illam *promicantem vibrationem* ad *oculos censores* & *vindices acerrimos ibi, ubi* debuissent potius *contractis palpebris connivere.* Confer quod supra ex Poëta *Hudeilita* productum. Istum *oculum censorem* ac *vindicem* reperies quoque 2 *Reg.* 19: 16. *Jes.* 37: 16. *Jer.* 32: 19. *Dan.* 9: 18. *Zach.* 12: 4. Opportunissime 2 *Reg.* 6: 17. in *visu divinitus patefacto ad invisibilia cernenda*, quasi *acie* illuc quoque *promicante*, ac *prominente.* Denique *corticem* ac *calycem discussum ab oculis pueri*, habes ibid. *Vs.* 20. & 2 *Reg.* 4: 35. Agnoscis jam ultro sententiosum pondus, quo & hic enunciatum פקח עיניך *Oculos tuos fac promicare*, ac *prominere*, *discussa* omni *somnolentia*, *supinitate*, *negligentia.* Hoc imperii. Subnexum, *& satur esto pane*, est *promissi*, certo certius quid *addicentis*, ac propterea velut *edicentis*, quod *promittitur.* Id supra aliquoties jam indicatum.

Ibid. Sunt adhuc duo loca, in quibus verbum nostrum *metaphoram* paulo quidem aliter inclinat, non minus lætum tamen Linguæ florem honoremque spirat. Primus est *Jes.* 42: 20. פקח אזנים *apertissimis gaudere auribus, & tamen non audire*, constituit *characterem* contumacis populi, *aures* ad vocem præsentissimam *Messiæ* sui *obturantis.* Ante oculos ponatur *flos* e *calyce effissa promicans*, seque *expandens*; & *imaginis* illius dignitas admirationem movebit; quippe quæ jucunde expingat *aurem omnibus suis organis rite instructam*, & *officiis* suis *maturrimam*, quæ se quam promtissime explicare, atque *Messiæ audientiam*, & *obedientiam* præstare debuisset. *Camus.* فقح النبات لزهي وازهر وفقاح عشبة اى نور الاذخر اى من كل نبت زهره *Verbum* פקח *frequentatur in quocumque germine, quod maturescens rubet & enitescit. Derivatum* פקוח *speciatim notat comam junci odorati, ejusve florem, quin & omnis plantæ florem rubicunde nitentem.* Speciosissime *Ps.* 94: 9. הנטע אזן הלא ישמע *An aurem plantans, an non audiret?* Qui *aurem plantarat* Genti Judæorum, per Legem & Prophetas, *eandem maturarat in florem* veluti *expansum* per adventum *Messiæ*, nec tamen voci Ejus quotidie *auribus* insonanti, atque Doctrinam cœlestem inculcanti, eas præbere voluerunt, sed quam magis convincebantur, tam mag s easdem occludebant, atque obturabant. Non injucundum fuerit & hic copiam ac lucem, quam ministrat *Thema* זהר زهر *floruit*, *floride nituit*, oculis subjecisse. In *Camuso*, post enarratas notiones quæ ad *florentem vigorem*, & *nitorem*, pertinent, adjicitur; والازدهار بالشي الاحتفاظ به والفرح به وان تجعله من مالك وان تامر صاحبك ان يجد في ما امرته به *Infin. VIII.* אזדהור *ad rem, vel in re, floride enitescere, est, eam observantissime recipere ac custodire: eaque exultare, tanquam peculio quod tibi reponis. Adhibetur quoque, quum quod alicui mandas, id quam promtissime ab eo peragitur.* Habes quod ad *aurem nitidam* ducat, quæ *floris instar emicet* ad obedien-

dientiam; atque *commonitiones* obſervanter in *mentem* admittat, omni officio cum *aure* ſimul *maturatam*. Hac amplitudine donandum *Hebræum* נזהר *informari*, *commoneri*: itemque הזהיר *informavit*, *attentum reddidit*, & *obſervantem officii*; vel ſaltem *reddere ſtuduit*. q. d. *maturavit ad puritatem*, & *nitorem judicii*, *auris*, *oculi*, ut quæ traduntur obſervet, ac colat. Sic enucleandum cenſeo 2 *Chron*. 19: 10. *Ad omnem Cauſam*, *omnem Litem*, *omnem Legem* הזהרתם אתם *maturo eos flore facietis eniteſcere*: *Docebitis eos* & *audire*, & *cernere*, & *diſcernere* quam obſervantiſſime. Eadem vis prægnantior *Exod*. 18: 20. Nervoſiſſime item *Pſ*. 19: 12. *Etiam ſervus tuus* נזהר בהם *per* præcepta tua *excitatur ad maturitatem florentem* ac *nitidam*. Reliqua non perſequor, quum hinc ſat luminis ſit redundaturum.

Ibid. Altera *Figuratio*, cui peculiarem quoque curam debeo, penitius adhuc receſſit, atque altiore e ſinu Elegantiarum educenda eſt; *Jeſaj*. 61: 1. *Ad promulgandum captivis libertatem* ולאסורים פקח־קוח & *vinctis apertionem carceris*. Ita plerique poſt *R. Salom*. & *Kimchium*: at *Cocc*. ex crebriore illo ſignificatu, quem ſupra vidimus, malebat *reduplicata* forma, & *vinctis viſum acutiſſimum*: ut *vincti* hic pro *cæcis* veniant. Huc conceſſit quoque venerandus *Vitring*. Sane *carceris* notio, a לקח, omnino precaria: & *Apertio carceris* quoque languidior hac in ſerie, quæ aliquid exquiſitum poſtulat, quod ex hac figuratione, prout eam ampliavimus, multa cum dignitate relucet. Scrupulum tamen relinquit τὸ אסורים *vincti* abſolute pro *luminibus capti*: ac præſertim hac in ſerie, ubi ad שבויים *in captivitatem abductos* אסורים *vincti* reſonant, & respondent, ſumma illa amplitudine, quæ complectitur *catenas*, *carcerem*, *pædorem*, *horrorem* ac *tenebras* deploratiſſimæ illius conditionis. Ex hiſce omnibus promittitur פקח־קוח *Emicatio micantiſſima*, per *ſuperlationem* ex *reduplicatis radicalibus* extremis oriundam: ut pro *catenis* induantur *inſignia libertatis Filiorum Dei*; e *carcere* eſcendatur *ad faſtigium dignitatis*, pro *pædore* eniteſcat omnis *gratia*, *venuſtas*, *pulchritudo*; pro *horrore* & *tenebris* denique *læta lux*, & *fulgor cæleſtis*, eos circumdet. Ad omnia hæc ſe benigne præbet, atque explicat, *Arabum* فقح פקח, diſtinctiore quodam *charactere* exprimens quicquid ſub verbis ازهي وازهر *enituit atque effloruit maturitate rubente*, comprehenditur. Certe in زهها & زهو continetur omnis *pulchritudo*, *elegantia*, *nitor* vultus, *ſplendor* fortunæ; *dignitas*, *gloria præradians*. Sub زهر eædem regnant *metaphoræ*, unde *Alcor*. *Sur*. 20: 131. *Ne oculos tendas ad* زهرة الحياة الدنيا *florentem nitorem vitæ præſentis*; ubi ſentis intendi *quicquid* eſt *opulentiæ*, *potentiæ*, *gloriæ præſulgentis*. In *Camuſo* declaratur بهجة الدنيا ونضارتها وحسنها *hilaris decor*, & *lætus viror*, *atque pulchritudo hujus vitæ*, ſive *omnis mundi ornatus paratusque floridiſſimus*. Signatior ille *Character*, quo dicebam פקח eſſe impreſſum, conſiſtit in *effiſſione* illa *primulum protuberante*, ac *promicante*, *qua* ſe *Flos* jam *maturus* e *cortice* ſuo explicat, oculos recentiſſima gratia commulcens. Nil poterat opportunius inveniri hac in ſede, ubi Vates expingit *auroram Euangelii*, & *lætiſſima* illa *primordia*, quibus *Gratia Novi Fœderis* irradiaret. In hæc admirabiliter quadrat noſtrum פקח־קוח *promicatio micantiſſima*, *effiſſo* velut *flore*, ac *honore recenti vibrans*. Deſino in *imagine* non minus *nitida*, *Dan*. 12: 3. והמשכילים יזהירו כזהר הרקיע *Et qui maturarunt ſeſe*, *alioſve*, qui ſe alioſque ad maturitatem Gratiæ provexerunt, *efflorescent ſplendidiſſime*, *tanquam ſplendore firmamenti* يزهرون كزهر الرقيع. Non peræque ibi ſediſſet יפקיחו, nam ut hoc *primam* & *recentem emicationem*, ita illud *conſummationem gloriæ* conſignat. Forma אזהר ازهر *florentiſſimus*, *nitidiſſimus*, per excellentiam *Solem*, ازهران *duo florentiſſima* item *Solem* ac *Lunam*; nec non *collectivum plurale* زُهُر זֹהַר *floridus nitor*, omnia *ſidera* amplectitur.

Hæc

14 Cassum! cassum! dicit possessor; at dilapsum sibi, tum demum pro splendido celebrat.

15 Soliditas, aurum, & spissa copia gemmarum; at vas pretii gravis labia scientiæ.

16 Cape vestem ejus; nam spopondit pro alieno: & pro peregrinitate pignora ejus cæde.

17 In-

14 רע רע יאמר הקונה ואזל לו אז יתהלל׃

15 יש זהב ורב פנינים וכלי יקר שפתי דעת׃

16 לקח בגדו כי ערב זר ובעד נכרים חבלהו׃

17 ערב

Hæc splendidi istius contextus decora, atque ornamenta cœlestia, coronant.

Vs. 14. Anceps verbum הקונה, vel *Emtorem* notans, vel *possessorem*, geminam porrexit ansam interpretibus. Ad alteram processit, *Malum! Malum! dicit Emtor; at digrediens, tunc jactat semet;* Ad alteram, *Malum! malum! dicit possessor; at dilapsum sibi, tunc* demum *celebrat.* Prius per *Mimesin* pingit notas *Emtorum artes*, quibus venditorem circumvenire student. Τὸ καπηλεύειν, notante *Grotio*; qui huc inclinat. *Allegorias* quas hinc extudere *Rabbini*, nostrique, non recenseo. Posterius exhibet *Gnomen* illustrem, sæpe tactam a sapientibus, sæpe inculcatam, nunquam observatam, *præsentia laudato.* Scilicet τὸ παρὸν βαρύ *quod præsens, grave*; & *quod possidetur*, eo ipso *vilescere* solet, ac *fruitione* ipsa sensim sine sensu *fastidiri.*

Omne bonum præsens minus est; sperata videntur
Magna: velut majus reddit distantia lumen.

ut opportune *Gejer.* adscripsit. Ambigit tamen an יתהלל recte capi queat de *laudatione alterius*, & quidem *amissi.* Quidni? התהלל est *splendidum facere, prædicare, jactare:* sæpe quidem *semet*, pro potestate in *Hitbpabb.* suboriri solita; sed dubitari fas non est, quin ex הלל *Hallel, facere ut splendeat, pro splendido celebrare*, rite nascatur *frequentativum*, eadem amplitudine donatum, *identidem id factitare.* Vix crediderim *Cauponarium* istud *negotium*, & *circumventiunculam malitiosam*, in censum venire posse, si verborum pondera perlibrentur. קנה *possessorem peculii carioris* designat potius, quam *Emtorem.* Saltem קנה non istam *Emtionem* designat, in qua occini possit רע רע *cassum! cassum!* אזל לו *dilabens sibi*, quamvis *discedentem* notare queat, *Emphasis* tamen ista magis fertur ad *rem dilapsam.* Sic certe *Deut.* 32: 36. *Quum videbit* כי אזלת יד *dilapsam esse manum.* Et 1 *Sam.* 9: 7. *panis* אזל *dilapsus est e vasis nostris.* Succinit Origo *lubricum motum* inferens; qui attenditur etiam *Jer.* 2: 36. Idem hic spectatus, ad *celeritatem dilapsæ possessionis* indicandam. Particula אז *tunc*, multo item opportunior huic sensui, *articulum damni* exprimens, cum *desiderio flagrante* rei amissæ, nec unquam recuperandæ. Sic demum nascitur sedes, quam verbum התהלל *ut splendidum concelebrare identidem*, ac *jactitare*, rite occupet, impleatque.

Vs. 15. Satis venuste exit, *Est aurum & multitudo gemmarum; at vas pretiosum labia scientiæ.* Quum tamen יש *proprie* signet *soliditatem*, unde ad *esse* & *existere in solidum* progressio facta, plenius forte fuerit, *soliditas, aurum, & spissa copia gemmarum.* Hoc est, *solidissimæ* hæ censentur *divitiæ* inter mortales; quum tamen *soliditas gravitasque pretii veri* resideat in *scientia*, qua si instructa sint alicujus *labia*, vere dici debeat *opulentus*, possidens כלי יקר *vas ponderosissimum*, quod omne יקר *pondus* ac *pretium auri, gemmarumque*, immensum quantum exsuperet. Eadem amplitudo sensus, ex priori ver-

17 ערב לאיש לחם שקר ואחר ימלא פיהו חצץ׃

17 Intime dulcescit viro panis fuci; at post impletur os ejus glarea.

18 מחשבות בעצה תכון ובתחבלות עשה מלחמה׃

18 Subductæ nexo consilio rationes firmabuntur: & plexas adhibere in bello moderationes.

19 גולה

19 Re-

versione, rite exposita, redundare poterit. In medio proinde malim relictum.

Vs. 16. Aliquantulum turbat insolentior forma נָכְרִיָם; pro qua *Masoretha* margini addiderunt נָכְרִיָה *peregrina mulier*. Ansam porrigebat *Cap.* 27: 13. ubi sententia hæc denuo inserta. *Mercer.* aliique judicarunt, tutius retineri scriptionem נכרים in *plural. masc.* & נָכְרִים, vel & contractius נָכְרִים *peregrini*, legendum. Ab ista punctorum mutatione adeo resiliunt nonnulli, ut malint veri quid mendi in *Literis* admittere, quam imaginarii in *vocalibus*, in quibus sibi *Masoram* indulsisse sæpiuscule, nemo contradicere possit, qui sibi ipsi contradicere non amet. Adspice modo *Jesaj.* 36: 12. & centum talia. Ubique tamen simul elucet, quid eos induxerit; & quid hac vel illa in novatione punctorum captarint. Vix interim adducor, נָכְרִים ab iis ita novatum esse; pro נָכְרִים. Collegerim potius, omnino vocalem *Kamets* in eorum *Codicibus* tam diserte adjectam fuisse huic vocabulo, ut inde recedere piaculum fuerit. Utique nil promtius alias, nil planius, quam נָכְרִים edere. Retinuerunt itaque religiose נָכְרִיָם; quam *formam veterem* quum parum cognitam haberent, ac perspectam, cogitare cœperunt de נָכְרִיָּה ex *parallelo Cap.* 27: 13. idque ad usum *Synagogæ*, ubi vocabulum hoc etiam plane incognitum, margini attexuere. Ad *Analogiam* a נָכְרִי *peregrinus*, productum, cum *Mem* servili, נָכְרִיָם *peregrinitas*, *turba peregrina*; ut כִּנָּם *Exod.* 8: 13. *turba pediculorum*, a כן, quod a כנן *fovit*. מְתִם *sodalitas*, *multitudo sodalium*, pro מְתוּם a מתו *tetendit*. Nec officit נָכְרִיָּה *peregrina*, *Cap.* 27: 13. nam & ibi *turbam peregrinam* æque suppleas, quam *mulierem*; quin, ut quod res est dicam, commodius; neque enim נכריה ibi *adulteram*, ut alibi ex serie, interpretari licet: sed hæc suo loco.

Vs. 17. *Panis fuci* duplicem habet ansam; vel enim *panem mendacem*, *fuco illitum*, designare potest; vel *panem mendacii*, i. e. *mendacio*, *fuco*, *fucatis artibus acquisitum*. Si prius, *figuram* sustinebit *voluptatum*, *opum*, *deliciarum*, quibus mortales se *inescari* patiuntur: ut *Cap.* 9: 17. supra. Si posterius, ad *divitias malis artibus quæsitas* se referet, atque ad *saturitatem* quæ *fraudulentia* paritur. Id huic sedi aptius. Utrique sensui accommodatum *os glarea implendum*. Est allusio ad *panem lapidosum*, sive *glareæ* & *scruporum plenum*, quibus dentes conterantur. Hoc *Arabes* duplici formula frequentant. Prior est قض الطعام *glareosus fuit cibus*, aut قض فوه *glareosum fuit os ejus*, اذا اكل ووقع بين اضراسه حصى وتراب *quum comedentis dentibus incidunt lapilli, & terra*; ut est in *Camuso*. Altera فض فوه *confractum fuit os ejus*, nempe *excussis*, *contritisque glarea*, *dentibus*. Utrumque complexus vates *Thren.* 3: 16. *contudit glarea dentes meos*; *tormina me pati fecit cinere* הכפישני באפר i. e. *fecit me laborare cruditate viscera torquente*.

Vs. 18. Pulchrum lusum offerunt *Origines*: nam עצה *consilium*, a *plexu* nomen tra-

19 Revelans secretum ambulat nundinator, & laxo labiorum ne admisceas te.

20 Qui

יט גולה סוד הולך רכיל ולפתה שפתיו לא תתערב׃

כ מקלל

traxit; תחבלות *sollertia*, *moderationes prudentes*, a חבל *torsit* oriundum. Nempe *consilia plectuntur*, atque *firmo nexu intorquentur*. Omnis מחשבה *summa subducta*, si *firma* erit, bene *nexa* & *plexa* sit oportet. Bellum præsertim requirit תחבלות *moderationes prudentia* & *arte bellica* tam *apte structas, intortasque*, ut *solvi* ac *destrui* non possint. Amat *Oriens Metaphoram*, eamque plurimis *plectendi*, *torquendique* verbis subjunxit.

Vs. 19. In diversa itur, ad phrasin פתה שפתיו. Plerisque I. *pelliciens labiis suis* placuit, pro eo, qui *blandiciis fucati sermonis circumvenire* callet. Ex notione *intransitiva*, quæ firmior, *Cocc.* II. *Errans labiis suis*: cujus *verba* sunt *levia*, *temeraria*, *vana*, *inconstantia*. Quadrat in *delatorem*: sed distinctiorem adhuc *characterem* ejusdem constituit III. *qui latus est labiis*. Ita *Merc.* mallet, *intransitive* quoque, pro *Vulgati transitivo* illo, *Qui dilatat labia sua*. Adjecit tamen, *hanc significationem magis esse Chaldaicam, quamvis etiam reperiatur Hebraice Gen.* 9: 27. *sed in Hiphhil.* Hoc judicium tam grave visum bene multis, ut non ex hac sede tantum istam *notionem magis Chaldaicam* emoveant, verum etiam *Gen.* 9: 27. illud יפת אלהים ליפת *Dilatet Deus Japhetum*; potius convertendum esse tendant, *illiciat Japhetum*; alterum istud non esse *Hebraicum* audacter pronunciantes; quippe quod nuspiam *latitudinem* in *Sacro Codice* designet. Infelices profecto calculos subducunt, qui sic ad abacum sedent. Hi semper tacite supponunt, atque insinuant, nihil *Hebraicum*, nisi quod cancellis *Bibliorum* inclusum. Id vero est opulentissimam olim Linguam, opibus, dignitate, vita, ut sic dicam, exspoliare. *Hebraica vel maxime* est ista *lati*, sive potius *laxi*, potentia; atque ipsam verbi illius *Originem* constituit; unde *secundariæ* & *metonymicæ* notiones, quas solas *Hebraicas* esse decernunt, *simplicitatis*, *imperitiæ*, *fatuitatis* quæ *decipi*, & *in errorem abduci* prona sit, succreverint. Nempe *laxus arcus*, est *remissus*; *laxas dare habenas* apud *Poëtam* extat: & *laxari*, *relaxari*, est *remitti*, *negligentem*, *ignavum*, *simplicem*, *fatuum esse*. Hinc פתי *fatuus*, & *fatuitas*, cum plurali פתאים, quod arguit *Radicem* quoque extitisse פתא, quæ apud *Arabes* asservata فتأ notat *desiit*, *cessavit*, *prætermisit*; item, *oblitus fuit*, *aversus fuit*; in quibus omnibus *laxam*, vel *relaxatam*, palpare est *negligentiam*, oppositam *diligentiæ attentæ* ad officia, in eademque *intentæ*. Hac laxitate פתיות *Prov.* 9: 13. *summam socordiam* ac *fatuitatem* signat. Aliquando ad minorem gradum se restringit, & *simplicitatem* ac *imperitiam* tantum affert; ut *Prov.* 1: 4. *Ps.* 19: 8. & 119: 130. Inprimis observandus usus *Ps.* 116: 6. שמר פתאים יהוה *substricte custodiens simpliciores Jehova*; proprie *laxius remissos*, i. e. *faciles deceptu*, quique se *calliditate* aliorum patiuntur *circumveniri*. LXX ibi dederant τὰ νήπια; Cl. *Cocc.* in *Comment.* monens *Arabum* فتي פתי notare *puerum*; subdidit, *sed non Hebraicum hoc*. Eodem ex principio, quod supra attigi; quasi *Hebraicum* nihil esset, nisi quod in *Bibliis* residuum. *Puer*, & *juvenis* nomen accepere apud *Arabes* a *laxitate remissiore*; quæ *isti ætati* propria. Jam nemo negarit *remissiorem ætatem* ultro amplecti *juventam*, *negligentiorem* fere, *laxioremque*; oppositam *ætati attentiori*. Sic ergo פתי فتي proprie *laxe remissus fuit*, invaluit *secundario* flexu, pro *juvenili fuit ætate*. Hoc *laxe remissum* jam tam aptum, tamque plenum, ad omnia loca, ut non aliena invadere, sed in sua immigrare postliminio, reperiatur. In *Kal* semper *intransitive*; ut *Deut.* 11: 16. השמרו לכם פן יפתה לבבכם *Custodite vosmet*, *ne relaxetur cor vestrum*, & *deflectatis* &c. Sentis *laxius remissum* illud, opportunum *pellicienti*: atque eatenus *pellici*, *decipi*, *in errorem induci*, commode satis redditur, ratione *secundaria*, quæ tamen *primariæ virtutis* nervum non reddit. In verbo השמר *custodia* residet *sub-*

subſtricta; quod lumen loci adauget. Similiter *Job.* 31: 27. & in *Niphh. Job.* 31: 9. Si נפתה לבי על אשה *laxatum fuit cor ſuper mulierem*; illecebris ſcilicet iſtis indulgens, ſibique frena relaxans. Eodem uſu in *Pibb. laxare alicujus cor*, vel *aliquem*, eſt *eblandiri*, *elicere aſſenſum*, *illicere*. In bonium *Hoſ.* 2: 13. *Ecce ego* מְפַתֶּיהָ, *laxans eam*, id eſt, *lactans*, *blandiciis amatoriis illectans*, *& adducam eam in deſertum, atque loquar ad cor ejus:* hoc eſt, *omni ſuavitate verborum demulcebo.* מְפַתִּי antiqua *forma*, cum *Jod radicali*; non, ut volunt, *Epenthetico.* Confer *Exod.* 22: 16. *Jud.* 14: 15. *Prov.* 1: 10. Poſſis & per *pleonaſmum*, *mihi eam.* Aliquid peculiare habet *Pſ.* 78: 72. ויפתוהו בפיהם *& blandiendo laxarunt eum ore ſuo, atque lingua ſua ei mentiti ſunt.* Innuuntur *blandimenta*, & *fucata* pœnitentiæ *ſigna*, quibus ipſum Numen quaſi *lactare* ſtudebant, atque *inducere*, ut *remiſſius*, ac *negligentius* ageret, neque tam ſevere crimina vindicaret. Eadem dignitas verbi *Prov.* 25: 15. *per lentorem narium* יפתה קצין *laxabitur deciſor*; *judex ſeverus*: ut ibi diſtinctius prometur. Exquiſitum iterum & perelegans, *Jer.* 20: 7. פתיתני יהוה ואפת *laxiorem me feciſti Jehova, & relaxatus fui:* hoc eſt, *me lactaviſti blanda ſpe*; *qua inductus, munus ſuſcepi* quod me *ludibrio*, atque *odio publico exponit. Id cavere tutius mihi fuiſſet.* Nunc *intuta* & *infeſta* mihi omnia; ut *vitam famamque abjeciſſe* reperiar, *ſupina* veluti *negligentia mei.* Lege ſequentia, atque hoc intentum perſentiſces. Ibidem *Vſ.* 10. recurrit ex *Pybb.* אולי יפתה *forte laxior*, negligentior, *factus illicietur in fraudem.* Non procul abludit *Ezech.* 14: 9. ubi *laxa* & *remiſſa* negligentia, ex *blanditiis*, & *blandiendi* ſimul *ſtudio*, orta denotatur. *Lactant.* in *Epit. Voluptate animus luxuriat, ac relaxatur.* Item *Claud. Conſ. Olybr.*

- - - *Mores ætas laſciva relaxat.*

Ibid. In oculos incurrit vim *laxi*, quæ *Chaldaica* tantum cenſebatur, adeo *Hebraicam* eſſe, ut nativum decus inde demum Lingua recuperet. Apparet quoque, quum ſpecies *Kal* vim exerat *intranſitivam*, quæ *Job.* 5: 2. & *Hoſ.* 7: 11. in פֹּתֶה & פּוֹתֶה quoque ſignatiſſime cernitur, pro *laxo*, *in omnem laxitatem remiſſo*, cum *metonymica* virtute *fatui*; numero I. nihil loci relictum, ſed numerum II. cum III. conjungendum, ſub *figuratione* ſemet nunc ultro ingerente, *Laxus labia.* Hac nil aptius, pleniusque, cum *generatim* ad omnem *futilitatem*, quæ *vana*, *vaga*, *temeraria* verba *fundit*, tum *ſpecialius*, ad *delatoriam* illam *nundinationem*, quæ in priore colo *graphice* expreſſa coloribus ad *Cap.* 11: 15. illuſtratis. Ad eandem *laxitatem*, & *laxationem* ſimul *labiorum*, *oriſque maledicentia graſſantis*, referri poſſet abſtruſius dictum *Prov.* 24: 20. והפתית בשפתיך *ut ecce labia tua dilaxes*; in *delatione perjurio cumulata.* Id ſuo ordine diſcutietur. Nunc deſino in Oraculo *Gen.* 9: 27. יפת אלהים ליפת *Dilaxet Deus Japhetum*; vel potius, *laxitatem faciat Deus Japheto.* Hoc ad *ſedes laxas*, *latas*, *ſpacioſiſſimas*, ſe tam benigne porrigit, ut ambiguæ antea lances huc magno momento inclinari videantur. Merito proinde huc quoque conceſſum a *Belgis*, aliiſque magno numero. Non tamen explodere ſuſtineo alteram illam vertendi rationem, quæ *illiciat Japhetum* ſubſtituit: nam & hanc ex *dilaxatione*, & *blanda* alicujus *lactatione*, emergere poſſe, demonſtratum. Vide jam quam parva ſæpe res maximas pariat fruſtrationes. Si *Chaldaicum* פתא, פתי, in *Lexicis* pro *latum eſſe*, redditum fuiſſet *laxari*, *laxum eſſe*, ad primum oculi ictum ab Eruditis hominibus omnia illa, quæ nunc diſcuſſi, ac digeſſi, animadverſa fuiſſent; prælucente ipſa *Latina* facula. *Latitudo* pro *laxitate*, & *laxatione*, inducta, anguſtias peperit, ita ut ad *naturam*, & *Originem Radicis*, cum uſibus diverſis, quos luſtravimus, non potuerit penetrari. Eſt vitium per omnia *Lexica Linguarum Orientalium*, ſive *Harmonica*, ſive cuique *Dialecto* propria, late fuſum. Inde *conjunctiſſimæ* unius *Corporis Ante-diluviani partes* mirum ac miſerandum in modum diſcerptæ. Inde, ubi *Harmonia* promittitur, graviſſima ſæpe diſſonantia involvimur. Inde fluctus illi colliſi *ſignificationum* aliarum alias frangentium veluti, inter quas cymbula multorum fatigata mergitur. Inde tandem præjudicatæ illæ plurimorum opiniones, quibus circa utilitatem, ac neceſſitatem, *Dialectorum*

20 Qui vilipendit patrem suum & matrem suam; ejus lucerna extincta nigrescet in pupilla horridæ caliginis.

21 Hæ-

20 מקלל אביו ואמו ידעך נרו באישון חשך :

21 נחלה

rum laboratur. E *Lexicis* primore aliquid labello degustant. *Chaldaicas*, *Syriacas*, *Arabicas* notiones, ad *Hebraicas*, quas etiam e *Lexico* quisque suo imbiberunt, immane sæpe quantum discrepare cernunt. Citra dubitationem decernitur, nullam inter tam diversa, tam pugnantia, societatem: ne suspicantur quidem, neutiquam in *Dialectis* ipsis vitium hærere, sed in *Lexicographis*, provinciam suam non satis semper ornantibus, neque idoneum dilectum agentibus *Verborum Latinorum*, quibus vel *Hebraica*, vel *Arabica*, vel *Aramæa Themata* declarent, sæpe quidem defectu lucis necessariæ; sæpius nescio qua negligentia, laxitate, & dissolutione, qua id prætervidetur, quod oculos dare, ac visum acuere debuisset. Innumera mihi exempla. Defungar eo, quod præ manibus. A *Lato*, & *spatioso*, sub *Aramæo* פתי, quæ *Lexica* offerunt, perveniri non potuit ad *simplicem* ac *fatuum*: ac proinde nec *Harmonia* pervideri. Hanc omnes statim, qui judicio in hisce pollent, perspexissent, si *Laxus* sua in sede collocatus ibi paruisset, atque *Originem* vestigantibus præsto fuisset.

Vs. 20. Voculam אישון *nigrorem* notare, a deperdito אישן citius assumitur, quam probatur. Saltem tibicen notioni isti additus ex עשן *fumavit*, non tam firmus, ut ei inniti velim. *Arabum* اسن propriora haberet jura. Id valet, *tætrum hausit vaporem*, *indeque vertiginem passus est*. Ejus *primarium* est *fuscari*; *offuscari*: unde apud *Latinos* cum *offuscatis oculis*, obtinuit *offuscatio mentis*: utrique affectioni adjicias licet *offusam* simul *vertiginem*. Habes τὸ σκοτοδινιᾶν, quod, si Thema statuatur אשן, impense placeret. *Hesych.* σκοτοδινιάσαι, μετὰ σκότους ὀφθαλμῶν συστραφῆς, ὅ ἐστιν ἰλιγγιάσαι. Nempe & ἰλιγγιᾶν est *vertigine oculorum affici*; ac speciatim *vertiginosis tenebris offundi*. Ita *Hesych.* ἰλιγγιᾶν, τὸ σκοτοῦσθαι καὶ ἀκοῦειν περιφέρεσθαι, κύκλῳ συστρέφεσθαι. Item ἴλιγγος καὶ ἴλιξ, ὁ τῆς κεφαλῆς σκοτασμός· λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ταραχήν. Completissima imago *extremæ desperationis*, quum *mediis in tenebris ineluctabili* velut *vertigine* aliquis *rotatur*. Sed *Radix* quoque constitui potest איש, unde אישון *pupilla*. Hinc *Cocc.* illustri *figura* ausus, *in pupilla tenebrarum*. Ad gustum geniumque Orientis; ubi *pupilla cujusque rei*, est, *ipsum ejus centrum*, ac *meditullium*. Redi ad *Cap.* 7: 9. & *pupillam noctis* ibidem illustratam.

Vs. 21. Duplex lectio; מבחלת, quod plerique Codices MSS. habent; & מבהלת, quod plerasque versiones insedit, quæ dant, I. *Hæreditas festinata in principio*, *etiam novissimum ejus non benedicetur*. Refertur ad *opes festinanter acquisitas*; *per fas & nefas*: atque vel strictius applicatur, ad eos qui *malis artibus in hæreditates surrepunt*; vel laxiore usu, *hæreditas* ad omnem *possessionem* extenditur. Ita *Merc.* 1. *Præstat tarde ditescere ac suomet labore*, *quam celeriter cum aliorum detrimento & oppressione*. Non lucida *Gnome*: cui multa officiunt. Minus adhuc lucet, quod *Cler.* 2. in medium tulit; *possessio festinanter parta* laudatur *initio*; *sed tandem nemo bene de ea loquitur*. Precaria insertio: dilutior commentatio, quasi ageretur *de prædio non satis inspecto priusquam emeretur*, *cujus deinde vitia soli vel aëris ipso cultu deprensa sint*. In *Animadvs. Philol.* ad h. l. olim obtuli 3. *Hæreditas* est, *cujus male dicitur initio*, & *extremo ejus non bene dicetur*: ex usu *Arabum* sub بهل *execratus fuit*; *maledixit Deus*. Ista vi augebam *Jesaj.* 65: 23. לא ילדו לבהלה *non generabunt ad maledictionem* εἰς κατάραν, ut LXX habent. Succinit proxime subnexum, *sed semen* ברוכי יהוה המה *benedictorum Jehovæ illi*. Congeriem per *negationem* assimilem dabam ex *Prov.* 30: 11. *Generatio*, *quæ patri suo* יקלל *maledicit*; & *matri suæ non benedicet*. Simillima item constructio, per *Ellipsin*, & אשר

ut

21 נחלה מבחלת בראשונה ואחריתה לא תברך :

22 אל

21 Hæreditas eſt, quæ execratione ſordium percutitur in initio, & cujus extremo non benedicetur.

22 Ne

ut דור quoque reddendum ſit, *Generatio* eſt. Liquidiſſima ſic naſcitur *Gnome*, id quo *numero primo* collineabatur cumulans; ut ante oculos ponatur vel *Hæreditas*, vel *quæcunque poſſeſſio*, *quæ*, quia injuſte parta, *in initio ſtatim maledictionis fulmine percuſſa* ſit, *atque aduſta; donec ad extremum tota comburatur, atque deflagret.* Hæc ad Lectionem מבהלת. Videndum II. quid ex מבחלת, cui MSS. ſuccenturiantur, exſculpi queat. *Thema* בחל ex *ſolivagis*, *ſemel* tantum, ſi hinc diſceſſeris, extans, *Zach.* 11: 8. *Et anguſtata eſt anima mea in eos;* verti ſolet; *tædio fuit affecta; atque etiam anima eorum* בחלה בי, *tædio mei fuit correpta;* vel *faſtidivit me;* quæ feries ibi ſuggeſſit; absque ut veſtigari poſſit, *defectu* lucis ac copiarum veterum, unde id *tædium*, *faſtidiumve*, ſit enatum. Hinc 1. *Cocc.* obtulit, *Hæreditas faſtidita in initio*, *etiam extremum ejus non benedicetur.* Obſcuriuſcule declaratur, *quod cum abominatione acceptum, in progreſſu & fine cariturum benedictione.* Illud *cum abominatione* exponitur, *cum proditione fratrum; cum abnegatione nominis Chriſti; cum mercede injuſtitiæ;* quæ ſcilicet *mereantur abominationem Dei*, *hominumque.* Ad iſtum calculum מבחלת redderet idem, quod meum illud מבהלת, *quæ execratione feriatur.* Alio flexu *Guſſ.* 2. *ſenſus eſt, Hæreditatem quam primum deſpexeris ac faſtidieris, tandem benedictione privatum iri. Non ſunt nimirum ſpernenda bona, quæ Deus nobis dat, ne nos puniat in illis ipſis.* Merum frigus: quale etiam ſpirat alter ejusdem 3. conatus, *quod qui prædia ſua faſtidit, & cui fundus ſuus non eſt amicus, eundem male colens parum quoque metat, donec neglectu etiam ſterilitas accedat.* Talibus ſi temperaretur, Felicius Respublica Literata floreret. Quid? quod notio *faſtidii* precaria ſit; ac non niſi per *conjecturam* adſcita. *Rabbini* maluerunt *abominationem.* LXX, αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμὲ, *rugiebant ſuper me.* Hoc ſecuti *Syrus* & *Arabs.* An hinc colligemus, primariam vim ſitam in *rugiendo;* atque inde deventum ad *fremitum indignantis*, atque *abominantis?* Hoc eſſet *ſabuloni* inſiſtere, quem primus fluctus ſuſtulerit. Ecce enim *Vulgatum*, qui *variavit anima eorum* reddidit, cum quo conſpirat *Aquila*, qui ἐπέρκαζεν ἡ ψυχὴ αὐτῶν. Eſt autem περκάζειν, *Heſych.* auctore, μελανίζειν, ποικίλλειν, ἢ πεπαίνεσθαι. Videtur *Aquila* reſpexiſſe ad περκάσματα, vel περκνώματα, quæ ſunt, τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ποικίλματα; atque in *livorem* cum *nigris* ſuis *maculis* oculum defixiſſe. Apparet nec Veteres, nec Recentiores, de Verbo בחל quicquam explorati habuiſſe; atque hos inter fluctus fidam requiri ancoram, quæ jactatam ſtatuat naviculam. Produxi poſt *Lud: Capell.* cum in finem juvenis *Arabum* بخل *avarus fuit.* Inde *Zach.* 11: 8. tentabam, *anima eorum avara fuit in me;* i. e. *omni ſorde malignioris affectus ſuffuſa.* Conſimiliter & hic 4. *Hæreditas avare quæſita*, vel *poſſeſſa*, *in initio, etiam extremum ejus benedictione carebit.* Contraria *Gnome Cap.* 22: 9. טוב עין הוא יברך *Bonus oculo*, (qui non *avarus*, *invidus*, רע *malignus;*) *ille benedicetur; quoniam dedit de pane ſuo pauperi.* Ut verbi בחל بخل indoles uberius innoteſcat, ex *Camuſo* primum teneatur البخل

والبخول ضد الكرم وبخل
بخلا بالضم والتحريك
وهو باخل من بخل وبخيل
من بخلاء ورجل بخل
وصف بالمصدر وبخال
وابخله وجده قاله بخيلا
وبخله تبخيلا رماه به

Vocabula בחל & בחול *contrarium ſignant* ܐ כרם *liberalis indolis; indeque verbum* בחל, *cum infinit. per Damma, aut duo Phata. In partic. ille eſt* בוחל מן בחל *ſordide avarus ex avaris;* & בחיל מן בחלא, *eodem uſu.* *Item*

22 Ne dicas, rependam malum: expecta Jehovam; & ſalutem tibi vindex præſtabit.

22 אל האמר אשלמה רע קוה ליהוה
וישע לך׃

23 Abominatio Jehovæ duplex pondus: & bilances fraudis non-bonum.

23 הועבת יהוה אבן ואבן ומאזני
מרמה לא טוב׃

24 A

24 מיהוה

Item vir בחל *avarities; infinitive, pro avariſſimus; qui &* בחול. *In IV.* אבחלה *dixit eum* בח׳ל *avarum: ut &* אבחל ידה *dixit manum ejus avaram. Idem in II. obtinet,* בחלה *cum infinit.* הבחיל, *avari titulum ei impegit.* Ex illa poſteriore *Gloſſa*, quæ ſpeciem *Pabbel* auctam indicat vi peculiari *convicii*, *jacti* in *perſonam*, atque *in manum*, *poſſeſſionemve Avari*, ſubtilius hocce 5. exſculpi poſſet, *Eſt Hæreditas, cui convicium impingitur publicum avariſſime poſſeſſæ, & cujus extremo neutiquam benedicetur.* Hoc eſt, *quæ ad extremum omni execratione obruta jacebit; in quam omnes diræ cumulatiſſime expetent, quæ in eam undique conjici, congerique, ſolebant.* Rotundius ſic exit ſententia, & ex מבחלת *ſordide poſſeſſæ hæreditatis impacta conviciatione* idem ferme emergit, quod מבהלת *maledictionibus percuſſa hæreditas* miniſtrabat. Ut *Themati* tantum non extincto diem reddam, altius adhuc viſcera *Linguæ* pertentanda. Nempe *Origo* בחל necdum lucet; atque *Gloſſatores Arabum* ne minimam quidem ejus mentionem injecere. Indicant tantum copiam *formarum*, quæ *ſecundario* uſui inſerviunt; ſimulque inſinuant *ſummum gradum ſordium*, quæ *indoli ingenuæ*, *nobili*, *liberali*, *& in omnem virtutem exuberanti*, quam vocabulo כרם كرم complectuntur, e diametro repugnant. Illud כרם *proprie* deſignat *ſuccoſitatem*, ſive *ſuccoſum fluorem*, unde & *viti* ac *vineæ* nomen כרם كرم inditum. Huic oppoſita eſt *appactio*, vel *concretio ſordida*, *viſcoſa*, *tenax*. Hanc *proprietatem* exerit لؤم item *avaritia*, cum ſuo لئيم *avarus*, *ſordidus*, *inhumanus*; omni *fæce & ſorde illiberali concretus*, ab *appactione* denominationem iſtam indeptus; ut in notis ad *Excerpta Hamaſæ* oſtendi. Simile quid inſeminatum noſtro בחל بخل, elici poſſe videtur cum ex re ipſa, tum ex voce cognata בחל بحل apud *Golium*, *valida impulſio; impactio* ſcilicet, vel verius *appactio.* In *Camuſo* البحل الادفاع الشديد *Vocabulum* בחל *notat impactionem validam.* Legendum potius الادقاع الشديد *appactio*, ſive *adhæſio validiſſima.* Res eodem redit; niſi quod poſterius adhuc fortius ſit, & ſignatius, in *Originem*, quam rimamur. Quicquid ſit, id omni dubio vacuum, ſub בחל بخل apud *Arabes* regnare *quicquid ſordium* appellari poteſt, oppoſitum *nobiliori indoli*, ac ſpeciatim, *ſpurciſſimam* illam *illiberalitatem*, *quæ nihil officii* cuiquam *impertit*, *avaram*, *malignam*, *importunam*, μισάνθρωπον. Hac amplitudine auctum لئيم; hac quoque بخيل pollet; eoque feruntur formulæ illæ ex *Camuſo* adductæ, باخل من بخل, & بخيل من بخلا *ſordidus e ſordidis proſeminatus*; quibus *ſpurciſſima ſorditudo inolevit.* Illa *ſordida malignitas* in loco *Zachar.* 11: 8. commodior, nervoſiorque, quam vel *tædium*, vel *faſtidium*, vel *abominatio*, vel aliud quicquam eorum, quæ recenſui. Suſpicor præterea vatem hoc verbo uſum, quod jam mentem oculoſque defixos haberet in *ſordidiſſimæ avaritiæ & malitiæ* erga *Meſſiam* indicium, quod *Vſ.* 11. 12. erat appoſiturus. His accedit, quod multo animoſior reddatur oppoſitio ad phraſin ותקצר נפשי בהם, *& brevis facta eſt anima*

24 מיהוה מצעדי גבר ואדם מה יבין דרכו׃

24 A Jehova sunt gressus viri: & homo quid discerneret viam suam?

25 מוקש אדם ילע קדש ואחר נדרים לבקר׃

25 Laqueus hominis, ut exæstuet, sanctum! & post vota, inquirere.

26 מזרה

26 Ven-

nima mea in eos. Ea non tam *tædium* consignat, aut *fastidium*, quam *indignationem ex intolerandis injuriis oriundam*, sub quibus *anima* velut *angatur*, atque *suffocetur*. Vide modo *Jud.* 10: 16. & 16: 16. *Exod.* 6: 9. *Job.* 21: 4. Ubique *impatientia gravissime vexati, oppressi, elisi*, qui *vix respirare* queat amplius, elucet. Ea erat *Messiæ* inter perduelles illos conditio. Huic sensui tam vehementi subsertum וגם נפשם בחלה בי si convertatur, *atque etiam anima eorum me fastidivit*; vel *abominata est*; vel *animam eorum mei tædium cepit*; pro telo amentato, & validissime intorto, habebis quod vix feriat, nedum figat Rebelles illos in *Messiam* suum *contumacissimos*; qui eum omni *cruditate*, *importunitate*, atque *violentia* persequebantur; atque *in crucem agere* anhelabant. Hoc per *phrasin* istam expressum, quæ *omnia viscera bonitatis clausa*; omnia *officia humanitatis exclusa* innuens, *odium internecivum* simul importat, quo Dominum ad diram mortem rapere moliebantur. Sic jam membra ista inter se convenientissime resonant; atque hinc & hinc id offerunt, quod materia ipsa exigebat.

Ibid. Gradum jam suum hic satis tueri poterit *Lectio* נחלה מכחלת, eodem rediens, quo מבהלת *execrationi publicæ obnoxia* ducebat; addito novo adhuc pondere, ex *avaritia*, & *cruda* ac *sordida inhumanitate* oriundo. Constitueram istam *execrationis* vim, quam *Themati* בהל ex بهل subjeci, ulterius affirmatam dare; ut ita illud quoque latus, si forte quis illuc inclinet, permunirem; sed video aliam mihi occasionem infra venturam, ubi id commodius exequi licebit. Nunc tantum observo, quicquid in *Lexicis* sub בהל comparet, in quibus נבהל est *festinare*, *præcipitari*; itemque *consternari*, *mente emoveri*, esse *secundarium*, a *quatiendo* subortum. Hæc *Origo* verbi بهل, unde omnes *Glossæ* apud *Golium* effluxere. *Execratio* a *quatiendo* quoque manavit. Hanc *Hebraicæ Civitatis* fuisse, qui ambiget, ad *Cap.* 28. reperiet, quo revincatur. Nunc inspiciat בהלה *Lev.* 26: 16. & conferat בלהה, a בלה بلـه *Mappikata* ultima, in qua *Radice* potissimum *Diræ* atque *execrationes* consederunt. Habes novum exemplum dominantis in *Lexicis* vitii, per quod *Dialecti* quæ nativo vinculo coalescere deberent, discerpuntur. Si enim in *Hebræo* fundo sub בהל se obtulisset statim *quatere*, *excutere*; jam vel imperitior sensisset, quid sit נבהל *festinare præcipitem*, hoc est, *quati*; quid item *consternari*; quod est *sibimet excuti*: quid denique *maledicere* & *execrari* apud *Hebræos* æque ac *Arabes*, quasi dicas *quatere diris*. Reliqua quoque quæ apud *Arabes* sub بهل & بله nunc peritiores quoque implicant, ultro sese explicare, atque evolvere potuissent.

Vs. 22. Non monerem, nisi ferme præteriri vidissem, in phrasi וישע לך *laxitatem spaciosam præstabit tibi*, residere signatiorem illam potentiam qua מושיע *Laxator*, absolute valebat *vindicem ultoremque oppressorum*. Vetus erat formula *Quiritantium*, & *opem vindicis* implorantium הושיעה המלך *Laxitatem præsta, O Rex!* 2 *Sam.* 14: 4. 2 *Reg.* 6: 26. *Ps.* 118: 25. Ea amplitudine auctum מושיע *Jes.* 19: 20. *Obad. Vs.* 21. Eodem pertinet *Ps.* 98: 1. הושיעה לו ימינו *Laxitatem Ei præstitit dextra ejus*, i. e. *ultorem ac vindicem sui, ac suorum, sua egit virtute.* Iterum *Job.* 40: 9. *Ego quoque tibi confitebor, quum tua tibi dextra laxitatem præstare valeat, quod Numini parem obtineas potentiam, qua vindicem tui agere possis.*

Vs. 25. Abrupta constructio: retrusior sen-

ſententia. Ne conſtat quidem de potentia verbi לוע, quod *Lexica* dant *deglutire*, *abſorberi*; absque fundo, absque auctoritate. Variant hinc calculi. Plurimi I. *Laqueus eſt hominis ut devoret ſanctum*; *& poſt vota inquirere.* Duo crimina taxari cenſentur, duo ſacrilegia, quorum inter *Judæos* multa anſa. *Primum*, ſi quis *res Deo conſecratas conſumeret*, aut alio quovis modo *averteret*, e. g. *primitias*, *decimas*, alia bene multa. *Alterum*, ut qui *vota nuncuparit*, ſeque *ſacro* iſto *vinculo obligarit*, poſtea *cavillari* incipiat, & *quærere* quo *obligationem* iſtam ſpecioſo prætextu eludat, vel reſcindat. Ita *Merc.* magno adſtipulante choro. Alii II. *Laqueus eſt homini deglutire ſanctum*, *& poſtea vota quæritare*, id eſt, *ſacrilegium committere*, aliaque *graviora ſcelera patrare*, quæ deinde *votis*, & *ſacrificiis expiare* ſtudeat. Character *hypocriſeos* profligatiſſimæ. Huc referri poſſunt quæ Cl. *de Dieu* tentavit. *Cocc.* III. per *comparationem* tacitam, *reprehendi* cenſet *fluctuationem animi*, & *deliberationem*, *poſt vota Deo facta*, *& juramentum Ipſi præſtitum*; *quod ſacrilegio ſit æquiparandum.* Symbolam quoque ſuam conferens *Guſſet.* IV. ex *intranſitiva* notione mallet, *Laqueus eſt hominis* quum *abſorpta eſt ſanctitas*, i. e. *veræ ſanctitatis plane expers* quis eſt, *ad vota confugere*, eamque in *cerimoniali* quodam *cultu quærere.* Senſum hunc expoſuerat quoque *Merc.* monens eſſe, qui *Thema* ילע ſtatuant, itidem *abſorbere*, quod hic valeat *perdere*, *corrumpere.* Eſt V. alia adhuc interpretatio veterum *Rabbinorum*, qui לוע *abſorbere* ſumſerunt *figurate* pro *eloqui*, *enunciare*, quod *guttur verba & vota fundens* ea quaſi *deglutiat.* Id obtorto velut collo huc adactum. Commodius VI. *devorare*, *obſorbere*, *vota*, accipere potuiſſent, pro, *in ſumma anxietate ea nuncupare*; atque eorundem *onus in animam* ſuam *ſuſcipere.* Ita *obſorbere*, *ſanctum eſto!* valeret, *in ſummo angore id voti concipere*; atque in ſe *ex deſperatione* quadam *ſuſcipere*, quo periculo diſcuſſo, quærantur *cavillationes*, & *ſubterfugia.* Si *Thema* לוע *ſorbendi* poteſtatem poſſideret, huc me potius acclinarem. Sed, ut dixi, *precaria* iſta vis; nec locis, ubi occurrit, ſatis opportuna. Id ad *Obad. Vſ.* 16. latiuscule deductum. Non ſatisfaciunt tamen, quæ ibi juvenis conabar; a لغى *temere locutus eſt*: *vanus fuit.* Dies me meliora, ac certiora, docuit, quæ ad *Jobi Cap.* 6: 3. promere occœpi. Ea hic pleniorem in diem educam. Tria tantum loca ubi noſtrum לוע vel ליע, per *Waw* aut *Jod* medias, occurrit. Iſta *Themata Arabibus* quoque domeſtica. Quid valeant, ex *Camuſo* pateſcat. اللوعة حرقة في القلب والم من هم اى مرض اى حب ولاعه الحب امرضه واتان لاعة الفواد الى جحشها لايعتنه كانها ولهي فزعا ولوعة الجزع وهو لاع وهم لاعون ولاعة والواع ورجل هاع لاع اي حريص سي الخلق وقد لاع لوعا ولووعا ولاعته الشمس غيرت لونه واللوعة اللعو والاع ثديها تغير والالتياع الاحتراق من الهم *Vox* לועה *ſignat uſtionem in corde*; *& dolorem ex anxia cura*, *aut morbo*, *aut amore*; *de quo dicitur* לועה *uſſit*, *peruſſit eum*, *quum eum affligit. Inde Phraſis*, *Aſina peruſta cordis ad pullum ſuum*, לעה *part. fœm. per quietem mediæ*, *pro* לריעה *per motum*; *quæ quaſi externata ſit pavore. Etiam* לועה *aduſtio impatientiæ dici ſolet*; *atque* לוע *eſt impatientia laboravit*; *cum partic.* לע *per quietem*; *cujus plur. perfectum item* לעין; *ut collectivum*, לעה *&* אלוע. *Item vir* הע לע *impotens & impatiens. Sic etiam vocatur cupidus & malæ indolis*: *& verbum* לוע *laboravit impotenti cupiditate*, *cum infinitivis* לוע *&* לווע. *Iterum* לעתה אלשמש *aduſſit eum Sol*; *vitiavit colorem ejus*: *&* לועה *aduſtio*, *nigredo circum papillas*: *unde in IV. nigredine aduſta fuit mamma. VIII. denique frequentatur pro uri & æſtuare angore.* Ad ſororium ליע hæc habe. ليعة الجوع بالفتح حرقته ولعت بالكسر ليعانا ضجرت

26 מורה רשעים מלך חכם וישב עליהם אופן׃

26 Ventilat improbos rex ſapiens, & ſuper eos reducit *identidem* rotam.

27 נר

27 Lu-

فجرت والملياع بالكسر السريعة العطش وريح لياع بالكسر شديدة

Vox ליעת *ſignat ardorem famis. Et verbum* ליע *cum infin.* ליען *tædio aſtuare. Et* מליוע *Kesrata Mem, celerrime ſitiens; quaſi aduſtus: itemque ventus* ליוע, *vehementiſſimus:* quaſi *æſtu adurens.* Hæc cum indolem, tum copiam Linguæ, abunde declarant. Hinc *Job.* 6: 3. ſublimi figura enunciatum, *Marium ſabulo præponderat vaſtus meus mæror;* על כן דברי לעו *ideo verba mea æſtu aduſta ſunt:* nempe ex *aduſto* quaſi *gutture*, & *corde*, *ejecta.* Iterum *Obad. Vſ.* 16. ושתו ולעו והיו כלא היו vulgo; *& bibent, & abſorbebunt; & erunt ac ſi non fuiſſent.* Alii, *& abſorbebuntur.* Non teres periodus; quam ad unguem ita tornaveris; *Bibentque* calicem venenatum, *& æſtu adurentur; & ſident merſi; tanquam nihilum evadent.* Tabella juſtis coloribus diſtincta. היו gemino ſignificatu, *ſidendi*, & *exiſtendi*, per *antanaclaſin* Orientalibus adamatam. De his redeatur ad *Cap.* 10: 3. ſupra. Noſtram tandem *Gnomen* ſic enunciandam autumo, *Laqueus eſt homini, ut exæſtuet, Sanctum!* ut *aduſto*, per angorem, *corde*, *aduſto gutture*, *erumpat in ſolemne* illud *votorum*, קדש *Sanctitas! Sanctum eſto!* Licet יָלַע fumas ex *Kal*, pro יָלַע; licet quoque ex *Hiphh.* ubi itidem יָלִיעַ & יָלַע exiſtit: quando *tranſitiva* potentia *exæſtuet*, valebit, faciat *exæſtuare;* vel *aduſto corde & gutture id verbi* קדש *erumpat.* Nempe & apud *Latinos* duplex viguit phraſis, *erumpere in verba;* & *erumpere verba:* quod adhuc *figuratius* cenſetur. Item *exæſtuare in querelas*, &, *querelas exæſtuare.* Siſte tibi ob oculos *Jephtam.* Is in discrimine rerum ultimo, הלע קדש *aduſto velut corde erupit votum conſecrationis.* Non tamen inconſiderantiam perfidia cumulavit. *Non fuit* אחר נדרים לבקר *poſt vota ad inquirendum, cavillandum, eludendum;* quantumvis conſternatus, & ferme de gradu dejectus. Occurrit ea in Hiſtoria *Jud.* 11: 25. phraſis hic obiter tangenda, ubi dicit, פציתי פי אל יהוה ולא אוכל לשוב *effregi os meum ad Jehovam, & non poſſum retractare.* Nempe פצה فصي eſt *diffregit*, *diſrupit*, in *Origine.* Inde graviter datur *ori* veluti *effractio per vim angoris*, *votum calidius exprimentis ex corde æſtuante.* Eadem Emphaſis *Pſ.* 66: 13. 14. *Perſolvam tibi* נדרי *vota mea*, אשר פצו שפתי *quæ effregerunt labia mea, & nuncupavit os meum* בצר לי *in anguſtia mihi.* Pro אשר פצו efferri potuiſſet אשר הליעו *quæ uſto corde, & gutture, exæſtuarunt.* Huic religioni oppoſitum, אחר נדרים לבקר *poſt vota inquirere.* Conſtructio *Hebræa* affert, *ad inquirendum*, nempe *ſe dare*, *incumbere.* Præpoſitio ל ſignat *intenſiſſimum ſtudium*, quo homines profani *vota* ſua *ſpecioſis coloribus* enervare, atque eludere ſatagunt. Confer 2 *Reg.* 16: 15. *Altare æneum*, יהיה לי לבקר *erit mihi ad inquirendum.* Sic تبقر *in V.* תבקר apud *Arabes* eſt *diſcutere quæſtionem;* atque *altius in eam provehi.* Adde *Lev.* 27: 32. Hoc מוקש *laqueum inducit animæ*, eamque reatu inexpiabili obſtringit.

Vſ. 26. Magna & bona pars ita ſententiam effert I. *diſpergit impios Rex ſapiens, & reducit ſuper eos rotam.* Hoc explicant de *ſupplicii graviſſimi* genere illo, quod enotatum 2 *Sam.* 8: 2. & 12: 31. & *Amoſ.* 1: 3. Id alienum cenſet *Lud. Capell.* dans II. *& rependit eis vicem.* Exiſtimat אופן *rotam*, hic

27 Lucerna Jehovæ, anima hominis; perscrutans omnia penetralia ventris.

28 Beneficentia & veritas servabunt Regem: & per ubertatem virtutis solium suum fulciet.

29 De-

27 נר יהוה נשמת אדם חפש כל חדרי בטן׃

28 חסד ואמת יצרו מלך וסעד בחסד כסאו׃

29 תפארת

hic notare *modum*, *rationem*; ut *Prov.* 25: 11. exponi ferme solet: observatque exempla allegata de *extraordinario* agere *supplicio.* Est elegans; sed non satis vehemens, ac robustum, pro nostra *Gnome.* Commodius pleniusque III. quod *Cocc.* aliique jam allusum autument ad *Rotam trituræ* & *areæ*, quæ venuste nobis pingitur *Jesaj.* 28: 27. 28. Hoc neminem Interpretum fugere debuisset. Non fugisset quoque, si præcedens מזרה suo stetisset talo, & per *ventilans* conversum fuisset. Hanc vim peculiarem nostri verbi assertam invenies supra *Vs.* 8. & *Cap.* 15: 7. Ergo *Ventilans improbos Rex sapiens*; decentissime: quod & LXX olim; Λικμήτωρ ἀσεβῶν βασιλεὺς σοφὸς· ut mirum sit, cujusquam aciem hic connixisse. Subjecere iidem, καὶ ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς τροχόν; *immittet iis rotam*; continuata *Allegoria*; quæ ultro ingerit *supplicia* & *pœnas*; quibus *improbi* velut *conterantur*, ac *commolantur.* Istas *pœnas* ad *trituram* sub *ferreis tribulis* restringere, non est Interpretis *Allegoriam* suam satis attendentis. Eam in totum excludere, etiam non permittit prudentia. Nempe, ut quivis cernit, omnia in universum *supplicia* hoc *Emblemate* jam comprehenduntur.

Vs. 30. Plurimis arrisit I. *Vibices vulneris sunt medicina tergens in homine nequam; & plagæ penetralium ventris.* Sensus hic, *Mali homines non nisi plagis, & ictibus altius adactis emendari se patiuntur.* Idem supra quoque inculcatum *Cap.* 19: 25. Alii רע *malum* neutro genere capiunt, atque argutius aliquid hic elicuere II. dantes, *purulentæ collectiones vulneris* faciunt ad *abstersionem mali; & plagæ quæ fiunt in penetrabilibus ventris.* Hoc est, *R. Bayno* enarrante, *Quod in vulneribus corporis videmus fieri, idem sentiendum de plagis mentis. Nempe animæ morbi eodem modo curantur per livores & saniem in unum collectam; dum ad memoriam peccata revocantur, & perpendimus quam ingens sint malum* &c. &c. *veluti purulentiam plagarum animæ ad unum revocare videmur locum, atque ita malum ulcus abstergere.* Attigit *Merc.* sed seposuit. Longius adhuc arcessitum III. illud *Rabbinorum* quorundam, *se fricare & abstergere in malo*, in medio vitiorum, ut exterius niteat, introrsus turpis; *gravissimas pœnas meretur; & provocat.* Concinnum valde, & elegans, IV. quod alii retulerint *ad aversationem correctionis, qua mali abstersionem vitiorum abhorrent* tanquam *vulnera* ac *plagas.* Hoc a *Gejero* latius deductum; & satis probabile factum. Pendeo ferme animi inter *primum* & *quartum*; quæ sola in censum venire posse autumo. תמריק *fricatio*, *effricatio*, *qua sordes abstergentur*, *politura lævitatem & nitorem addens*, figurare sane potest *medicinam*, *quæ tanquam lixivium nitidet.* Huc fertur usus *Est.* 2: 3. 12. Tali *lixivio acriori* comparari possunt *vibices vulnerum* & *plagæ vehementius incussæ*, atque *ad vitalia* ipsa velut *adactæ.* Ita *Chrysost.* σμήχειν τὴν ψυχὴν *tergere animam*, est *persanare.* Nemo tamen negaverit idem *Lixivium* adhuc pronius esse, ac propensius, in *castigationem verborum* homini *nequam* admotam, *quum acri sale perfricatur*, &, quod dicitur, *aures ei probe lavantur.* Id *Græcis* erat πλύνειν ὀνείδεσι; & absolute πλύνειν. Vide *Poll.* 7: 38. *Hesych.* πλύνει, καθαίρει· πλύνεται, βλασφημεῖται· λοιδορεῖται·

Sic

29 תפארת בחורים כחם והדר זקנים שיבה׃

30 חברות פצע תמריק ברע ומכות חדרי בטן׃

29 Decus ſuperbum juvenum robur eorum: & gloria ſenum, canicies.

30 Vibices vulneris, effricatio in malo, (homine nequam:) & plagæ penetralium ventris.

Sic & ἀποσμήχειν *pertergere.* Verbum מרק cum noſtro ſchupren ferme conſonat: atque ita a Noſtris converſum eſt *Lev.* 6: 28. Id & nobis *tropum* præbet *acrioris correptionis.* Apud *Latinos* quoque *effricare* & *defricare* ſic traducta. *Arabes* مرق מרק eadem *figura* auxerunt; nam inter alia *Gloſſemata* in *Camuſo* exponitur *fodere*, *fodicare celeriter*; الطعن بعجلة ſive *haſta*, ſive *lingua*; quaſi *defricare*; afſchupren: nec non نتف الصوف *vellicare lanam*, aut *pellem vellicando deglabrare.* Inde مُرَّق מרק, *plur. coll.* ab امرق אמרק *glabri*, *glabelli*, quaſi *effricti & vulſi ad glabritiem*: الذياب الممعطة *depiles lupi*; qui & معط; ab امعط *glaber*, *depilis.* Apparet *Harmonia* utriusque *Dialecti* quam fortius adhuc adſtringet מרק *jusculum*; *Jud.* 6: 19: 20. & *Jeſaj.* 65: 4. tantum extans. *Arabibus* ita *domeſticum*, protritumque vocabulum, ut *Gjeub.* ne quidem id declaret, hæc tantum ponens, المرق معروف والمرقة اخص منه ومرقت القدر مرقا وامرقتها ايضا اذا اكثرت مرقها *Marak* quid ſit, *notiſſimum. Fœm. Maraka* מרקה *priva jusculi portio*: *& verbum* מרק *in I. cum infin.* מרק; *nec non* אמרק *in IV. etiam*, *adhibes in olla*, *quam jurulentam reddis*, *jusculo* ſcilicet *abundante.* Nomen videtur traxiſſe ab *effricando*, & *extergendo*; demtis *ſpumis fæcibusque.* Amputo alias adhuc *metaphoras* & *metonymias* ab *effricando* ductas: ac concludo tandem, *primum* & *quartum* ſenſum ferme paribus examinatos ponderibus æquari, atque determinari vix ac ne vix quidem poſſe, quid propendat. Quid? quod *Gnome* hæcce pro hac vel illa ſerie, hunc vel illum adſpectum æquali jure ſubminiſtret? Præceſſerit, malos non niſi *verberibus*, *mulctis*, *pœnis gravioribus* poſſe coërceri, jam apprime quadrabit, *livores*, *vulnera*, *plagas* eſſe תמריק ברע *effricationem in homine nequam*; ſive *unicum lixivium*, quod tali admovendum ſit. Præceſſerit viciſſim, nil acerbius venire homini *generatim*, quam *correptionem*; ac *ſpeciatim* quam magis vitioſus quis ſit, tam magis eum exardeſcere, & exacerbari, ſi forte quis eum *corripere*, ac *corrigere* ſuſtineat; jam poſtremum illud jucundiſſimam dabit *figurationem*, & *impatientiæ*, atque *impotentiæ*, quæ ſe vel digitulo tangi vix patitur, character ſignatiſſimus eminebit. Pulchre *Pſ.* 141: 5. *Tundat me juſtus*, *ubertas erit*; *& redarguat me*, *erit oleum capitale*; אל יני ראשי *quod nequaquam crudum reddet caput meum.* Neutiquam *incrudeſcam* ad *oleum* illud *lixivum*; neutiquam *irritabor*; ſed illud pro *balſamo*, & שמן ראש *oleo capitaliſſimo*, id eſt, *fragranti, ad medicinamque potenti*, lætus ac lubens mihi admoveri & *affricari* patiar.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Verſ. 1 Rivi aquarum cor Regis, in manu Jehovæ; ad omnem, quo delectatur, inclinat illud.
2 Om-

Verſ. 1 פלגי מים לב מלך ביד יהוה על כל אשר יחפץ יטנו :
2 כל

Vſ. 1. *Rivos aquarum* referri video a multis ad *instabilem* & *fluxum motum*, quo corda *Regum*, in moliminibus volvendis, potiſſimum circumaguntur; qui interim a nutu Dei dependeat. Alii reſpiciunt ad *facilitatem*, qua Deus *voluntates Regum* huc vel illuc flectat, ſive *bella* velint, ſive *paces*. Hoc adſpectu *Rivi aquarum* ſe dare poſſent partim in *malum*, quum *inundant*, & *vaſtant* terras; partim in *bonum*, quum *rigant*, ac *fæcundant* eaſdem. Isto ſenſu יחפץ commodius ad *cor Regis* rediret, ut ſit, *quo illud cumque lubentia fertur*, (ſive *inclinat ſeſe*, ex *Origine*;) Deus *illud inflectit*. Magis tamen in *bonum* ferri exiſtimo *Emblema* noſtrum, quod mihi pro *ſtylo* Orientis nunc adferre videtur *prolixam largamque munificentiam*, quæ ſe *rivorum* more *effundat*; ad omnia *recreanda*, ac *fæcundanda*. Huc invitat quoque verbum יחפץ, ſive ad *Deum* referas, ſive ad *Regem*. Thema illud frequentatur in *ſumma* illa *inclinatione*, & *affectione voluntatis propenſiſſimæ*, *quam Lexica* per *delectationem* exprimunt. Hinc *primo* emergere poſſet, *ſuper omnem quo delectatur* Dominus, *illud cor inflectet*, & *rivorum ritu expandet*. Ad *Regem* ſi reduxeris, *ſecundo*, exiſtet, *ſuper quem tandem cumque inclinatione feratur* Rex, *illud cor inflectit* ſolus Deus. Prius uberius, limpidiusque. חפץ על *inclinari ſuper aliquem*, ut חפץ ב *inclinari in aliquem*. Ita *Num.* 14: 8. אם חפץ בנו יהוה *ſi delectationem habet in nobis Dominus*. Et *Pſ.* 18: 20. כי חפץ בי *quoniam delectationem inclinatiſſimam habet in me*. Adde 2 *Sam.* 15: 26. *Jer.* 9. 23. Sine *prapoſitione*; *Hoſ.* 6: 6. *Mich.* 7: 18. Splendidiſſima tabella, *ſuper omnem in quem inclinatur* Dominus, *illud* cor *inflectit*; & *expandit*. Verbum נטה etiam in *rivis inflexis*, & *longe lateque expanſis* adhibetur *Num.* 24: 6. Magnifice *Jeſ.* 66: 12. *Ecce Ego* נוטה אליה כנהר שלום *expandens ad eam tanquam fluvium pacem* &c. Tam amplum verbi uſum hic quoque intentum, vix ambigi poteſt. Regia *Gnome*, qua *Reges divinarum benedictionum in terris Diſpenſatores* pronunciantur. Iſta *diſpenſatio* & *diſtributio* munerum, beneficiorum, ornamentorumque vitæ ac fortunæ, cujusque virtuti, ac meritis divinitus aſſignata, perquam venuſte exprimitur per *pluralem formam* פלגי מים *Rivulos aquarum*, longe lateque *diffluentium*, & quam plurimos *irrigantium*, ביד *in manu*, & *ſub manu* ſummi Diſpenſatoris, cuncta nutu & Numine ſuo temperantis.

Vſ. 4. Varii conatus. *Merc.* I. *Altitudo oculorum, & latitudo cordis*, ſunt *aratio improborum*, quod *peccatum* eſt. Subdit: *vel per appoſitionem*, quæ ſunt *aratio improborum*, ſunt *peccatum*. Per *arationem* intelligit *cogitationem*, atque *id in quod toto pectore incumbunt*: ut חרש aliud *arandi* verbum, pro *cogitare*, *machinari*, frequentatur. Idem placitum *Junio*, *Genevenſ. Belgis*, aliisque bene multis. Sane verbum ניר eſt *novare* agrum; indeque נירו לכם ניר *Jer.* 4: 3. eſt *novate vobis novale*, vel *novellationem*. Supra *Cap.* 13: 23. occurrit ניר ראשים *novellatio pauperum*. Iſta tamen *metaph.* huic ſedi minus congrua; nam *novellatio* ad mentem traducta, adfert *purgationem mentis a carduis*, & *ſpinis vitiorum*: ut patet ex loco

2 כל דרך איש ישר בעיניו ותכן לבות יהוה׃

3 עשה צדקה ומשפט נבחר ליהוה מזבח׃

4 רום עינים ורחב לב נר רשעים חטאת׃

5 מחשבות

2 Omnis via viri recta in oculis ejus; at ponderator cordium Jehova.

3 Exercere rigorem justitiæ & æquilatem juris, eximium Jehovæ præ sacrificio.

4 Altitudo oculorum, & latitudo cordis, lucerna improborum, lapsatio.

5 Sub-

co *Jerem.* nec non *Hos.* 10: 12. Ansa istius *novationis*, vel *novellationis*, in *lumine*, & *sulcis luminosis agrorum*, *a spinis nitidatorum.* Repugnat proinde, ut a *novellatione* subsumta sit *cogitatio* hominis *cupiditatibus* & *vitiis* toto pectore *incumbentis.* Non magnopere quoque quadrat, quod Cl. *de Dieu*, approbata primum sententia *Merceri*, de suo promsit II. *Altitudo oculorum*, *& latitudo cordis*, *Jugum improborum* est, *peccatum* est. ניר apud *Chaldæos*, *Syros*, & *Arabes* etiam est *jugum aratorium.* Inde exsculpsit, *intolerabile* esse *jugum*, & *impiis proprium*, *fastum oculorum*, & *tumorem cordis.* Non satis discerno, volueritne Vir Doctiss. *Ipsis impiis intolerabile* id *jugum*, an *aliis.* Utrumque ab hac sede alienum. LXX *Chald. Vulgat.* ניר λαμπτὴρ, שרגא, *Lucernam* exposuere, ex *significatione* quæ regnat sub נֵר, pro quo tamen & נִיר extat 1 *Reg.* 11: 36. *Ut existeret* נִיר *Lucerna Davidi omnibus diebus.* Utrumque per *quietem med.* ex נִיר; unde & נִיר *Lucerna*, iterum 2 *Sam.* 22: 29. Ad talia nunquam obhæsum fuisset, si *Analogia* cum *copia veteris Linguæ* alluxissent. Hanc ex *Arabum* fontibus inferius pandam. Nunc filum persequens, exhibeo, quid inde extusum. *Veterum* istam Versionem laudans quoque *Merc.* III. hunc sensum inde eruit; *perspicacitatem illam quæ est in impiis*, *qua facta sua & vitam totam regant*, *& qua se putant felicissimos*; *quæ scilicet comes est eorum elationis & arrogantiæ*; *nihil esse aliud quam peccatum.* Id multimodis laborat: nec *perspicacitati* hic locus. Non erat quoque, quod Sapiens doceret *fastum* & *arrogantiam* esse *peccatum.* Magis ad rem, & genium Linguæ, quod *Gejer.* IV. *Lucernam impiorum* exponat de *lætis rebus* ac *prosperitate*; ut supra 13: 9. &c. Sed non æque commodum, quod tota sententia ita declaretur, *tam insolentiam ipsam*, *quam id*, *quod insolentiam apud impios procreat*, *esse peccatum.* Ex illa interpretatione, *quod insolentiam parit*, nil aliud esse potest quam *prosperitas.* Hanc *sua natura bonam*, & *peccato carentem*, tamen *ob immensum abusum nil ferme aliud esse*, *improbis quidem*, *quam merum peccatum* insinuari censet. Si *materiam peccati* dixisset, res plana foret; sed hoc non quadrabat ad *elationem oculorum*, & *cordis inflationem*; non utique *materia peccati*, sed *peccatum ipsum.* Eadem ratione *prosperitatem* dici *peccatum* non concoquo. Ad pressiorem vim חטאת *peccati Clericus* V. ita struens, *superbia oculorum*, *& tumor cordis*, sunt *lucerna improborum* & *peccatum.* Hoc sensu. *Ut in tenebris lucerna utimur* ad *gressus dirigendos*, *ita illi sua superbia*, *ad quæcumque faciunt aguntur.* *At Lex debet esse Lucerna Ps.* 119: 105. Redit aliqua saltem tenus ad id quod numero III. positum. Illustrius, acutiusque, VI. *Coccejus*, *Lucerna improborum peccatum est*; pro, *peccatum iis allucet tanquam lucerna*; *& splendidum est*, *ac pulchrum*, *promittens utilitatem ac felicitatem magnam.* *Sed justorum non est hanc lucem vanam sequi* & *oculos in altum efferre*, *ac cor dilatare excluso timore*, *exclusa conscientia.* Totam *Gnomen* ita ordinat; *Sit licet altitudo oculorum*, *& latitudo cordis*; *lucerna improborum peccatum est.* Insertum, *sit licet*, sufflaminis quid injicit: adblandiretur alias, *Lucerna improborum peccatum*; isto *ironiæ* aculeo animatum.

 Quid

Quid si sic VII. filum ducatur? Ubi *altitudo oculorum*, & *latitudo cordis*, ibi *lucerna improborum peccatum*. Id tenerem, si חטאת hic stricte dictum *peccatum* sonaret. Sed quum id vocabuli sine ulla dubitatione ampliorem obtineat ditionem, & *secundario* quoque *reatum mortis* signet, *primario* autem *lapsationem*; perpendendum, an inde gravius quid opportuniusque elicere detur. Offero hinc VIII. *Altitudo oculorum*, *Latitudo cordis*, *Lucerna* illa *improborum*, *Lapsatio*. Nil grandius. רום עינים *Altitudo oculorum*, illius est, qui *Cœlum* sibi *conscendisse* videtur, præ *potentia*, *opibus*, aliisque *arrogantiæ fastosissimæ* irritamentis, ac flabellis. רחב לב *Latitudo cordis*, in *vitium*, ut infra *Cap*. 28: 25. & *Ps*. 101: 5. illius est, qui amplissimas possidens fortunas, inde intumescit, atque insolentius sese inflat. Hoc *culmen felicitatis imaginariæ*. נר רשעים *Lucernam*, *Lampada improborum* vocat Sapiens, ut *Job*. 18: 5. & 29: 3. Adde *Prov*. 20: 20. ubi etiam *felicior*, quæ forte tali ad tempus contigerit, *fortuna* indicatur. Id pronunciatur חטאת *lapsatio*, mera *infelicitas*, atque ipsa adeo *ruina*; non tantum in *futurum*; quod *in altum sublati*, *graviore lapsu mox ruere* debeant; sed quod tum, quum cum maxime *splendent in culmine rerum*, eoque *superbiant* atque *insolescant*, jam eo ipso *lapsent*, *ruant*, atque *vera felicitate excidant*. חטא vetustissimam habere notionem *aberrandi a scopo*, etiam ex *Lexicis* jam innotuit. Illa tamen perducere non potuerunt ad Originem, quæ est in *lubrico lapsu*, sive *lapsatione*. Consonat cum nostro glippen; itemque cum ὀλισθᾶν, & ὀλισθαίνειν, quæ verba apud *Græcos* quoque ad *sagittam* a scopo *aberrantem* admota. Sunt ducta ab ὄλισθος, quod *primariam* habet vim *lubricitatis*; unde mox *lapsatio*, sive proprie sumta, sive *improprie*, succrevit. Ipsum *lapsare*, ejusque stirps *labi*, ex certissima *Origine* conspirat cum ὀλισθᾶν, & *lapsat sagitta*, quæ *scopum* non *ferit*. Iterum, *lapsat* pes, *lapsat* mens: alia innumera. Istam *primariam* virtutem se pulchre exerere sub חטאת vidimus supra *Cap*. 10: 16. תבואת רשע לחטאת *Proventus improbi sane Lapsatio*. Ipsa ejus *felicitas*, summa est *infelicitas*. Iterum *Cap*. 13: 6. רשעה תסלף חטאת *Improbitas lubricat Lapsationem*. Relegantur ista vestigia; quæ cumulat *Cap*. 19: 2. אץ ברגלים חוטא *Præceps pedibus*, *Lapsabundus*. In his ita proprietatem retineo *Lapsationis*, ut tamen *secundariam* vim *peccati*, & *reatus gravissimi* inde aliquem obstringentis, atque in *maledictionem* & *perniciem* implicantis, neutiquam secludam. Litera *Lapsationis*, quæ *Gnomen* sustinet, & magno lumine exornat, id ultro invitat, quin ita secum trahit, ut per *reatum* istum *criminum* aliorum super alia congestorum, & quidem præsentissimum, demum compleatur.

Ibid. Ut *Origo* verbi חטא, unde benignior sæpe radiolus nobis adfulsit, pleniore se lumine ingerat, veteris Linguæ Fontes introspiciendos dabo. *Gjeuhar*. الخطأ

وَالْخَطَاءُ نَقِيضُ الصَّوَابِ وَقَدْ يُمَدُّ وَقُرِئَ بِهِمَا وَمَا كَانَ الْمُؤْمِنُ أَنْ يَقْتُلَ مُؤْمِنًا إِلَّا خَطَاءً تَقُولُ مِنْهُ أَخْطَأْتُ وَتَخَطَّأْتُ بِمَعْنَى وَاحِدٍ وَلَا تَقُلْ أَخْطَيْتُ وَبَعْضُهُمْ يَقُولُ وَالْخِطْءُ الذَّنْبُ فِي قَوْلِهِ تَعَالَى إِنَّ قَتْلَهُمْ كَانَ خِطْأً كَبِيرًا أَيْ إِثْمًا تَقُولُ مِنْهُ خَطِئَ يَخْطَأُ خِطْأً وَخِطْأَةً عَلَى فِعْلَةٍ وَالْاسْمُ الْخَطِيئَةُ عَلَى فَعِيلَةٍ وَلَكَ أَنْ تُشَدِّدَ الْيَاءَ وَقَوْلُهُمْ.

تَخَاطَأَتِ ٱلنَّبْلُ أَحْشَايَ وَأُخِّرَ
يَوْمِي فَلَمْ يُعَجَّلِ ۞

وَقَوْلُهُمْ مَا أَخْطَاهُ إِنَّمَا هُوَ
تَعَجُّبٌ مِنْ خَطِيَ لَا مِنْ
أَخْطَأَ أَبُو عُبَيْدَة خَطِيَ
وَأَخْطَأَ لُغَتَانِ بِمَعْنَي وَاحِدٍ
وَأَنْشَدَ لِأَمْرِي ٱلْقَيْسِ

يَا لَهْفَ هِنْدٍ إِنْ خَطِيْنَ
كَاهِلًا ۞

اي أَخْطَانَ قَالَ وَفِي ٱلْمَثَلِ
مَعَ ٱلْخَوَاطِي سَهْمٌ صَايِبٌ
يُضْرَبُ لِلَّذِي يُكْثِرُ ٱلْخَطَأَ
وَيَأْتِي ٱلْأَحْيَانَ بِٱلصَّوَابِ
وَقَالَ ٱلْأُمَوِيُّ ٱلْمُخْطِي مَنْ
أَرَادَ ٱلصَّوَابَ فَصَارَ إِلَي غَيْرِهِ
وَٱلْخَاطِي مَنْ تَعَمَّدَ لِمَا لَا
يَنْبَغِي وَتَقُولُ خَطَّأْتُهُ
تَخْطِيَةً وَتَخْطِيًا إِذَا قُلْتَ
لَهُ أَخْطَأْتَ يُقَالُ إِنْ أَخْطَأْتُ
فَخَطِّيْنِي وَتَخَطَّأْتُ لَهُ فِي
ٱلْمَسْلَةِ أَيْ أَخْطَأْتُ وَتَخَاطَأَهُ
أَيْ أَخْطَأَهُ قَالَ أَوْفَي

Formæ חטא & חטוא *designant contrarium recti ad scopum jactus; etiam longiore Phata sub finem admisso. Utraque Lectio in illo Alcorani; fieri nequit ut Fidelis interficiat fidelem, nisi* חטוא *errore. Hinc dicis in IV.* אחטאת *aberravi a scopo;* & תחטאת *in V. uno sensu. Non dices* אחטית *per ultimam Jod; quamvis sint qui ita loquantur. Kesrata prima radicali* חִטְא *significat crimen, peccatum;*

ut in illo Alcorani: utique cædes eorum fuit חטא כביר *crimen maximum; sive* אִשְׁם, *reatus gravis. Inde dicis* חטא *media Kesrata, cum fut.* יחטא, & *infin.* חִטְא, חִטְאָה,

forma פִּעְלָה, *peccavit. Nomen est* חטיאה,

formæ פעילה; *cujus Je Tesdido instruere licet. Quod dicunt* מַה אחטאה *quam valde peccans ille! est exclamatio mirantis, ex notione peccandi strictiore, non ex altera illa aberrandi a scopo, quæ in IV. obtinet. Abu Obeida auctor est,* חטא *in I. æque ac* אחטא *in IV. esse aberravit a scopo, citans hocce Amralkeisi:*

> *Proh dolor Hindæ! si non feriamus scapulam.*

חטין *pro* אחטאן *aberraverimus a scopo isto tangendo. Consimiliter, inquit, in Proverbio, cum aberrantibus sagitta datur feriens; quod frequentatur in eo qui sæpissime a scopo aberrans, nonnunquam tamen eum tangit. Omawyus ait, part.* מחטא *dici de eo, qui scopum ferire cupiens, aliorsum fertur; at part. I.* חוטא *de eo, qui dedita opera intendit, quod non oportet. In II. cum infinitivis* תחטיאה & תחטיא *valet, dicere alicui, aberrasti a scopo; sive arguere quem erroris. Inde phrasis, si scopum non ferii, at tu redargue me. In V.* התחטא *iterum, hallucinari, aberrare, in quæstione:* & *in VI.* תחוטא. *Sic Aupha usus:*

> *Aberravit telum a præcordiis meis; fatumque prorogatum est, non celeratum.*

Ha-

Habes examussim idem, quod sub *Græco* ἁμαρτάνειν & ἁμαρτία *peccatum*, nemini ignotum; cujus item *proprietas* in *aberrare a scopo:* quamvis hoc *Originem* ipsam non efficiat. Nescio quo consensu, concentuque, conspiratum a Doctis indoctisque juxta, ἁμαρτάνειν istud, & ἁμαρτεῖν, ducta esse ex *Alpha privativo*, & μάρπτειν, *capere*, *prehendere*, *corripere*. Speciosum, sed parum solidum. Repugnat *Analogia*: nam & ἁμαρτεῖν apud *Hesychium* est ἁμαρτάνειν, πείθεσθαι, ἀκολουθεῖν. Suspicor, sed tantum suspicio est, *Originem* sitam in *lubrico motu*, *lapsu*, *fluxu*; quem exerit ἁμάρα, quæ est ὑδρορρόη apud eundem; cum aliis, quibus non immorabor. Inde ἀμάρτειν. ἁμαρτεῖν. ἁμαρτάνειν, *lubrico motu labi*, *fluere:* quod est partim *a scopo aberrare*, partim *peccare*, atque *excidere officio; lapsare*, ἀτυχεῖν, ὀλισθεῖν. Non male ergo Viri Docti ad חטא observarunt jam dudum, notionem *peccandi* esse *tropicam*, tractam ab eo, quod est, *aberrare a scopo*, vel ut *Cocc.* maluit, *excidere destinato*, ἀτυχεῖν, *atque incidere in contrarium destinato:* ut *Jud.* 20: 16. *Jaculabantur funda ad pilum quisque*, ולא יחטיא *neque frustrabatur jactum.* Sed hoc necdum *primarium*, & quod vocamus *Originem*, quamvis nec *Gjeubarius*, nec *Phiruzab.* in *Camuso* nos ulterius perducant sub suo خطا חטא. Ea latitat sub sororio خطا חטה ultima *Waw* & *Jod* pro חטו & חטי, *labi*, *lapsare*, *lubricare gressum*, *motumve:* plane ut apud *Latinos* verba *labi*, *dilabi*, *elabi*, *illabi*, *interlabi*, *perlabi*, *prælabi*, nihil aliud in *Origine* signant, quam *motu lubrico progredi*, *lubriciter moveri*, vel *fluere:* Sentias in illo *Horat.*

Rusticus expectat, dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur, in omne volubilis ævum.

Nec non in hocce Poëtæ.

- - - Labuntur sidera cœlo.

Sic *Sen.* N. Q. 2. p. 640. *Mundus præcipiti velocitate labens.* Apud *Ennium*

Uncta carina labitur undis.

Et apud *Non.* ex *Accio*

Unda sub undis labunda sonit.

Mitto jam *lapsus serpentum*, *volucrium;* atque alia passim reperiunda; item *gulæ lapsum*, apud *Tertull.* in quibus *lubricus* & *levis motus* se exerit. Ex ista *Origine* ausus *Tac. Ann.* 5: 10. *lapsum custodia;* quod frustra sollicitatur: & *Amm. Marcell.* 18: 6. *lapsos*, pro *dilapsis*. Talia torquent *Critici*, quum ad *Origines* non attenditur, nec adscenditur. Mitto derivata, & composita, segetem, quin sylvam, datura: atque ad scopum meum collineans desino in hocce *Lucil. Fragm.* p. 214.

Qui campos collesque gradu perlabitur uno.

De equo cursore, cujus vivacissima celeritas. Nempe hoc ipsum est خطا glippen / ut supra insinuabam. Inde *metonymia* dedit *passum celerem ac lubricum;* خطو & خطوة atque ita *verbum* quoque ipsum amplecti cœpit *progredi celerius;* & *prolabi*, *translabi; lapsabundus*, vel *pede lapsante ferri:* plane ut *Græcorum* ὀλισθεῖν; quod *Hesychius* declarat δραμεῖν, πεσεῖν, ἐλθεῖν. Circumstantiæ, & series Orationis, hæc discriminant. Non erat ergo, cur *Arabum Critici* tam sollicite monerent חטה *ult. Waw* & *Jod* minus rite in *aberratione a scopo*, & in *peccato* adhiberi. Τὸ ὀλισθεῖν, in quod utrique *Themati* paria sunt jura, satis arguit, posterius hocce etiam ultro illuc inclinasse. Exemplis si standum sit, dubio vacat τὸ خطيت חטית pro خطات חטאת, *lapsasti*, ἥμαρτες. Quid? quod in *Sacro Codice* quoque dentur *formæ*, quæ *tertiam Waw* vel *Jod* itidem deposcant: ut *Gen.* 39: 31. & alia. Hæc *Anomala* censentur a *Grammaticis*. Ea sibi & *Analogiam*, & *integritatem* assertam gaudent. Adjungi hisce velim, quæ in Notis *ad Excerpt.* ex *Hamasa pag.* 466. 467. delibata.

Ibid. Sæpissime inculcavi, non nisi ad copiam veteris *Linguæ* notiones *Hebraicas*, quæ uno Volumine sacro nunc continentur, accurate distingui, ac constitui posse. Id ut ex præcedenti exemplo conspici potuit, ita clarissime quoque perspicere licebit ex sig-

5 מחשבות חרוץ אך למותר וכל אץ אך למחסור׃

5 Subductæ rationes acriter ſtrenui tantum ad vibrantem copiam; at omnis præfeſtinus, tantum ad raſam penuriam.

6 פעל

6 Pa-

ſignificatione *verbi* ניר *novellavit*, unde *arationem* hic exſculpſerat Interpretum illuſtris chorus. Id huic ſedi pro *indole Radicis* minus opportunum, ut *vis ſententiæ* evicit; ita *indoles*, & verus uſus *Thematis*, ulterius pervictum dabit. Aſſervarunt *Arabes* duo verba ſororia נור & ניר نار *media Waw* & *Je*, *luxit*; *ſplenduit*. A priori deſcendit نار *Ignis*, & نور *lumen ſplendicans*. מנור منار, & מנורה منارة *luminare*; cum agmine aliorum vocabulorum, quæ non perſequor. *Collectivum* נירן نيران *ignes*; & *lumina ſplendicantia* complectitur: itemque *tractus lucidos viæ*; *ſulcosve nitentes*. Eadem ſignificatio ſub ניר نير in *Gjeubar*. ما يتضح من الطريق *quod lucet*, *ſplendicatque in tractu viæ*; *ſulcus longo ductu patens*, *nitens*, *ſplendicans*: اخدود واضح في الطريق Item النير علم الثوب ولحمته ايضا تقول نيرت الثوب انيره نيرا وكذلك انرت الثوب وهنرته قال الزفيان

وَمَنْهَلٍ طَامٍ عَلَيْهِ ٱلْغَلْفَقْ ☼
يُنِيرُ وَيُسْدِي بِهِ ٱلْخَدَرْنَقْ ☼

ونير الفدان الخشبة المعترضة في عنق الثورين والجمع النيران والانيار

Forma ניר *deſignat etiam notam lucentem veſtis*, *itemque ſubtemen ejus lucidum*. *Verbum* ניר *in I. adbibes*, *quum veſtem ita ſubtemine diſtinguis*; *itemque in IV.* אניר, & הניר: (veteri forma ſcilicet:) *ſic uſus Zaphajanus:*

Et aquatorium abundans, *contectum muſco;*
Illuminabat, & *texebat telam*, *ubi araneus*.

Item ניר *appellatur lignum transverſum jugi aratorii ſuper collis duorum boum*; *cum collectivis* נירן & אניור. Nempe a notione iſta, qua ניר valet *ſulcum lucidum agri novalis*. In Verſiculis illis ſupra adductis pulcherrimus luſus ex ambiguo internitet. Nempe *illuminat telam* textor, quum ei inludit *ſulcos*, ſive *ductus* diſtinctius *elucentes*; at araneus *telam* ſuam *illuminat*, quum eam *ſpatiis patentibus*, ac *luminoſiſſimis* interſtinguit. Ad *Originem* hanc illuſtrius adhuc alluſum ab *Iſpahan*. in *Hiſt. Salad.* ubi narrat *flammam* multa *Naphta nutritam*, in naves fuiſſe immiſſam, in easque laxatis ſæviiſſe habenis, *ſic ut* ينير ويسدي نارها نيرانها *illuminaret* & *pertexeret ejus ignis ſplendicans ſplendicantes ſulcos navium* cum maxime *flagrantium*. Excellenter proinde figuratum נירו לכם ניר *illuminate vobis ſulcos luminoſos*, & *nolite ſerere inter ſpinas Jer.* 4: 3. & *Hoſ.* 10: 12. *Seminate vobis ad juſtitiam*, *illuminate vobis ſulcos luminoſos*; ſplendicantes, *novello nitore renidentes*. Appoſite etiam *Prov.* 13: 23. ad *nitidum* illud *novalium*, *ſummamque diligentiam cultoris* inſinuandum. Præclare Cl. *Cocc.* in *Lex. Ager qui aut a ſpinis* & *ſylvis*, *aut ab herbis*, *quæ quieſcenti increverant*, *liberatur ad novam ſementem accipiendam*, *commode videtur* ניר *appellari*, *ut* relucens, & nitens, *purusque*, *quemadmodum* lucerna *nitet*. Pro *lucerna* ſubſtituantur tantum *ſulci* & *tractus luminoſi*; atque nihil completius, uberiusque, dari poſſe agnoſcetur in voce, quæ per *indolem Linguæ* ad *arationem improborum* ſe præbere nequeat.

Vſ. 5. Inſignem *Characterem* in *Proverbiis*

constituit vocabulum חרוץ; quod sæpiuscule jam per *aciem* a me conversum, pressius elimari, & præcidi meretur: *industrium*, *sedulum*, *diligentem* notari omnes agnoscunt; sed divergitur in *Etymo*. A חרץ, quæ valet *decidere*, *determinare*, deduxit *Merc.* ut sit is, *cujus limitata*, & velut *judicio decisæ* sint *omnes actiones*. Alii, quibus unus alterve locus suggessit notionem *movendi*, a *motu sedulo* arcessivere inconcinnius. Ab *acuendo* maluit *Boch. Hieroz.* P. I. *pag.* 668. *acutum* generatim: at *Cocc.* speciatim, *qui sibi subdit calcaria*, *qui se exacuit*. Infeliciter *Gusset.* missis planioribus in spinas se induit, fingens sibi notionem *Radicis primariam*, in *abbreviando*, atque *in arctum reducendo* sitam; unde חרוץ *diligens*, proprie esset is, *qui multifaria & infinita rejiciendo rem suam in compendium contrahit*. Nil contortius: & tamen præfidit *Originum* indagator *Metaphysicus* se *Apostoli* auctoritate munitum, quippe qui illud נחרצה *Jesaj.* 28: 22. reddiderit λέγει συντετμημένον, cum LXX. Atqui συντέμνειν *primario* est *concidere*, *præcidere*, *præcisius finire*: quod si vir *Græce* peritissimus ex oculis non dimisisset, ab *Origine Hebraica* non tam longe exerrasset. Enimvero συντέμνειν etiam notat *in compendium redigere*, pro locis, & circumstantiis; sed nemini unquam in mentem venire potuit, Elementis modo primis se imbuerit, hanc esse *primariam* virtutem; quam ἀπὸ τοῦ τέμνειν *secando*, *præsecando*, per *metonymiam* succrevisse, callent, qui sub ferula plorant. Mira profecto ἀβλεψία & *vertigo*, quæ hominibus Eruditissimis offunditur ubi ad *Hebraica* ventum est. Ubique *acuti*, perspicaces, summo pollentes judicio, ad *Origines Hebraicas* hebescunt desubito; atque surdo, quin absurdo, fiunt palato; *metonymias*, *metaphoras*, aliosque *tropos Rhetoricos* non discernentes amplius, atque perpetuo cum *Origine*, & *primigenia* potestate, confundentes. Felicissime *Coccejus* in *Lex. primarium* statuit *præcidere*, *decidere*, ἀποτέμνειν, συντέμνειν· unde *Job.* 41: 22. חרוץ *acuminatum*, *undique præsectum*; & *Jesaj.* 41: 15. מורג חרוץ *tribula acuminata*: quæ & absolute חרוץ *Jes.* 28: 27. *Amos.* 1: 3. Ad eandem virtutem exit איש חרוץ *vir acuminatus*; & mox brevius חרוץ *acuminatus in morem cuspidis*: cui acies ubique *parata*, *promta*, *surrecta in vigorem*, atque *acriter sese exerens*. Hæc genuina *proprietas* hujus vocabuli, hæc signatissima potentia, quæ offert imaginem *diligentiæ intensæ*, *perspicacis*, *penetrantis*, omnibus numeris absolutam. Vide supra 10: 4. & 12: 24. & 13: 4. In *neutro Prov.* 12: 27. Huic חרוץ pulcre succinit מותר *vibrantia nervi tensi*, secundum *Originem Cap.* 2: 21. reclusam. Inde *copia*, *abundantia*, *præcellentia*, & *eminentia* rerum ac fortunarum, *metonymice* accrevit. Hæc etiam a plerisque in *primariam sedem* immittuntur: atque ita omnia lumina *Rhetorices*, omnia nativa Linguæ *Hebrææ* ornamenta offuscantur; ac tantum non extinguuntur.

Ibid. Quicquid in *Lexicis Hebraicis* bene firmum, ac solidum, id a primis *Linguæ* intermortuæ instauratoribus, id est, *Rabbinis* seculo X. & XI. hanc provinciam ornantibus, ex *Dialecto Aramæa*, & copiosiore *Arabica*, quæ ipsis tunc domestica erat, assumtum; atque per principes e Nostris Viros iisdem ex Fontibus ulterius confirmatum atque illustratum est. A primis illis *Magistris* jam fluxerat לשן כריתה וחתוך *significatio præcidendi & decidendi*, hausta ex vernaculo, quo tunc utebantur, sermone *Arabum*, quibus & حرص & خرص ista potentia auctum. Inde *R. Salomon* quoque rite exposuit *Exod.* 11: 7. לא יחרץ כלב לשונו *Non exacuet canis linguam suam*, לא יישנן; id est, *acuminatam exeret*, *atque vibrando inter dentes producet ad birriendum*. Tam lectam *figurationem* dimittere non debuisset *David Kimchius*, dilutissimam assumens ibi vim *movendi*; quasi foret, *non movebit canis linguam*. Similiter *Jos.* 10: 21. Hinc multa *Lexica* sine jure, sine auctoritate, obsedit: atque *R. Nathan*, aliique, inde חרוץ *industrium* derivatum ivere, *qui se multum moveat*. Frigidius adhuc istis e locis extudit *Gusset* *clamorem Linguæ contractione formatum*; *quia*, inquit, *in clamore*, *ut buccæ amplietur cavitas*, *Lingua contrahitur potius quam movetur*. Quo non itur, quando sine luce itur! Decus Linguæ splendet in illo *exacuet*, sed pulchrius adhuc enitescit per *exacu-*

cuere in cuspidem, quæ *Arabibus* est خرص חָרֵץ, apud *Golium*, cum aliis adhuc formis, *superior pars cuspidis in hasta.* Tota *cuspis* חריץ خريص appellitatur; itemque מחורץ مخارص *collective* sunt *cuspides hastarum.* Etiam خرص in *Gjeuh.* exponitur عويد محدد الراس يغرز في عنق السقا *lignum parvum cuspidato capite, quod inseritur nodo utris.* Sic exoritur, *non cuspidabit canis linguam suam*; & *Jos.* 10: 21. *Non cuspidabit filiis Israëlis* לאיש *ne ullus quidem linguam suam.* Est gemmula; ad quam oculos claudere, esset lumina sua *Sacro Codici* invidere. Quid? quod خرص *cuspidavit*, pro *cuspidavit linguam*, frequentetur pro *exerere eam* ad *mendacium*, ad *elusionem*, *insultationemve.* Sic *Alcor. Surat.* 10: 67. de *Idololatris*; *non sequuntur nisi opinationem*, وان هم الا يخرصون *nec quicquam nisi cuspidant* יחרצון, id est, *linguam temere exertant*; ejusve *mucronem acuunt.* Recurrit *Surat.* 43: 19. & alibi. Illa potestas se *Jos.* 10: 21. etiam sentiendam præbet: quin & *Exod.* 11: 7. nam in *Proverbio* isto *canis linguam non cuspidans* pingit *impuros latratores*; qui nec *mordere* ausint, nec *birrire* adeo. Sunt aliæ adhuc significationes secundariæ a *cuspidando* ductæ, quibus non insistam, earundem ansam indicasse contentus. Accedo potius ad חרץ حرص cum *Hha* non punctato, ubi *Originis* centrum, atque meditullium. *Camus.* الحرص الشق وثوب حريص والحرص القشر والحارصة السحابة تقشر وجه الارض بمطرها كالحريصة والشجة تشق الجلد قليلا كالحرصة بالفتح والحرص الجشع فهو حريص وقد حرص واحترص جهد *Radix* חרץ *signat findere, diffindere, unde vestis* חריץ *scissa; itemque radere findendo: unde* חורצת *dicta nubes, quæ radendo superficiem terræ suo imbre findit: ut &* חריצה. *Item incisura quæ summam cutim subtilius findit. Ea &* חרצה *per Patach dicitur. Denique* חרץ *est studium instantius, intensiusque: unde & verbum* חרץ *in I. studio vehementi institit; nec non in eadem specie, cum VIII.* אתחרץ *diligentissime allaboravit.* Magnus ambitus, magna *thematis* hujus latifundia, dilucent. *Primo* exponitur per شق *findere, scindere*, σχίζειν, quod longe lateque fusum, amplectitur quoque quicquid *Latium* sub verbis *incidere*, *præcidere*, *abscidere*, *decidere* secundum *propriam* & *primitivam* eorum virtutem comprehendit. *Secundo* declaratur per قشر *radere*, *præradere superficiem*, sive *corticem*, eumque *subtilius præsecare*, ac *distringere.* Denique *tertio* redditur per جهد, quod *proprie* valet جد *secare*, *persecare*; unde sub *metaphora metonymica* جهد الرجل في كذا اي جد فيه وبالغ *secuit vir ista in re*, pro *secante acie in ea usus est*, atque *studio intensissimo*; ut *Gjeuhar.* habet. Idem جد *secuit* sæpe quoque infert τὸ *serium* & *severum*, *acie veluti secante se exerens, ac cuncta exequens.* Hinc quæ minus adhuc fuerant expedita, ultro sese evolvent. 2 *Sam.* 5: 24. אז תחרץ *tunc secante perges acie*: sive, *temet exacues*; ut *Cocc.* dabat. *Alcor. Sur.* 12: 103. وما اكثر الناس ولو حرصت بمومنين *Neque plurima pars hominum, quantumvis* חרצת *acrius contendas, est in credentibus.* Alio flexu 1 *Reg.* 20: 40. כן משפטך אתה חרצת *tale est judicium tuum, tu decidisti secante* velut *acie.* Innuitur *sententia decretoria quæ litem perimat.* Idem illud *peremtorium*, & *irrevocabile*, consignatum *Job.* 14: 5. אם חרוצים ימיו *utique decisi dies ejus*: nec non *Jesaj.* 10: 23. ubi חרץ כליון est *consummatio decisa*, & *peremtorio judicio pronunciata.* Eadem vis *Jesaj.* 28: 22. כלה ונחרצה *consummatam*, & *decisam audivi*, nempe *sententiam absci-*

sius, i. e. *severius & irrevocabiliter*, *pronunciatam* מאת יהוה *de cum Domino*; i. e. *pro Tribunali*. Eadem formula *Jesaj.* 10: 22. & *Dan.* 9: 26. נחרצת שממות *decisa*, sive *peremtoria siderantium vastitatum*: intelligitur *sententia*, *qua tales vastitates abscisius decernantur*; *judicio peremtorio & irrevocabili*.

Ibid. Suam sibi, & privam, curam deposcit חרוץ *auri genus lectissimum* designans. *Prov.* 3: 14. & 8: 10. 19. & 16: 16. &c. Vulgo, *fossum*, *effossum*: id esset, *effissum secante acie*. Id non efficit *characterem* istum eminentiorem, qui in locis requiritur. *Gussetius* acumini suo indulgens, extundit nobis *quod deductis facibus contractum est in compendium*, *sive minorem molem*. Precarium, & coactum. En nobilius quid, & splendidius. Supra ex *Camuso* prolatum *part. præf.* חורצת *findens*; pro *Nube*, *quæ imbre effuso findat terræ superficiem*. Inde emergit חרוץ *effissum* non arte, sed *sua sponte*; postquam per *naturam* ipsam jam *excoctum* est *ad summum nitorem*. Rem oculis attrectandam dabit elegans Versiculus in *Hamasa*:

هِجَانُ ٱلْحَيِّ كَٱلذَّهَبِ ٱلْمُصَفَّى

صَبِيحَةَ دِيمَةٍ يَجْنِيهِ جَانِ ❁

Generosi gentis, *instar auri nitidissimi*
Matutino continuæ pluviæ, *quod colligit carpens*.

Ad eum ita *Tauriz*. وذلك ان معدن الذهب بناحية اليمن اذا اشتد المطر عليه جلاه وصار له بريق يري من بعيد وسهل على ملتمسه لقطه فحسن ذلك الذهب وتسمي تلك المعادن معادن اللقط *Res talis*. *Quum in Arabia Felice fundum auro divitem largius perfundit pluvia*, *illud enudat*; *ex eoque existit fulguratio*, *qui e longinquo cernitur*; *facillima itaque quæritanti ejus collectio*. *Illud aurum multo nitidissimum*: *& appellantur tales fodinæ*, *fodinæ spicilegii*. Vides *aurum* ἄπυρον, idem illud de quo *Diod. Sicul.* L. II *Cap.* 93. Μεταλλεύεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ ὁ προσαγορευόμενος ἄπυρος χρυσὸς. οὐχ ὥσπερ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐκ ψηγμάτων καθεψόμενος. ἀλλ' εὐθὺς ὀρυττόμενος εὑρίσκεται, τὸ μέγεθος καρύοις κασταναϊκοῖς παραπλήσιος· τὴν δὲ χρόαν οὕτως φλογώδης, ὥστε τοὺς ἐντιμοτάτους λίθους ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν ἐνδεθέντας ποιεῖν τὰ κάλλιστα τῶν κοσμημάτων. *Invenitur in fodinis per Arabiam quoque aurum quod Apyron vocitatur*; *non enim ut aliis in locis ex ramentis excoquitur*, *sed statim erutum deprehenditur*, *par magnitudine nucibus castaneis*; *colore autem tam flammante*, *ut pretiosissimi lapides ab artificibus huic materiæ inclusi*, *efficiantur splendidissima ornamentorum*. Iterum L. III. *Cap.* 125. de *Debis*; i. e. *Debebitis* a ذهب זהב *auro*, quasi *Auriferis*; κατὰ τὴν μέσην χώραν αὐτῶν φέρεται ποταμός, τοσοῦτον χρυσοῦ καταφέρων ψῆγμα φαινόμενον, ὥστε περὶ τὰς ἐκβολὰς τὴν ἰλὺν ἀποφερομένην περιστίλβειν. *Mediam eorum regionem perlabitur fluvius*, *tantum auri devehens conspicua ramenta*, *ut limus ad ostia ejectus undique circumfulgeat*. De *Alilæis & Gasandis* quoque, horum finitimis, ibidem subnexum: τὸν χρυσὸν εὑρίσκουσιν ἐν τοῖς φυσικοῖς ὑπονόμοις τῆς γῆς, καὶ συνάγουσι πολύν, οὐ τὸν ἐκ ψήγματος συνεστηκότα, ἀλλὰ τὸν αὐτοφυῆ, καὶ καλούμενον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἄπυρον. Κατὰ δὲ τὸ μέγεθος, ἐλάχιστος μὲν εὑρίσκεται παραπλήσιος πυρῆνι, μέγιστος δὲ οὐ πολὺ λειπόμενος βασιλικοῦ καρύου. *Aurum inveniunt in cuniculis a natura ipsa factis*; *idque multum colligunt*, *non e ramentis colliquatum*, *sed sua sponte natum*, *& appellatum ab eventu Apyron*. *Minimum frustum reperitur par nucleo*, *maximum non multum infra juglandem*. Ad hæc jam dignosci poterunt luculentissime characteres *auri* ex פז & חרוץ emicantes ubique locorum. Biga hæcce juncta comparet *Prov.* 8: 19. Ostensum ibi פז *aurum Apyron*, *quod exilit ultro*, *& majoribus ebullit globulis*. Hic vero satis justo calculo colligi posse videtur alterum חרוץ *fissum*, *effissum aurum*, item esse *Apyron* illud *minoribus glebulis*; quod per *pluviam* חורצת *quæ findit terræ superficiem detegitur*, *& detergetur*.

Ibid.

6 פעל אצרות בלשון שקר הבל נדף מבקשי מות׃

6 Parare thesauros per linguam fuci, *est* flatus excussus quaeritantium mortem.

7 שד

7 Va-

Ibid. Agmen claudat חרוץ *fissus*, veniens semel *Lev.* 22: 22. pro eo *cui quid fissum in membris*; minus adferens quam שבור *fractus*; cui *fractura in membris*. LXX חרוץ restrictius γλωσσότμητον dedere. *Boch. Hieroz.* P. I. *pag.* 522. *capite fissum* maluit, ad *Arabum* حرصة *contusio capitis*, *findens nonnihil cutim*, ut est apud *Golium* nostrum. Illustret rem needum distinctius perceptam *Nabbasius* ad *Moallekam Tarapha*, الشجاج ثمان فاولها الدامية وهي شقيق صغير وبعضهم يسمونها الحارصة ثم الباضعة التي تبضع اللحم اي تشقه ثم المتلاحمة التي مرت في اللحم ثم السمحاق ثم الموضحة ثم الهاشمة ثم المنقلة ثم المامومة وهي غاية الشجاج *Vulnera, capitis praesertim, octo nominibus distinguuntur. Primum* דמית *sanguinem ciens, citra fluxum. Est parvula fissio cutis. Hoc nonnulli appellitant,* חֹרִצת *findens subtilius. Secundum, scindens, quod carnem quoque nonnihil diffindit. Tertium, carnem discindens penitius. Quartum, pericranium tangens. Quintum, ossis albedinem nudans. Sextum, confringens illud. Septimum, ossicula dissipans. Octavum, ad meningem usque adactum; quod extremum est fracturarum.* Ex hac gradatione dilucet, quis sit חרוץ *fissus*, connexus cum שבור *fracto*: atque simul quoque internoscitur *illud subtilius effissum*, *praefectum*, quod omnes usus dirigit, & peculiari quadam nota distinguit.

Vs. 6. Exquisita phrasis פעל אוצרות *opus thesaurorum*; pro *collectio thesaurorum*, *studium quo thesauri comparantur*, & *construuntur*. Id tota series exigit. Dissentit *Cler.* contendens esse *particip.* & totum Versiculum ita reddens, *Qui colligit thesauros lingua mendace, rem vanam*, & vento *pulsam*, *sibi quaerit*, *ac mortem*. Pro מבקשי מות *quaeritantium mortem*, quo nihil venustius, substituit מבקש ומות; quod invenustum. Disjungi quoque non debent הבל נדף, quamvis & alii ea sejugarint: quasi esset *vanitas* & res *propulsa*. Rectius *vanitas propulsa* a plerisque jam comprobata: nec tamen satis penetratum in *figurae* granditatem: quod *Origo* utriusque vocabuli non satis perspecta fuerit. Prioris *proprietas* sita in *turgore*, sive *flatu tumido*. Id *Arabibus* هبل. Hinc omnes notiones *secundarias* apud *Golium* proficisci, demonstratum in notis ad *Excerpta Hamasae* p. 381--383. Illuc remittere liceat. *Cocc.* ex usu *Thalmud.* jam adduxerat *vaporem*, sive *halitum vaporis*. Inde in *Comment.* hic dedit, *paratio thesaurorum per linguam falsitatis*, est *halitus vaporis impulsi*, *quaerentium mortem*. Subnexuit, ἀπὸ κοινοῦ repetendum videri פעל *paratio*, & quidem cum ingeminatione, hunc in modum; *paratio thesaurorum per linguam falsitatis*, est paratio *vaporis impulsi*, paratio *quaerentium mortem*. Id onerat magis, quam ornat. Ad *figuram* pulchram, ac sublimem, quae in *verbo* נדף residet, assequendam praelucebit *Arabum* copia, sub ندف נדף; *quatere*; *pulsare*; atque inde mox *discutere*, *excutere*, *vehementius impellere*, ac *dispellere*. Id diversos usus suscepit. Praecipuos enotavit *Gjeubar*. ندف القطن ضربه بالمندفة وربما استعير في غيره قال اعشي بمزهر مندوف وندفت السماء بالثلج والدابة تندف في سيرها

سيرها ندفا فهو سرعة رجع يديها والنديف القطن المندوف *Verbum* נדף *in goſſypio valet, illud quatere, diverberare, inſtrumento* מנדפה *dicto. Sæpe ad alia quoque transfertur, ut Absja uſus, in citbara pulſata: item* נדפת אלשמוא אלשלג *excuſſit cœlum nivem: nec non jumentum* הנדף *quatit, diverberat, in inceſſu ſuo, cum infin.* נדף, *quum pedes anteriores quatiendo glomerat. Participuum* נדיף *abſolute invaluit, pro goſſypio excuſſo.* Preſſius *Camuſ.* ندف القطن ضربه بالمندفة وهي الخشبة التي يطرق بها الوتر ليترق القطن وهو مندوف ونديف والدابة ندفا وندفانا اسرعت رجع يديها والسماء بالمطر والثلج نطفت ورمت به والدابة سافها عنيفا

Dicitur נדף *goſſypium, qui illud quatit, ſive diverberat inſtrumento* מנדפה, *quo nomine afficitur lignum, cui nervus ſubtenditur ad goſſypium eo excutiendum, diverberandumque; ut ſubtilius carminetur. Hoc goſſypium dicitur participiis paſſivis* נדיף & מנדוף *excuſſum.* נדף *quatere, diverberare, etiam adhibetur in jumento, cum infin.* נדף & נדפן, *quum celerrime anteriores pedes conglomerat: & cœlum dicitur quatere, vel diverberare pluviam nivemve, quum eas glomeratim profundit disjicitque; denique jumentum* נדף *quatit, qui illud propellit violentius.* Habes ipſum illud, quod *Lexica Hebræa* dabant, *impellere, propellere*, jucunda luce auctum, & a *quatiendo* per *metonymiam* ſubſumtum. Applicemus. *Jeſ.* 19: 7. *Omnis ſementis rivi* יבש נדף ואיננו *exareſcit, excuſſum eſt, & nullum eſt.* Item *Job.* 13: 25. העלה נדף תערוץ *An folium excuſſum evibrabis violentius?* Indicavi ibi *metaphoram a vento vehementius quatiente, diverberante, & rotante ſtipulas.* Hoc *Pſ.* 1: 4. *Erunt ſicut gluma* אשר תדפנו רוח *quam excutit, diverberat excuſſam, ventus.* Item *Pſ.* 68: 2. כהנדף עשן תנדף *Sicut fumus quatitur, quaties, diverberabis*, tanquam ſub *turbine* videlicet *rotante*, & *fumum* quaquaverſum *discutiente.* Inde reliqua ſe dabunt. Veniamus ad noſtram imaginem. הבל *vapor*, per ſe *vaneſcit*, atque *in auras diſſipatur*: quanto magis הבל נדף *vapor excuſſus?* quem ſcilicet *turbo pulſat*, atque *diverberat*, tanquam ſub מנדף *inſtrumento* quo quid (carpitur, carminatur, vel flagellatur, ac disjicitur. Illud مندف מנדף, & *fœmin.* مندفة מנדפה a *Golio* deſcribitur, *Arcus magnus ſubtenſum habens nervum, cujus impulſu goſſypium discuti, dividi, attenuari, & velut carminari ſolet.* Idem *inſtrumentum* appellatur كربال *cribratorium*, vel *ſuccuſſorium.* De eo *Gjeuhar.* والكربال المندف الذي يندف به القطن وانشد الشيباني

ترى اللغام على هاماتها قزعا
كالبرس طيره ضرب الكرابيل ☼

Cribratorium vocatur quoque מנדף *inſtrumentum quo goſſypium diverberatur; in quem uſum adduxit Sjaibanius hocce Poëtæ:*

Videas ſpumam ſuper capitibus ipſarum floccos,
Veluti goſſypii, quos volare fecit diverberatio cribratoriorum.

Cumulatius hinc discernere datur, quam graviter & graphice figuratum ſit, הבל נדף *fla-*

7 שד רשעים יגורם כי מאנו לעשות משפט׃

7 Vastatio improborum gravem ipsis uterum trahit; quia gravati sunt æquitatem exercere.

8 הפכפך

8 Con-

flatus diverberando excussus, & per auras discussus. Allusum suspicor ad halitum oris, quo Lingua fuci ad thesauros comparandos anhelat quasi. Eam imaginem sustinet quoque phrasis מבקשי מות quaritantium mortem. Qui aliquid studiose quærunt, dicuntur id anhelare. Insinuatur, eos qui tales thesauros anhelant, ad nihil aliud adspirare quam ad flatum mox diverberatum ac discussum, atque adeo mortem ipsam anhelare; id est, materiam mortis, & miseriæ æternæ.

Vs. 7. Abstrusissimum verbum יגורם: nam & de Themate ejus non constat; & multo minus adhuc sensus liquet. Graves hinc fluctus. Plurimus calculus I. a גרר secuit, dissecuit serra, tenet, vastatio improborum eos dissecabit. Hoc est, ob vastationem & violentiam suam ipsi vastabuntur. Cl. Cocc. ab eadem Radice II. & quidem per contractionem ex יגוררם calamitas improborum trahet illos; abripiet in perniciem. Ad Thema גור commorari recursum ab aliis III. indeque & Mercer. vastitas improborum commorabitur cum illis, i. e. eos comitabitur; & tandem apprehendet. Dilutius IV. indidem Kabvenaki; illud commoratur cum illis exposuit, non desistunt a maleficiis & vastationibus suis. Ab alia ejusdem verbi notione, in timendo sita, V. Gejer. vastitas --- terrebit eos; vocabulo שד passive sumto: vel & active; vastatio, qua alios evertunt, terrebit eos. Item יגורם pro יגוררם positum autumans. Accessit Cler. suspicans tamen culpam esse Librarii. Sed & hic sensus languidior, quam ut gradum tueri queat. Tres priores merentur attendi. Tertius præsertim habet aliquid subtilius, & argutum. Sed omnis nobis rudens concutiendus; & videndum, an uberius aliquid ex sinu veteris Linguæ queat elici. גרר traxit, magnis & multis usibus olim polluisse ambigi non potest. Hos conspiciendos præbet Arabia sub جر generatim جذب traxit, trahendo duxit, ... unde speciatim duæ regnant figurationes; altera, qua valet trahere caudam; altera, qua, trahere uterum ultra tempus. Prius plene effertur גרר הזנב جر الذنب trahit caudam; unde Avicen. Lib. IV. العقارب الجرارة الاذناب سمومها حادة Scorpiones qui trahunt caudam, quorum acerrima venena. Hinc نררה الجرار tractrix, signat scorpiunculum cauda prægravi, & venenatissima. Est quoque جرار tractor inter Epitheta numerosi exercitus, qui gravem velut caudam, id est molem belli trahit. Est translatum a nube جرار trahente molem aquarum, & eo ipso lentius procedente, ut solent, quæ caudam gravem trahunt. In Diw. Hud. de tali nube dicitur:

جر بادهم ساكب *

Trahit caudam nigerrima, aquas profundens.

Profundiore adhuc usu idem גרר جر traxit caudam, usurpatur pro admisit crimen pœnam trahens: indeque جريرة grave crimen, ac delictum. Hinc jam offero VI. vastatio, violentia, improborum יגורם in fut. Kal, trahit illis gravem caudam, sive molem pœnarum. Hinc quoque pendere videtur sublimius illud Jerem. 30: 23. Ecce turbo ardens Domini - - - סער מתגורר turbo gravem caudam trahens: super caput improborum יחול diversabitur. Plerique istud מתגורר ad גור retulere, ut sit, turba congregans sese: sed Cocc. in Lex. jam monuit, commodius reduci ad גרר, ut exeat, turbo trahens sese & intorquens. Prægnans est figura; adferens procellam quæ molem trahat fulminibus, tonitrubus, imbribusque gravem: simulque innuat molem criminum tandem cum pœna

8 Contortiſſimus eſt viam vir faſce criminum inſtrictus dorſum: at pellucidus, rectus opus ſuum.

8 הפכפך דרך איש וזר וזך ישר פעלו׃

9 Me- 9 טוב

na deſcendentium in caput improborum. Ab hoc ſenſu non abludit, VII. quod poſterior uſus, *trabere uterum*, miniſtrare poſſet. Eum ita exponit *Camuſ.* الجحر ان تجر الناقة ولدها بعد تمام السنة شهرا او شهرين او اربعين يوما وهي جرور وان تزيد الفرس على احد عشر شهرا ولم تضع وان يجوز ولاد المراة عن تسعة اشهر *Verbum* גרר *trabere, ſpecialius uſurpatur in Camelo, quum fœtum ſuum trabit ultra annum, ſpatio menſis unius aut duorum; vel & quadraginta dies; eaque appellitatur* גרור*: item quum equus uterum gerit ultra undecim menſes, neque dum deponat eum: nec non quum fœminæ partus novem menſes excedit.* Hinc cumulatiſſimum hocce emergit: *vaſtatio improborum lentum & gravem uterum trabit ipſis: quia gravati ſunt æquitatem exercere.* Ita שד *vaſtatio* vim *paſſivam* commodius exeret. Eodem revoces licet, quod ex *Jer.* 30: 23. paulo ante adductum, ut סער מתגורר ſignatius adhuc ſit *Turbo uterum lentum ac gravem trabens; atque illam ſuam congeſtam molem jam jam parturiens.* Huc certe invitat geminum germanum illud *Jer.* 23: 19. ubi סער מתחולל pro eo exhibetur, non ſimpliciter *turbo dolorem inferens*, ut edidere multi; ſed figuratiſſime, *partus dolorem ipſemet patiens turbo*, & *jam parere* paratus, quod dudum *parturiebat.* Radix חול *torqueri; tormina pati parturientis.* Cl. *Cocc.* ab alia notione iſtius verbi *manere; moras nectere*, dedit, *turbo perſeverans:* ſed hoc minus appoſitum; nam mox ibidem ſubditur, *& ſuper caput improborum* יחול *morabitur.* Sciatur interim, ad Linguæ decus ſentiendum, illud *morari* ſub חול a *torquendo* eſſe profectum; plane ut στρέφειν; itemque ἰλαστύνειν quod apud *Heſych.* inter alia eſt, λέγειν, ὀκνεῖν, ἀναπαύεσθαι, προσεδρεύεσθαι, ἢ διατρίβειν; quæ verba omne genus *moræ* amplectuntur.

Vſ. 8. Torquet locus, & torquetur. Nodum nexuit vetuſtum *Linguæ* characterem præferens וזר, ſimplex vocabulum, cum *Radicali Waw*; quod alibi non repertum, reſolvi cœpit in duo membra, quaſi ſonaret, *& alienus*, a זור. Hinc I. *Rabbini; perverſa eſt via viri, & aliena: mundi autem viri rectum eſt opus ejus.* Abſolute *virum*, pro *viro improbo*, vel *fraudulento* poſitum autumant; ut *Antitbeſis* זך viri *mundi* exigere videbatur. Precarium, & alienum: ut mirum ſit tanto conſenſu huc conceſſum a plerisque. Alii II. poſt *Vulgatam* tenent, *perverſa via viri aliena eſt.* Non ſuffragatur *Syntaxis*, & *Gnome* jacet. Eam non erigit III. hæc ſtructura, quam & *Gejer.* commendat; *perverſus via vir, etiam alienus eſt.* Neque item hocce inventum *Junii* IV. *Vir via volubilis, ſimul alienus eſt;* reliqua ſic edens: *ſed purus eſt, qui opere ſuo rectus eſt.* Apparet, quid captarit, ad ſpeciem *oppoſitionis* extundendam. Non longe hinc abeſt *Cocc.* V. dans, *contraria ſit via viri, tum ipſe averſus eſt: at ſincerus ſit, rectum eſt opus ejus.* Per *interrogationem* ſuſpendit *de Dieu* VI. *perverſa eſt via viri? etiam aliena eſt: ſed mundum* quod attinet, *rectum eſt opus ejus.* Eodem collineat, quo præcedens. Languidiora omnia. Merus quoque languor *Jarchii* VII. *perverſa via viri, & quidem alieni.* Non vidi unquam *& quidem* frigidius locatum. Huc ſe contulit VIII. *Cler.* expuncto tamen importuno iſto *& quidem*; in ſpongiamque mittens *copulativam: ſcilicet, quæ facile addi potuerit a Librario, cum exſcriberet* זר וזך, *dum e poſteriori voce eam ante priorem transfert.* Verior *Criſis* colligeret, *non potuiſſe*; quia ſi זר legiſſet *Librarius*, nihil habuiſſet in nuce duri: quum איש זר *vir alienus*, *extrarius*, cuivis promtum ſit; at איש וזר *vir & extrarius* ipſa ſit *ſtribiligo*, a quo ultro reſiluiſſet, ſi *Waw* putaſſet *Copulativum.* Sed quis tandem ſenſus, tam caro emtus? *Perverſiſſima eſt via* viri

9 טוב לשבת על פנת גג מאשת מדונים ובית חבר :

9 Melius sedere super angulo tecti: quam uxor contentionum & domus societatis.

10 נפש

10 A-

viri alieni. Hicce; si Viro Docto id accredas; *exterorum populorum fuisse perversissima instituta; adeoque non potuisse Hebræos amicitiam cum iis colere.* Ecquid expectasses? Pergit porro, & adversus *Lud. Capell.* qui jam melius quid suggesserat, insurgit. Is IX. ex *Dialecto Arabica* وزر וזר cum *Waw radicali* adduxit, *crimen, peccatum* designans; ut sit, *perversus via est vir peccati;* improbus, sceleratus. Ad hæc ita *Cler. Quamvis apud Arabes multa inchoentur a Waw; ne unum tamen quidem esse apud Hebræos.* Opinio ista nimis diu rem *Hebræam* obsedit, contra disertissima exempla, contra omnem *Analogiam.* Atqui וָלָד *proles* planissime, ut hic; *Gen.* 11: 30. & וְלַד 2 *Sam.* 6: 23. Vel tralaticia illa התודה *confiteri,* התודיע *notum se facere,* התוכח *redarguere,* aurem vellere debuissent. אֲוַשֵּׁר *complanabo,* habes *Jesaj.* 45: 2. a ושר haud dubie. אֲוַצֶּה *injungam,* a וצה وصي *Esr.* 8: 17. וָרֵד وارد *descendens,* a ורד ورد 1 *Sam.* 30: 24. מְוֻזָּנִים *ponderosi, ponderibus præditi,* a וזן وزن *libravit.* Quid? quod *Analogia* liquidissime sanciat, regnantes illas *formas* per *Waw,* in *Niphh. Hiphh.* & *Hophh.* ubi a ילד *genuit,* nascitur נולד, הוליד, הולד, hoc niti fundamento, omnia inchoata a *Jod,* per *Waw* quoque enunciata olim fuisse. Qui talia in dubium vocant, lumina sibimet sua obstruunt. Sed graviorem securim conatui *Capelliano* injicit Vir Doctus, sic instans: *frigidum denique est dicere, hominem sceleratum habere vias perversas; quis enim hoc nescit?* Et quis ergo nescit, איש זר *virum Ethnicum,* & *aversum* a vera religione, *habere viam perversissimam?* Hoc quidem est suo se pugione conficere. Dicamus tamen, quod res est X. In dignitatem *Phraseos* איש וזר non satis penetraverat *Capell,* nec

وزر simpliciter est *crimen,* sed *fascis* velut *criminum, quibus se aliquis onerat.* Dilucide *Golius* noster وِزْر, quod *Hebræis* וֵזֶר *Segolatum,* exponit *onus,* & quidem *grave, quod quem premit:* item *sarcina dossuaria:* denique *crimen, peccatum:* quod *metaphoram* illustrem ultro oculis jam subjicit. A *primo,* & *secundo* usu descendit וזיר وزير *vezyr,* celebratus in Aulis *Orientalibus* titulus *primarii administri,* qui *onus gravissimum imperii,* omnemque *molem rerum sustinet.* Ipsa *Radix* وزر וזר *Bajulavit;* speciatim *sarcinam dorso instrictam.* Simplex *Origo* videlicet est *instringere:* ut in affini אזר; unde *metonymica* ista potentia sponte succrevit. Idem *bajulare sarcinam dorso instrictam,* exuberantissimam præbet *metaphoram multorum & gravium criminum.* Ejus *infinitivi* وِزْر, & وِزَارَة. Prius est וָזֹר *penacutum; Milhel:* posterius וָזֹר *acutum; Milra:* quod valet *criminibus prægravari;* quæ nempe *fascium,* vel *sarcinarum instar dorso sint instricta.* Splendide hinc *Alcor. Sur.* 35: 19.

لَا تَزِرُ وَازِرَةٌ وِزْرَ أُخْرَى وَإِنْ تَدْعُ مُثْقَلَةٌ إِلَى حِمْلِهَا لَا يُحْمَلْ مِنْهُ شَيْءٌ *Non bajulabit bajulans anima sarcinam dorsuariam alterius; & si clamaverit prægravata ad onus suum; non allevabitur de eo vel tantillum.* Vides *Allegoriam* ad unguem examussitatam. Recurrit *Sur.* 39: 9. לא תִזֹר וֹזֶרֶת וֵזֶר אַחֵרִי. Hoc *Commentatores* declarant لا تاثم آثمة بمآثم اخرى *non rea erit delinquens ulla anima ob delictum alterius;* לא תאשם אשמת באשם אחרי:

ut

10 Anima improbi concupierit malum! ne intimus *quidem* focius ejus ullam in oculis ejus gratiam habebit.

11 Quum mulctatur irrifor, confipiscit fatuus: at cum mature admonetur fapiens, accipit fcientiam.

12 Ma-

10 נפש רשע אותה רע לא יחן בעיניו רעהו :

11 בענש לץ יחכם פתי ובהשכיל לחכם יקח דעת :

12 משכיל

ut *Gjeubar.* fubmonet. Adjecit, تَقُولُ مِنْهُ وَزَرَ يَوْزِرُ وَوَزَرَ يَزِرُ وُزِرَ يُوزَرُ فَهُوَ مَوْزُورٌ *Activa forma* וזר *cum futuris* יוזר & יזר, *nec non paſſiva, cum fut.* יוזר, & *particip.* מוזור, *crimina dorſo inſtrinxit, vel, inſtrictus fuit eorum ſarcina; qualis vocatur* מוזור. Sub VIII. fpecie enotavit idem, إِتَّزَرَ آلرَّجُلُ أَيْ رَكِبَ آلوِزْرَ *Vir* אתזר, *pro vebit ſarcinam criminum.* Eadem figura admiffa fub احتقب *ſubſtrinxit peram, manticam poſt tergum:* itemque *commiſit & ſuſcepit crimen.* Nota & *mantica quæ in tergo,* apud *Phædrum.* Sic tandem luce meridiana clarius, quam fublimi figura auctum fit noftrum איש וזר *vir ſarcinas bajulans criminum,* vel *faſce delictorum inſtrictus dorſum.* Hujus הפכפך דרך *via perverſiſſima* eft; vel potius, hic *perverſiſſimus* eft *viam;* quæ felectior eft & gravior ftructura. Cave fimplex putes. Figuratum eft & hoc: non enim docetur, quod nemo nefcit, *ſceleratum perverſiſſimas inire vias;* fed pingitur *jumentum ſuis ſarcinis prægravatum,* quod *rectos ferre* nequeat *greſſus,* atque omni momento *vacillet, titubet, ſeſe contorqueat,* ac tandem *præceps corruat, onere oppreſſum,* atque *eliſum.* Expreffa & eminens imago *peccatoris criminum faſcibus, ſarcinisve, dorſum onerati & inſtricti.* Ne *greſſum* quidem *unum* rexerit, direxeritve. Omnes ejus motus, conatus, paffus, diftorti. Complectar brevi; ex *Jeſ.* 26: 10. בארץ נכחות יעול *in terra ad lineam amuſſitata pravitatem exercet improbus,* ubi *iter planum, & rectum ad metam,* omnia tamen *depravat, & diſtorquet:* ipfam quoque *veritatem, virtutem,* ac *religionem* non folum *pervertens,* verum etiam *ſubvertens, & funditus convellens.* Uterque adfpectus in phrafi הפכפך דרך comprehenfus. De pofteriori nemini dubium. Prior in *inceſſu* ftrictius dicto, & in *jumento greſſus faciente,* elucefcit ex *Gloſſa* quantivis pretii in *Camuſo;* المتهفك المضطرب المسترخي في المشي والكثير الخطاء والاختلاط كالمتهفك *Partic. paſſ. VII.* מנהפך *inverſus, ſubverſus, vocatur vacillabundus, & laxe remiſſus in inceſſu; itemque multus erroris, omnisque confuſionis. Idem valet part. paſſ. II.* מהפך. Nempe هفك & افك refpondent *Hebræo* הפך *ſubvertit;* ut alibi indicatum. Ad הפכפך דרך *perverſiſſimus viam* exacte quadrat in *Antitheſi* ישר פעלו *planus opus ſuum,* qui in omni *motu, conatu, greſſu, molimine, ſimpliciſſimum tenorem recti, plani, æqui,* conftanter fervat. איש וזר *viro ſarcina criminum onuſto,* refpondet זך *mundus,* proprie *pellucidus:* qui *integer vitæ, ſceleriſque purus,* non habet, cur *vacillet,* cur *titubet,* cur *ſeſe contorqueat.*

Juſtum, & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis Tyranni,
Mente quatit ſolida. - - - - - -
Si fractus inlabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

VI. 10.

12 משכיל צדיק לבית רשע מסלף רשעים לרע׃

13 אטם אזנו מזעקת דל גם הוא יקרא ולא יענה׃

14 מתן

12 Maturitate auget juſtum ipſa domus improbi; lubricans improbitates ad malum.

13 Obturans aurem ſuam a vociferatione pauperis, etiam ipſe clamabit, & reſponſum non feret.

14 Do-

Vſ. 10. Non convenit, quo collineet *Gnome.* Generatim plurimi I. *Anima improbi concupiſcit malum; non eſt gratus in oculis proximus ejus.* Neminem amat: ſemet & ſua tantum quærit. *Cocc.* II. preſſius: *Non tangit animum ejus miſeria proximi.* Ad *ſocium* & *amicum* ſpecialius alii III. hoc ſenſu, *ita propenſus eſt in malum, & ad aliis malefaciendum, ut ne ejus quidem Socius ullis beneficiis ei gratus eſſe, aut gratiam ab eo inire, poſſit.* Sic *Merc.* In Verſionem inſeruit *Cler.* IV. *Animus improbi* aliis *male vult; nec amicus ejus ei gratus eſt.* Nihil in his non veriſſimum; & cum improbæ naturæ vel *malitia*, vel *invidia*, intime connexum. Suſpicor tamen V. aliud ſignatius intendi; ita reddendum, *Anima improbi concupiverit malum! ne gratiam quidem inveniet in oculis ejus amicus ejus intimus.* נפש *animam* capio pro *libidine, appetitu ſpirante*; ut ſæpe alibi. Ea אותה *concupivit* pro *concupiverit*, ut ſæpe, ſeu, *ſi quid concupivit.* Nempe *cupiditas* impotentiſſima eſt, & ubi ſemel exarſit, ſanctiſſima quoque jura violare non veretur. רע *amicus intimus* ſupra aliquoties. *Paronomaſia* inter רע *malum*, a רוע, & רע *amicus* quaſi *compaſcuus*, a רעה *pavit*, etiam nonnihil adfert; ſive hanc, ſive aliam, quam tandem cumque, explanationem amplectaris.

Vſ. 11. Eadem omnia hic recurrunt, quæ ad *Cap.* 19: 25. diſcuſſa: niſi quod pro תכה *cædes*, hic ſubſtituatur בענש *in mulctando*: itemque pro הוכיח *redarguere*, vel potius *demonſtrationem claram facere*, inferatur השכיל *maturitatem dare*, vel *præſtare*, fideliter *admonendo*, & *inſtruendo.* Hinc claret, argutius eſſe, quam ſolidius, quod nonnulli, ut *duplicem* obtineant *perſonam* etiam in poſteriori membro, illud השכיל ex alia notione dederint, *& quum proſperatur ſapiens*, vel *quum proſpere eſt ſapienti, accipit ſcientiam; fatuus*, ſcilicet; *ſucceſſu rerum ſapientis eruditur.* Languidiuſculum etiam illud Cl. *de Dieu*, *& quum attendit ad ſapientem*, פתי fatuus, *accipit ſcientiam.* Liquet, vix aliud hinc exſculpi poſſe, quam quod ſupra propoſui. השכיל eſt *maturare ſe*; quod *intranſitivum* vulgo vocant; & *maturare alium*, quod *tranſitivum*; vel *maturitatem dare alteri*, ſi cum ל conſtruatur, ut hic. Iſti *figurationi* recinit יקח דעת *fœcundum florem ſcientiæ recipiet*, per quem *lætius* adhuc *efflorefcat*, atque *uberiores fructus ferat.* Redeatur ad *Cap.* 1: 3. 5.

Vſ. 12. Magna & mira divergia. *R. Levi* I. *Juſtus proſperans domum improbi, pervertit improbos in malum:* pro, *efficit, ut pergant in improbitate.* Crudum. Non bene coctum quoque hocce *Jarchii* II. צדיק ad *Deum* trahentis: *Conſiderat Juſtus* ille judex *domum improbi, pervertens improbos in malum.* Nec maturum III. quod pleriſque riſit; *Conſiderat juſtus domum improbi*; quum Deus *pervertit improbos in malum.* Ad hoc *Merc.* *Ad Deum referri nequit* מסלף *pervertens, cujus nulla facta eſt mentio.* Ipſe tamen IV. immaturius adhuc, *Conſiderat juſtus domum improbi, pervertens improbos in malum:* i. e. *attendit ad familiam improbi oppreſſoris, ipſe etiam ab illo oppreſſus: atque ita in cauſa eſt ut in ruinam adducantur illi improbi a Domino.* Præiverat *Kimchius*; ſed ſilice durius eſt, ut מסלף *pervertens* applicetur *juſto*, & quidem *oppreſſo*; atque ita *perniciem in oppreſſorem e cœlo devocanti.* Eum tamen ſilicem & alii apud *Merc.* concoxere, V. reddentes, *Inſtruit intelligentia juſtus domum improbi; proturbans improbos in malum*; quia non emendantur videlicet, *efficiens ut mali male pereant.* Huc calculum adjecit *Cler.*

14 Donum in occulto, pensat nasum; & munus in sinu æstum vehementem.

יד מתן בסתר יכפה אף ושחד בחק חמה עזה׃

15 Læ-

טו שמחה

Argute, & paulo mollius, *Jun.* VI. *Imbuit intelligentia justum ad domum improbi, qui subvertit improbos ob malum*, vel *in malum.* Intelligit *Magistratum improbos punientem, quin & Deum exempla severa statuentem, ut discant, iis admoniti, justitiam, nec temnere Divos.* Vicinum VII. quod *Gejer.* in medium contulit: *Considerat justus*, sive *attendit ad domum improbi; & subvertit improbos propter malum.* צדיק *justus* ei est *princeps*, vel *magistratus qui* oculo vindice *notans* mali corvi mala ova, *nidum istum exscindat.* Gratis tamen *Magistratus persona* hic inducta. Addit proinde, si id repudietur, nil melius succurrere, quam *Lutheri* VIII. *Justus prudenter agit adversus domum improbi; sed improbi nil nisi malum moliuntur:* quasi מסלף *subvertens*, per *Enallagen numeri* positum foret, pro מסלפים *subvertentes;* vel *distributive; unusquisque eorum evertens ad malum;* hoc est, *eversiones ac damna machinatur.* Missa notione *pervertendi*, vel *evertendi*, Cl. *Cocc.* adscivit *proprietatem* ac vim *intricandi*, sub *Radice* סלף, atque inde IX. promsit; *Monet justus domum improbi, qui intricat improbos, in malum.* Prius colon ita exponit; *justus improbos non lacessit, irritat, exacerbat; sed eos studet convertere.* Posterius sic: *At qui improbos intricat*, i. e. *confundit potius, & lacessit, quam docet, hoc facit ad malum:* nam *fit deterior.* Hæc hypothesis intricavit. Ut tanto e fluctu conquiescat locus vexatissimus X. geminam indicabo stationem, ex gemina *Syntaxi* oriundam: vel enim reddas licet, *maturat semet justus ad domum improbi; quæ lubricat improbos ad malum:* vel nervosius adhuc, *maturat justum ipsa domus improbi; lubricans improbitates ad malum.* Expendamus. Si prius sequamur, pro *quæ lubricat* מסלף, possis quoque, *quum lubricat.* Hanc esse indolem, & genuinam potentiam *Thematis*, supra emunitum. *Domus improbi* designat *florentes* ejus *fortunas*, & *familiam omni felicitate affluentem.* Ad illam *sese maturat, maturiorem intelligentiam consequitur* justus, *quum alta* illa *domus lubricat improbos ad malum:* h. e. *quum in altum* ad tempus *sublati, mox lapsu graviore ruunt.* Hunc prospectum, sensumque, offert *Ps.* 73: 19. cum aliis luculentissimis in eandem rem contextibus. Possis quoque ex *Vs.* 18. ibidem, *quæ lubricat*, vel *quippe quæ lubricet;* prout ibi *ad maturitatem* jam *proficiens Asaphus*, atque *immatura* sua *judicia*, *Vs.* 10. 11. 12. expressa, ipsemet condemnans, subnectit. *Quomodo in lubricis fundamenta ipsis ponis; proturbas eos in summas vastitates!* Sic משכיל erit *sese maturare*, & ל *Dativi* vim exeret. Sed monuimus ad *Vs. præced.* & alibi השכיל etiam valere, *maturavit alium.* Idem ל etiam sæpe *emphasin* signat. Exempla multa præcessere. Inde exsurgit, *Maturans justum sane domus improbi;* sive *ipsa domus improbi.* Sublimi imagine *Domus illa* introducitur *monitrix* justorum, & *maturatrix judicii eorum*, hac in parte *non parum sæpe immaturi;* ut ex eodem *Psalmo* 73. & 37. aliisque nemini non compertissimum. *Paradoxum* admirabile! *Domus* ipsa *improbi maturatrix justi.* Est ἀδόξῳ ἀπροσδόκητον. Nemo tale quid expectasset. En solutionem nodi. *Lubricans* quippe *improbos ad malum.* Sic possem cum omnibus. Sed perpendendum trado, num forte mollius exiturum sit רְשָׁעִים *improbitates*, non a רָשָׁע, sed a רֶשַׁע *Segolato.* Res eodem redit; sed posterius magis variat; & *improbitates* in *abstracto*, pro *improbissimis* illis, sententiæ pondus adaugeret. De eo quisque sibi judex sedeat. Prætermisissem ferme, allusum videri in concipienda hac *Gnome*, ad *alta* simul, simul *glabra*, & *lubrica* locorum. In *celsissimo culmine stare*, ac *florere* videtur *Domus improbi:* sed *quanto altius eminet, tanto proclivior* illa לרע *ad malum* culpæ: *tanto pronior* etiam *ad malum pœnæ.* Tota *stat in præcipiti*, tota in *glabro pendet*, jam jam *omnes* illas *improbitates*, omnem illam *improborum sobolem lubricatura*, atque in *perpetuas vastitates devolutura.*

Vs. 14. Solitarium verbum יכפה turbelas

las dedit. Ob vicinitatem cum כבה *extinguere*, multis *Veterum* & *Recentiorum* placuit; *Donum in occulto extinguit iram.* Tanto impensius placitum, quod כבה in *extinguenda ira* tritum sit: ut *Jer.* 4: 4. & 21: 12. quodque כ & פ pronissimæ sint omnibus in Linguis, ad vicarias inter se operas. Alii, ansa ista arrepta, emendandum pronunciarunt יכבה. Nil facilius talibus effatis. Cl. *Cler.* insinuat, non male etiam hic convenire verbum יְכַפֵּר *expiabit*, quod cum *ira* conjunctum *Prov.* 16: 14. Convenire *Phrasin*, nemo neget. Eam hic adhibitam a *Salomone*, nemo affirmet: & jam incertiores reddimur, quam dudum. Recursum ab aliis ad cognatum כפף *curvavit*, *depressit*; ut sit, *depressam sedat iram.* Id amplexi & Nostri. Pondus habet, & interiorem gratiam, quatenus in מתן *donum* attenditur *grave* quid & *pretiosum.* Ergo hoc quidem suo sibi jure palmam vindicat. Attamen in mera fundatum *alliteratione*, neutiquam aleæ exemtum censeri potest. Disertior requiritur auctoritas; uberior Linguæ veteris copia, ut dignoscatur quid *Thema* כפה in sinu gesserit. Hanc solæ *Dialecti* præstare valent. Cl. *Cocc.* in *Lex.* produxit כלי כפה *vas inversum*; apud *Thalmudistas.* Τοῖς LXX innotuit ea vis, dantibus, ἀνατρέπει ὀργάς. In *Targ.* כפא & כפי est *subigere.* Inde ὁ πάιν *Donum subigit iram.* Jam aliquid tenetur, in quo pes figi queat. Dabo planius & firmius. *Arabum* كفا כפי, כפו, כפא, unam tenent *Originem*, multis usibus variegatam. Sub كفا *ult. Aleph* apud *Golium* habes in I. *retro vertit* rem, *avertit*, *divertit* aliorsum, *pronum invertit vas.* In III. كافا כופא *Pohel*, *par fuit. æquiparavit. compensavit.* Ἀντιταλαντεύειν. Ἀντισταθμίζειν. كفو כפוא & كفي כפיא *par oneri*, aut *operi*: qui *pondus* ejus *sustinere valet.* Ista *metonymia* regnat præsertim sub كفي כפי, כפה, *satis fuit*, *suffecit* operi sustinendo; *par fuit* ei exequendo. In III. item, *pensavit.* Hinc Phrases illæ venustiores, quarum gustulum dedi in *Animadvs. Philol.* in quibus كفي כפה valebat *sufficere ad aliquid præstandum*: ut in illo *Golii* كفي بالله هاديا *sufficit ductor Deus*, vel, in *Ductorem*; *vicem* omnis *Ductoris* unus *explere potest.* Inde crescente *metonymia* كفي الشر *sufficit malo* amoliendo, & averruncando: cum *accusat.* quod *Latinis* est *subsistere malum*; ut apud *Liv.* *subsistere feras*, & *Cæs.* *subsistere hostem.* Etiam cum *dat.* struitur. *Hamas.*

أَكْفِي لِلْمُضْلِعَةِ وَإِنْ هِيَ جَلَّتِ ✿

Par sum costas infringenti malo, quantumvis volvatur grave.

Est figura ducta a *pensando*, quatenus valet *æquare suo pondere*; vel & *superare*; sive *æquilibrium facere* primitus, mox etiam *præponderare.* Hinc jam perpulchrum hocce enitescit, *Donum in occulto iram pensabit*; *suo pondere*, scilicet; quod jam, non sine aculeo, per *metalepsin* valet, *longe præponderabit.* אף *Nasus*, ira fervidus, habet *pondus*, quum

Βαρεῖα χολὴ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

Bilis gravis ad nasum assidet.

חמה עזה *æstus vehemens*, *gravi* quoque *mole opprimere* minatur: sed *Donum* & *munus occulte sinui ingestum* facillime ἀντίσταθμον, sive ἀντιτάλαντον sese præstat; *multo graviore pondere* videlicet præditum, quod phrasi *Æschyl.* in *Pers.*

Δὶς ἀντισηκώσει ῥοπῇ.

Vel alterum tantum prælibrabit.

Quantum hæc imago dignitatis, ac gravitatis, hac in sede exerat, nemo non advertit. *Origo* omnium notionum, quas percensui, sita in *plicando*, *replicando*; quæ in *Themate* quoque كف כפף continetur. Et hoc ergo per eandem auctoritatem *Dia-*

le-

15 Lætitia eſt juſto, *recto-rigido*, exercere æquitatem juris: at conſternatio operatoribus vanitatis.

15 שמחה לצדיק עשות משפט ומחתה לפעלי און׃

16 Homo divagans a via maturæ intelligentiæ, in cœtu orcinorum recubabit.

16 אדם תועה מדרך השכל בקהל רפאים ינוח׃

17 Vir raſæ penuriæ *fiet*, amans lætitiam; amans vinum & oleum non diteſcet.

17 איש מחסור אהב שמחה אהב יין ושמן לא יעשיר׃

18 Re-

18 כפר

lectorum conſtabilitur, ac ſupra aleam evehitur. Ab his ſi diſceſſeris, omnia intuta, & ſabulo fluxiora.

Vſ. 15. Duplicem ſenſum attulit *Merc.* quorum neuter ſcopum ferit. Primus eſt, *delectari juſtum dum facit, quod æquum eſt; at terrorem, periculum,* ac *ruinam* tandem *accidere iis, qui iniqua operantur.* Alter; *Lætari juſtum quod videat juſtitiam exerceri, & malos puniri; hoc ipſum vero facinoroſis terrori eſſe.* Recta collineavit *Jun. Lætitiæ* eſt *juſto facere jus; contritioni vero operam dantibus iniquitati.* Id unice tenendum. שמחה eſt *facilitas enodis, promta, læta* cordis, *cum voluptate agentis:* quæ vis ſub سمح aſſervata. מחתה *confriatio*, a חתת حتّ *friando trivit*, infert *moleſtiam, vexationem, contriſtationem*, atque adeo *contritionem mentis*, aliquid *abhorrentis*, & ſub *onere* velut *fracti* ac *confriati*. Non monuiſſem, niſi magni nominis Interpretes in alia omnia ire animadvertiſſem. Fraudi fuit, quod עשות משפט *facere jus, exercere æquitatem*, nimis reſtrinxerint. Pertinet ad omnia *officia virtutis, & religionis.* Inſtar omnium ſit *Mich.* 6: 8. *Quid requirit a te Dominus* כי אם עשות משפט ואהבת חסד *niſi facere æquitatem, & amare virtutis ubertatem?* Hoc juſtus *præſtat lætus, lubens, pronus, promtus.* At פעלי און *operatores vanitatis* id *horrent*, & *abhorrent. Vita* virtutis ipſis *non eſt vitalis.*

Vſ. 16. Grandis forma loquendi. *In cœtu orcinorum recubare;* ſive *ſtabulari.* Vocabulum רפאים in diverſa trahitur. Mentem meam expoſui ad *Cap.* 9: 16. ubi monui, eo deſignari partim *Manes orco clauſos;* partim *profligatiſſime improbos orco* veluti *addictos*, ejusque *nexu* jam hac in vita *conſtrictos.* Hos *orcinos* appellare quoque licet. Conferenda quæ ad *Cap.* 5: 5. de *Morte*, & *orco* שאול, ſubmonui: itemque *Cap.* 7: 27. Addendum quoque *Cap.* 2: 18: 19. In omnibus illis locis intenditur *ſummus gradus mortis ſpiritualis, quo quis in vitia ſua, & ſcelera, ita obduruit; ut* jam his *in terris conſtitutus* adhuc, *inquilinum orci agere* cenſendus ſit, atque *gregi orcinorum* annumerari mereatur. Verbum ינוח aliis eſt *requieſcet*, pro *manebit, commorabitur:* aliis *reſidebit*, eodem ſenſu. Id ſi obtineat, *ironiæ* aculeo exiſtimem animandum. Tale illud *Pſ.* 49: 15. *Sicut grex ovium ad orcum disgregantur*, (ſic reddendum שַׁתּוּ a שתת شتّ) מות ירעם *Mors paſcet eos*; id eſt, *Paſtorem eorum aget.* Nempe, O *præclarum Paſtorem ovium, Lupum!* Item in *Alcor. Lectos ſibi ſternent in Gehenna:* &, *congregabuntur in Gehennam*, وبئس المهاد *& vah Lectum illum! Sur.* 3: 10. & *Vſ.* 196. *ibidem*, مأواهم جهنم وبئس المهاد *Recubitorium eorum Gehenna, & vah Lectum illum!* Verbum נוח etiam ſeſe extendit ad *greges recubantes*; atque inde *Jeſ.* 28: 11. זאת המנוחה *Hoc eſt requietorium*, ſive *hic* eſt *locus* ubi *gregibus recubandum*: ergo הניחו לעיף *recubitorium date gyranti* præ *laſſitudine* ac *ſiti.* Et *Jeſaj.* 63: 14. *Sicut jumentum quod in valle deſcendit aquatum* תרד; *ſic Spiritus Jehovæ recubare fecit eum.* Hic loci illius conſpectus multo ſuaviſſimus. Inde & *Pſ.*

18 כפר לצדיק רשע ותחת ישרים בוגד :

19 טוב שבת בארץ מדבר מאשת מדונים וכעס :

20 אוצר נחמד ושמן בנוה חכם וכסיל אדם יבלענו :

21 רדף

18 Redemtio pro justo improbus: & loco rectorum prævaricator.

19 Melius sedere in terra deserti; quam *habitare* cum uxore contentionum, & ægrimoniæ.

20 Thesaurus desiderabilis, & opimitas, in habitaculo sapientis: at elumbus hominis absorbet illum.

21 Per-

Ps. 23: 2. על מי מנוחות ינהלני *Ad aquas ubi recubant greges potum me ducit.* Jam adhuc pulchrius quid in *Gnome* nostra efflorescit. Nempe *vagans*, *divagans* תעה, *metaphoram* exhibet desumtam a *pecude*, per *deserta*, & *devia*, exerrante. דרך השכל *via* est, *quæ instituat ad maturitatem prudentiæ* simul, simul *felicitatis*. Ab hac *qui evagatur*, non aliud *recubitorium* invenerit cum hac in vita, tum post eam, quam קהל רפאים *cœtum*, sive *panegyrin*, *orcinorum*. Habes *Sarcasmum* acuminatum.

Ibid. Usus verbi נוח, quem produxi, apud *Arabes* protritus: atque inde مُنَاخ מנוח apud *Golium* exponitur, *locus ubi cameli cubant*. In IV. أناخ הניח item *procumbere fecit* camelos; nec non *castra posuit*. Utrumque complexus Poëta in *Hamas.*

أَبْرَكَهُمْ فِي مُنَاخٍ جَعْجَعٍ
يَنْقُبُ فِيهِ ٱلْأَظَلُّ ۞

Procumbere eos fecit in cubitorio asperrimo;
Ubi cavum foretur ungulæ.

Id est, *gravi mole belli eos oppressit* & *elisit.* Plura invenies in notis ad *Excerpta Hamas. pag.* 437. Teneatur & hoc eadem ex *Antholog.*

وَمُنَاخِ نَازِلَةٍ كَفَيْتُ وَفَارِسٍ
نَهِلَتْ قَنَاتِي مِنْهُ وَعَلَّتِ ۞

Sæpe incubantem belli molem substiti, & equites;
Unde hastæ meæ biberint, & largiter hauserint.

Hinc explicandum censeo *Jes.* 7: 2. *Nunciatum est Domui Davidis* נחה ארם על אפרים *incubat Syria super Ephraïmitas*, i. e. *præter eos*; vel *una cum iis*. Duplicata *belli moles* pingitur, & *Syri* dicuntur *arma cum Ephraimo sociasse:* Sic ibid. *Vs.* 19. *Venient* ונחו *& incubabunt omnes* &c. Item *Exod.* 10: 14. *Adscenditque locusta*, וינח *& incubavit in omnem terminum Ægypti*: quasi *castra* ibi *ponentes*; videlicet *Locustæ exercitui* gravi *mole incumbenti* comparantur. Idem نَاخَ *procumbere*, valet nonnunquam *stabulari*: & مُنَاخ מנוח *stabulum*. Inde posses, *in cœtu orcinorum stabulabitur*. Id eodem recidit, non sine sale quoque. Prius tamen aculeatius.

Vs. 20. Vocabulum כסיל *Elumbis*, vel *pingui lumbo fartus*, *emollitus*, *segnis*, hic peropportunam sedem intrat. *Luxuria* nem-

21 Perſequens rigorem recti & ubertatem officii; inveniet vitam, juſtitiam, & gloriam.

22 Urbem fortium bellatorum ſcandit ſapiens; & facit deſcendere aſylum ſummæ ſecuritatis.

23 Cu-

21 רדף צדקה וחסד ימצא חיים צדקה וכבוד :

22 עיר גברים עלה חכם וירד עז מבטחה :

23 שמר

nempe hic depingitur *profligatiſſima*, quæ *opulentiam* ampliſſimam *abligurriat*, atque avido ventri donet: attenti patris *rem præclaram ingluvie ſtringens*, ut ait *Horat.* id eſt, *brevi ſpatio deglutiens.* Hoc verbo יבלענו *abſorbebit apothecas* & *theſauros paternos* expreſſam. Signatiſſima conſtructio כסיל אדם *Elumbus hominis*; ut ſupra *Cap.* 15: 20. ubi item *mollitie* ac *luxuria perditus nepos* denotatur; qui a noſtro בלע بلع *Arabibus* بُوْلَعٌ *glutitor* בּוֹלֵעַ, ex *Paubel*, & مِبْلَعٌ, מְבַלֵּעַ, nec non بَلْعَةٌ בַּלְעָה, figura *abſtracti* pro *concreto*, quæ *belluationem* ponit pro *belluatore*; qui ſit

Pernicies, & tempeſtas, barathrumque macelli.

Vſ. 22. Pulchra *Allegoria.* Ejus *literam* per contrarium pleno in die collocat *Eccleſ. Cap.* 9: 14. 15. adjecta clauſula, *dixi proinde* טובה חכמה מגבורה *præſtantior ſapientia quam robur.* Illa *Sapientia invictas expugnans arces*, atque vel *dejiciens eas*, vel *ad deditionem cogens*, ſe jam *figurate* porrigit ad omne genus caſuum, in quibus *ratio*, & *moderatio ſapiens*, *vim conſilii expertem* vel eludit, vel exarmat; atque ſibi concedere cogit. הוריד *deſcendere fecit* nonnunquam lenius, *ad deditionem adegit*: ut *Deut.* 20: 20. nonnunquam gravius, *dejecit*, & *ſolo æquavit*: ut *Deut.* 28: 52. *Zach.* 11: 2. &c. Utrumque huic ſedi accommodum. In *forma* מִבְטָחָה fruſtra ſudatum. Non eſt *affixum He*, unde *Mappik* exciderit. Eſt *He fœmin.* a מִבְטָח & מִבְטַח; unde in *affixione* מִבְטָחָם *Jer.* 48: 13. & מִבְטַחוֹ *Jer.* 17: 7. cum *plur.* מִבְטַחִים *Jeſ.* 32: 18. Hoc contractum, ex מִבְטַחְתִּים, *complanatiſſimæ ſecuritates.* Ergo מִבְטָחָה pro מִבְטַחְתָּה, *ſumma ſecuritas*: ex ſpecie *Pihlel* oriundum, omiſſo *Dagesh.* Talia ſunt מִשְׁמָן, *præpingue*, משגב *præcelſum.* מחמא *præmolle butyrum*: quæ *Dagesh* recipiunt in *motione*: quod ſpeciem *Pahhel* arguit.

Vſ. 24. Animoſa ſententia: ad vivum ſecans, atque exprimens, *characterem* ל֗ץ *Sannionis.* Pondus dicti reſidet potiſſimum in *vocabulo* rariſſimo יָהִיר, quod ſemel modo recurrit *Hab.* 2: 5. Utrobique acceptum fuit pro *partic. Pahyl* a *Themate* יהר; cujus veſtigia extabant in *Dial. Chaldæo-Thalm.* ubi אתיהר *ſuperbire*; & יהירא *ſuperbus*, cum יוהרא & יהירות *ſuperbia.* Inde receptum a pleriſque *Hab.* 2: 5. גבר יהיר *vir ſuperbus*, vel *inſolens.* Conſimiliter heic loci, niſi quod variatum ſit in conſtructione. *Merc.* I. *Elati inſolentis nomen eſt illuſor: facit* opera ſua *in indignatione elationis.* Concinnius Noſtri, II. *Qui ſuperbus jactator eſt, nomen ei Sannio; patrans ſua cum tumore ſuperbo.* Inciſim *Jun.* III. *Superbi, contumacis, deriſoris nomen eſt illi; qui exercet furore* ſuo *ſuperbiam.* Compreſſius *Cocc.* IV. *Protervus audax irriſoris nomen habet, qui agit cum animoſitate protervia.* Inſerta copula V. multi, *ſuperbus & arrogans*: vel *ſuperbus & ferox* &c. &c. Nempe *Origo* etiam profundiſſime ignoratur: unde enata illa diſcrepantia, quæ circa hocce יָהִיר in *Verſionibus* deprenditur. Plurimi vagis illis notionibus *ſuperbi*, *arrogantis*, *inſolentis*, *contumacis*, *audacis*, *protervi*, aliisve, contenti, de vera,

23 שמר פיו ולשונו שמר מצרות נפשו׃

23 Custodiens os & linguam suam; ab angustiis animam suam custodit.

24 זד יהיר לץ שמו עושה בעברת זדון׃

24 Tumidus mole cava ruens, Sannio nomen ei: agens cum effervescentia tumoris.

25 תאות

25 Cu-

ra, & *primaria*, potestate figenda vix cogitarunt. Qui eam finire fategerunt, nihil egerunt, & prudentius temperassent conatibus fumum pro fulgore daturis. *Forster.* ad מהר *festinavit*, ejusque מהיר *festinum*, respiciens, יהיר ibidem ordinare ausus fuit, ut *proprie* sonet *festinantem*, & mox *præcipitem* ac *temerarium*. Ejus æmulus *Avenar.* ex הר *monte* mirificum imaginationis fœtum exclusit, *sublimem* videlicet, *qui præ superbia montis instar intumescat.* Abortum suscepit, & fovit *Gusset.* fassus *esse vocabulum ignotum*, *cujus genuina notio ex locis duobus determinari nequeat. Ab* הר *mons ergo*, inquit, *fumo* יהיר *sub forma futuri ex radice* הרר; *ut sit ille, qui præ superbia inusitata suspici vult tanquam si mons esset. Vide exempla*, *Jer.* 51: 25. *Zach.* 4: 7. Cernere est, quas ruinas edant, qui auctoritatem *Dialectorum* deferunt. Harum copia benigna cum *themate* יהר, refundit quoque *sororia*, הור, & היר, unde יהיר *formam futuri* limpidam, & cum *Analogia* conjunctissimam, offert. Recludam fontes; atque inde arbitrandi cuivis dabo facultatem. Verbi הור potentiam *propriam* & *impropriam* ita aperit *Gjeubar.*

هار الجرف يهور هورا
وهورا فهو هاير وهورته
فتهور وانهار اي انهدم
والتهور الوقوع في الشي
بقلة المبالاة يقال فلان
متهور واهتور الشي هلك
والتيهور من الرمل المشرف
قال الراجز

كيف اهتدت ودونها
الجزاير ۞
وعقص من عايج تياهر ۞

Radix הור *med. waw*, *usurpatur in ora terræ fluxu exesa quum corruit*, *cum fut.* יהור, *& infinit.* הור & הוור; *itemque partic.* הויר. In II. הור *est diruit*; *& in* V. תהור; *itemque* VII. אנהור; *dirutus fuit*; *corruit. Forma infin.* V. תהור *frequentatur pro ruere in aliqua re protervissime*, *sine ulla cura*, *ac consideratione*, *qualis homo vocitatur* מתהור. *in* VIII. אתהור *valet*, *periit*, *vel perditus fuit. Denique* תיהור *est arenæ cumulus elatior. Ita Rhythmicus Poëta*

> *Qui recta iret*, *arenarum interjectis insulis?*
> *Tortuosæ*, *curvæ*, *exesæ quibus prominentiæ!*

Apud *Golium* derivatum hocce تيهور, quod tamen potius ad cognatum יהר referendum, exponitur, *eminens arenarum tumulus*, *& quidem in se corruens.* Hinc subsumta *metaphora* ad *vanitatem*, *superbiam*, & *temeritatem*, *importuno & vesano impetu ruentem.* Nempe *Proverbialiter* تيه تيهور *vastitas deserti ruentibus arenarum tumulis confusi*, designat *hominem temeraria superbia*, ac *vanitate vesanissima refertum.* Apud *Gjeubar.* quoque reperio يقال بالرجل اذا كان ذاهبا بنفسه به تيه تيهور *De viro dicitur quum vesanissime ruit*, *est in eo fastus arenarum tumulis corruens.* Planius adhuc, cumulatiusque, in *Camuso.* التيهور ما اطمان من الارض وما بين اعلي الوادي والجبل واسغلها والرجل التايه المتكبر وموج البحر المرتفع ومن الرمل

25 Cupiditas tardatoris enecat eum: quoniam gravantur manus ejus operari.

25 תאות עצל תמיתנו כי מאנו ידיו לעשות׃

26 Om-

26 כל

الهوي ما له جرف *Forma* תיהור *notat quod subsedit de terra; & quod inter summum montem, & imam vallem; itemque hominem fastu & superbia ruentem: nec non undam tumide elatam, arenamve quæ subtus exesa corruat.* Nexus significationum evidens. Elucet etiam *primaria* virtus; quam in pleniore adhuc die collocabit hocce *Alcor. sur.* 9: 110. افمن اسس بنيانه علي تقوي من الله ورضوان خير امن اسس بنيانه علي شفا جرف هار فانهار به في نار جهنم *An vero is, qui fundavit ædificium suum super Timore Numinis, & Favore, melior? an qui illud fundavit super extrema margine exesæ arenæ jam jam ruentis, cum qua corruat ipse in ignem Gehennæ?* Pro isto הור *cavatum ruere* etiam effertur היר, monente *Gjeubario*; هيرت الجرف فتهير لغة في هورته *Dialectus fert* הירת *ruere feci arenam fluxu exesam, eaque* תהיר *corruit; pro* הורת *media Waw.* Ejus *infin.* تهير pertritum apud *Auctores* in *tumido* & *cavo*, ut sic dicam, *impetu*, quo quis *temere ruit*, & simul *corruit.* Talis *vir* in *Camuso* هيار הַיָּר *tumida cavitate ruens.* Ibidem هير היר exponitur per *mendacium. Ineptus & vanus sermo: Omnis deliratio & vesania.* Ex eodem fonte omnia. Pro isto היר هير etiam يهر יהר enunciatum, ex *cognatione*, quæ sæpissime inter *medias* & *primas Jod* intercedit. In *Camuso* iterum اليهر اللجاج وقد استيهر تمادي في الامر وفزع وذهب عقله *Radix* יהר *notat importunitatem; atque inde X. species venit pro importunius institit in rem. Item externatus & attonitus ruit; plane dementatus fuit.* Hinc pendet *forma* تيهور תֵּיְהוּר per *Te* servile, ad *undam tumidissime elatam*, ad *arenam subtus exesam*, atque *mole* ac *tumore* suo *corruentem*: ad *virum* denique *impotenti superbia*, ac *fastu tumidissimo ruentem*, illustri *figuratione* traductum. Pro eo & تاهور תָּהוּר pro تَوْهُور תּוֹהוּר enunciatum; quod arguit *Thema* affine وهر והר, item in *Camuso* enotatum والوهر محركة توهج وقع الشمس علي الارض حتي تري له اضطرابا كالبخار وتوهر الرجل اي تهور *Forma* והר *cum duplici Patach designat vaporationem æstuantem solis super terra, sic ut cernas inde repercuti exhalationem fumidam veluti, atque huc illuc motitari. In V. specie, de viro dicitur* תוהר, *idem valens quod* תהור, *quum vapore tumido elatus, ruit;* secundum omnem illam amplitudinem *metonymicam*, quam supra conspiciendam præbui. Admirabilis in omnibus hisce *Glossis*, quibus quatuor sororiæ *Radices*, הור cum suo והר, nec non היר cum suo יהר, insignitæ sunt, relucet concentus, per quem nostrum יהיר in antiquam sedem possessionemque reponatur, sive jam quis velit ex יהר, ut sit *partic. passivum*; sive ex היר, ut sit *futurum.* Utrumque sistit nobis *tumide inflatum, qui impotentissimo fastu ruat in omne nefas Divina & humana juxta violans.* A יהר si ducatur erit signatissimum *Epitheton* & זד a זיד زاد *tumuit, intumuit cum fervore.* Si sumatur pro *futuro* verbi היר, denotabitur *tumide inflatus, qui ita ruere soleat.* Posterius aliquanto commodius; eoque, quum Lingua suadeat, præferendum. Magis adhuc quadrat יהיר in *futuro* sumtum *Hab.* 2: 5. ubi magna collisio sententiarum. Iis non immorabor. *πάνυ Vitr.* ad *Jes.* 31: 1. hunc conspectum pandit. *Tanto magis quia* היין בוגד *vinum perfide agit;* גבר יהיר

26 כל היום התאוה תאוה וצדיק יתן ולא יחשך׃

26 Omni die concupiscit Cupiditas: at justus tendit & non substringit.

27 זבח

27 Sa-

יהיר, *vir superbus*, *qui non habitat*; (*se non tenet stabili sede*) &c. Subdit; *vinum hic appellatur fortuna prospera*, *quæ homines inflat*, *magna spe implet*, *audaces & arrogantes facit*, *& dejicit de statu mentis*, *ut sui ipsius*, *& conditionis suæ*, *obliviscantur*; *ac cupiditatibus præter fas & æquum indulgeant*. Magno Viro digna commentatio; quam nostrum יהיר cumulatissime expleat. Limpidius fluet tamen, si jam non ex *futuro Kal* struamus, sed ex *Hiphh*. *Atque etiam vinum perfidum*, *virum dementat*, five *de mente dejectum importunissime & impotentissime facit ruere in omne nefas*.

Ibid. Posterius colon nemo constituet, atque cum præcedenti ita colligabit, ut Linguæ gratia, & dignitas, postulant, nisi pressius insistatur in nativam vim vocabulorum, quibus tota sententia pertexta. Magna hac in parte regnat negligentia; etiam ibi, ubi res ultro se dabat. Si modo *secundaria* potestas utcumque reddatur, satisfactum creditur officio; quasi parum interesset quo tandem colore sensus transfundatur. Exemplum in manibus. *Mercero* עשה בעברת זדון est, *agens in indignatione elationis*: ad *Vulgati* illud, *qui in ira operatur superbiam*. Longius deflexit *Jun.* dans, *exercens furore suo superbiam*: itemque *Cler. superba ira permotus* res suas *agit*. Aliis placuit *excandescentia superbiæ*, cum qua consonat *excandescentia ferociæ*, quam *Cocc.* in *Lex.* exhibuit. Commodius in *Comment.* dederat, *cum animositate protervia*. Vides omnia ferme eodem recidere; quamvis alterum altero sit vel potentius, vel venustius, si *Latina* spectetur elegantia: si *Hebraica*, abeunt inde, & abludunt omnia. Nempe זדון *superbia*, *protervia*, in *Origine* designat *tumorem* qualis est *ollæ bullientis*. עברה, a עבר *transiit in flumine extra ripas effervescente*, valet *fervorem*, five *impetum fervidum*, qui *repagula omnia transcendat*. Submonui ad *Jobi Cap.* 40: 6. En jam tabellam suis luminibus distinctam: זד *tumens*, superbia *intumescens*; *qui* יהיר *cava mole inflatus ruere solet*; Divina & humana omnia proculcans, לץ שמו *Sannio nomen ei*; *agens cum effervescentia tumoris*. Continuatur *figuratio Allegorica*, atque insigni accessione cumulatur. In isto זד *tumido*, qui *cava mole inflati* sui *turgoris* perpetuo *ruit in omne nefas*, inesse dicitur עברת זדון *effervescentia tumoris*: qui velut *æstu torrente sese supra ripas effundat*, ac *late diluviem ferat*. Isto adspectu *Jobi* 40: 6. הפץ עברות אפך dedi, *effunde quaquaversum effervescentias Nasi tui*. Eadem *Metaphora Hos.* 5: 10. אשפוך כמים עברתי *effundam tanquam aquas effervescentiam meam*. Junctim veniunt עברה וחרון אף *effervescentia & æstus Nasi*, *Jesaj.* 13: 9. Itemque 14: 6. *percutiens populos* בעברה *cum Effervescentia verbere nunquam recedente*; *proculcans* באף *cum Naso gentes*. Cohærent voces *Effervescentia* & *Nasus*, atque repræsentant *prætumidam* & *insolentissimam arrogantiam*, qua *Babylonius* victis gentibus *insultabat*. Nempe עברת אף *effervescentia nasi*, est *impetus tumidus nasi exæstuantis*, *in omnemque insolentiam velut exundantis*. Hinc *Ps.* 7: 7. quam significantissime, *Surge Domine* הנשא באפך *celso Majestatis naso*, *atque* בעברות צררי *attollitor adversus effervescentias æmulorum*: id est, *illorum Nasum istum tumidissime effervescentem*, *& in omnem insolentiam ac petulantiam eruptum*, *majestatis tuæ terrore doma*, *ac contunde*. Habes id ipsum, quod *imaginem insolentissimi Sannionis* compleat, atque vivo præsertim charactere exprimat *irrequietum & indomitum* illum *æstum profanitatis arrogantis* simul, simul *petulantis*, qua id genus hominum *jugiter intumescit*; *lutum & cœnum* suum *provolvere*, atque adeo *in publicum expellere*, ac quaquaversum *diffundere* nunquam cessans. Hoc *agere cum effervescentia superbi tumoris* tam graphice designat, ac velut oculis adspiciendum tradit, ut nihil exsuperantius concipi aut efferri queat.

Vs. 26. Triplex via initur *Syntaxeos*. Continenti *primum* filo, cum *præced. Vs. Toto* die

27 Sacrificium improborum, abominatio *eſt:* quanto magis ſi cum ſcelere obtulerit quis illud.

28 Te-

27 זבח רשעים תועבה אף כי בזמה יביאנו׃

28 עד

die concupiſcit concupiſcentiam tardator &c. *Secundo* per *ellipſin:* Eſt qui *toto die concupiſcat concupiſcentiam.* Per *abſtractum* pro *concreto* denique, *Toto die concupiſcit cupiditas*, i. e. *cupidus*, idemque *ignavus.* Sic תאוה *cupiditas* ad איש *virum* ſenſu rediens, *virilem* conſtructionem potuit admittere; ut אמר קהלת *Eccleſ.* 1: 1. Propius adhuc *Prov.* 12: 27. לא יחרך רמיה צידו *non ciebit fraudulenta remiſſio venationem ſuam.* Hoc palmam ferre, quivis ſentit. Sed eſt aliud, gravioris momenti. Poſterius *bemiſticbion* nempe non ligatum cum prægreſſis; niſi multa intexas: *At juſtus dat, nec parcit.* Ille צדיק *juſtus* anſam præbuit τοῖς LXX ut priori colo præmitterent ἀσεβὴς. Eundem vi rei & ſententiæ plerique ſubaudiunt. Aliis viſum *pigro*, & nil aliud quam *concupiſcenti*, recte opponi *juſtum*, qui adeo non *appetat* & *inbiet aliena*, ut contra *elargiatur*, nec *parcat donis.* At *Jun.* illud לא יחשך ad *diligentiam* retulit, ut valeat, *non parcit labori.* Elegans eſt, & opportunum ſeriei. In eundem ſenſum mallem & יתן *dat*, pro *dat operam*, *tendit vires; contendit; pertendit:* ex *primitiva* notione *verbi* נתן in *tendendo* ſita. Cohærere incipiunt *Hemiſtichia;* quæ penitus coaleſcent, ſi in vocabulo צדיק *recto-rigidus*, cum *juſto* ſimul ſeſe exerat *ſtrenuus*, ex *Ancipiti* dexterrime locato; qui *juſtus* ſit, quia *ſtrenuus;* & viciſſim *ſtrenuus*, quia *juſtus.* Contraria omnia in eo qui *mera* eſt *cupiditas*, quippe qui *ignaviam injuſtitia cumulet;* & *injuſtas cupidines ignavia foveat.* Sub *Radice* צדק *recto-rigidum eſſe*, etiam *ſtrenuitatis* virtutem *ſecundariam* olim viguiſſe, adſtructum in *Opuſculo de Def. Hod.* Figuram ex *Ancipiti*, quam & *Amphiboliam* vocant multi, in *Proverbiis* potiſſimum, aliiſque dictis gravibus, ac ſententioſis, cum dignitate adhiberi, compluries jam viſum, atque alibi latius exemplorum agminibus inſtructum.

VJ. 28. Impedit poſterius *Hemiſtichium;* variis diſtractum conatibus. Vox לנצח aliis eſt *ad perpetuum*, aliis *ad victoriam.* Diſſentitur quoque in verbo שמע *audiens*, abruptius poſito. Non perſequar omnia, apud *Merc.* aliosque viſunda. Quæ aliquid momenti ferunt, hæc ſunt. I. *At vir audiens* Legem, de non ferendo falſo teſtimonio, *in perpetuum loquetur;* ſemper habebit παῤῥησίαν, & firmus erit *veritatis aſſertor.* II. *At vir audiens*, pro, *qui audita teſtatur; qui comperta affert auritus teſtis*, idemque *oculatus; in perpetuum loquetur:* vel ut Noſtri aliique maluere, *ad victoriam:* ut *veritas vincat* ac *triumphet.* Aliquid ſcrupoſi ſubeſſe, nemo non ſentit. שמע *audiens*, ſive hoc, ſive illo modo fulciatur, nutat. לנצח *in æternum* vix eſt ut quadret: *ad victoriam* propius accedit; nec tamen *Gnomen* rotundat. Haud firma quoque notio illa *victoriæ;* pro qua alii ſubſtituunt *robur;* ab *æterna duratione* ductum. Sic ſumunt 1 *Sam.* 15: 29. נצח ישראל לא ישקר *Robur Iſraëlis non mentitur.* Non juſta iſta oppoſitio; ut nec illa, quæ ex aliorum, *Victoria Iſraëlis*, vel *æternitas Iſraëlis*, exſiſtit. Eſt interim quantivis pretii locus ille, qui cum noſtro proxime conſonans oſtendit שקר & נצח directe contraria adferre ac conſignare. Jam vero *mendacium* שקר *fucum* vel *fucatum colorem* ſonat ex *Origine;* cui opponitur נצח *veritas pura puta;* quæ *Arabibus* نصح. Nil illuſtrius; *Veritas pura puta Iſraëlis nil fuci miſceat.* Iſto uſu pollet vocabulum *Hab.* 1: 4. לא יצא לנצח משפט *non emicat in purum putum æquitas juris.* Monui in *Animadvſ. Philol.* atque affirmavi collatione *Jeſ.* 42: 3. Item *Job.* 34: 36. *Probetur Jobus* לנצח *ad purum putum: ſincerum.* Nec aliter *Thren.* 3: 18. אבד נצחי ותוחלתי מיהוה *periit ſinceritas mea, & expectatio mea, a Jehova.* Intelligitur ibi *fides ſincera in promiſ-*

28 עד כזבים יאבד ואיש שמע לנצח ידבר׃

28 Testis mendaciorum peribit; at vir audiens ad purum putum loquetur.

29 העז

29 Ob-

missiones Dei *defixa*; quæ *decolasse* videbatur. Huc revocandum quoque *Jesaj.* 63: 3. *Torcular glomeravi* ויז נצחם על בגדי, *& exspersus est --- super vestimenta mea*: nec non *Vs.* 6. ואוריד לארץ נצחם *& descendere feci in terram --- eorum.* Apparet utrobique *sanguinem* intendi; sed unde id nominis *sanguini* inditum non apparet. A *robore* visum aliis; aliis a *perpetuitate vitali.* A *puro puto* limpidius derives, ut intelligatur cum *sanguine spiritus* quoque *vitalis*; quem *Arabes* مهجة vocitant, a *purissimo nitore.* Inde بذل مهجته *profudit puritatem suam*, i. e. *sanguinem purissimum & vitalem*: ipsam *cum ea* & *in ea vitam.* In *Diw. Hud.* habes مهج النفوس *puritates animarum*, *effusas in mortem.* Annotavit ibi *Scholiastes* isto vocabulo signari خالص كل شي *delibatum cujusque rei florem*: sive *extractum* quod vocant: etiam נוצח ناصح dictum. Multa hinc dignitas, gravitasque, istis locis accrescit. Quid? quod tritissima illa notio *æterni*, *perpetui*, *perennis*, a *puro puto* haud dubie dimanaverit. Tetigi ad *Job.* 4: 20. ubi יאבדו לנצח *pereunt in purum putum*, ultro *æternitatem* trahit. Signatissime *Jesaj.* 25: 8. *Absorbebit mortem in purum putum.* LXX εἰς νῖκος; unde & Recentiorum bene multi *ad victoriam.* Cumulatius *ad purum putum*, quod *Mortem* penitissime *debellatam*, ac *triumphatam victoria æternum duratura*, ultro suggerit. Videamus jam tandem, quid hinc pro obscuriore nostra sententia exsculpi queat; *Testis fuci peribit; at audiens ad purum putum loquetur.* Series ipsa exigere videtur, ut connectamus שמע לנצח *audiens ad purum putum.* Hoc bifariam exponi potest: vel *de eo qui vagos & vanos rumores respuens*, *vera* tantum & *explorata* admittit; vel *de eo*, *qui veritati puræ putæ obedientem se præbet*; *ejusque* se *profitetur*, & *præstat*, *discipulum.* שמע sequente *Lamedh* frequentatum, pro *auscultare alicui*, neminem fugit. Speciatim adjunxi *discipulum agere*, ut apud *Græcos* & *Latinos* quoque *audire* ista *metonymica* accessione auctum. Ita *Prov.* 1: 33. & 8: 34. שמע לי resolvendum in *fidum & firmum agens Auditorem mihi.* Justa hinc *Antithesis* emergit inter עד שקר *testem fuci*; & שמע לנצח *Auditorem*, *discipulum*, *defensorem puræ putæ veritatis*: necdum tamen scopulum superavimus. Officit nempe τὸ ידבר *loquetur*, quod jam minus respondet τῷ יאבד *peribit.* Hinc לנצח ידבר juganda visa, ut aliquid oppositionis exoriretur per, *in perpetuum loquetur*; vel per, *ad victoriam eloquetur.* Atqui nulla tunc *antithesis* inter עד שקר *testis fuci*, & שמע *audiens*; nec litem lite resolvi, vitium minus majore vitio evitari, par est. Emphasis nodum expedire poterit; ut ידבר *loquetur* valeat, *habebit fiduciam loquendi*; nunquam *confundetur*, nunquam *obmutescet.* Pro παῤῥησιάζειν certe venit sæpiuscule, quin & pro *cum auctoritate loqui*, & *nomine Dei*, ac *Veritatis.* Vide modo *Jer.* 1: 6. Firmiore jam talo stare cœptat, quod vacillare videbatur dictum; *Auditorem & Discipulum se præstans* לנצח *puræ putæ veritati*, ידבר *loquetur*, παῤῥησιάσει), cum *fiducia*, & *auctoritate* ipsius *veritatis*, se ejus *defensorem* perpetuo *præstabit.* Posset quoque τὸ לנצח ἀπὸ τ κοινοῦ resumi, in hunc sensum, ושמע לנצח *at audiens dicto puræ putæ veritati*, לנצח ידבר *ad purum putum loquetur*; nunquam *confundendus*; sed *causa*, quam *defendit*, יצא לנצח *exibit in purum purum*; atque *victrix & triumphatrix emicabit.* Sic membra membris suavissime ac gravissime recinunt. Cumulabitur amplitudo *Gnomes*, si *Testem fuci* in amplissi-

 mum

29 Obfirmat vir improbus vultum suum: at rectus, ille *demum* adfirmat viam suam.

29 העז איש רשע בפניו וישר הוא יכין דרכיו :

30 Nul-

30 אין

mum illum campum immittamus, quem supra indicavi *Cap.* 12: 17. & 14: 25.

Ibid. Impendenda & aliis locis opera, quam deposcunt: ut quantum lucis, opportunitatis, & gratiæ ubique τὸ *purum putum* præstet, agnosci queat. *Ps.* 79: 5. עד מה יהוה תאנף לנצח? *quousque Jehova iratum adducis nasum,* Incommodius, *in æternum*; vel *in perpetuum*: nam *Quousque* qui rogat, ut concipit, ita sperat tandem *terminum*, quem mox per לנצח iterum perimi par non est. Ergo *Quousque in purum putum?* absque *ut vel minimum iram tuam relaxes, temperesve?* Consimiliter *Ps.* 89: 46. עד מה תסתר לנצח *Quousque temet abscondis in purum putum; flagrat tanquam ignis excandescentia tua?* Signatius adhuc *Ps.* 13: 2. עד אנה תשכחני נצח *ad quem usque finem oblivisceris mei purum putum?* Palpabile & hoc *Jerem.* 15: 18. למה היה כאבי נצח ומכתי אנושה *Quare extitit lurida mea plaga purum putum? & ictus meus lethalis?* Nempe *purum putum* ad *malum* quoque eleganter divergit, nec non *merum*, quin & *sincerum*, quatenus notat id *quod nihil temperet, misceatve.* Mire *Livius* 30: 11. *Dum sincerum equestre prælium erat*: pro *merum.* Latius tenditur *merum*, ut quum *mera venena, mera mala, meras* dicimus *mortes.* Ex puriore vena etiam *Meracissimam Dominandi libidinem* figuravit *Augustin. de C. D.* Apud *Arabes* item شر محض *malum merum*, vel *meracum*: & عدم محض *abolitio mera, pura puta.* Sic sumendum censeo illud *Ps.* 74: 3. *Attolle gressus tuos* למשאות נצח *ad destructiones purum putum*: ad *meras* illas *ruinas*, quibus sanctuarium *obrutum* jacet, *ac sepultum.* Item *Ps.* 52: 7. יתצך לנצח *destruet te in purum putum.* Reliqua series *æternitatem* interim secum trahit. Par ratio *Jesaj.* 34: 10. תחרב לנצח נצחים *evastabitur in puritatem puritatum*: i. e. *ruinis absolutissimis & nunquam terminandis.* In bonum illustre cum primis *Ps.* 16: 11. *Notam mihi facies viam vitæ, satietatem lætitiæ ad Faciem Tuam*; נעימות בימינך נצח *amœnitates ad dextram tuam purum putum*: quas nempe nihil unquam *contaminet*, nihil *interturbet*; multo minus *terminet abrumpatve.* Sentis *æternitatem absolutam* adsciscì pro filo, ac materia. Hinc reliqua quisque sibi dijudicet. Ex alia forma *Jer.* 8: 5. *Quare avertit sese Hierosolyma* משבה נצחת *aversione pura puta*: sive *rebellione meracissima.* Nil gravius, illustriusve. Sic in *Monum. Vetust. Arab.*

كشفت لهم عن ساق الحرب
وبدا من الشر الصراح ✲

30 אין חכמה ואין תבונה ואין עצה
לנגד יהוה :

31 סוס מוכן ליום מלחמה וליהוה
התשועה :

30 Nulla est sapientia, prudentia nulla, nullum est consilium adversus Jehovam.

31 Equus paratur ad diem prælii; at Jehovæ est salus.

Denudavi ipsis crus belli substrictum,
Apparuitque de malo, meracissimum.

Vide plura ad *Excerpt. Hamas.* p. 319. Verbum ipsum נצח in *Pibbel* quoque aliquoties remansit cum *secundaria* potestate quam *Lexica* fluctuanter exprimunt per *instare operi, urgere, curare ut quid diligenter fiat. Præfectum esse negotio* &c. &c. Ansam pulcherrimæ metonymiæ porrigam ex *Gjeubario*

نصحتك نصحا ونصاحة
والاسم النصيحة والنصيح
الناصح وقوم نصحاء
ورجل ناصح الجيب اي
نقي القلب قال الاصمعي
الناصح الخالص من العسل
وغيرها مثل الناصع وكل
شي خلص فقد نصح
وانتصح فلان قبل النصيحة
يقال انتصحني انني لك
ناصح ونصح تشبه بالنصحاء
واستنصحه عده نصيحا

Dicitur in I. נצחתה *sincerari eum cum insin.* נצח & נצחה, *pro monui, monitione sincera direxi: ipsum monitum* נציחה *vocatur.* נציח *autem fidus monitor; hominesque sinceri, pro fidis monitoribus veniunt. Item sincerus sinum, appellatur purus cordis. Asmaæus auctor est, part.* נוצח *notare purissimum mellis, aliarumque rerum, sive id quod purum putum appellitatur in omni re: ut quicquid purum; sincerum, impermistum, etiam intransitive dicitur* נצח. *Iterum in VIII.* התנצח *est fidele & sincerum admisit monitum. Hinc struitur;* הנצחני אני לך נוצח *commonitus esto mihi, namque tibi sincerus adsum monitor. In II. sinceravit; sincerum monitorem egit. In X. denique valet, sincerum quem reputavit monitorem.* Hinc pernoscas vim tituli *Psalmorum* מנצח. *Præfectum Musices* vertunt; vel *præcentorem.* Habes ex Origine, *sincerum monitorem, qui sinceram, puram, liquidam præeat Harmoniam.* Similiter 1 *Chron.* 15: 21. *cum citharis super octavam* לנצח *ad liquidandum, ad sincerum quid, & purum putum præstandum liquidissimo concentu.* Ad alia quoque se extendit: ut *Esr.* 3: 8. *constituerunt Levitas* לנצח על מלאכת בית יהוה *ut sinceram inspectionem præstarent super opus Domus Jehovæ.* Similiter *Vs.* 19. *ibid. ut omnia ad sincerum, ad purum putum, exigerent.* Addatur 1 *Chron.* 23: 4. & 2 *Chron.* 34: 12.

CA-

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Verſ. 1 Eximium nomen præ opulentia ſpiſſa: uberans præ argento & auro gratia.

2 Dives & pannoſus ſibi invicem occurrunt: factor omnium illorum Jehova.

3 Sc-

Verſ. 1 נבחר שם מעשר רב מכסף ומזהב חן טוב :

2 עשיר ורש נפגשו עשה כלם יהוה :

3 ערום

Vſ. 6. Palmaria *Gnome*; gravi ac venuſto luſu contexta verborum admirabiliter ſibi ſuccinentium. Iſtam venuſtatem in nulla cernas verſione. Omnes, exigua mutatione, dant; *Imbue puerum ad modum*, vel *ad rationem*, vel *juxta inſtitutum*, *viæ ejus; etiam quum conſenuerit*, *inde non recedet*. Res quidem ipſa expreſſa; at *lumina* & *ornamenta* haud ſplendent. Hæc ad *Originem* verborum חנך & זקן nobis offerunt *Allegoriam* incomparabilem. *Imbue palatum puero ſecundum os viæ ejus: etiam quum pendulo mento fuerit*, *inde non deflectet*. Senſus ultro ſe cuivis ingerit. Facem accendere Soli haud par eſt. Teneatur tantum illud, eundem in ſcopum aſſimili dictione collineans.

> - - - - *Nunc adbibe puro*
> *Pectore verba puer: nunc te melioribus offer.*
> *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem*
> *Teſta diu* - - - -

Præceſſerat ibidem L. 1. *Serm.* 2. ſub finem.

> *Fingit equum tenera docilem cervice magiſter*
> *Ire, viam qua monſtret eques* - - - -

Adſtruamus. Verbum חנך *initiare*, *dedicare*, ut habent *Lexica*, idem ferme ex *Origine* ſonat, & ſignat, quod *imbuere* apud *Latinos*. Eſt verbum inprimis elegans; & lautis uſibus auctum; tritum quidem illud ad omnes, ſed non ab omnibus ſatis perſpectum. Provulgatum eſt hocce *Poëtæ*:

> *Namque erit ille mihi ſemper Deus: illius aram*
> *Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.*

Quid in ſinu gerat phraſis, addubitatum jam tum a Veteribus. Percipias ex *Servio*, hæc annotante. *Imbuere eſt proprie incboare & initiare. Nemo autem eandem rem ſæpe incboat. Sed conſtat*, *ſæpe paſcua mutare paſtores* - - - *unde neceſſe eſt paſtores totiens aras imbuere*, *quotiens mutaverint paſcua. Invenimus etiam apud Antiquiores*, *imbuere*, *eſſe non incboare*, *ſed perfundere & madefacere*; *ſecundum quod abſolutus eſt ſenſus*; *ut ſit*, *ſæpe perfundet*. Quod *Servius* dicat, *imbuere* eſſe *proprie incboare*, & *initiare*, multum fallitur: nam ea virtus vel maxime *impropria*, quæ per *metaphoram* cum *metonymia* conjunctam effloruit ex altera illa, cujus in fine meminit *madefaciendi* ac *perfundendi*. Hanc eſſe antiquiſſimam potentiam antiqua docent fragmenta. *Varro* ἱππάγμένῃ,

> *At Regis enſis ſanguine imbutus nigro.*

Item *Accius*, *multo imbutos ſanguine*: & *Amici morte imbuturum me manus*; apud *Non. Marc.* Sic evaſit *Synonymum* & *tingere*, *inficere*, *colorare*. Pulchre *Lucr.* L. 6: 901.

Mul-

3 ערום ראה רעה ויסתר ופתיים עברו ונענשו׃

3 Solers videt malum, & occultat se: at fatui transeunt, & mulctantur.

4 עקב ענוה יראת יהוה עשר וכבוד וחיים׃

4 Præmium mansuetudinis, *quæ est* reverentia Jehovæ: opulentia, & gloria, & vita.

5 צנים פחים בדרך עקש שומר נפשו ירחק מהם׃

5 Spinæ, laquei, in via distorti: custodiens animam suam longe erit ab illis.

6 חנך לנער על פי דרכו גם כי יזקין לא יסור ממנה׃

6 Imbue palatum puero ad os viæ ejus: etiam quum pendulo erit mento ab ea non deflectet.

7 עשיר

7 Di-

Multaque præterea prius ipso tacta vapore
Eminus ardescunt, quam comminus imbuat ignis.

Item L. 2: 501. *Ridenti imbuta colore aurea pavonum sæcla:* & 733. *alium quemvis imbuta colorem;* quod male sollicitatum; substituto *induta.* Si attendatur potestas *primigenia*, inferius declaranda, *imbuere* strictiore sua *Origine* est *primulum*, aut *prima*, & *leviore adspersione tinguere.* Pressius vim hanc respexit *Tull.* in *Hort. Ut qui combibi purpuram volunt, prius lanam medicamentis quibusdam sufficiunt; sic literis, aliisque doctrinis ante excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui ac præparari decet.* Respexit quoque *Senec.* ad *Helv. Cap.* 6. *Utinam voluisset te præceptis sapientum erudiri potius, quam imbui.* Collineavit item *Gell.* 16: 8. *Quum in disciplinas dialecticas induci, atque imbui vellemus:* i. e. *aliquo* earundem *colore tingi*; vel *adspergi.* His finibus *Philipp.* 14: 3. *imbuti sanguine exercituum nostrorum gladii, vel Consulum potius madefacti.* Inclusa tamen *Metalepsis*, qua *imbuti*, pro *primo adspersu tincti*, valet *initiati ad graviorem cædem perpetrandam.* Ita *Æneid.* 7: 541.

- - - - - - Ubi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ.

Ibi *Servius* iterum; *initiavit.* Recte; sed omittere non debuisset *exspersionem* qua *bellum* semel *contactum*, magis magisque *cruentaretur*, ac veluti *laxatis habenis sæviret.* Geminata potentia pollet *ibid.* *IV.* 554.

- - - - - - Sanguis novus imbuit arma.

Id est, *tinxit*, atque *ad omnem cædium fœditatem ac furorem instinxit.* Consimili virtute *Liv.* 4: 31. *Legatorum cæde imbutis armis.* Et *Sen.* H. F. 455.

Primus sagittas imbuit Phœbi Draco.

Gravissime *Tac. Hist.* 4: 42. *Libidine sanguinis, & hiatu præmiorum, ingenium illud cæde nobili imbuisti.* Et *Cic.* pro *Font.* 14. *Cujus sanguine non solum Asculanorum manus, sed totum illud sociale bellum, macula sceleris imbutum est.* Iterum *pro domo Cap.* 23. *Qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis, horrificum quoddam & nefarium, omni odio imbutum, bellum intulistis.* Est *tinctum* & *instinctum veneno virulentissimi odii.* Sic *venas veneno imbutas* figuravit *Accius*; & *Sall. Ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effæminat.* Hinc ansa porrecta phrasibus signantissimis: qualis *Livii* 4: 34. *Jam inde ab incunabulis imbutus odio* &c. Et *Taciti Ann.* 11: 16. *Nullis discordiis imbuti:* nec non 13: 14. *Nec juventam armis civilibus, aut domesticis discordiis imbutam.* Pervenusse idem *Hist.* 1: 4. *Miles urbanus longo Cæsarum sacramento imbutus:* i. e. *tinctus* & *instinctus.* Itemque *Liv.* 21: 30. de *Scipione* & *Hannibale; uterque quadam admi-*

 mi-

7 Dives in pannosos dominabitur; & qui ære obligatur servus est viro obliganti.

7 עשיר ברשים ימשול ועבד לוה לאיש מלוה׃

8 Qui

8 זורע

miratione alterius imbutus. Venustissimum quoque hocce *Varronis Agath. Majores nostri virginis acerbæ*, (i. e. *immaturæ*) *aures prætextatis verbis imbui noluerunt*: q. d. *Tingi*, & *initiari*. Eodem colore *Plin. Paneg. Cap.* 26. *Hæc prima vox aures tuas imbuit.* Et *Tac. Hist.* 4: 7. *Honestis sermonibus aures Imperatoris imbuere.* Nativo lepore *Catull.* de *Nupt. Pel.* & *Tetb.*

> *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitritem.*

Et *Val. Fl.* 1: 70.

> - - - *Ignaram Cereris qui vomere terram*
> *Imbuit* - - - - - - - -

Habes in omnibus *initiamenta*, quæ *imbutamenta* quoque dicta, quibus *tinctura* præbetur ad ulteriorem progressum: quo adspectu iterum *Tac.* 1: 36. *Imbutas præda manus* extulit: & *Cap.* 83. *Sanguine tribuni manus imbuisse* dicitur *miles.* Ambigi proinde nequit, quin apud *Poëtam*, *Aram sæpe imbuet agnus*; valeat, *multas ei aras sanguine tinget simul*, *simul initiabit*, *dedicabit*, *consecrabit.* Ampla & læta perambulavimus spatia; necdum tamen *Origo* & *proprietas* prisca reluxit. Ex *Græciæ* latifundiis ea repetenda; ubi βύειν, & ἰμβύειν, est *farcire*, *infercire*, *in os ingerere.* Inde Veteres formarunt *buere*, & *imbuere*, pro *implere liquore* os infantis, ut *assuefiat* videlicet *cibo* ac *potui*, jucundo *succo* ac *sapore titillatum.* Apud *Hesych.* extat βύζας, πλήζας, φράξας· & ἰμβύζας, ἰμπλήζας. Hoc a Magno nostro *Vossio* abunde illustratum in *Etymologico.* Sedes genuina ergo in *ore tenero infantis*, vel *palato*, quum *prima tinctura*, ut sic dicam, *succi perfunditur*; atque *madescit.* Hinc nitor ille sermonis, per *metaphoras metonymiasque* variegati, quem lustravimus, effloruit.

Ibid. Emunita via, qua profundiorem indolem verbi חנך eruere liceat. *Initiare*, ἐγκαινίζειν, quod habent *Lexica*, aperte *secundarium*; & *rei novæ prima usurpatio*, quam Viri Docti *generatim* ponunt, nec exhaurit *notionem metonymicam* utique; nec ansam ejus aperit. Idem intellectum velim de *prima institutione & assuefactione pueri*, *ad officium faciendum*: unde & חניכים *Gen.* 14: 24. *instituti*, *assuefacti*, *edocti.* Offerebat quidem se hic ultro elegantius illud verbum *imbuere*; sed intra *secundariam* ejus *virtutem* substitum ab omnibus; ac propterea *Gnomen* nostram quæ ad *primariam* ejusdem *potentiam* concepta, atque efformata, elucidare non potuerunt Interpretes. *Originem*, quæ ad *imbuere*, pro *infantis palato succum dulcem admovere*, quam proxime accedit, asservavit *Dialectus Arabum*; ubi verbum حنك חנך est *usu rerum imbuit*, *erudivit*, *expertum reddidit*, *initiavit.* Virtutes illas *secundarias* adscivit a *primaria*, *fricuit*, speciatim *palatum*, quod حنك חנך vocatur; per *contractionem* חך; ut אף *nasus*, pro אנף, & similia. De *fricando & imbuendo palato* infantium id evaluisse, discas ex *Gjeubar.* حنكت
الصبي اذا مضغت تمرة
او غيرها ثم دلكتها
بحنكه والصبي محنوك
ومحنك ويقال حنكته
السن واحنكته اذا
احكمته التجارب
والامور فهو محنك
ومحنوك *Verbum* חנך *in puerulo sedem occupat*, *quum mandis dactylum*, *aut aliud dulciculum*; *idque palato ejus affricas. Talis puerulus vocatur* מחנוך *imbutus palatum. Dicitur quoque palatum ei imbuit ætas*, *in I. specie* חנכתה, *& in IV.* אחנכתה, *pro sapientem & eruditum eum reddidit experien-*

8 זורע עולה יקצור און ושבט עברתו יכלה׃

8 Qui ſeminat iniquitatem, metet vanitatem; & virga in eum deſævitura, decretoria erit.

9 טוב

9 Bo-

rientia rerum; qualiter edoctus, appellitatur in participiis paſſivis I. II. & IV. מחנוך & מחנך, *imbutus vel confrictus palatum.* In *Camuſo* adjicitur, quoque *partic.* VIII. מתחנך, & I. iterum, forma *Pabyl*, حنيك, quod eſt *Hebræum* חניך *Gen. Gen.* 14: 24. Inde jam ne umbra quidem dubitationis cuiquam relinquitur, quin חנוך על פי arctiſſimo & naturali nexu cohæreant, atque hæc genuina ſit facies Proverbii noſtri: *imbue palatum puero ſecundum os viæ ejus.* חך pro חנך *palatum* a *fricando* nomen indeptum, *ſedes guſtus*, figuram præbet *judicii*, & *ſapientiæ. Job.* 12: 11. *An non auris ſermones probat? & palatum guſtat ſibi cibum?* Item *Prov.* 8: 7. *Veritatem exæſtuabit palatum meum.* Utrobique luſus per *Amphiboliam*, qua cum *palato oris* conſertum *palatum mentis.* Aſſimiliter & hic, *imbue palatum puero ad os viæ*, ſive *conſuetudinis ejus.* Pulcherrima ſane *Litera*, quæ jubet *inde a teneris inſtillare ori pueri guſtum ſalubris cibi ac potus.* Huic ſuperſtructa *figura*, offert *palatum mentis*, *a prima inde pueritia imbuendum ſalutaribus Doctrinis.* In פי דרך *ore viæ*, reſpici quoque videtur ad *initium*, & *ingreſſum vitæ cum virtute degendæ.* Sic לפי קרת *ad os civitatis*, eſt ad *aditum*, *ingreſſumve: Prov.* 8: 3. Suſtinet *Allegoriam* verbum زقن זקן *conſeneſcere;* quod ex *Origine* affert *ultimam ſenectam*, quum *mentum ſit pendulum.* Sic ſuccinunt ſibi חנך *tenellum palatum pueri;* & הזקין *penduli menti decrepita affectio.*

Vſ. 7. Non lucet iterum ſatis dignitas dicti עבד לוה לאיש מלוה, quum redditur, *Servus mutuum capiens, viro mutuanti.* Converte, ad *Originem* verbi לוה, *obligatus ære alieno ſervus* eſt *viro obliganti;* & confeſtim perſentiſces *nexum* illum *ſervitutis* vehementius adſtrictum. Redeatur ad *Cap.* 1: 9.

Vſ. 8. Excellentiſſima *Allegoria;* quæ nonnihil claudicare videtur in *Verſionibus*, ſub finem, quum editur, *& virga indignationis ejus finietur.* Id ita exponit *Merc. Quicquid poteſtatis, & auctoritatis, nactus erat hic homo in pauperes, qua abutebatur inhumaniter eos tractans & opprimens, a Domino conſumetur.* Addit in *virga* alludi ad *meſſem;* ut quum nihil *meſſurus* eſſet, *virga qua fruges excutiuntur* dicatur eſſe *finita & conſumta.* Roges jam, cur ergo adjectum עברתו *indignationis ejus?* Ad *Allegoriam explicandam*, ait Vir Doctiſſ. Mihi ea ſic *implicari* videtur: nam *virga indignationis, active* ſumta, non alia eſſe poteſt, quam *potentia* illa, qua pauperes oppreſſerat. Atqui hæc non amplius convenit *vanitatem metenti*, i. e. *pœnas* maleficiorum *luenti.* Hinc anſa nata *Joſ. Kimchio*, ut שבט עברתו exponeret, *virga proventus ejus*, notione ab affini עבור mutuo ſumta. Id nec tutum; nec ſane concinnum. *Cocc.* & alii *ſceptrum indignationis*, vel *excandeſcentiæ*, retulere ad *ſceptrum tyrannicum*, & *potentiam ſævam*, quæ feriat omnes. Sic *Allegoria* deſeritur. Hæc ut obtineatur, ac rotundetur, omnino vertendum autumem, *& virga efferveſcentiæ ejus erit decretoria:* ſenſu *paſſivo*, ut ſit, *virga pœnæ in eum efferviture.* Ita *Prov.* 11: 23. *Terminus juſtorum tantum felicitas; expectatio improborum* עברה *efferveſcentia.* Et *Vſ.* 4. *ibid.* יום עברה *dies efferveſcentiæ:* i. e. *pœnæ* a juſto vindice criminum *infligendæ.* Pronomina *poſſeſſoris* ſæpe *paſſive* reſolvenda, neminem fugit. כלה adfert ſæpe *ſententiam* ac *pœnam decretoriam.* In *partic. fœmin.* כלה *conſummata* vim iſtam exerit *Jeſaj.* 10: 23. & 28: 22. Item 1 *Sam.* 25: 17. כלתה הרעה אל אדנינו *conſummatum eſt malum ad Dominum noſtrum.* Planiſſume *decretum*, & *certo certius infligendum.* Et *Eſt.* 7: 7. כי כלתה אליו הרעה מאת המלך *nam con-*

 ſum-

9 Bonus oculo, ipſe benedicetur: quoniam de pane ſuo dedit attenuato.

10 Expelle Sannionem, & exibit contentio; ceſſabitque litigatio, & inuſtio notæ.

11 Amans nitorem cordis, gratia *ſunt* labia ejus; ſociabit eum ſibi Rex.

12 Oculi Jehovæ obſervant ſcientiam; at lubricat verba perfidi.

13 Di-

9 טוב עין הוא יברך כי נתן מלחמו לדל׃

10 גרש לץ ויצא מדון וישבת דין וקלון׃

11 אהב טהור לב חן שפתיו רעהו מלך׃

12 עיני יהוה נצרו דעת ויסלף דברי בגד׃

13 אמר

ſummatum ad eum malum a Rege. Inculcatur eum qui *iniquitatem ſeminat*, quum *meſſem* ſuam *maturuiſſe* opinatur, ipſum *ſubiturum* eſſe *virgam flagellatricem;* qua *conſumatur*, ipſe *trituratus*, qui alios *triturabat* *Jeſ.* 28: 27. 28. atque *pœnæ* ejus *conſummentur.*

Vſ. 9. Non magna videtur laus, nec lauta liberalitas, *de pane ſuo dare pauperi.* Huic ſcrupulo ne quis obhæreſcat, teneatur uſus ſignatior ꟻ לחם *panis*, pro *demenſo*; ut *Jeſ.* 33: 16. & 58: 7. atque alibi. Habes *Liberalitatem viduæ* in Euangelio, *duos obolos* immittentis in Gazophylacium, atque ita *de demenſo ſuo*, ipſumque adeo *demenſum*, erogantis.

Vſ. 11: Non ſperno רעהו מלך, abruptius enunciatum, *amicus ejus Rex.* Adblanditur tamen, *Amicum interiorem eum ſibi faciet Rex.* רעה *pavit* in *Pibb.* dabat רֵעָה *compaſcuum habuit*, vel *adſcivit.* Inde רֵעֶה *amicus intimus*, quaſi *compaſcuus.* Sic רֵעֶה הַמֶּלֶךְ 1 *Reg.* 4: 3. *compaſcuus Regis*; *interiori familiaritate* & *admiſſione gaudens.* Nec obſtat, quod ad legem *adfixionis* רֵעֵהוּ potius dicendum fuiſſet, per *Kametz*: nam & *Tzeri* ibi admiſſum. Eximium quoque חן שפתיו *gratia Labia ejus*; *meram* illa *gratiam ſpirant*; nec ſane erat, cur *propter gratiam labiorum* ſuppleretur. Id dilutius, *Pſalm.* 45: 3. plenius, *Gratia effuſa eſt in Labia tua.* Hæc ex *nitore cordis* effloreſcit. טהר omnino *ſubſtantive* ſumendum; nec audiendi qui *adjective* volebant, *Amans purum corde*, & *eum cujus labia* ſunt *grata*, *ei ſocius* erit *Rex.* Sic decus dicti non ſatis nitet: quod *Labia* vere *gratioſa*, id eſt, *tincta* atque *imbuta* omni *gratia*, atque *gratiam* quoque *Regum* ſibi devinctura, ex *nitore cordis* derivat. *Proprietas* iſta *nitoris* ſupra *Radici* טהר afferta.

Vſ. 12. Per *abſtractum* pro *concreto*, vocula דעת *ſcientia*, *prudentia*, & *cognitio* veritatis ac virtutis *practica*, fertur ad *homines* eam *colentes*, ac *præſtantes.* His oppoſiti בגדים *prævaricatores*, quorum *verba*, vel & *negotia*, יסלף *lubricat* Dominus: ut ſcilicet *ſuamet aſtutia in fraudem impellantur.* Hæc *Origo* verbi סלף ſuperius copioſe adſtructa.

Vſ. 14. Celſa & prægnans phraſis, זעום יהוה *execratus Jehovæ*; ſive is *quem execratur*; vel, ad *Originem*, preſſius adhuc, *is in quem deſpumat indignabundus.* Nempe זעם *indignari*, *deteſtari*, *execrari*, ex primaria indole ſonat *ſpumare*, *ſpumam ciere præ ira indignante.* Signatiſſime *Jeſ.* 30: 27. שפתיו מלאו זעם *Labia ejus plena ſunt ſpumationis.* Et *Hoſ.* 7: 6. *Cadent principes eorum gladio* מזעם לשון *ob ſpumationem Linguæ*; *ob ea quæ adverſus me deſpumarunt.* Unde mox ſubnexum, זו לעגם *hæc eſt ſubſannatio eorum*

13 אמר עצל ארי בחוץ בתוך רחבות
ארצח :
14 שוחה עמקה פי זרות זעום יהוה
יפול שם :
15 אולת קשורה בלב נער שבט מוסר
ירחיקנה ממנו :
16 עשק דל להרבות לו נתן לעשיר
אך למחסור :
17 הט

13 Dicit tardator, leo foris; in medio platearum trucidabor.

14 Fovea profunda os alienarum *mulierum*; quem execratur Jehova, illuc incidet.

15 Craffities alligata eft cordi pueri: virga difciplinæ eam ab ipfo procellet.

16 Opprimens tenuem, fœnus ei perfolvet: dans diviti, tantummodo ad rafam penuriam.

17 In-

rum in terra Ægypti. Iterum *Thren.* 2: 6. *Afpernatur* בזעם אפו *in fpumatione nafi fui regem & facerdotem.* Ad *Cap.* 24: 24. *Originem* hanc curatius enucleabo. De שוחה *fovea lutofa, in qua usque fiditur*, confule quæ ad *Cap.* 2: 18. tacta.

Vf. 16. Non una via initur. Plurimis I. placuit, *Qui opprimit tenuem, ad multiplicandum fibi, & qui dat diviti, tantum ad inopiam* tendit. Copula *et* interferta, adeo non ligat, ut potius diffolvat; unde fupplementis opus. Alii propterea II. *Qui opprimit pauperem, ut multiplicet fibi, daturus* eft *diviti tantum ad penuriam.* Hoc bifariam exponi poteft; vel, *cogetur dona dare potentioribus*; ut *oppreffiones* & *extorfiones* fuas impune *exerceat*; atque *ita viciffim ab illis fpoliabitur*; vel, *ad Fifcum tandem omnia quæ corrafit redibunt*; *ipfe radendus*; *atque ut plena fpongia exprimendus.* A *Merc.* III. tentatum, לו ad דל redeunte, *qui tenuem opprimit, erit id ipfi*, tenui, *ad multiplicandum*: quafi dicat: *tantum abeft ut inde imminuatur pauper, ut potius res ejus augeatur, cum detecta injuria, ei fua reftituentur; & ob injuriam acceptam majora feret & ampliora aut hic, aut in altera vita.* Illis veftigiis infiftens offero IV. *figuram* infignem: *Qui tenuem opprimit, fœnus ei perfoluturus eft.* Verbum רבה *fpiffari, multiplicari, crefcere acceffione*, applicitum *ufuræ*, & *fœnori*, patet ex מרבית *Lev.* 25: 37. & תרבית *ibid. Vf.* 36. & *Prov.* 28: 8. *Ezech.* 18: 8. 13. 17. & 22: 12. Apud *Arabes* idem ufus percrebuit. *Alcor. Surat.* 30: 38. وما اتيتم من ربا ليربو في اموال الناس فلا يربوا عند الله وما اتيتم من زكوة تريدون وجه الله فاولايك هم المضعفون *Nempe quod datis fœnori, ut fœneretur in opibus hominum; fane non fœnerabitur apud Deum: at quod datis Eleemofynarum, quærentes Faciem Dei: illi enim vero funt, qui fua conduplicaturi funt.* Iterum *Surat.* 2: 277. يمحق الله الربا ويربي الصدقات *Delebit Deus fœnus; & fœnerari faciet Eleemofynas.* Jam vero ut apud *Terent.* eft *fœneratum iftuc beneficium dices pulchre*; ita *maleficium* quoque *fœneratum* figurare licet. *Plaut. Afin.* 5: 2. *Næ illa fœnerato funditat.* Id eft *verba jacit cum fœnore & damno in ipfum reditura.* Propius adhuc *Menæch.* 4: 2. 40. *Næ pallam illam fœnerato abftulifti*; i. e. *magno tuo malo; magna mercede.* Nempe *mercedem* pro *reditu prædiorum*, & *fœnore pecuniarum* ufurpatam, eadem amplitudine *in malum* donarunt. *Liv.* 8: 19. *Expiandum id bellum magna mercede, luendumque effe.* Et 2: 36. *Satin' magnam fpreti Numinis haberet mercedem?* Sic quoque *pro Domo Cap.* 11. *Data merces eft erroris mei magna. Sil.* 2: 542. *Hac mercede conftet.* Pro *hoc malo & damno mulctetur.* Pari gravitate ac venuftate hic, *opprimens tenuem, neceffe eft*

17 Inclina aurem tuam; & audi verba ſapientum: atque cor tuum apponas ad ſcientiam meam.
18 Nam ſuave, quum cuſtodiveris illa, in ventre tuo: parata erunt pariter ſuper labiis tuis.
19 Ut exiſtat in Jehova fiducia tua; cognoſcere te feci, etiam te.

20 An

17 הט אזנך ושמע דברי חכמים ולבך תשית לדעתי׃
18 כי נעים כי תשמרם בבטנך יכנו יחדו על שפתיך׃
19 להיות ביהוה מבטחך הודעתיך היום אף אתה׃

20 הלא

eſt fœnus perſolvat ei. Hoc capias licet, ut *Job.* 20: 15. *Opulentiam deglutiit, ſed evomet eam; e ventre ejus exiget eam Deus.* Quæ *tenuibus* & *ope deſtitutis extorſit injuſte, juſtisſime refundet* tandem. *Cogentur cum magno ſuo malo* ἐξεμεῖν ἅττ᾽ ἂν κεκλόφωσι. Præpoſitio *Lamedh* ſæpe per *oportet, neceſſe eſt*, reddenda. Ita 2 *Reg.* 13: 19. להכות חמש או שש פעמים *neceſſe erat quinque aut ſex vicibus ferire.* Huic characteri affinis alter, *Dans diviti*, quod eſt vel *captantis hæreditatem*; & *favorem venantis*; vel *muneribus corrumpere ſtudentis.* Hoc qui agit, אך למחסור *tantum ad penuriam* veniet, & quidem *raſam*, ex *Origine* aliquoties indicata.

Vſ. 18. Violentum, quod *Kabvenaki* & *Kimch.* נעים ceperint ut *plurale* ꝧ נע *nutans, mobilis*; quaſi ſenſus foret, *nam mobilia ſunt*, & *facile elabuntur*, *niſi ea cuſtodias in ventre; in interiore animi receſſu.* Abnuit Lingua, abnuit ipſa quoque dignitas דברי חכמים *verborum a ſapientibus*, ſive *ſolide compactis, profectorum.* Hæc verius *tanquam ſtimuli* ſunt, & *tanquam clavi impacti*, בעלי אספת *magiſtri compactionum*, i. e. *qui validiſſime mentem penetrent*, ac *compingant.* Minus commodum quoque, ut ſtruatur, *nam ſuave, quum cuſtodies illa in ventre tuo.* Luculentius, opportuniusque fuerit, ſi ſtruxerimus, *nam ſuave, quum cuſtodies illa, in ventre tuo.* Cohærent omnino, כי נעים בבטנך, *nam ſuave ventri tuo.* Radix נעם *ſuavis, amœnus fuit*; ex primigenia virtute adfert *molliter tenerum*, ac *delicatum.* Ergo *interiores tibi animi receſſus pacabunt*; atque *ineffabili voluptate ac ſuavitate medullas tibi tuas permulcebunt*: ſi *ea* tibi *verba* in *ſuccum* ac *ſanguinem*, quod dicitur, *converteris.* Eademque tibi יחדו *pariter* יכנו *parata, promta, firma* erunt *ſuper labiis.*

Vſ. 20. Aliquid negotii faceſſit vox שָׁלִשִׁים. Eam *Merc.* aliique *principalia*, id eſt, *eximia, inſignia, admiranda*, expoſuere, a שליש, *dux, tribunus militaris.* Veteres *Rabbini* per *triplicia*, vel *triplicata* reddiderunt, quaſi reſpiceretur ad *tres partes Sacræ Scripturæ, Legem, Prophetas* & *Hagiographa.* Argutiolas quibus comſere hunc ſenſum, non exequor. *Cocc.* etiam *triplicata*, edidit; quæ declarat per *ſcripta magnis & legibilibus literis*; vel &, *non uno modo, ſed multimodis.* Sciendum interim, in MSS. exarari שלשום; unde nonnulli dedere *nuper*, ſive *nudius tertius*, quod eſt שִׁלְשׁוֹם; perquam frigide. *Guſſet.* refingere auſus שָׁלְשׁוֹם, vel שָׁלְשִׁים, a *Themate* שום & שים, ut ſit, *quod eſt ad ponendum in admonitionibus* &c. Gravius adhuc turbavit *Cler.* Punctatio *Maſorethica* exhibet שָׁלְשׁוֹם, quod *Analogiæ* parum congruens. Hinc *Marginale* illud שָׁלִשִׁים excuſum. Id indicio eſt, ultimæ ſyllabæ vocalem *Chirek* ad ipſorum mentem, & Lectionem illam, accommodatam; quum edere potuiſſent, ac debuiſſent, שָׁלְשׁוֹם. Hanc formam quum nuſpiam alibi reperirent, ejusque *Analogiam* haud perſpicerent, intulere de ſuo שָׁלִשִׁים. Atqui a שָׁלִישׁ tri-

20 הלא כתבתי לך שלשום במעצות ודעת׃

21 להודיעך קשט אמרי אמת להשיב אמרים אמת לשלחיך׃

22 אל

20 An non ſcripſi tibi triplici filo nexa; in conſiliis & ſcientia?

21 Ad perdocendum te elibratam rectitudinem verborum veritatis; ut reſpondere queas dicta, *quæ ſint* firmitas miſſoribus tui.

22 Ne

triplicatum, per *Mem afformativum* rite propagatur שָׁלְשׁוֹם *triplicatim*, τρισσῶς, ut LXX dedere, *triplicata ratione ac textura*: ad normam פִּתְאֹם *deſubito*, *laxa*, *ſoluta*, *ſubitaria ratione*. Videtur innui, quod formula Proverbialis adferebat, החוט המשלש לא ינתק *filum triplicatum haud facile rumpatur*: qua uſus Rex noſter *Eccleſ.* 4: 12. Raritas & inſolentia *formæ* fraudi fuit *Maſorethis*, ſimili hallucinatione implicitis *Cap.* 20: 16. ad נָכְרִים item inſolentius, pro quo נָכְרִיָּה *margini* attexuerunt.

Vſ. 21. Venuſtiſſimum luſum in vocabulis קשט & אמת recludet utriusque *Origo*. Nempe *veritas* nomen induit אמת pro אמנת ab אמן *firmus fuit*; & quidem ſpeciatim *greſſu* vel *pede* nunquam *fallente*, aut *nutante*. Id ex *Arabum* امن ſupra affirmatum. Huic *veritati firmo ſtanti talo* pulchre additur קשט قسط quod deſignat *elibrationem*, ſive *rectitudinem elibratam*, quam *nulla curvatura* flectat. Frequentatur item in *pede*, atque inde אקשט اقسط *erectos directosque pedes habens*; a قسط quatenus valet انتصاب في رجلي الدابة قسطت عظامه قسوطا *erectionem*, *ſive erectum ſtatum poſteriorum jumenti pedum*; *cujus oſſa velut elibrata*, *ad libellam recta*. Ita *Camuſ.* ubi *forma* קשט قسط etiam eſt مستقيم بلا اطر *erectus in altum ſine inflexione ac curvatura ulla*. Completiſſima imago, quæ veritati tribuit *pedem firmum* ſimul, ſimul *rectum*, *in rectitudine elibratum*, *excluſa* omni *curvatura*. Connixit Cl. *Majus*, quum noſtrum קשט contulit cum قشط *detexit*, indeque *veritatem* deſignari cenſuit, quippe quæ ſit rei *detectio* & *manifeſtatio*. Aurem Viro Docto vellere debuiſſet قِسْط a *Lexicographis* enarratum per عَدْل *juſtitia*, *æquitas*, *rectitudo*; & *part.* IV. مُقْسِط *juſtus*, *æquus*, *juſte diſtribuens*; quaſi *exacte librans*, *elibrans*. Sed eum hinc abſterruiſſe videtur, quod apud *Golium* prima in ſede locatum ſub قسط *a juſto deflexit*, *iniquus fuit*. Hoc adverſa fronte cum prægreſſis videtur pugnare. Sane videtur. In *Gloſſariis* tum *Arabum*, tum *Græcorum*, *Latinorumque* paſſim talia occurſant: ubi ſignificationes a filo & ſerie divulſæ excerpuntur. Hinc invecta commenticia *Antiphraſis*; quæ tot ſuaviludia peperit. Exempli gratia *Rigidus* pro conſtructione nunc *Juſtum* ſignare poteſt, nunc *injuſtum*. Par ratio in *inflexibili*, ad dextram, ad ſiniſtram, ſe porrigente. His utor, quod ad *elibratam* noſtram *rectitudinem* quam proxime accedant. Arctius adhuc conjunctum verbum *dirigere*, cujus *partic. directus* nonnunquam aliquid *tenſi* nimis, & *aſperi* reſonat; ut in *Orat.* pro *Cæl. Cap.* 16. *Triſtis ac directus ſenex*; i. e. *rigidior*; *inflexibilis*. Eadem *metonymia* pro *Roſc. Com. Cap.* 4. *Quid eſt in judicio? directum*, *aſperum*, *ſimplex*. *Quid in arbitrio? mite*, *moderatum*. Vides *directum* cum *aſpero* connexum adferre *flecti neſcium*, & *rigidi tenoris ſervantiſſimum*. Ex interiore hoc uſu &

22 Ne spolies tenuem, quia tenuis est: & ne conteras inopem in porta.

22 אל תגזל דל כי דל הוא ואל תדכא עני בשער׃

23 Nam

23 כי

& *Gell.* L. I. *Cap.* 3. dixit, *Quæ directum atque perpetuum præceptum non capiunt*; id est, *præceptum tam rigidum, ut nuspiam se flectat, nuspiam se accommodet; sed perpetuum servet tenorem.* Imitatus est hocce pro *Cæl. Cap.* 17. *Illud unum directum iter ad laudem cum labore qui probaverunt, jam prope soli in scholis sunt relicti.* Ipsa vis, & series orationis, trahit *rigorem inflexibilem, durum; asperiorem quam vita patitur*; unde & *Cap.* 18. subjungit, *Non semper vincat illa vera & directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem.* Sentis per *directam* illam *rationem* oratorie innui illam *rigidiorem & plane inflexibilem*; quæ a *tenore suo* ne tantillum quidem remittat: quo adspectu *Eccles.* 7: 16. commendatum אל תהי צדיק הרבה *Ne sis justus, recto-rigidus, spissando.* Proclivior adhuc ansa sub قسط, ubi *directa illa constitutio pedum, omnis flexuræ expers*, in *jumento* quidem *vitii* quid ultro affert. *Gjeubar.* القسط انتصاب في رجلي الدابة وذلك عيب لانه يستحب فيهما الانحناء والتوتير *Vox* קשט *designat directam constitutionem in pedibus postremis jumenti; quod vitio datur; quoniam amatur in illis curvatura, & tensa arcuatio.* Hinc per *Metaphoram* illustrem in *Alcoran. Sur.* 72: 14. 15. منا المسلمون ومنا القاسطون فمن اسلم تحروا رشدا واما القاسطون وكانوا لجهنم حطبا *E nobis Fideles alii*, (proprie *dedentes se*) *alii e nobis* קשטין *directi*, (i. e. *flectere & dedere se nescii.*) *Qui autem se dedunt, illi vero rectam intendunt viam: at vero directi* (obstinati, præfracte rigidi, infideles) *sane Gehennæ erunt materia.* Elucet non invenusta arguties, atque tenetur ansa lævæ hujus & scævæ significationis, qua *directus, directo pede obstipus*, in malum vergere potuit. Hoc jam *Commentatores Alcorani* per *injustum* declarant, ad captum populi. Inde in *Glossaria* susceptum: in quibus *Metaphoræ* enucleari nec solent, nec studio brevitatis possunt. Apud *Haririum Conf.* 29. exquisite etiam, الجاني حكم دهر قاسط الى ان انتجع ارض واسط *Compulit me arbitrium Fortunæ inflexibiliter directæ, præfractæ, obstinatæ, ut pabulatum irem ad terram Wasit.* Hæc scrupulum, quo quis vexari posset ex discrepantia potestatis *secundariæ*, ita levant, ut *primaria* inde plenius adhuc adstruatur. Verbi speciem II. prætermissam a *Gjeubar.* & *Phiruzab.* usurpat *Damir. in Hist. Anim.* de *Gallo gallinaceo* agens واعظم ما فيه من العجايب معرفة الاوقات الليلية فيقسط اصواته عليها تقسيطا لا يكاد يغادر شيا سوا طال او قصر ويوالي صياحه قبل الفجر وبعده فسبحان من هداه لذلك *in eo ex admirandis maxime est notitia horarum nocturnarum; namque elibrat cantus suos ad eas elibratione exactissima* יקשט תקשיט, *ne tantillum quidem postvertens, sive longiores illæ sint, sive breviores, peræque. Consimiliter clamor ejus initium & finem auroræ exæquat. Laus illi, qui eum ad hoc ipsum ita direxit.* Assimillime *Alkazuin.* Uterque productus in *Hieroz. Part.* 2. p. 123. 124. Habes *elibratissimam* illam *rectitudinem stateræ*, quæ ne minimum quidem deflectit. *Boch.* eleganter dedit, *æqua lance dispensare.*

Ibid. Leviora sunt, quæ submonebo. Plurimi אמרים אמת reddunt *verba veritatis*;

23 כי יהוה יריב ריבם וקבע את קבעיהם נפש׃

23 Nam Jehova Litigatorem aget litis eorum; atque emunctores eorum emunget ipsam animam.

24 אל

24 Ne

tis; quasi אמרי אמת; adduntque *absolutam formam* pro *constructa* sæpe venire. Cave credulus sis. Alii *supplemento* utuntur, *ad respondendum verba*, verba inquam *veritatis*, quam *Syntaxin* regnare volunt in אלהים צבאות *Deus* Deus inquam *exercituum*. Non utor; ut nec *Clerici* insertione באמת *in veritate*; sed per *appositionem* structuram expediendam censeo; *ad respondendum sermones*, *veritatem*. Sequens לשלחיך *missoribus tui*, duplicem habet ansam, *activam*, *passivam*. Plerique, *iis qui te miserunt*; alii, *iis qui ad te miserunt*. Posterius præferendum. שלח *mittere*, hic est, *consulere Oraculum*. Ad *sapientem* tanquam ad *Oraculum* publicitus *mittitur*, & allegatur.

Vs. 22. Non arridet valde, *ne opprimas pauperem; quia pauper est*, hoc sensu acceptum, *quia suum ei sufficit malum*, *neve afflicto afflictionem addideris*. Rectius, & erectius, *Merc. Ne opprimas tenuem*, *quia est tenuis*, i. e. *injuriam propellere non potest*. Scilicet luditur in *ancipiti*, nam דל *tenuis*, & *pauperem* designat, & *viribus destitutum*. Eadem ambiguitas in vocabulo *inops* apud *Latinos* obtinuit; unde commodissime posses, *ne opprimas inopem*, *quia inops est*: ubi quivis sentit prius pertinere ad *paupertatem*, posterius ad *conditionem injuriis & violentiis obnoxiam*, quam *inopiam* dicebant veteres, & *desolationem*. Pro *paupere* habes *Ruth*. 3: 10. Pro eo *cujus potentia attenuata*, 2 *Sam*. 3: 1. Sensui huic indubitare haud patitur *Vs. seq*. Eundem supra alcam quoque evehit *Cap*. 3: 30. quod & hinc novum robur ac firmamentum vicissim recipit.

Vs. 23. Mire in *Lexicis* ac *Versionibus* fluctuatur ad verbum קבע, rarissimum, & tantummodo extra sedem hancce occursurum *Mal*. 3: 8. 9. *Rapere*, *diripere*; adscitum ex sensu a multis. Alii maluere *supplantare*, πτερνίζειν, per transpositionem a עקב. *Vulgatus* dedit *configere*: ut *Aquila* καθηλοῦν *clavo figere*. Alii Veterum ἱεροσυλεῖν, λῃστεύειν, unde *fraudare*, *fraudulenter circumvenire*, vel *exspoliare* ab aliis arreptum. Qui in talibus non cernit *defectum* lucis, ad potestatem genuinam, ejusdemque Originem, rite figendam, nihil profecto discernat necesse est. Crescunt tenebræ, si attendamus ad derivata, קֹבַע *galea*; & קֻבַּעַת *fæx*; quæ quasi *in fundo supplantata*, ajunt nonnulli; vel *in fundo fixa*; ut aliis placitum. Sunt *Etyma* parum plana, aut plausibilia. Quid? quod incertissima significatio *fæcis*, per conjecturam tantum introducta *Jesaj*. 51: 17. 22. ubi כוס התרעלה *poculo venenato tremoris* datur קבעת: collato *Ps*. 75: 9. Sed alium ibi esse ordinem verborum, recte monuit *Gusset*. atque vicissim conjicit per קבעת significari *ipsum vinum quatenus poculi summam marginem obtegit*, *imo oram ejus superare convexo tumore*, *aut spuma innatante*, *videtur: quod Poëtæ fit*, *vina coronare*. Ad verbum ipsum quoque non uni indulget *conjectaneo*. Ex *galea* hoc propagatum censens, *primo* tentat *galeare* pro *rapere*, *raptum ire*. Iterum *secundo*, pro *galeam alicui deripere*. Sed his spretis, *tertium* subdit, *galeam in hac phrasi condenda spectatam fuisse tanquam tegumentum capitis*, *quo ipsi oculi obnubantur*; *atque inde* קבע אותו *galeavit illum*, *invaluisse pro oculos ei obstruxit*, *& quasi occæcavit*, *ut non videat quid agat*, *atque sic decipiatur*, ac *clam spolietur*. Apposuit *Gallicam* phrasin, *être coiffé de quelqu'un*; pro *nimis ei credulum esse*, ac *sic facile ab eo falli*; *ansa capta ab indumento capitis*, *quod oculos præpediat*. Enimvero habent conatus hice aliquid ingeniosi, & satis jucunde figurati; sed a *galea* tales loquendi formas succrevisse, nemo sibi facile persuaserit: nec is orbis eruditus, cui ausim *galeatum poculum* pro *coronato* propinare, ut nec *galea induere aliquem*, pro *eum occæcare*, *circumvenire*, *& clam spoliare*. Ipsa *galea* quoque unde appellationem invenerit sub hoc *themate* ante indagare debuisset Vir

24 Ne associes temet cum eo qui præturget naso; & cum viro flagrantissime iracundo ne familiaris sis.

24 אל תתרע את בעל אף ואת איש חמות לא תבוא :

25 Ut ne condiscas vias ejus; atque capias laqueum animæ tuæ.

25 פן תאלף ארחתו ולקחת מוקש לנפשך :

26 Ne existas in depangentibus volæ; in sponsoribus pecuniæ creditæ.

26 אל תהי בתקעי כף בערבים משאות :

27 Si

27 אם

Doctus, quam illis sese hallucinationibus traderet. Apud *Latinos* nomen duxisse videtur, ex *Græcorum* γαλῆ· quæ est *pellis felina*, vel *mustelina*; ut sit *tegmen capitis ex corio inde confecto.* Eodem canali κυνῆ, & λυκῆ, pro *galeis* ex *canina* vel *lupina pelle* defluxerunt. At *Hebræis* קָבַע dictum *capitis tegmen*, & speciatim *galea*, a *Radice* قبع קבע cujus notiones ita pandit *Camus.*

قبع القنفذ قبوعا ادخل راسه في جلده والرجل في قميصه

Verbum קָבַע *frequentatur de Erinaceo quum caput suum intra cutim recondit; itemque de viro caput intra indusium abdente.* Ejus derivatum قُبَّعٌ & قُبَّعَةٌ exponitur *ibidem*, خرقة كالبرنس *pannus caput obvolvens; operimentum totam faciem contegens; cucullus. Pallium cucullatum: calantica.* Pleniorem adhuc conspectum dabit *Gjeubar.*

قبع القنفذ يقبع قبوعا اذا ادخل راسه في جلده وكذلك الرجل اذا ادخل راسه في قميصه وامراة قبعة طلعة تقبع مرة وتطلع اخري والقبعة طوير ابقع مثل العصفور يكون عند جحرة الجرذان فاذا فزع او رمي بحجر انقبع وقبيعة السيف ما علي طرف مقبضه من فضة او حديد وقبيعة الخنزير وقنبيعته نخرة انفه وقنبعت الشجرة اذا صارت زهرتها في قنبعة اي في غطاء والقبعاء بالضم مكيال ضخم واقتبعت السقاء اذا ادخلت خربته في فيك فشربت منه

Verbum קָבַע *venit in ericio, quum caput intra cutim retrabit abditque, itemque in viro, qui sub indusium illud decondit. Inde insertatrix, exertatrix, de muliere, quæ nunc caput abdit, nunc exerit.* קְבָעָה *insertatrix etiam dicta avicula variegata, instar passeris, assidens latibulo muris campestris; quæ pavore affecta, aut lapide in eam jacto* אנקבע *caput suum subducit intra sese. Forma* קְבִיעָה *addita ensi, designat summum tegmen capuli, sive id quo extremitas capuli clauditur, ex argento vel ferro. In porco quoque* קְבִיעָה *&* קִנְבִּיעָה *vocatur extremitas complicata rostri. Item in arbore verbum* קָבַע *&* קִנְבַּע *adhibetur, quum ejus flos calyce* קִנְבְּעָה *ceu capitis tegmine plane involvitur. Iterum* קָבוּע *per* Dam-

27 אם אין לך לשלם למה יקח משכבך מתחתיך׃

27 Si nihil tibi ad exſolvendum, quare caperet *quis* lectum tuum deſubter te?

28 אל תסג גבול עולם אשר עשו אבותיך׃

28 Ne revellas terminum antiquum, quem fecerunt patres tui.

29 חזית איש מהיר במלאכתו לפני מלכים יתיצב בל יתיצב לפני חשכים׃

29 Vidiſtine virum celerem in opere ſuo? in conſpectu Regum ſtabit; non ſtabit in conſpectu obſcurorum.

Damma, eſt menſura capacior. Denique in VIII. ſpecie התקבעת אלשקה *adhibetur, quum orificium utris ori tuo penitus inſeris, atque ita bibis.* Ex omnibus hiſce *Gloſſis* reſplendet primaria virtus quam quærebamus *plicare, replicare, plicando obvolvere:* & quidem ſpeciatim *caput*, quaſi *redimiculo* quodam *abditum*, & *involutum.* Hinc jam ſatis tralucet, unde nam קבע *galeam* denotare cœperit, quippe *quæ complicata totum caput involvat.* Hinc etiam multo commodius ſe dare incipit illud *capitium induere aliquem;* pro *fraudare; fraude & arte emungere, exſpoliare.* Expendamus. Eſt inſignis contextus *Malach.* 3: 10. 11. Verbum noſtrum quater ibi reſumtum, grandem quandam *figurationem* ſecum ferat neceſſe eſt. Oratio indignationem graviſſimam ſpirans ſic habet. היקבע אדם אלהים *An capitium induet homo Deum?* כי אתם קבעים אתי *nam ſane me capitium induitis. Et dicitis* במה קבענוך *in quo capitium te induimus? in decimis & in oblationibus. Execratione percuſſi proinde eſtis; namque* אתי אתם קבעים הגוי כלו *memet capitium induitis vos; gens univerſa.* Animoſius depingitur *manticulatio ſacrilega*, qua *Deum* ipſum *emungebat* & *compilabat* gens univerſa, *decimis & oblationibus*, vel in totum, vel ex parte, interverſis; non ſine prætextu tamen ſpecioſo, ac velamento criminum. Hoc invidioſe non minus, quam concinne, dici potuit, *Deo capitium injicere.* Egregie quoque *figura* iſta quadrat in *Gnomen* noſtram; *Nam Jehova litem eorum litigabit, & capitium injicientes pauperibus capitio induet* quoad *animam.* Nempe *fraus & dolus* in *doloſum caput* revolventur: ad illum aculeum *ſarcasmi*, quo *Pſ.* 18: 27. dicitur עם עקש תתפתל *cum intorto, temet intorques;* ut *luctator* videlicet *nexu pollens;* quod in *Parall.* 2 *Sam.* 22. eſt תתפל *ſtratorem te prabes.* Pulcherrime קבע אתו נפש *capitio eum induit* quoad *animam:* eam *ludibrio* ſimul, ſimul *præda* permittit.

Ibid. Cura peculiaris debetur formæ קבעת, in *celſam* haud dubie *figurationem* traductæ *Jeſaj.* 51: 17. *Excitator, excitator, ſurgito Hieroſolyma, quæ bibiſti e manu Jehovæ* את כוס חמתו *poculum excandeſcentiæ Ejus;* את קבעת כוס התרעלה שתית מצית. Seriem attendenti, & graviſſimam ingeminationem vocabuli כוס, non magnopere placere poſſunt *fæces.* Eas plane ſeponere jubet auctoritas *Dialectorum*, nil ſimile agnoſcentium. LXX τὸ κόνδυ dantes, grande vocabulum captarunt; eſt enim nomen *poculi Perſici*, ductum a ſimilitudine *tiaræ*, ut magnus Commentator *Athenæi* docet; p. 797. Iidem illud κόνδυ adhibuerant pro גביע *Gen.* 44: 12. quod *Scyphum capaciorem* deſignat, atque unam tenet ſtirpem cum מגבעה *tiara, cidaris.* Ejus Thema גבע etiam *complicuit*, & quidem *in rotundiorem formam:* unde גבעה *collis. Chaldæus* quoque פיילי *phialam;* item *dignius*, & fere ex auro, *poculum.* Fundo ergo, & auctoritate deſtituitur omni, notio iſta *fæcis.* Quod *Guſſet.* in medium tulit, ſic ſatis ſpecioſum, ac plauſibile, ſi non a *galea* ducatur, ſed a *redimiculo capitis*, ſive *capitio;* nam & *redimita pocula* dici poſſint, non tantum quæ *ſertis coronantur*, ſed

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Verf. 1 Quum affidebis ad vescendum cum dominatore: unice confiderabis id quod ante faciem tuam.
2 Quip-

Verf. 1 כי תשב ללחום את מושל בין תבין את אשר לפניך׃
2 ושמת

fed etiam quæ ad *fummam marginem explentur*. Sic קבעת כוס התרעלה admirabili *imagine* exhiberet *coronationem poculi tremoris*; pro, *ad fummam oram* ac *coronam fuperfufum poculum*. Hoc egregie iftam in feriem quadrat. *Spumationem* quoque attexas licet, prout *Arabum* Poëtæ *fpumantis oris fafciam*, *tæniam*, vel & *fpumantis pateræ cidarim*, figurarunt fub vocibus عصابة & عمامة *fafcia*, *alba* præfertim, *in cidaris formam convoluta*; quæ cum noftro קבעת قبعة, item *mitram* defignante, proximam colunt cognationem. Exempla nonnulla haud difplicebunt. *Muleicbus Hudeilita*.

وَعَمَّمَ أَلْحِيهَا ٱللَّجِينَ

Et redimivit maxillas earum fpuma.

De *camelis fpumante* jam *ore* alacriter propulfis. Idem

بِمُعْتَمَّةٍ فَضْلَ ٱللَّجِينِ

Redimita exuberantiam fpumæ.

Plenius adhuc

حَتَّي تَعَمَّمْنَ ٱللَّجِينَ كَأَنَّهُ
عَلَي مُسْتَدَارِ ٱلْهَامِ عُطْبٌ مُنَدَّفُ

Usque dum redimitæ effent fpuma, tanquam fi
Super vertice capitum goffypium foret excuffum.

Hinc jam *redimiculo obvoluta*, id eft, *coronata* & *fpumans patera*, fefe fatis fuftinere, & palmam præ *fæcibus* ferre poffe videtur.

AD CAPUT VIGESIMUM TERTIUM

NOTÆ.

Vf. 2. Diffenfus ad vocabulum folitarium שַׂכִּין. Hoc nonnullis *plurale* eft, *fpinas* notans, quæ שִׂכִּים *Num.* 33: 55. & alibi; a *themate* שכך. Inde datur, I. *& pones fpinas in gutture tuo.* Secutus *Guffet.* id declarans de *obice gulæ ponendo*, *etiamfi magno dolore conftet.* Aliis eft *fingulare*, *Chaldæis* סַכִּין, *cultrum* defignans; qui *Arabibus* item سِكِّين;

2 ושמת שכין בלעך אם בעל נפש אתה׃

3 אל תתאו למטעמותיו והוא לחם כזבים׃

4 אל

2 Quippe cultrum admoveris gutturi tuo, si præturgens flatu sis.

3 Ne concupiscas cupedias ejus: nam est cibus mendaciorum.

4 Ne

سكّين; unde exsculpitur a plerisque, II. *& appones cultrum gutturi tuo*: pro, *frenum gulæ admovebis*. Supponitur, adagium obtinuisse inter *Hebræos*, *gutturi cultellum admovere*, pro *gulam reprimere*. Exempla desidero; sine quibus phrasis merito suspecta: *cultellus* enim *gulæ impressus* ad *jugulationem* potius fertur. Sensisse videtur *Merc.* ita III. commentans, *si regia mensa vesci optas, amasque splendorem & lautitias ciborum, præstat ut tuæ gulæ gladium admoveas: q. d. summum tibi damnum & ignominiam arcesses, nisi gulam cobibeas*. Ne id quidem planum, atque illud *præstat admoveas cultrum* non alium videtur pati posse sensum quam, *præstaret ut gulam tibimet præcideres*. Id durius culum. Mollius IV. hoc aliorum; *alioquin appones cultrum gutturi*: pro, *intemperantia* tibi *morbos* & *mortem contraberes*. Natura phraseos exigere videtur V. *præsentissimum vitæ periculum incurres, ingluvie tua iram in te Dominatoris provocans*. Pressius, *gulam tibi tuam ipse incideres gulosus*; vel *temet* quasi *jugulares*; אם בעל נפש אתה *si turgidus sis appetitum*, si *cupiditate inexplebili turgeas*. Hæc potentia *Originis* in בעל; quam ad *Cap.* 30: 22. exequemur. Eodem colore enunciatum *Cap.* 22: 24. *Ne compascuum agas cum turgido nasum*; &c. Vocula לע *gula*, ab *ardore adusto* nomen traxit, secundum illud Poëtæ

. . . . Furit ardor edendi
Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat.

Nostræ *Syntaxi* nonnihil officit, quod *Præpos. Vaw* per *namque*, *nam sane*, reddenda sit. Exempla tamen constipavit *Noldius* in *Concord. partic, num.* 37. Si interim quis *copulativam* malit vim, atque ad receptius *num.* II. positum inclinet, *cultellum gulæ admovendum* sic poterit accipere, VI. ut jubeatur *gulosus* ille *sibimet præsentem intentare necem* ex *terrore* Regiæ Majestatis; *jugulandus* facile, ni *ingluviem* compescat.

Vs. 3. Commode in hunc sensum subtexitur, *ne concupiscas pulpamenta ejus, nam cibus mendacissimus est*. Ad מטעמים recte jam observatum, *sapidiora* id vocabuli designare, sive *cupedias*, & *scitamenta*. Ita טעם طعم apud *Arabes* omnem quidem *saporem* amplectitur; signanter tamen frequentari amat pro *sapore delicato*, qui *appetitum excitet*; ما يشتهي منه. Hinc طاعم טועם speciatim, *elegantius victitans*, vel *delicatis cibis utens*: *pulpamenta sectans*, & *venationem*. Nempe מטעם مطعم κατ' ἐξοχὴν usurpatur pro ציד صيد *venatione*, sive *pulpa ferina*: atque in *part.* IV. مطعمة מטעמת *pulpam præbens venationis*, apud Poëtas, est Epitheton *arcus*. Antiquissimum esse hunc usum, & genuine *Hebraicum*, cernas ex *Gen.* 27: 3. 4. *Cape pharetram & arcum tuum, - - - & venare mihi venationem; atque parato mibi* מטעמים *pulpamenta*; *cupedias*. Sæpiuscule idem eadem in Historia recurrit usus; ut *Vs.* 7. 9. 14. 17. 31. Inde discas *pulpamento ferino* dicatam vocem. Sic *Schol. Diw. Hud.* المطعم, quod est *part. pass.* IV. exponit absolute الصايد المرزوق *venatorem prædæ potitum*. Apud *Gjeubar.* ex Veteri Poëta producitur,

مطعمة كبداء ☼

Cupedias ministrans arcus, crasso præditus manubrio.

 Ibid.

4 Ne hiaſcas ad diteſcendum: qui ratione polles, abſiſte. | 4 אל תיגע להעשיר מבינתך חדל:

5 An | 5 התעוף

Ibid. Tribus Verſiculis decurrens periodus, *Allegoriam*, vel *Parabolam* potius, redolere videtur. Hinc certe & patentior proſpectus aperitur, & gravior redditur præceptio, & cumulatiores enitent ſententiæ. Seriem univerſam reſumamus. *Menſæ regiæ aſſidere*, non tam *convivæ* eſt, ſemel tantum in vita, ſi forte, vel raro ſaltem illuc admiſſi, quam *purpurati*, & *miniſtri*, in aula *reſidentis*, atque *epulis Dominatoris* pro munere aut gradu dignitatis *accumbere* ſoliti. Mens ſublimior proinde *Verſ.* 1. hæc fuerit; *Si miniſterio aulico fungaris*, vel *conſiliarii Regii obtineas ſtationem*, בין תבין את אשר לפניך *diſtinctiſſime attendes ad id quod ante faciem tuam.* Altiore aſpectu, *Tuas* modeſtus *ages partes*, *tuam Spartam ornabis*; *in curam tibi aſſignatam incumbes* ſedulus; *neque alterius adminiſtrationi* curioſus *te immiſcebis*; *in ejusve jura involabis* arrogans. In *Verſ.* 2. לע *gula*, & *ardentiſſima vorandi cupiditas*, commodiſſime pingere poteſt *inſatiabilem ambitionem*, cum *ſiti opum* ac *divitiarum* conjunctam. Eodem tendit בעל נפש *turgens animam*, id eſt, *appetitum edendi*, ut ſæpe alibi. Etiam *flatum* & *arrogantiam* ſignat. Poſſis proinde, *Si turgidus ſis flatum*; ſi *arrogantia infleris*, ac *præturgeas.* Talis ſane, ad *num.* V. *apponit cultellum gulæ ſuæ*; atque *ambitione*, *avaritia*, aut *arrogantia*, *præſentiſſimum* mortis *periculum ſibimet* veluti *admovet.* Ad *num.* VI. hic exſtet ſenſus; *ambitioſum*, *opum* nimis *appetentem*, aut *ſuperbum*, *hanc* ſuam *ardentiſſimam cupiditatem admoto* velut *faucibus cultello* debere *compeſcere*; tanquam *per jugulum ituro*; ubi *ira Regis*, qui nuncius mortis, *exarſerit.* In *Vſ.* 3. denique מטעמים *cupediæ regiæ* inſignitam *figuram* exhibere poſſint *favorum*, *bonorumque exquiſitiorum*; cum reliquis *lautitiis*, quibus *Aulæ* circumfluunt. Has *appetere*, has *venari*, huic *opimiori* velut *prædæ inhiare*, eſt *cibum inhiare mendaciſſimum*, *bolos mortem* perſæpe *daturos*: certe nil niſi *atram curam*, & *ſpiritus roſionem* parituros. Pulcherrimæ *pericopæ* aliquid *Allegorici* etiam ſubjunxere Cl. *Cocc.* & *Cler.* quorum cogitata contuliſſe neminem pœnitebit.

Vſ. 4. Indivulſo nexu proſequare licet, *ne hiaſcas ad diteſcendum* &c. להעשיר ad *Divitem* & *potentem te faciendum*, ex indole ſpeciei *Hiphh.* Sic *Parabolæ* prægreſſæ clavim ipſe ſapiens porrigeret, eamque concinna clauſula aperiret. Licet quoque per ſe capias, ob affinitatem materiæ hic ſubſertum. Sive hoc ſequare, ſive illud, nodum haud levem nectit מבינתך חדל *ab intelligentia tua deſiſte.* Arctiore illa copula I. *Cocc. Cave fidas prudentiæ tuæ*, *quaſi & voluptatibus Aulæ frui*, *& Divitias accumulare*, *& officium non negligere*, *& invidiam declinare*, *& te ipſum conſervare poſſis.* Acutum. Alio acumine *R. Levi* II. *Imperativum* reſolvit in *Futurum*; quaſi diceret *Salomon*, *ſi diteſcere concupiſcis*, *atque in opibus conſtruendis vis fatigari*, *futurum eſt ut deſiſtas a tua intelligentia*; *vel*, *a vera ſapientia deſciſces.* Id efferri poſſet, *valere jubeto intelligentiam tuam*, *ſi diteſcendi te veſana inceſſerit cupido.* Hoc requiſiviſſet pro אל *Ne*, אם *ſi*, filo ſic ſuſcepto, *ſi fatigaveris te ad diteſcendum*, *ab intelligentia deſiſte.* Jam alius poſtulatur ſenſus; quem *Cler.* III. ex repetito אל extundere conatus; ut ſit; *neque prudenter gerere te deſinas.* Precaria inſertio; nec אל *imperativo* præmitti ſolet. Non valde quoque aptum ſolidumve, vulgatiſſimum illud IV. *a prudentia tua deſiſte.* Id varie exponitur. Plurimi, *Noli fidere vel induſtria*, *vel prudentiæ tuæ*, *quaſi per illas tibi opulentiam poſſes parare.* *Solus eam elargitur Deus.* Ut *Pſ.* 127: 2. Alii *cave prudentiam appelles*, *curam diteſcendi*; ut faciunt opum cupidi: eſt magis *diffidentia*, & *affectio cæca.* Neutrum ſatis quadrat ad id, quod *Vſ. ſeq.* ſubſumitur: *Contemnendas eſſe in univerſum divitias ab eo*, *qui vel tantillum ſapiat.* Hinc V. mihi ſubnatum, *ne hiaſcas ad diteſcendum*; *ob intelligentiam tuam flacceſcito*, i. e. *totum illud ſtudium divitiarum*, quo tantopere flagrant miſeri mortales, *miſſum fa-*

facito; si quid sapis; eo quod sapis, quod rationem possideas & intelligentiam. Sic בינה *ratio distincte judicans, intelligentia rationalis*, venit *Prov.* 30: 2. *Brutus ego præ viro,* ולא בינת אדם לי *& non est mihi intelligentia hominis.* Ergo מבינתך *ob intelligentiam tuam; præ ratione qua polles.* Particula מן *ob, propter,* sæpissime reddenda. *Exod.* 2: 23. *Suspirarunt* מן העבדה *ob servitutem.* 2 *Chron.* 21: 15. *exierunt viscera ejus* מן החלי *ex morbo, ob vim morbi atterentis & excoriantis.* Ipsa ratio scilicet quemvis docet, *contentum esse parvo, maximas esse certissimasque Divitias: & quibus nihil unquam satis, non modo non copiosos & opulentos, sed etiam pauperes & inopes esse existimandos.* Sententiarum huc tendentium, atque hoc sancientium, referta omnia. חדל *absistito;* proprie *flaccescito; in totum remittito.* Sic *Jerem.* 40: 4. *Si displiceat mecum venire* חדל *absistito.* Item *Amos.* 7: 5. *Et dixi, Ah Domine!* חדל נא *absiste, quæso; qui staret Jacobus?*

Ibid. Quo jure תיגע *biascas* converterim, dabo. In *Lexicis* redditur *laborare* simpliciter; nec non, *defatigari ex labore; lassari, fatisci, defetisci.* Omnia haud dubie *secundaria.* Apud *Arabes* eadem omnia sub وجع obtinent. Ejus *futurum* enotatur يجع יגע, ad *Dialectum Hebræam*, frequentatum ab *Asediitis*, ut testatur *Gjeubar.* promens hocce exemplum veteris Poëtæ

لَا تَنْكَأِي قَرْحَ ٱلْفُؤَادِ
فَيِيجَعَا ✿

Ne crusta nudes ulcus cordis, quo fatiscat dolens.

Adfert etiam أَيْجَعُ رَأْسِي *fatisco caput meum,* & يُوجِعُنِي رَأْسِي *fatiscit mihi caput meum.* Admirabili lepore Poeta ab eodem laudatus

تَلَفَّتُّ نَحْوَ ٱلْحَيِّ حَتَّى
وَجَدْتُنِي
وَجِعْتُ مِنَ ٱلْإِصْغَاءِ لِيتًا
وَأَخْدَعَا ✿

Reflexi caput ad Tribum, donec deprendas me
Fatiscere præ inflexione collum & venas.

Id verbi compositum censetur ex *fatim* & *bisco*, secundum illud Poëtæ, *rimisque fatiscunt.* Hoc incertius; sed certissimum وجع ex *Origine* sonare idem quod جاع גוע *biare, biascere, biante ore fatisci.* Magna hinc gratia & dignitas accrescit locis omnibus. *Jos.* 24: 13. *Dedi vobis terram* אשר לא יגעת בה *in qua non laborasti.* Ita vulgo. Substitue: *in qua non biasti; biante ore fatigatus fuisti*, ut solent *Agricolæ* sole sub ardente *delassati* & *exhausti.* Similiter *Jes.* 62: 8. *Si bibent peregrini mustum tuum, & frumentum tuum consument,* אשר יגעת בו *in quo tu bianti ore temet elassasti.* Item *Deut.* 28: 32. *fructum terræ tuæ* וכל יגיעך *& omne biascenti ore partum a te, comedet populus quem non nosti.* Ad exaggerationem pertinet calamitatis. Pariliter *laborem rusticum multo sudore & biascenti ore exantlandum* consignat *Job.* 39: 11. Occurrit sæpiuscule. Gravius adhuc *Ps.* 6: 7. יגעתי באנחתי *biasco in suspiratione mea; torrente lacrymarum omni nocte lectum meum inundo.* Languet ibi *laboro*, nec se sustinet satis *defatigor.* Iterum *Ps.* 69: 3. יגעתי בקראי נחר גרוני *biasco in clamatione mea, incanduit guttur meum.* Rem oculis subjectam cernis: atque *Originem* ipsam contrectas. Venustissime *Jesaj.* 40: 30. יעפו נערים ויגעו *gyrabunt* lassitudine *juvenes*, & *biascent:* nec non *Vs.* 28. *ibid. Creator finium terræ* לא ייעף ולא ייגע *nec gyrabit* las-

5 An gyrarent oculi tui in id,
quod statim nullum? nam omnino
faciet sibi alas; tanquam aquila cœ-
lum versus gyrat.
6 Ne vescaris escam mali ocu-
lo; neque concupiscas cupedias e-
jus.
7 Quia

5 התעוף עיניך בו ואיננו כי עשה
יעשה לו כנפים כנשר יעוף השמים :
6 אל תלחם את לחם רע עין ואל
התאו למטעמתיו :
7 כי

lassus, *nec biascet: biulco* velut *ore anhelabit exhaustus.* Inverso etiam ordine *Jer.* 51: 59. & *Hab.* 2: 13. וייגעו *& biascent populi - - - & nationes* יעפו *gyrabunt; ad vertiginem usque delassabuntur.* Ad priorem structuram iterum *Deut.* 25: 18. *Carpsit in te Amalekita omnes debilitatos* sive *lassitudine attritos, persequens te, & quidem* את עיף ויגע *gyrantem atque biascentem.* Splendida lumina & ornamenta orationis *Hebrææ*, quæ *Origines* solæ adspicienda præbent: & tamen vel utilitati *Originum* vel necessitati indubitabitur, atque illiterata lis movebitur? Grandi figura *Thren.* 5: 5. *Super cervicibus nostris* נרדפנו *insessores patimur*, inequitamur a multis, יגענו לא הונח לנו *biascimus; nulla nobis conceditur requies.* Depingitur jumentum sævo flagello & acerrimis calcaribus incitatum ita, ut *biulco ore* tantum non *expiret*, & ne tantillum quidem *respirare* queat. Ad hanc facem reliqua satis lucebunt. Unum adhuc attingendum 2 *Sam.* 23: 10. *Ille stetit, & stragem edidit in Philistæis* עד כי יגעה ידו *usque dum biasceret manus ejus:* id est, *fatisceret.* Est illustris illa *metaphora*, quam supra ex *Gjeubar.* produxi, in *capite* aliisque *membris*, quæ *biascere* dicuntur, quum *labore fatiscunt.* Hi vocantur יגיעי כוח *fessi roboris;* quibus *nervosissimum* quoque *robur biascit, Job.* 3: 17. vel, *quibus vires exhaustæ fatiscunt;* ut in *Comment.* submonui, incertior adhuc de *Origine*, quæ postea mihi, ut dies diem docet, alluxit. Agmen claudat *Eccles.* 12: 12. יגעת בשר *fatigatio carnis biascens;* quæ *carnem biulcat* quasi, verbo *Catulli*, apud quem *sitis biulcat agros* figuratum, pro *biatu diffindit.* Apud *Græcos* χαίνειν *biare*, *biascere* eodem usu quoque auctum fuisse, ex *Glossis Hesychianis* condiscas, ubi κίχλων inter alia est ῥέμβει) *gyrat, vertiginem patitur.*

Vs. 5. Interrogatio animosa, sensum *Vs.* præcedenti a me additum egregie fulciens. Ea inculcat, abhorrere a *ratione* ipsa, ut quis *biascat* in *divitiis* sibi *congerendis, fallacibus* simul, simul *fugacibus.* Cl. *Cocc.* propiore illo nexu cum *Parabola Vs.* 1. inchoata, moneri censet, *splendorem Aulæ tam vanum esse, ut oculum ad eum advertere, & in eo figere, non liceat: quemadmodum aquilam, si forte consederit alicubi, speculari non licet.* Ad lectionem *Masorethicam* autem prius Colon ita constituit; *An fineres volare oculos tuos ad illud, quod non est?* Nempe pro התעוף, *futuro* in *Kal*, subdidere ad marginem התעיף: quod quia expeditiorem videbatur præstare *Syntaxin*, plurimorum calculo comprobatum. *Cler.* ex *Kal* dedit, *num involabis oculis:* per ellipsin *præpos.* ב. Mihi תעוף non *secunda* est *mascul.* sed *tertia fæmin. fut. Kal* a עוף *gyravit;* unde structura solenni exsurgit, *num gyrabunt oculi tui in id quod mox nullum?* Geminata elegantia pollet illud *gyrabunt.* Primo, alluditur ad *naturam oculi, & palpebrarum*, quibus nil *mobilius*, ac *gyrantius.* Hinc עפעפים appellari meruere *palpebræ* cum *oculis suis* perpetuo *nutantes & nictantes.* Secundo attenditur quoque *cupiditas oculorum, gyrabunda* sane, *inexplebilis*, & *satiari, sedari*, ac *contineri nescia*, quales *oculos, emissicios* ac *gyratores* ex vero dixerim. Si quis malit תעיף *gyrare facies;* utrumque ex æquo obtineat necesse est. Comparationem venustissimam *Aquilæ cælum versus avolantis*, proprie iterum, *gyrantis*, illustravit jam *Boch. Hieroz. Part.* I. *pag.* 171. ex *Luciani Timone* ubi inducitur *Plutus*, divitiarum Deus, accedens ad aliquem, *claudicare, & lentos trahere gressus;* ἐπειδὰν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει πολὺ τῶν ὀνείρων ὠκύτερον *quum autem discedendum sit, conspici eum*

mul-

7 כי כמו שער בנפשו כן הוא אכל ושתה יאמר לך ולבו בל עמך :

8 פתך

7 Quia quemadmodum suam ipsius animam abhorret, sic ipse erit; Ede & bibe, dicet tibi; at cor ejus nequaquam tecum.

8 Buc-

multo volucribus celeriorem. Reperies quoque *ibid.* p. 170. *vægrandes* illas & *pernicissimas alas aquilæ*, quales sibi *facere* dicitur *opulentia*; cum ex Sacris, tum ex Profanis Scriptoribus, justo lumine perfusas.

Ibid. Manum de tabula tollenti, remoram injicit duplex conatus veterum *Hebræorum* ad nostrum תעוף, vel תעיף. Prior fert, *an splendere faceres oculos tuos?* significatione arrepta ex *Job.* 11: 17. ubi תעופה כבקר תהיה multi reddere, *splendesces*, *instar auroræ eris.* Hoc foret αὐγάζειν, ἀμαρύσσειν; relatum ad αὐγὰς & ἀμαρύγματα *vibrationes splendentes oculorum.* Alter, contrario plane adspectu, *an obtenebrescere faceres oculos tuos in illam opulentiam defixos?* ut *Amos.* 4: 13. *qui facit auroram* עיפה *tenebras ipsas.* Ad hæc *Mercer. Sane Radices Hebraicas videas duo contraria significare interdum.* Per *Antiphrasin* scilicet, illam veterum *Grammaticorum Helenam*; quæ profecto germana *Medusa* est. Miram enimvero Linguam, quæ *Lucem* & *Tenebras* uno eodemque verbo complecteretur per *figuram contrarii.* Sæpe infelicem fœtum in solas terras abire jussimus. Ad hoc quidem verbum teneatur, עוף nunquam *splendorem* denotare; & *Job.* 11: 17. vertendum, *si vertiginosus sis, si caligine vertiginosa gyres; ut aurora existes.* Dilucere incipit copula dissonantium notionum, quibus adhucdum in *Lexicis* laborat nostra Radix. Comparet ibi primo & tritissimo usu *volare*; unde עוף השמים *volucris cœlorum.* Secundo, *Lassari*; unde *partic.* עיף *lassus*, *fessus.* Tertio, *obscurum esse; obtenebrescere, caligare*: unde עיפה *densissima caligo.* Hæc δὶς διὰ πασῶν discrepare videntur. Harmoniam suavem præstabit Origo in *gyratione* sita; quam *Arabes* sub عاف *mediis Waw*, & *Je* peræque, asservarunt. Nempe *gyrare* est *volare.* Item *gyrare* est *lassari ad gyrationem oculorum* & *vertiginem* usque. Denique *gyrare*, & *vertiginem pati* dicitur, qui *densis offusus tenebris* σκοτοδινιᾶται. Hæc ad *Job.* 10: 22. jam indicata, hic oculis subjicio, ut tanto distinctius decerni queat, quid amplitudo *Linguæ* Interpreti possit suggerere. Ego quidem intra priorem usum me continui, *An gyrarent oculi tui in id quod mox nullum?* Huic principi & indubitato sensui, si quis adjungendum censeret & alterum huncce, *an ad vertiginem se delassarent oculi tui?* quin & tertium, *an vertigine caliginosa obtenebrescerent*, vel *obtenebrescere eos fineres?* acumen forte laudarem; sed an verum esset lumen addubitarem. Certe sequens יעוף in *Aquila gyrante* has notiones respuit; easque seponendas esse arguit. Eandem *gyrandi* potentiam cognato *themati* יעף, quod in *Lexicis* item *lassari*, *defatigari*, fuisse subjectam; ex usibus *Arabum* sub وعف & وغف demonstravi ad *Job.* 22: 25. Inde perpulchra illa לא ייעף ולא ייגע *non gyrabit* lassus, vertiginosus, *nec biascet*: quæ superius declarata. Etiam *volandi* vim hic viguisse, patet ex *Dan.* 9: 21. ubi מועף ביעף non est *vertigine affectus in lassitudine*; sed *gyratus in gyratione*; ut *rotatissimus volatus* designetur.

Vs. 6. Filum *Parabolæ* continuari, ac pertexi, censet *Cocc.* ad *Vs.* huncce submonens, *eos qui in Aulis cum potestate sunt, plerumque esse invidos*; ac *proinde talium delicias non esse concupiscendas.* Rectius cum plerisque disjungas, atque tanquam diversi generis præceptum capias, quo vetamur cum *illiberali*, & *sordide avaro*, *familiaritatem colere*, *ejusve mensa uti.* Hoc *Allegoriam* novam potius resiperet. רע עין *malus oculo* non tantum *invidiam* signat; sed & *avaritiam* ac *sordes illiberales*: ut טוב עין *bonus oculo* *Cap.* 22: 9. notabat *benignum* ac *liberalem*.

Vs. 7. Eminens & expressus character *sordidissime avari*, speciem tamen liberaliorem mentientis. Prius Colon vehementer exercitos habet Interpretes. Id obscurissimum,

8 Bucceam tuam, quam comediſti, eam evomes: & reſcindes verba tua ſuavia.

9 In auribus ſtolidi ne loquaris; nam raptabit maturitatem ſermonum tuorum.

10 Ne revellas terminum ſeculi; & in agros pupillorum ne invadas.

11 Nam aſſertor illorum validus eſt; ille litem eorum tecum litigabit.

12 Of-

8 פתך אכלת תקיאנה ושחת דבריך הנעימים :

9 באזני כסיל אל תדבר כי יבוז לשכל מליך :

10 אל תסג גבול עולם ובשדי יתומים אל תבא :

11 כי גאלם חזק הוא יריב את ריבם אתך :

12 הביאה

& ferme deſperatum, pronunciat *Gejer.* Triplicem interim viam aperit. I. a שער *janua*, & *part.* שׁער *janitor*; hac facie; *Quia ſicut janitorem agit in ſemet ipſo; ad ſemet rigide attendit, ne largiore victu utatur; ita ad te quoque attendet* &c. II. a שער *menſura*; in hunc ſenſum; ſicut *menſurat*, admetitur, *ſibi ipſi; ita tibi quoque bolos annumerabit.* Ex *Junio* hauſtum. Eodem collineat aliorum *æſtimatio*; &, *ſicut æſtimavit ſecum* &c. A *fœditate horrenda* III. quæ ſub שערים ſe exerit *Jer.* 29: 17. *Sicut fœdus*, vel *abominabilis eſt intus in anima ſua, ob defectum charitatis, ita ipſe quoque talis eſt foras:* vel potius, *cibus ejus conſimiliter eſt fœdus, fœtidus, deteſtabilis, amarulentus, quem mox exſpuere cogaris.* Sic ferme calculos duxerat *Cocc.* IV. alio licet flexu, adſpectuve, *Nam ut* quod quis *horreat in anima ſua, ſic ipſe eſt:* vel, ut in *Lexico* proponitur, *Nam ut* quod *anima cujusvis horreat, ſic ipſe eſt.* Ut *cupedia* ejus, ita *ipſe homo eſt.* Innui autumat, *quem diligere non poſſumus, ſed abhorremus, ejus quoque delicias repudiandas: quippe virulentiam ejus illis adfundi tanquam venenum; atque ideo quod quis apud talem comederit, vomitu mox rejiciendum.* Omnibus hiſce aliquid ſubeſt quod trahat, aliquid etiam, & plus forte, quod retrahat. Sunt adhuc alia, multo alieniſſima, quæ circumcido. Mihi quidem V. neutiquam ex oculis dimittenda videtur hac in ſerie poteſtas vocabuli נפש *anima*, qua valet *appetitum, edendi cupiditatem ardentiorem, cum flatu* conjunctam quaſi. Hinc exſculpo: *quia quemadmodum horret ſuam ipſius animam, ſuum* ipſius *appetitum abhorret*; vix a ſe impetrat, ut ſtomacho ruenti fulturam impertiat; כן הוא *ſic ille;* nempe *erga alios multo magis; appetitum* נפש *horrens eorum, quos ad menſam ſuam invitavit.* Conſtruas quoque licet, *ſic ille, comede & bibe, dicet tibi; cor autem ejus non eſt tecum.* Invitabit enimvero, ſed *corde conſtricto*; & ubi temet invitare cœperis paulo liberalius, palpitante. Hoc *iratum* ſibi aliiſque *genium ſordidiſſime avari* ad vivum reſecat, ac repræſentat.

Vſ. 8. Huic ſenſui ſuccinit; *Bucellam tuam quam comediſti, evomes eam;* &c. Hoc eſt, ubi deprendes tandem, miſerabili huic *ſtomachum commotum*, ad omnes quas bono appetitu deglutiebas buccellas, tibi quoque *ſtomachus* veluti *concutietur*; & malles *ſordidæ menſæ non interfuiſſe*, atque adeo *revomere*, quicquid ab homine ſpurco fuerat oblatum. Anxium eſt, & tenue, quod literam prementes nonnulli, hæc trahant ad *dapes inſalubres & peſſimas, quæ ſtomacho dolorem ſint pariture, & quibus levari non poſſit niſi vomitu.* Alterum *Colon* ſic accipiendum autumo, *& reſcindes verba tua amœniſſima;* pigebit te, quod ullo verborum honore, ulla gratiarum actione, ſpurciſſimum mortalem ſis proſecutus. Claudicat, quod *Junius* dedit, *ubi corruperis res tuas amœniſſimas;* referens ad *cibos conſumtos, qui putiſcere incipiant.* Languet etiam nonnihil vulgare, *& perdes verba tua amœna:* pro, *perdideris quicquid ſermonum ſuavium cum eo* in-

12 הביאה למוסר לבך ואזניך לאמרי דעת׃

12 Offer disciplinæ cor tuum; & aures tuas dictis scientiæ.

13 אל תמנע מנער מוסר כי תכנו בשבט לא ימות׃

13 Ne arceas a puero disciplinam: quum percuties eum virga, non morietur.

14 אתה בשבט תכנו ונפשו משאול תציל׃

14 Tu virga eum percuties; atque animam ejus ex orco eripies.

15 בני אם חכם לבך ישמח לבי גם אני׃

15 Fili mi, si solide compactum fuerit cor tuum; lævigabitur cor meum & mihi.

16 ותעלזנה כליותי בדבר שפתיך מישרים׃

16 Exultabuntque renes mei; quum labia tua æquitates complanatissimas loquentur.

17 אל

17 Ne

inter vescendum babueris. Frustra verborum honores in hominem congesseris; ut solent conviva in convivatorem. Omnino ex serie requiritur, *rescindes*, atque *ipse destruere cogeris amæniora* illa tua *dicta*, & *flosculos exquisitos*, quos in eum, necdum bene cognitum, *sparseras*.

Ibid. Insignioribus luminibus, & ornamentis, distincta est periodus, a *Vs. 6.* huc usque decurrens, quam ut intra *Literam* contineri posse videatur. *Mercer. inopportunas* quidem hic *Allegorias* judicavit; sed censuram istam destringit in *R. Levi*, qui more suo argutatus, *malum oculo* detorsit ad *eum*, *qui malus in contemplatione, principia falsa jecit Philosophiæ, & sapientiæ, quibus qui se oblectaverit, ea tandem evomere cogatur* &c. Ejusdem argutiæ sunt, quæ Nostrorum quidam de *Hæreticis*, & *Doctrina malis venenis imbuta*, ac *suffecta*, imaginati. Hæc merito sepofuit Vir Doctus. Figuratum adspectum universim damnare non debuisset, quum colores omnes eundem invitent. *Cocc.* tres hosce Versiculos præcedentibus innexos censens, eidem scenæ eos applicat, atque ita exponit, *non esse appetendas delicias*, id est, *favores & gratias eorum, qui malo præditi oculo pietatem oderunt; & in quibus vera charitas non est*, &c. &c. *Denique inbiandum non esse bonis, quæ sint in regno Diaboli.* Hoc quorsum ex *Hypothesi* Magni Interpretis feratur, facile intelligere est. Ego suo quemque judicio abundare, libenter patior. Mea interim ratio sic habet, *Pericopam* hancce posteriorem, in qua cum maxime occupamur, per se stare; atque pulchra *Parabola* insinuare, *videndum esse etiam atque etiam, ne nos inescari patiamur donis, muneribus, gratificationibusque eorum, qui nil nisi maligne, astute, insidiose, quin sordide, atque avare, elargiuntur; non ex vero corde; non sincero ex affectu; sed ut habeant obnoxios sibi clientes; quorum opera ad injustos fines abuti possint.* Qui sapit, tales *delicias*, talia *venationum pulpamenta*, *non appetet*, *non acceptabit*; & si forte iis se *inescari* passus sit, ea quantocius *revomet* quasi, atque *verba honorifica* tanquam in *Liberalissimum Tractatorem*, ac *Muneratorem*, *collata rescindet*.

Vs. 13. Dilutius est, quod multi dedefunt, *quum percuties eum virga*, *non* ideo *morietur*. Non erunt istæ plagæ lethales. Magis adhuc diluit, quod adjicitur, *tacite moneri parentes ut moderata sit eorum castigatio.* Hoc a scopo ita exerrat, ut quod maxime. Quodammodo erigi posset ista sententiola *ironia*, & *specie joci*; q. d. *etiamsi forte severius eum percuties non inde morietur.* Accedo tamen iis potius, qui hunc edidere conspectum, nobilem, gravem, sententiosum; *quum percuties eum virga, non morietur.* Non evadet *nequam*, *decoctor*, בן זולל, *morti* vel per te ipsum *tradendus*: plane ut *Cap.* 19: 18. quorsum remitto. Versiculus sequens hunc

17 Ne inflammetur cor tuum in peccatores: quin potius in timorem Jehovæ omni die.

17 אל יקנא לבך בחטאים כי אם
ביראת יהוה כל היום׃

18 Nam profecto solidum *est* extremi finis; & expectatio tua non succidetur.

18 כי אם יש אחרית ותקותך לא
תכרת׃

19 Au-

19 שמע

hunc sensum ita inculcat; ut eum insigni accessione cumulet.

Vs. 17. Gemina & hic via inita ab Interpretibus. Plurimis placuit, *ne æmuletur cor tuum in peccatores*, *sed in timore Jehovæ* esto *omni die.* Prævivere Veteres; inserto היה vel תהי; quod precarium, atque in hac quidem serie durius. Commodius & rotundius alii, *Ne æmuletur cor tuum in peccatores; sed in timorem Jehovæ.* Ita jam olim *Ab. Esra* יראת *timorem* accipiens pro *timente.* Libenter admitterem, inquit *Merc.* nisi verbum קנא, sequente ב, in *malum* sumeretur. Hoc quanti sit, ipse sensit, subdens, *quamquam nihil obstat æmulationem in bonum aptari.* Hinc *Jun.* expressit, *reverentes Jehovæ æmuletur cor tuum.* Eodem collineans *Cocc. Commendat*, inquit, *constantem timorem Dei, & ejus affectationem cum Zelo, & æmulatione eorum qui in timore Dei versantur.* Quo minus huc concessum sit ab omnibus, constructione ipsa invitante, duo offecisse videntur. Primum יראה *timor*, pro איש יראה *timente* sumtum; quod nec ego hic admiserim. Secundum, קנא in priore colo ad *æmulationem invidiæ* tendens, minus concinne ad *æmulationem laudabilem* virtutis in posteriore inflecti. Atqui per *Syllepsin* talia non admissa tantum, sed pro gemmulis eloquentiæ habita. Quis vitiosam dicat brevitatem? *Ne æmuletur cor tuum peccatores; sed timorem Jehovæ omni die.* Nil concinnius, nil, cum sententiosa gravitate, venustius. *Timorem* retineo vi *substantiva*, & קנא ביראת יהוה expono *fervescere*, *inflammari* ad rubedinem usque intensissimam, *in timore Jehovæ: ejus flagrantissimo* semper *studio candescere.* Copia usus sum phrasium *Latinarum*, eidem *figuræ* per *Syllepsin* sese benigne præbentium. *Ne candescas in peccatores; sed in timore Domini omni die.* Quis tam parum firmus in *Latino*, qui huc insertum iret? *esto in timore.* Item, *ne inflammeris in peccatores; sed in timore Domini.* Non potens esset styli, qui hic aliquid insertaret; aut carpendum judicaret. *Inflammationem*, qua quis totus *candescat*, inclusam esse *Origini* ‡ קנא supra copiose demonstratum. Eadem dignitate *Apostolus*; *ne inebriemini vino*, *in quo luxuries*; *sed Spiritu Sancto impleamini.* πληροῦσθε. Habes *malum*, habes *bonum*, uni sententiæ, uno sub verbo, intextum. Seges talium, in Sacris, in Profanis. *Varro* apud *Non.* in voce *Cepe*; *Avi & atavi nostri cum allium & cepe eorum verba olerent, tamen optime animati erant.* Veteribus *Romanis*, qui *cepe* & *allio victitabant*, *anima olebat*, scilicet, & ad *verba* ex *ore emissa nares* potuissent *corrugari*; optime interim *animati* erant; *animas* gerebant in omnem virtutem erectas. Lepide, & salse, Magister salium 2. *Sat.* 6: 14.

Pingue pecus domino facias, & cetera, præter
Ingenium. - - - - - -

Prius *pingue* in *bonum*, posterius in *malum* fertur. Universum hocce genus data opera pertractavi in Disputationibus *Franequeranis* de *Figura ex Ancipiti.*

Vs. 20. Grave & signatum verbum סבא, quod *Lexica* exponunt *potare*, *inebriari*, *ingurgitare*, *mero se obruere.* Concinit *Arabum* سبأ, quod declaratur a *Lexicographis*, *emit vinum potandi ergo; & vinum ingurgitavit*; unde سبّاء *ingurgitator vini*; סֹבֵא, qui & סובא سابي in *part. præs.*

Ipsum

19 שמע אתה בני וחכם ואשר בדרך לבך :

19 Audi Tu, fili mi, & sapiens esto; ac dirige in viam cor tuum.

20 אל תהי בסבאי יין בזללי בשר למו :

20 Ne sis in ingurgitatoribus vini; in helluatoribus carnis sibi.

21 כי

21 Nam

Ipsum *vinum* quoque سَبِيَّة dictum, quod & سِبَاء סִבָא enunciari potest. Ingenio abusus Cl. *Gusset.* quum sentiens *Originem* abesse, sic conjectandi quatit rudentem: *potest propagatum esse a* סבב *circuiit; idque propter circuitum, vel vini refluentis per os & nares, vel vaporum errantium in sanguine, & cor, cerebrum, nervorum actiones, vago quasi motu gyrationis alterantium; vel denique corporis humi volutati; vel forte omnium istorum simul.* Vide! quo abripiantur, qui *Regiam* deserunt *viam Dialectorum.* Desiderari *Originem*, & eam *a priori* nullo acumine, nulla *divinandi* arte vestigari posse, tam clare apparet, quam ipsa meridies. Eam *a posteriori*, id est, ex auctoritate *Dialecti sororiæ* reclusisse, ut tutum, ita unice firmum. Illa *ingurgitandi vini* notio, quam & *Arabes* frequentant, a *primaria* dependet, quæ est *deglubere*, سلخ ut habet *Camus.* quod est *detraxit pellem*, *excoriavit.* Inde سَبِيَ ألْسَبِيَّة, ibidem per سلخها *exuvias Serpentis*, *pellem deglubtam*, exponitur. In *Gjeubar.* etiam انسبا الجلد אנסבא אלגלד declaratur انسلخ, *deglubta fuit cutis.* Extat in *Diw. Hud.* & alibi. Hinc *metonymice* invaluere phrases سبا الرجل جلده, *deglubit virum*, *pro scutica percussit*, & *excoriavit:* & سباته بالنار اي احرقته *deglubi eum igne*, *pro perussi*, *excoriavi eum æstu urente.* Suspicio inde suboriri posset alicui, *intransitiva* potestate סבאי היין esse *perustos vini*, ac velut *æstu* ejus *excoriatos;*

sed non genuinum est *Etymon* hocce. Dixere Orientales, *deglubere utrem vini*, pro *totum utrem evacuare*, vel *potando*, vel etiam *coëmendo* ad *compotationem.* Pro *coëmere vinum potandum* usurpavit *Labydus* in *Moallek.*

اغلى السباء بكل ادكن عاتق
وجونة قدحت وفض ختامها

Carius emo vinum deglubendum in omni fusco & vetusto utre;
Itemque seria, quæ terebratur, cujusque refringitur sigillum.

Veteris vini se *potatorem* jactat, & *coëmtorem* animosissimum, qui *utres* & *serias* quasi *deglubat*, nulli pretio parcens. Pro *ingurgitare* adhibuit *Haririus Conses.* 48. اعلموا اني كنت عند صلود الزند وصدود الجد اخلصت مع الله نية العقد واعطيته صفقة العهد على ان لا اسبا مداما ولا اعاقر ندامى ولا احتسي قهوة ولا اكتسب نشوة *Scitote me, quum scintillas non redderet igniarium, & fortuna se avertisset, sincerum cum Deo pactum iniisse, ac veluti complosa manu fœdus adstrinxisse, ut non* אסבא *degluberem*, ingurgitarem, *vinum*, *affixusve manerem compotationibus; atque ut ne sorbillarem quidem temetum, ejusve aurulam perciperem.* Apparet esse verbum invidiosum, *belluationibus* mirifice aptum. Sic *Jes.* 56: 12. *Adeste*, *capiam vinum*, ונסבאה שכר & de-

21 Nam ingurgitator, & helluo, expelletur avitis possessionibus, & laceramentis convestiet dormitatio.

21 כי סבא וזולל יורש וקרעים תלביש נומה :

22 Ausculta patri tuo, qui mihi genuit te; & ne contumeliose raptes, quum mentum ei pependerit, matrem tuam.

22 שמע לאביך זה ילדך ואל תבוז כי זקנה אמך :

23 Veritatem emito peculium, & ne divendas: sapientiam, disciplinam, & prudentiam.

23 אמת קנה ואל תמכר חכמה ומוסר ובינה :

24 Cho-

24 גול

deglubamus temetum: omnes *utres evacuemus.* Etiam סבא absolute *Deut.* 21: 20. quasi dicas *deglubitorem*, id est, *utrium vacuatorem.* Pulchre *Hos.* 4: 18. סר סבאם *conferbuit eorum compotatio meracissima*, qua *utres totos*, scil. *deglubunt*, & *evacuant.* Pro ipso *vino*, & quidem *meracissimo* illo, venit *Jes.* 1: 22. סבאך מהול במים *Meracius tuum vinum spurcatum aquis*, *saccatis* nempe *illis*, quibus *purissimum* & *vetus temetum Doctrinæ temerabant.* מים *aquæ* pro *humore saccato*, sive *lotio*, perfrequens. Magno & excellenti schemate *Nah.* 1: 10. וכסבאם סבואים Non penetrari potuit in acumen dicti, quod *Origo* haud alluceret. *Junius* dedit, *tanquam si mero obruti essent*, *inebriati sunt.* Idem per idem. Alii, prout *ebrii esse solent*, *inebriati sunt.* Et hoc *tautologia* non vacat. *Cocc.* nervosius, *& instar potus sui haustos*, sive *absorptos*, expressit. Sic sane *Jesaj.* 28: 7. נבלעו מן היין *absorpti sunt a vino*; per inversionem jucundam. Germanus sensus hicce: *pro compotatione vini* utres *deglubente deglubti sunt ipsi:* i. e. *excoriati* velut ac *contusi æstu vini meracissimi.* Hoc ipso colore *Arabes* dicerent من سبيتهم انسبأوا: *a vino meracius deglubto eorum, deglubti* sive *excoriati sunt.* In *Diw. Hud.* describitur hoc *vinum asservatum* per *triginta annos* in *utribus*, & *cadis* diligenter *oblitis pice*, & *obsignatis.* Illos qui *relinit*, & *resignat ad potandum*, dicitur سبا סבא *deglubere vinum*, idque *meracius ingurgitare*; quum *eos belluando evacuat.*

Vs. 21. Minuitur nonnihil vis sententiæ, sic reddita, ut *Junio* placitum; *panniculos induit dormitator:* quasi נומה *dormitatio* pro *dormitatore* ipso posita esset. Protrita quidem conversio illa *abstracti* in *concretum*; sed ea hic languidior. Abnuit eandem vis verbi הלביש, quod *induere alium* signat. Erectius proinde illud plurimorum, *pannos laceros induit dormitatio*; ut ipsum *vitium pigritiæ dormitantis*, & *torpore* ac *marcore somnolento mergentis*, intendatur; & quidem sub insigni *Prosopopœia.* Subsisti hic potest. Vide tamen, an *figuratius* adhuc fuerit, quod suggerit הלביש pressius frequentari solitum in *cultu splendidiore.* Ita *Jesaj.* 61: 10. הלבישני בגדי ישע *induit me vestimenta laxissimæ Salutis.* Item *Zach.* 3: 4. *Removi a te iniquitatem tuam* והלבש אתך מחלצות *& induere te*, pro *induent*, *vestes splendidas*, *regales.* Sic emergeret, *Laceramentis circumvestiet dormitatio.* His *mactabit ornamentis.* Species *oxymori*, salsa, & gravi aculeo feriens. De verbo יורש redeatur ad *Cap.* 20: 13.

Vs. 24. Non erat, cur *Masoretha* גל יגול demutarent in גיל יגיל: nam & *media Waw* hanc *Radicem* olim enunciatam, cum *Analogia* sancit, tum frequens usus *Dialecti Arabicæ*, huc incumbens sub جال يجول evincit. Ea & *Originem* recludit, quæ est *circare; in orbem ire; choream agere*, κυκλεύειν.

In-

24 גול יגל אבי צדיק יולד חכם וישמח בו :

24 Choream aget pater justi; genitor sapientis sane exhilarabitur in eo.

25 ישמח אביך ואמך ותגל יולדתך :

25 Exhilaretur *etiam* pater tuus, & mater tua: atque choream agat genetrix tua.

26 תנה בני לבך לי ועיניך דרכי תרצנה :

26 Da, fili mi, cor mihi tuum: & oculi tui vias meas currere edomentur.

27 כי שוחה עמוקה זונה ובאר צרה נכריה :

27 Nam fovea profunda meretrix; & puteus angustus aliena.

28 אף

28 Quin

Insignis gradatio relucet in verbis *lætitiæ* dicatis. Primum שמח *lævigatus fuit*, سمح. Alterum עלז cum *sororio* עלץ σφαδάζειν *tripudiare*, *exsultare pede tripudiante*; علز. Tertium גול & גיל *in orbem saltare*, *circare choream*. Quartum שוש *obliquare oculum*, præ *gaudio superbiore*, ac quasi *ferociente*. شاس & شوس. Postrema hujus Versiculi ad Crisin *Masorethicam* ita reddi solent, *Et generans sapientem*, *in eo lætabitur*: quasi *præpositio Waw* suo mota loco, alienam sedem invasisset. Frustra. Versio nostra rem satis declarat. Ad *Versum* 22. ubi ילדיך item *Crisi* obnoxium, *Versione* quoque nodum expedivi. Duplex nempe est *affixum*: & *mihi* eleganter intersertum; ut μοι apud *Homerum* infinitis locis. In מני pro מן aliisque, alibi enotatis, *Pleonasmus* hicce regnat.

VJ. 26. Gravius discrimen *Lectionis*, quum pro תִּרְצֶנָה subjicitur a *Masora* תִּצֹּרְנָה. Hinc expressum in *Versionibus* tantum non omnibus; *oculi tui vias meas observent*. Submonuit tamen *Merc*. si תְּרַצֶּנָה scribatur, commodo sane sensu existere, *currant per vias meas*; *illis oblectentur*; & *identidem in illis versentur*. Tentatum quoque a nonnullis ex *Chald*. תרץ, quod *Arabibus* ترص *rectus*, *firmus fuit*, *Rectæ sint in oculis tuis viæ meæ*. Potuissent erectius, *Librentur oculi tui vias meas*; nam ميزان تريص מאזן תריץ est *libra justa & æqua*. Sed hoc fuisset תִּתְרַצֶּנָה; quod in תִּרְצֶנָה contrahi, per *defectum primæ*, *Analogiæ* minus congruum. Propius ad formam פְּקֹדְנָה refingeretur תִּרְצֶנָה *Librantor*. Aliorum תִּרְצֶנָה, θελησάτωσαν, ut reddidit *Symmach*. a רצה *acquievit*, precarium, & liberum nimis. Omnia integra & expedita erunt, si a *Themate* רוץ *currere*, *discurrere*, *excurrere*, adsciscamus *Niphh*. נָרוֹץ *currere factus*, atque *ad cursum exercitatus fuit*. Inde in *fut*. illo תִּרְצֶנָה pro תִּנָּרְצֶנָה valeret, *oculi tui vias meas decurrere assuescant*. Cave scrupulum obmoveas ex *Chirek* ante *Indagessabilem* trajiciendo in *Tzeri*. Abnormis ea norma, quæ disertissimis exemplis revincitur. Talia cavillari, est vetera Linguæ jura præfiorare. Ad rem. In *Dial. Arabica* انراض אנרוץ, in VII. & ارتاض in VIII. tritum, pro *exercitus*, *disciplina subactus*, & *edoctus fuit*; ut apud *Golium* reperietur. Est *metaph*. desumta ab *equo juvene*, cujus *magister* vocatur in *part*. I. speciei رايض, ut ta-

28 Quin illa ut Harpago insidias nectit; & perfidos inter homines exauget.

28 אף היא כחתף תארב ובוגדים באדם תוסיף :

29 Cui- 29 למי

talis *equulus* appellatur مروض *cursum edoctus*; secundum illud;

Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam, qua monstret eques - - -

Hinc splendida *metaphora* exoriretur, *Oculi tui vias meas currere exerceantur*, vel *edoceantur*. Discant *admittere frenum*, & *interiore illo sanctioris disciplinæ gyro sese continere*; ad illud *Jobæum Cap.* 31: 1. Hoc apprime cum *seq. Vs.* convenit. Celsa figura *Ibn Doreid*:

وفر عن تجربة نابي
فقل في
بازل راض الخطوب
وامتطي ✲

Et inspectus est ab experientia dens meus, proinde de me dicito;
Cursor nobilis est, qui edomuit ardua negotiorum, sibique subegit.

Inde signatius adhuc, *edomentur oculi tui vias meas*; eodem aspectu. Hac ansa مرتاض *part. pass.* evaluit pro *Religioso*: & رياض & رياضة pro *subactione ad severiorem disciplinam Religionis*. Hanc *metaphoram equi ad cursum edomiti* invitat quoque *Ps.* 119: 34. דרך מצותיך ארוץ *viam mandatorum tuorum curram, ubi cor meum amplum reddideris*. Adblanditur eadem imago *Hab.* 2: 4. *Scribe visionem & declara super tabulis* למען ירוץ קורא בו *ut currat legens illam*. Non habet, quo placere queat, vulgarium; tam *plane*, ac *distincte*, *ut vel inter currendum legi possit*. Ne quidem plenum satis, *ut percurrat*, *legens eam*. Omnino requiritur, *ut habeat in quo currat*, *in quo exerceatur*, *Legens*. Nimirum construendum censeo, *discurrat in ea*, חזון *visione*; ut קורא *Legens* per se stet. Si quis tamen nectere malit קורא בו; ut sane *Legere in libro*, struitur æque ac *Legere librum*, nil pugno; nam ירוץ *discurrat*, *cursu se exerceat*, sensum etiam explet: estque cum *Syntaxi*, tum *materia*, tum *figuratione* geminum germanum, quod *Dan.* 12: 4. *Obsigna Librum ad tempus usque finis:* ישטטו רבים ותרבה הדעת *discurrant multi*, *& augescat cognitio*. Absolute *discurrant*, *ad cursum sese flagellent*, *sub* שוט *flagello veluti sese exerceant*. Meritissima laude impertiendus mihi Reverendus, & Amicissimus *Theod. Scheltinga*, qui *Comment.* ad *Habacuk.* in palæstra *Orientali* subactum præstans virum, hunc locum jam ita constituit, *ut exerceat se legens in eo*; vel & *alios*; adducto illo *Harir. Conf.* 6.

فرض نجيبا وادع مجيبا

Exerce strenuum, *& provoca responsaturum*; nec non ex VI. *specie* تراوضوا תרוצו *exercuerunt se invicem disputando*. Hoc *proprie* est *currerunt inter se*, *alter cum altero*. Sic nascitur *certamen currendi*, cum *contentione de palma cursus*. Ista potestate fœtum vocabulum מֵרוֹץ *Eccles.* 9: 11. לא לקלים המרוץ *non levissimis est palma currendi*. Eodem fertur *Jer.* 12. 5. את רגלים רצתה *cum peditibus cucurristi*, *& elassarunt te*; *qui ergo contenderes cum equis?* Habes *certamen currendi*, tanquam in *stadio*, vel *hippodromo*. Proverbium redolet, quale, *Ad Lydium currum pedes*. Et contra; ἱππέας εἰς πεδίον ἐλαύνειν.

Vs. 28. Haud satis liquet, quid vocula חתף valeat. Non occurrit extra hanc *Gnomen*, quæ aliquid dirum, vi comparationis, postulat. Ejus Thema חתף unam quoque sedem tantum obtinet *Job.* 9: 12. ubi ex serie exsculpta notio *rapiendi*; eandem commendante, & confirmante, affini *Themate* חטף

חטף cui ſine controverſia iſta vis ſubjecta; ut apud *Arabes* item ſub خطف *rapiendi* regnat poteſtas, & quidem *violentius*; ἁρπάζειν, unde apud *Golium* habes *raptare*. Iſtam potentiam exerit ברק חוטף برق خاطف *fulmen raptans*. Idem *partic.* خاطف חוטף abſolute *Lupum* ſignat, qui *Raptoris* epitheto inſignitus quoque apud *Latinos*. De *Leone raptore* occurrit *Pſ.* 10: 9. Hac anſa noſtrum חתף ab aliis converſum per *prædam*, *rapinam*; ab aliis per *prædonem*, *raptorem*. Stringamus curſum. *Kimchius* I. ex prima notione, *inſidiatur juxta prædam*, כחתף *ſtatim atque præda ſe offert*. *Occaſionem haud dimittit*. Huc *Mercer*. inclinabat. Eſt remiſſum nimis. Nervum addidere II. alii, quibus חתף eſt איש חתף *vir rapinæ*; *Raptor* ipſe; per *abſtractum* pro *concreto*. Aliis iterum III. forma חָתָף *prædonem* per ſe ſonare apta nata, quemadmodum מֶלֶךְ *Segolatum Regem* deſignat: nec eſt ſane, cur חוֹתֵף reſingendum tendatur a *Criticis* quibusdam, ad *Latronem* quem *Hieron*. dedit. A *prædone* iterum IV. reſiluit *Guſſet*. ſub ארב, reddens, *ut prædam inſidiabitur, inſidiis ſtructis appetet*. Adjecit: *Expono prædam, nec ſuppleo* א"ש, *quod efficiat prædonem; quia melius ut præda repræſentatur ille miſer, qui in crimen compellitur morti tradendus, quam ut vir prædo ea meretrix, quæ alios in crimen compellit; is enim prædonis effectus non eſt*. Argutius, quam ſolidius. Omnino כחתף ad *Meretricem* vi ſententiæ recurrit; nam *præda* iſta *in crimen & mortem compellenda* verbo תארב ita ſuggeritur, ut nemo plenius quicquam deſideraverit. Oneraret ſeſe *Gnome*, niſi כחתף *characterem* eminentiſſimum efficeret earum, quas *angue pejus* fugiendas inculcat. Mirum homines Eruditos, & judicio *Critico* pollentes, in talibus non ſentire, atque agnoſcere *Defectum hodiernum Linguæ Hebr*. id eſt, *inopiam* qua premimur *veterum copiarum*; & *anguſtias* quibus circumvallamur, quamdiu in ampliorem proſpectum priſcæ opulentiæ noſmet non immittimus per latifundia *Dialectorum*, & ſubſidia quæ inde ad nos poſſunt redundare. Præſentiſſimo documento ſit ipſum hocce חטף; quod ex *Arabum* خطف tanto lumine augetur, ut genuina virtus ſimul & gratia *Radicis*, una cum *Origine*, inde demum pateſcat. Sentient omnes vel ex hiſce lineolis *Gjeubarii*

الخطف الاستلاب وقد خطفه
بالكسر يخطفه خطفا
وهي اللغة الفصيحة وفيه
لغة اخري حكاها الاخفش
خطف بالفتح يخطف وهي
قليلة ردية وقرا بها يونس
في قوله تعالي يخطف
ابصارهم واختطفه وتخطفه
بمعني وقرا الحسن الا من
خطف الخطفة يريد اختطف
فادغم والخطاف حديدة
حجناء تكون في جانبي
البكرة فيها المحور وكل
حديدة حجناء خطاف
ومخالب السباع خطاطيفها
قال ابو زبيد

اذا علقت قرنا خطاطيف
كفه
راي الموت بالعينين اسود
احمرا ۞

Verbum חטף *notat violenter rapere*, *cujus præteritum per Kesra* (חָטִף) *cum futur. per Patach, ad Dialectum eloquentiorem. Eſt & alia Dialectus, quam Achphasjus attulit, quæ in præterito habet Patach, cum futuro per Kesra; ſed illa rarior, & rejicula. Jonas tamen in Alcorano hinc legit, raptabit acies oculorum* יחטף. *Eadem notio raptandi in VIII. & in V. obtinet. Etiam ex II. legit Haſenus; niſi qui raptaverit raptationem* (*Surat.* 37: 10.) *pro VIII. per eliſionem. Forma* חטף *media*

 Da-

Dagess. designat ferrum aduncum, quod est in gemino latere trocbleæ, quo axis continetur. Omne etiam ferrum aduncum vocatur חטף; *Ejus plurale, unci, uncini, transfertur ad obuncos ferarum ungues. Dixit Abuzeydus:*

Quum impacti sunt adversario uncini manus ejus,
Cernit Mortem ambobus oculis nigram simul & rubram.

Postrema illa *Originem* verbi referant; sitam in *curvatione adunca*, unde *inuncare*, *obuncare* aliquid, pro velut *unco impacto rapere*, *raptare*. Hinc illa signatissima phrasis, *Alcor. Surat.* 37: 10. الا من خطف الخطفة *nisi qui barpagaverit barpagationem*; *quasi barpagine inuncaverit aliquid*, ac *furtim surripuerit*. Item *Surat.* 28: 57. نتخطف من ارضنا *e terra nostra Harpagine impacta rapiemur. Obuncabimur.* Nempe *Harpaginem* ab *curvitate obunca* appellant الخاطوف, & quidem speciatim *venatoriam*. Ita in *Camuso*: الخاطوف شبه المنجل يشد بحباله الصيد يختطف به الظبي *Chatoupb vocatur instrumentum curvæ falci assimile, cujus funibus illigatur præda*, esca, *ut dorcas inuncetur.* Etiam *forma* مخطف, cum *plurali* مخاطيف, pro *recurvis ansis* occurrit in *Versionibus Bibliorum*; cum *diminutivo* مُخَيْطِفَاتٌ, *ansulæ*; a *sing.* مُخَيْطِفَةٌ, quod a مخطفة מחטפה est propagatum. Non prætereundum, quod in *Camuso* etiam edatur الخاطف الذيب *part.* חוטף *absolute Lupum sonat*: q. d. *Raptorem*, vel *Plautino* vocabulo *Harpagatorem.* Itemque الخطفة العضو الذي يختطفه السبع اى يقتطعه الانسان من البهيمة والحية *Forma* חטפה *notat membrum, quod barpagat fera; aut & bomo abscindit a bestia, aut serpente.* Vides quasi *barpagine avulsum membrum.* Jam luculentius splendet *Ps.* 10: 9. *Insidias nectit ut Leo - - - -* לחטף עני *ad barpagandum pauperem* &c. Plane ut supra *Harpagines* pro *unguibus* ferarum *obuncis.* Grave verbum aptissime quoque locatum in *Raptu Virginum*, *Jud.* 21: 21. *& Harpagabitis vobis quisque suam sibi fœminam.* Ista imago gravior *unci* velut *impacti* obversabatur *Jobo*, *Cap.* 9: 12. הן יחתף ומי ישיבנו *Ecce Harpagine raptabit, & quis repellet*, vel *avertet*, *Eum.* Sentis jam mecum atrox illud, & dirum, quod æstuans Viri Sancti pectus intendebat, *se suaque omnia fœdum in modum laniari*, *& tanquam unco impacto raptari.* Non displicebit accessio lucis ad istum locum, quæ mihi ante necdum fulserat. Tale quid figuratum censeo in nostra quoque *Gnome*: *Et illa tanquam Harpago*, vel *uncus venatorius*, *insidias nectit.* Posses quoque, *& Illa tanquam Harpagine insidiatur*: ut *Lupa* videlicet, ut *Serpens*, ut *Hyæna*, ut *Harpyia*, & quicquid est sævissimarum ferarum, quod dente, quod ungue, prædam suam *inuncare* solet. Prius, *tanquam Harpago*, grandius adhuc, & potentius. Sentiet, qui utrumque exactius libraverit: atque ante oculos tenuerit *uncum illum venatorium*, quem ex *Camuso* sub hoc *Themate* supra adduxi. Prægnantius utique, & præsentius, ut *ipsa*, tota quanta, *Uncus venatorius*, & *Harpago mortis*, dicatur; quam ut *tali unco insidiari*, *venarique.* Restat scrupulus; non satis liquere, verbo חתף eandem potentiam fuisse subjunctam, quæ vicino חטף; speciose quidem id affirmari; sed rem dubitationi haud exemtam, vel me judice, qui sæpe adversus tales Literarum affinitates insurgam, atque aliquid firmius requiram. Sane vero: & lætor firmamentum illud, & tutissimum præsidium præsto esse, in *Dialecto Arabum*, ubi حتف חתף asservatum, ea potestate, quæ affinitatem cum חטף faciat. Sub ea exsignarunt *Glossatores* vetustam formulam, in qua حتف valet ipsam hancce *raptationem*, & quidem *mortis*, quæ fiat *impacto* veluti *unco ineluctabili.* Ipsa *Camusi* verba promsisse, operæ fuerit; الحتف الموت

الموت ومات حتف انفه وحتف
فيه قليصل اي علي فراشه
من غير قتل ولا ضرب ولا غرق
ولا حرق وخص الانف لانه اراد
ان روحه تخرج من انفه
بتتابع نفسه اى لانهم
كانوا يتخيلون ان المريض
تخرج روحه من انفه والجريح
من جراحته الجمع حتوف
وحية حتفة نعت لها

Forma infinitiva חתף *ſignat Mortem. Inde* מות חתף אנפה *Mortuus eſt raptu naſi ſui; vel* חתף פיה *raptu oris ſui; quod rarius: id eſt, ſuper lecto ſuo, non cæſus, non percuſſus, non merſus, non exuſtus. Diſtinctius expreſſus Naſus, quod attendatur ſpiritus e Naſo exiens acta ſucceſſive anima; aut quod ſibi imaginentur, ægrotantis ſpiritum exire e Naſo, vulnerati autem e vulnere. Ejus collectivum* חתוף *Mortes conſignat. Item Serpentis Epitheton eſt* חתפה. Nempe quæ *præſentem ſpiret Mortem*; vel potius, *Serpens Harpago*. Ipſa quoque *Mors*, cum *formidoloſa* ſua *falce*, dicta חתף *Harpago*; atque formula מות חתף אנפה ſic omnino reſolvenda, *Mortuus eſt harpagine Naſi ſui*; q. d. *unco mortis in Naſum impacto, ut ſpiritus naturali via, inter agendam animam, efflaretur; non autem per vulnera, aliosque violentos caſus*. Ita *Samuel Ibn Adia* in *Excerpt. Hamaſ.* 465.

وما مات منا سيد حتف
انفه
ولا طل منا حيث كان
قتيل ۞

Nullus e nobis princeps harpagine Naſi mortuus:
Nec etiam rorare ſanguis occiſi ſolitus.

Id eſt, *omnes noſtri principes animas in præliis profundunt; non in lectis agunt*. Eo adſpectu ibidem ſubnexum: *Fluunt ſuper extremis mucronibus noſtræ animæ*. Id eſt, *per vulnera effluunt, & efflantur*. Conferantur quæ ibi ex *Tauriz.* adducta. Alibi iterum in *Hamaſ.*

اكان الهزال حتف زيد
وارىد ۞

An tabes fuit Harpago Zeidi & Fatum?

Inſignite *Haririus Conſ.* 19.

من الله بالبرء ولا
بد
من حتف سيبريني ۞

Gratificatus eſt me Deus raſili nitore ſanationis;
Nec tamen effugium eſt ab Harpagine me tandem raſura.

Alluditur ad *Originem* illam *unci rapientis & radentis*. Vetus quoque Proverbium habet كالباحث عن حتفه بظلفه
Ut qui eruit Harpaginem ſuam ſua ſibi ungula. Id eſt, *Mortem qua Harpagetur*, ſive *impacto unco rapiatur*. Uſus *Omaija* in *Diw. Hud.*

لا تك كالثور يبحث حتفه
دفينا
متي يخرج من الارض يقتل ۞

Ne ſis ut taurus, qui eruit Harpaginem ſuam obrutam:
Qua e terra prodeunte trucidetur.

Sentire eſt, vocabulum noſtrum ſemper aliquid grave ſonare, ex figura *unci impacti* reſultans: etiam quum *Harpaginem Naſi* aut *oris* pingunt. Sine iſta acceſſione حتف, & حتوف, חתף & חתוף ultro inclinant ad *diriora Mortium genera*. Inſtar omnium, quæ innumera, ſit hocce in *Hamaſa*.

 طعنته

29 Cuinam libido? cuinam prolu-
bium? cuinam contentiones? cuinam
vagatio? cuinam vulnera gratis? cui-
nam rubicunda ſuffuſio oculorum?
30 Tar-

למי אוי למי אבוי למי מדינים למי .29
שיח למי פצעים חנם למי חכללות
עינים :
30 למאחרים

طعنته نجلاء تنضح مثل
لون الجادي ۞
فكانما كانت يدي من حتفه
له على ميعاد ۞
فهوي وجايشه يغور بمزبد
متتابع الازباد ۞

Perfodi eum altiſſima plaga quæ ſpargeret tanquam colorem croci.
Eratque ac ſi manui meæ cum Harpagine ejus hora eſſet condicta.
Quumque ſideret, æſtuabundum bullivit vulnus ejus, fluctus ſpumeos agens.

Habes appoſitiſſime locatam *Harpaginem mortis*, quæ oculis ſubjiciat omnem illam *diritatem*, & *lanienam*, quam *Origo* voci noſtræ חתף inſeminavit; ſive jam convertas, tanquam *Harpago*, ſive *tanquam Harpagine*; quod in medium depono. Reſpondet per omnia ἅρπη; ſic dicta ab antiquo ἁρπὸς item *aduncus*. Inde diræ illæ Ἅρπυιαι, *Harpyiæ*.

Vſ. 29. Speculum ſplendidiſſimum, quod *vinolentis* & *ebrietati* deditis ſuam repræſentat faciem; & quidem ut ea ſe habet inter pocula, atque fervente cum maxime compotatione. Hoc ſi attendatur, ſcrupulo haud exemtum, quod tamen ſine ſcrupulo dari ſolet: *cuinam væ?* ex uſu σχετλιαστικῷ illius *particulæ*; quaſi innueretur, *multa incommoda corporis*, *animi*, *fortunarum*, *accidere vinolentis*: ut *Merc.* annotavit: vel ut *Gejer*. *Nemini certius ingentia imminere pericula*, *tam quoad facultates ac famam*, *quam ipſam quoque valetudinem*, *vitam*, *ac animæ ſalutem*; *neminem etiam ſubjacere adeo Spiritus Sancti imprecationibus*, *quam hominem temulentum*. Poſterius illud ad *uſum comminatorium* dirigitur: quem vocula quoque noſtra induit *Num.* 21: 30. *Jer.* 13: 26. Sed hoc jam ſenſum plane demutat. In אבוי item diſſidetur; quod aliis iterum σχετλιαστικὸν, *vah! ehen!* per imitationem ſoni, ſive ὀνοματοποιΐαν; ut præcedens: aliis *eheu egeſtatem!* ab אבה *deſideravit*, unde אביון *egenus*, ut vulgaris calculus habet: aliis denique ſimpliciter *egeſtas*; hac mente, *cuinam væ? cuinam egeſtas?* atque inſinuetur, *ad miſerrimam & deplorabilem egeſtatem ebrietate perveniri.* Vix crediderim id hac in tabella *Salomoni* obverſatum. Certe reliquum filum hujus Verſiculi aliud ſuadet; quin poſtulat. Id *flagrantis*, ut monebam, *potationis* præſentiſſima deducit dedecora, probra, ac mala. Horum ſeries ſic commodius texetur. *Cui libido? cui prolubium? cui litigia? cui vagatio? cui vulnera gratis? cui oculorum rubicunditas?* Ordo per ſe lucet. Primo, אוי eſt *forma infinitiva*, vel & *ſubſtantiva*, a *rad.* אוה pro אוי & אוי *concupivit*: unde alio flexu תאוה *concupiſcentia*, *libido*, paſſim. Ab אֱוֵן deſcendit *Analogice* אֵו שֵׁכָר *Prov.* 31: 2. *Libido temeti*, non intellectum, & fruſtra ſollicitatum. De eo infra. Ab אֱוֵי propagatur אוי pro אֱוֵי, ad normam *Segolatam*; per *quietem mediæ*: vel & pro *infinit.* ipſo, ut קום. Ubi tam limpida *Analogia*, neminem inopia exemplorum turbare debet. Talia ſunt לוי a לוה; & גוי a גוה, de quibus adeundæ *Inſtit. Hebr.* Plane fieri nequit, ut *Lubido* hic ſit omiſſa; quum *Vſ.* 33. tam ſignanter reſumatur. Secundo אֲבוֹי item *infinit.* ab אָבָה, אָבֵי, ad *normam* perfectam; *Jod mobili*; ut in אביון, ἀπὸ τοῦ κύπτειν ita dicto, quaſi κυπτὸς *ſupplex*, κεκυφὼς; & אביונה *Eccleſ.* 12: 5. *Prolubium*; item ἀπὸ τοῦ κύπτειν, unde *cupere*, & *concupiſcere* quoque dimanarunt apud *Latinos*. Tertium מדינים *lites*, *rixas*; jam ab omnibus *inter pocula* exardeſcere agnoſcitur. Quartum שיח per *querimoniam* redditum, nonnulli de-

30 למאחרים על היין לבאים לחקור
ממסך :

31 אל

30 Tardantibus super vino: intrantibus ad subtiliter limandum temperaturam meri.

31 Ne

detorserunt ad *crapulam* & *καρηβαρίαν*; quin *pœnitentiam*. Præpostere. Rectius alii cogitarunt de *strepitu* & *loquaci tumultu* perpotantium; & se scyphis deponentium. Proprietas adsert *vagationem*, *devagationem*: ut supra ad *Cap.* 6: 22. late discussum. Hic attenditur *vagatio oris*, & *mentis* simul; sive *spatiatio vagabunda*. Sic *Job.* 10: 1. & 9: 27. & 23: 2. ut & 2 *Reg.* 9: 11. ac *Ps.* 55: 3. Succedunt quinto פצעים חנם *vulnera gratis*, quæ jam *in vino* collocant omnes: sive *accepta*, sive *illata* potius. Se tamen mox iterum deserunt, quum sexto חכלילות עינים *rubicunditatem oculorum* trahunt ad *lippitudinem rubidam*, *e nimio vino contrahendam* tandem, una cum carbunculis nasorum, quibus *Bacchus* cultores suos insignit. Non hoc agit nunc sapiens. Ne *sugillatos* quidem *oculos* attendit: sed omnino pingit *rubicundam flammam oculorum*, in eo qui jam *vino æstuans* simul *in iram incanduit*, *igneos orbes volvens*, & *fulmina vibrans*. Istoc ferme aspectu חכלילי עינים מיין *Rubicundus oculos præ vino*, ut plerique; vel *e vino*; ut bona quoque pars; *Gen.* 49: 12. de *Juda Principe* gentis, & *Bellatore*; qui *Vs.* 9. inductus ut *Scymnus leoninus*, atque adeo *Leonem* & *Leænam* formidolosissimam æquans; *Vs.* 11. dicitur *Lavare in vino vestimentum suum*, & *in sanguine uvarum suum paludamentum.* Hi colores ad *strages*, *cædesque bostium*, cum *victoriis* & *triumphis* inde reportandis, palam feruntur. Subnectitur חכלילי עינים *Rubicundus oculos*; *fulminatores* nempe *illos*, *qui* solo *visu*, *nutuque*, *prosternant.* Reliqua persequi haud vacat. Sic duo contextus, alter in *ira nobili* ac *generosa*; alter in *furibunda*, pulchre sibi succinunt. Extra eos vocabulum nostrum nuspiam comparet. *Thema* חכל, cujus *Pihel* dat חכלל, indeque חכליל cum חכלילי & חכלילות, deperditum, ab aliis redditur *nigrescere*; ex collatione cum כחל: ab aliis *livescere*; ad LXX *πελιδνοί*· at *Symm.* *χαροποὺς* maluit, qui *Hesych.* sunt *γλαυκοί*, *φοβεροί*; *glauci*, *terribiles*. A plerisque *rubere*, *rubicundum esse*, ex sola conjectura, adhuc quidem. En, quod dubitationem queat decernere: & genuinam potentiam cum *figuris*, quas in medium attuli, constabilire. Verbum חכל حكل a *Lexicographis Arabum* declaratur per شكل. Hoc inter alia signat *oculi affectionem*, & quidem eam ipsam quam vestigamus, quaque indigemus. *Gjeubar.* الشكلة كهيئة الحمرة تكون في بياض العين وعين شكلاء بينة الشكل ورجل اشكل العين ودم اشكل اذا كان فيه بياض وحمرة قال ابن دريد انما سمي الدم اشكل للحمرة والبياض المختلطين فيه *Forma* שכלה *signat qualitatem rubedinis suffusam albedini oculi; indeque oculus rubicundus, ista rubedine suffusus; itemque vir rubicundus oculum; quin & sanguis isto Epitheto insignitur, quum in eo albedo & rubedo conspiciuntur. Absolute etiam, auctore Ibn Doreid, sic appellatus sanguis, ob rubedinem & albedinem in eo confusam.* Eadem omnia valent ad חכלה; nam ut dixi חכל حكل & שכל شكل communem tenent ditionem, atque notiones *secundariæ*, quæ apud *Golium* prostant, ex *mixtura* hacce *rubri* cum *albo*, atque utriusque *coloris confusione* defluxerunt. Sic jam tandem dilucet *affectio* illa & *suffusio sanguinolenta oculorum*, quæ *inflammatæ iræ* comes & index. *Sen.* de *Ira Cap.* 1. *Flagrant & micant oculi; multus ore toto rubor; exæstuante ab imis præcordiis sanguine.* Hoc signatissimo *charactere* tabella nostra completur.

Vs. 30. Exquisita, & sedi huic peropportuna verba. מאחרים *tardantes*, *super vino* על היין, ei velut *imminentes* compotando,

 &

31 Ne radies *oculo* in vinum, quum rubicundum lucet, quum dat in poculo radiationem suam; incedit complanatissime.

31 אל תרא יין כי יתאדם כי יתן בכים עינו יתהלך במשרים :

32 Ex-

32 אחריתו

& *adfixi*; *compotationes in multam noctem*, atque adeo *ad posterum* velut *diem*, *trabentes*. Confer *Ps.* 127: 2. 1 *Sam.* 20: 5. Hoc *Latinis* erat *noctem vino extrahere*, *educere*, *producere*, *ducere*. באים non simpliciter *venientes*, non *intrantes*; sed *consortia*, vel *sodalitates familiarius obeuntes*. Id verbo בוא sæpe inclusum vidimus. Gemmula nitet sub לחקר ממסך. Minus commode, *ad vestigandum potum mixtum*; h. e. *diligenter inquirendum ubi fiant compotationes, & ubi sit vinum exquisitum*: ut *Merc.* præivit. Propius *Cocc.* *Ad experimentum capiendum generositatis vini.* Thema חקר in *Lexicis* exponitur *investigare*, *scrutari*, *rimari*. Hæc quivis sentit *secundaria*; a *vestigiis*, *scrutis*, *rimis* ducta. *Coccejo* est *rem integram in omnibus suis partibus inspicere*. Hæc *definitio* est *accurati scrutinii*, non *Origo*. Virtus *primaria* verbi חקר حقر est *tenuare*, *attenuare ad summam exilitatem*; & quasi *elimare*. Monui jam supra *Cap.* 18: 17. Hinc חקורה حقورى inter nomina *cælorum*, & quidem, ut in *Camuso* enotatum السماء الرابع *cælum quartum*, quasi *subtiliorem æthera* dicas; qui & *Hebræis* שחקים & שחק a שחק *subtilius trivit*, & *attenuavit in pulverem*. Adde דק *tenuissime tritum* eadem in sede *Jesaj.* 40: 15. Radix حقر ibidem declaratur per صغر *tenuis*, *exilis fuit*. Hoc in Origine quoque signat τὸ ψιλὸν, *rasiliter tenue*, vel *tenuatum*: unde ad *rarum*, *exile*, *vile*, progressio facta. Inde المحقرات מחקרות الصغاير *tenuissima quæque* consignat. Jam vero ut a דקק *tenuis fuit*, *tenuissime fuit tritus*, oritur דקדק *tenuissime exploravit*; atque apud *Arabes in* III. *specie* داق דוקק *subtiliter & minutim computavit*; ita חקר quoque istam *limatissimam* ac *subtilissimam explorationem* ubique locorum manifestissime exerit. *Job.* 5: 27. ubi *Originem* abesse insinuatum, חקרנוה nunc reddatur *tenuavimus illud*, *tenuissime elimavimus*. Iterum *Job.* 28: 3. ולכל תכלית הוא חוקר & *ad omnem exactissimam rationem ipse elimans*. Adde 32: 11. Mitto reliqua. Teneatur tantum *Jer.* 17: 9. חקר לב בחן כליות *tenuissime limans cor*, *terens ad coticulam renes*. Hinc jam ultro enitescit in *Gnome* nostra, *ad tenuissime elimandam temperaturam*. מסך ut مشج est *miscuit*, *temperavit* vinum. *Tenuare vini temperaturam*, appositissime, non sine aculeo, locatum. Nempe *Eruditum* illud *palatum* perstringitur, quod *in vinis*, atque *inter vina*, *sapientissimum*. Eadem *figuratione* aculeata taxantur גברים לשתות יין *Heroës ad bibendum vinum*; & אנשי חיל למסך שכר *viri strenui*, virtute præditi, *ad temperandum temetum*. *Jesaj.* 5: 22.

Vs. 31. Jucunde contexta series, & pulchris lusibus interstincta. Respondent inter se אל תרא *cave intuearis*, radiante oculo, *vinum*, & כי יתן עינו *cum dabit oculum suum radiantem*, *in poculo*. ראה in *Origine* est αὐγάζειν; *radiare*; unde *visum radiantem* adscivere quoque *Græci*. עין *oculus*, item a *fluxu radiante* nomen indeptus, hic significat *radiationem splendidam* ipsius vini. *Camus.* العين شعاع الشمس *Vox* עין *signat radiationem solis*. Apud *Golium* ex *Gjeub.* habes quoque *nummum aureum*, *numeratam pecuniam*, *speciemve ejus auream vel argenteam*; q. d. *radiationem*. Iste *splendor radians* se in nostro עין exerit *Dan.* 10:

32 אחריתו כנחש ישך וכצפעני יפרש׃

33 עיניך

32 Extremum ejus ut serpens mordebit: & ut basiliscus jecur diffindet.

33 O-

10: 6. *Ezech.* 1: 4. 27. & alibi. Non æque promta phrasis יתהלך במשרים; ea *incedit quam rectissime*, vel *quam planissime*, reddi solet. Cl. *Cocc.* in *Comm.* dedit *incedit molliter*: in *Lex. intrat facillime.* Ita visum fuerat Cl. *de Dieu* ex *Arabico* يسر *planus fuit*, itemque *facilis*, *lenis*; ut sit, *subit in facilitatibus*: quam *lenissime in venas descendit.* Alii *recte graditur*, *ambulat*; *recta procedit*; i. e. *rectis lineis sursum fertur*; & *scintillas spargit* ac *semina generosa.* At *Merc. propter id*, inquit, *quod sequitur*, אחריתו *extremum ejus mordebit*, *exponere malim*, *recte ambulat*, *recte se gerit*; *putares*, *quum illud adspicis*, *nihil minus quam tibi insidiaturum*, *nociturumve.* Rejectum ut frigidius; & sane, citra *syllepsin*, haud arderet. *Syllepsi* sustentatum viget, & vibrat. Nempe *ad æquitates incedit vinum*, quum *amussitata scintillatione assurgit in poculo*; quod *generositatis* est indicium: simulque *liberalia*, ac *generosa omnia haurienti ingerit*, veluti, ac *promittit.* Geminum germanum extat *Cant.* 7: 9. *Palatum tuum ut vinum uberantissimum*, הולך לדודי למישרים; *Cocc.* iterum, *quod it dilecto meo leniter*; quod ei *suave est.* Splendidius, *incedens Dilecto meo ad æquitates*: hoc est, *scintillatione sua generosa*, *æquissima*, *liberalissima*, *generosissima* quæque & *spirat*, & *inspirat.* Hoc adspectu subnexum דובב שפתי ישנים *surrepens labia dormientium*; etiam *somniculosos* quosque *ignea* sua *titillatione animans*, atque *incendens.* דבב دب *serpere*, *reptare*, inter alia apud *Arabes* frequentatur de *vino*, quum *igneum vigorem per venas spargit*, *easdemque titillat.*

Ibid. Hæc ut per *syllepsin* se ultro præbent; ita contorta ac violenta, quæ *Rabbini* ad voculam כים commenti sunt. Ea alibi *crumenam*, sive *marsupium*, notat. Hoc quum parum quadraret, suppositum a *Masora* כוס *poculum.* Utramque Lectionem conflans *R. Salom.* ita argutatur, *dum potor oculos in poculum conjicit*, *cauponem eos in marsupium conjicere potantis.* Vitrea fracta profecto; & tamen non temperavit *Merc.* quin ex illo בכים *in marsupio* exsculperet, *innui incredibiles sumtus facere eos qui vinosi sunt.* Præstitisset *Masorethis* manum dare, solum כוס *poculum* admittentibus, atque illuc puncta accommodantibus. Atqui כים in *poculum* æqualia habet jura cum כוס; ex vicissitudine *Radicum* mediis *Waw* & *Jod.* Utriusque *Origo*, in *vertendo*, & *volvendo* sita: unde a *rotunditate* partim *poculum*, partim *loculum*, consignat.

VI. 32. Vocabulum צפע & צפעני quam speciem denotet *Serpentis*, quæsitum diu, nec inventum, saltem non liquido evictum. *Boch. Hieroz. Part.* 2. *L.* 3. *Cap.* 9. litem diremit, atque *Basiliscum* seu *Regulum* esse demonstravit; sic dictum per ὀνοματοποιΐαν a *sibilo* illo *horrendo quo urat & necet*; unde & *Sibilum* pro *Regulo* usurparint *Latini* teste *Isidoro.* Addit vir summus, *ad Hebræum* צפע *alludere verbum Arabicum* سفع *Saphaa*, *flatu adussit*; & سوافع καύσωνες *venti adurentes*; ex crebra commutatione inter *Samech* vel *Sin*, & *Tzade*, quam phalange exemplorum fulcit. Adjungere potuisset ὁ πάνυ in *Dialecto Arabum* quoque asservari *Thema* צפע صفع, atque cum سفع unam tenere vim *adflandi*, *flatu* vel *sibilo feriendi.* Sic *Amrou Ibn Celtoum* in *Moallek.* describens *Loricas trilices*

كان غضونهن متون غدر
تصفعها الرياح اذا جرينا ۞

Ac si rugæ earum dorsa forent lacuum
Quos flatu quatiunt venti, quum cursu incitamur.

Apud *Golium* sub צפע صفع reperies *manu*

nu lenius percussit in cervice; quod ex *Camuso* expressum, ubi extat, صفعه ضرب قفاه بجمع كفه لا شديدا اى هو ان يبسط كفه فيضرب والصفع مولده צפע *valet plaudere cervicem alicujus collecta in pugnum manu, non vehementissime; vel potius, ut passa quis manu aliquem feriat; estque natum verbum.* Innuit esse ὀνοματοποιημένον, atque ex sono ipso effictum; quemadmodum & sororium צפק صفق & ספק سفق per *Samech*, & *Sin* quoque, in *Sacro Codice* reperiundum; *plaudere, complodere, percutere cum plausu*, i. e. *sonitu repercusso.* Apud *Latinos* eodem modo ortum verbum *plaudere;* cujus nativam sedem manu monstrat Poëta, *Geor.* 3: 186. quum *Equum* dicit

> - - - - - - *Blandis gaudere magistri*
> *Laudibus, & sonitum plausæ cervicis amare.*

Vides cur *plaudere cervicem* proposuerit *Phiruzabadius.* Cave credas ad *cervicem* restringi. Sic sapiunt, qui e *Lexicis* tantum sapere possunt. Quicquid *cum sonitu verberatur*, id *plaudi* dicitur. Iterum de *Equis*, *Æneid.* 12.

> *Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt*
> *Pectora plausa cavis* - - - - - - - - -

Et *Æneid.* 6.

> *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.*

Item *Val. Fl.* 3: 526.

> *Ipsa citatarum tellus pede plausa Sororum*
> *Personat* - - - - - - - - -

Consimiliter apud *Mart.* L. 12: 50.

> - - - - - - *Hippodromon ungula plaudit.*

Apud *Sil. Ital.* Lib. 6: 363. *tonsis*, id est, *remis*, *plaudere resonantia cærula* dicuntur *remiges*; & *Icarus turbida freta plaudere*: L. 12: 99. quod *Statio* est, *plaudere aquas natatu.* Dicebant quoque *plaudere alis*, quod est, *sonitum ciere alis verberatis;* & *plaudere alas*, quod est *eas complodere repercusso sono.* Exempla dabunt *Virg. Æn.* 5: 516. *Ovid. Metam.* 14: 507. & 577.

> *Subvolat & cineres plausis everberat alis.*

Nitide, & decore, *Stat.* 1. *Sylv.* 2: 146.

> *Claraque gaudentes plauserunt limina Cygni.*

Per *syllepsin*, qua *plaudere limina*, valet *ferire plausu victoriæ* inde *resultante.* Eodem acumine *Silius* L. 14: 675.

> - - - - - - - - - - *Nec ullo*
> *Sanguine pollutis plausit victoria pennis.*

Mirifice *Claud.* VI. *Honor.* 629. ex lectione *Heins.*

> - - - *Umborum pulsu modulante resultans*
> *Ferreus alterno concentus plauditur ense.*

Id grandius omnino, & sonantius, quam *clauditur.* Agmen cogat illud *Poëta* tandem in *Ciri*

> - - - *Molles plauduntur pectine telæ.*

Ita *Græcis* τὸ κροτεῖν, quod est κρούειν, adfert præter *plausum manuum, pedum, lætitiæ*, alia, τὸ σπαθᾶν, monente *Vossio* nostro, *inculcare largius subtemina, telam densare.* Hinc pendet *Glossa* ☞ صفق *grossus fuit pannus*, apud *Golium;* proprie *plausa fuit tela.* Eadem sub سفق recurrit, ubi habes, *durus fuit* pannus; *pectine plausus* videlicet. Istam primariam *plaudendi* notionem, quatenus signat *verberationem cum sonitu reverberato*, si expressisset *Golius* noster, *Harmonia* cum *Hebræo Themate* confestim reluxisset. Eandem oculis ingerunt, quæ nescio quo fato plane omissæ, *Glossæ* insignitiores *Camusi*, اعطاه سفقة يمينه بايعه واشتراهما بسفقة واحدة ببيعة *Dedit ei complosionem dextræ ejus; id est, stipu-*

pulationem ei præſtitit. Et emit, vendidit, res duas una comploſione; una forma ac modo: aut ſimul ſemelque. Conſimiliter ſe res habet cum צָפַע صفع, quod ſi item per *plaudere, ſibilante ſono ferire, applodere ictum* fuiſſet converſum, neminem ignorare ſiviſſet *Etymon* צפע & צִפְעֹנִי, adjuncta præſertim uberiore illa luce, quæ ex agnato שֶׁפַע سفع redundat. Illam oculis ſubjeciſſe, e re fuerit. *Camuſ.*

سفع الطاير
لطم بجناحيه وفلان فلانا
لطمه وضربه والشي اعلمه
ووسمه والسموم وجهه لفحه
لفحا يسيرا وبناصيته
قبض عليها فاجتذبها
ومنه لنسفعن بالناصية
اي لنجرنه بها الي النار
اى لنسودن وجهه اى
لنعلمنه علامة اهل
النار والسوافع لوايح السموم

Verbum שֶׁפַע, *de alite, plauſit alas ſuas, valet, percuſſit cum ſono; nec non alter alterum, eſt, percuſſit ictu reſonante. Item, rem aliquam nota inuſſit. Ventus quoque peſtilens dicitur faciem alicujus plaudere, ferire, quum eum fervore ſuo adurit ſimplice flatu tactuve. Item, per antias, eſt arreptum trahere; ut in illo Alcorani,* (*Surat.* 96: 15.) *ſane applodemus per antias,* vultum eorum, *hoc eſt, prehenſis antiis trahemus eos ad ignem Gehennæ; vel denigrabimus faciem; vel nota inuremus igni damnandorum. Denique venti plauſores,* (*qui cum ſibilo feriunt*) *vocantur qui peſtilenti flatu perurunt, ac denigrant.* Alia compluſcula, quæ hunc *flatum adurentem* præ ſe ferunt apud *Golium*, amputo; quum ex hiſce jam ſatis diluceſcat genuina verborum صفع & سفع potentia, cum pulchro illo *Etymo* quo *Bochart.* naturam appellationis צפע & צִפְעֹנִי in *Baſiliſco* ad vivum repræſentabat. Lucrabitur etiam ſedulus *Originum* rimator, unde צְפִיעִים *plauſa*, *cum flatu exploſa* apud *Ezech.* 4: 15. ſint *excrementa bovina*, honeſtiſſimo vocabulo velata: itemque צְפִיעוֹת *Eſaj.* 22: 24. cum צֶאֱצָאִים *emicantibus germinibus*, ſignificationem verecundam præbere queant *poſteritatis longa ſerie propagandæ, ac quaſi e ſtirpe ſua protrudendæ.* Apud *Latinos* quoque *explodi* dicuntur, *quæ cum impetu* vel *copia effunduntur;* patiturque haud dubie genius *Linguæ*, ut *fœtus ex utero exploſos* figuremus pro *excluſis, extruſis, effuſis*, & quidem *majore copia, inſtar aquarum e vaſe exploſarum.* Sic *Arabes* certe ſuum صفق uſurpant: quin *Job.* 22: 11. שִׁפְעַת מַיִם *agmen effuſum aquarum*, proprie *exploſionem* reſonat, ſive *copiam exploſam aquarum:* quo de aliquid in *Comment.* ſubmonere cœpi. Sic jam צְפִיעוֹת, dignitatem nativam recuperat; atque illuſtri *metaphora* ſplendet, quod ſordidius habebatur, ob צְפִיעִים *boum exploſa* illa *Ezech.* 4: 15. non ad *Originem* percepta. Vide modo, quas turbelas dederit Cl. *Guſſet. Excrementa bovilla,* inquit, *ſignificari ſatis certum eſt apud Ezechiel. Forte inde infantuli, ſtercore fluido ſeſe obducere ſoliti. Serpentum vero ſpecies* צִפְעֹנִי *ab infantibus potuit denominari, cum quædam Serpentum, in calidioribus regionibus natorum, figura nobis exhibeantur, capite ad formam humanam accedentes.* Talibus qui applaudunt, quid aliud quam explodi merentur?

Ibid. Diſtinentur judicia Eruditorum ad verbum יְפָרֵשׁ, nuſpiam alibi, iſta quidem forma, reperiundum. In *Kal* פָּרַשׁ ſemel tantum occurrit *Lev.* 24: 12. ubi vertitur *explicuit, diſtincte dixit.* In *Pyhal* פֹּרַשׁ *explicari, diſtingui: Num.* 15: 14. *Neh.* 8: 8. in *Niphh.* ſemel iterum, *ſeparari: Ezech.* 34: 12. unde פֶּרֶשׁ *fimus Exod.* 29: 14. & alibi, a pleriſque derivatur. Ex noviſſimo illo Doct. *Gejer.* offert, *facit putreſcere, fœtore diſſolvit.* Id vehementius, quam vulgatiſſimum illud *pungit*, quod ex *Chald.* פְּרַשׁ *ſtimulus*, & פריש *calcar* exſculpſere *Rabbini;* comprobatum a *Merc. Cocc. Boch.* quoque *Hieroz. Part.* 2. L. 3. *Cap.* 10. Ab *explicando*, & *expandendo* mallet *Cler. Inſtar Reguli os dilatat:* ſupplens פִּיו *os ſuum; nam,* inquit, *Baſiliſcus ſibilo, aut flatu ore aperto emiſſo, occidere credebatur.* Nec *ſupplementum* ridet, *nec os expanſum*, ubi *morſus* jam

33 Oculi tui ſpectabunt alienas *mulieres*: & cor tuum ſtruet everſiones.

33 עיניך יראו זרות ולבך ידבר תהפכות :

34 Et

34 והיית

præceſſerat; & ſi ex illo uſu ש פרש ſenſus conſtituendus foret, palmam utique ferret *Vulgat.* dans, *ſicut Regulus* venena *diffundet*; Eodem collineant LXX καὶ ὥσπερ ὑπὸ κεράστου διαχεῖται αὐτῷ ὁ ἰός· peritius, quam prima fronte videtur. Ut ex his fluctibus tranquillum capiamus portum, copia veteris Linguæ requiritur. Eam pandunt *Arabes* ſub פֶּרֶשׁ فـرث; nam ut פֶּרֶשׁ, ita فَرْثٌ exponitur *fimus*, *& fæces*, *quæ in ventriculo animalis continentur.* Notio ducta a *findendo*, & *fiſſum effundendo.* Rem oculis ſubjiciat *Gjeubar.* فَرَثْتُ لِلْقَوْمِ جُلَّةً إِذَا شَقَقْتَهَا ثُمَّ نَثَرْتَ مَا فِيهَا وَفَرَثْتُ كَبِدَهُ وَفَرَّثْتُهَا تَفْرِيثًا إِذَا ضَرَبْتَهُ وَهُوَ حَيٌّ وَٱنْفَرَثَ كَبِدُهُ أَيِ ٱنْتَثَرَتْ وَأَفْرَثْتُ ٱلْكَرِشَ إِذَا شَقَقْتَهَا وَأَلْقَيْتَ مَا فِيهَا قَالَ ٱبْنُ ٱلسِّكِّيتِ وَأَفْرَثْتُ أَصْحَابِي إِذَا عَرَّضْتَهُمْ لِلَائِمَةِ ٱلنَّاسِ פרשת *populo cophinum dactylorum*, *dicis quum eum findis*, *& ſpargis quicquid in eo. Item* פרשת כבדה *jecur ejus*, *in I. ut & in II. cum infin.* תפריש, *quum eum transadigis vivum: prout VII.* אנפריש כבדה *valet fiſſum effuſumque eſt jecur ejus. In IV.* אפרשת אלכרש *ventriculum*, *uſurpas*, *quum eum diffindis & effundis quicquid in eo. Siccitides auctor eſt*, *hinc dici*, *ſocios meos* אפרשת, *quum eos opprobrio publico objicis.* Abſolute; quaſi dicas *effiſſo ventriculo*, *effuſo hepate*, *ipſos lacerandos abjeci.* Pro لـلايـمـة *Golius* noſter legiſſe debuit لـولايـة, *Gloſſam* hancce ita edens, *objecit ſocios ſuos præfectis populi.* Quod nos damus, clare etiam in *Camuſo* exſignatum. أَفْرَثَ ٱلْكَبِدَ شَقَّهَا وَأَلْقَى ٱلْفَرَاثَةَ أَيْ مَا فِيهَا وَأَصْحَابَهُ عَرَّضَهُمْ لِلَائِمَةِ ٱلنَّاسِ *In IV.* אפריש אלכבד *dicitur de eo qui diffindit jecur*, *atque effundit fæces*, *ſive quicquid ibi continetur. Item ſocios ſuos* אפריש *eſt*, *expoſuit eos opprobrio hominum*, *ſive publicæ ignominiæ objecit.* Eſt vetuſta *formula*, aliquid *Proverbiale* redolens; quod numeris coloribusque ſuis expreſſum *Jobi* 16: 13. *Corona facta invadunt me jaculatores ejus; ſulcat renes meos*, *neutiquam remolleſcens; effundit in terram fel meum*, *ſive folliculum hepatis.* Adde *Job.* 20: 25. Hac ſignatiſſima potentia *Haririus Conſ.* 21.

ولا النتحي عودي خطب كارث ۞
ولا فري نابي جد فارث ۞

Neque Lignum meum decorticavit moles moleſtior:
Neque dentem meum fidit acies hepar diffindens.

חד פוריש *acies hepar findens*, & quidem vivo,

34 והיית כשכב בלב ים וכשכב בראש
חבל :

34 Et fueris ut cubans in corde maris; quin ut cubans in capite mali nautici.

35 הכוני

35 Sau-

vo, *videntique*, præbet imaginem *acerbissimæ calamitatis* ac *miseriæ*, qua quis *vitalibus* veluti *confossis*, atque *effusis visceribus*, *spectaculo* est, & *horrorem incutit*. In *Hamasa* Poëta Vetus

هوي عن صخرة صلد ففرث
تحتها كبده ۞

> *Sidit a rupe dura præceps, effissumque sub illa ejus hepar.*

Hinc celsa sane ac potenti *figuratione* nobis ultro nunc subnascitur, crescente oratione, *atque ut Basiliscus fisso abjiciet hepate*. Illud *hepar*, cum *effusione fellis* & *viscerum* constans usus Linguæ huic verbo dicavit; ac propterea plenissimo jure hic inseritur. Nempe ubi

> *Ossaque dissolvens cum corpore tabificus*
> *seps*,

momordit, vel

> *Sibilaque offundens cunctas terrentia pestes,*
> *Ante venena nocens - - - -*

Basiliscus quem adflavit,

> *Membra natant sanie, distillant inguina*
> *tabe:*
> *Dissultat uterum stringens membrana,*
> *fluuntque*
> *Viscera - - - - - - - - -*

Ut *Lucani* penicillo utar, quo omnes mortium imagines hoc in genere depinxit L. 9. Ne verbum quidem addere necesse. Quam late pateat *fissum* illud & *effusum hepar*, nemo non cernit: nec difficile est oculis utenti discernere a *findendo* quoque ortam significationem *explicandi* & *distinctius explanandi*; quam supra attigi; quin & *separandi* ac *dispergendi* alteram illam; quam & *Arabes* sub تفرث frequentant. In hæc cursum admittere haud vacat.

Vs. 33. Non placet insertio quorundam, אם Si *oculi tui viderint extraneas cor tuum perversa loquetur*. Hoc enervare est sententias. Ad prius Colon, *oculi tui videbunt* זרות *alienas*; multi maluere *aliena*; id est, *absurda*, *falsa*, qualia mens sibi fingit mota, & insaniens, quæ ut *ictlo accessit fervor capiti*, *numerusque lucernis*, videt

> *Et geminum solem & duplices consurgere*
> *Thebas.*

Minus quadrat; & propensior sum in eorum mentem, qui *alienas* dedere; nam *venter mero æstuans*, ut *Hieron.* ait, *facile libidinem spumat*; subnotante *Mercero*. Sic זרות *alienas* absolute habuimus *Prov.* 22: 14. & נכריות *peregrinas* passim in his Proverbiis. In sequente membro תהפכות non simpliciter *perversa* vel *perversitates* sonat, sed *perversiones*, atque adeo *subversiones* pietatis, religionis, virtutis: secundum ea quæ ad *Cap.* 6: 14. deduxi. ידבר *loquetur* rectius hic ex *Origine* dederis *struet*, *instruet*. Est etiam ubi דבר valeat *machinari*; ut 2 *Chron.* 22: 10. *Et Athalia machinata est adversus omne semen Regium*: i. e. *struxit insidias*, *perniciem*. Ergo *Cor tuum struet*, *machinabitur subversiones*, ea, quam loco laudato insinuavi, amplitudine & gravitate.

Vs. 34. Languet interpretatio *Merceri*, *videberis tibi in medio mari cubare & in summo malo navis; in summo discrimine*: quasi hoc esset, *videre aliena Vs. præced.* Respexit haud dubie ad *vertiginem*, qua *vino mersi rotari solent*, ut *tecta* ac *parietes salire*, & *omnia ruere*, ac *susque deque verti* videantur. Non adducor, hoc nunc intendi; non enim *imaginarium* nobis *periculum* pingit Sapiens; & si tale quid pingere voluisset, non erat cur his potissimum coloribus, longiuscule adductis, uteretur. Hi oculis subjiciunt verum & præsentissimum ebrii discrimen, quum jam a gubernaculo Rationis depulsus, & non amplius sui compos, instar habet *cubantis in corde maris*; *in mari procellis jactato*, & *e sede sua funditus emoto*. Id לב ים *Cor* sive me-

35 Sauciarunt me, neutiquam excoriatus sum; contuderunt me, nihil omnino sensi; quandonam expergiscar? addam, hoc ipsum quæritabo iterum.

35 הכוני בל חליתי הלמוני בל ידעתי מתי אקיץ אוסיף אבקשנו עוד׃

meditullium maris sonat *Ps* 46. 3: *Exod.* 15: 8. *Jon.* 2: 4. Pulcherrima est & appositissima *figura*, qua *ebrietas* comparatur *salo*, & quidem *procelloso*, omnibusque *ventis agitato*; quod omni momento præsentissimam mortem intentet, atque absorbere minetur. *Tali in salo cubare*, id est, *dormire securum*, est *insanire*. Eadem, & major, insania vexat eos, qui *se vinolentiæ tradidere*, atque *mero sese mergere* assolent; hi *jacent* tanquam *in alto mari*; *æstuans eos jactat salum*; *vento*, *procella*, *vortice omni circumaguntur*; omnia *præsentissimum exitium* vel *vitæ*, *vel animæ*, *comminantur*; & tamen *cubant* vesani hice, *atque in utramque aurem securi dormitant*; *somno vinoque sepulti* vere, non tam quoad *Corpus*, quod non excludo tamen, quam quoad *mentem*, quæ ineluctabili vitio fascinata, eodem magis magisque obbrutescit, omni sensu rationis ac religionis extincto. Altius scandi vix potuisse videtur; & tamen escensum est; quum subditur; *Quin sicut cubans in summitate mali*. Docte *Jun. in corona carchesii*; est enim *carchesium* illa *mali supremi pars*, ad quam *antenna religatur*. Ei *carchesio* nomen inditum a חבל *fune nautico*. In periculosum hocce fastigium sæpius erepat necesse est, cui ardua statio a gubernatore commissa. Ibi assidens si somno se permittat, non jam discrimen incurrit mortis, sed pro conclamato ac deposito est habendus, quum inde citra miraculum vivus discedere haud possit. Imaginem hancce implet *madulsa*, qui mero dies noctesque *madide madere* amat; *summi mali carchesium* occupat veluti, ibique *salutis* suæ *præsentis* ac *futuræ securus cubat*, *altissimo sopore*, ac *lethargo oppressus*: haud dubie inde *præceps* iturus, *vastisque gurgitibus*, qui infra eum dehiscunt, *hauriendus*. Habes *Allegoriam*, qua nil cumulatius, exaggeratiusque, vel vividissima vis ingenii concipere valeat. Quod si in *malo* hocce *nautico*, ejusque *carchesio*, figurari simul statuamus *superbam & temerariam imaginationem ebriosorum*, qua sibi omnia tuta, & secundo cursu ex votis itura promittunt, habebimus forte, quod *Tabellam* hancce insigni lumine *Allegorico* condecorare queat. Nil interim contendo: atque rem in medio relinquo.

Vs. 35. Pulchra, & viva *Mimesis*. Eam referri video ad *Ebrium* inter pocula *plagis acceptum*, & *contusum*, *quæ* tamen *nullus senserit*, quin *quas adeo non curet*, ut in eadem scyphorum certamina quantocius redire gestiat. Cl. *Cler.* describi censet *Juvenem in lupanari verberatum*, *& postea somno resolutum*, *qui excitatus nil senserit mali*; *nec dubitet eundem locum repetere*. Hæc qui procedant, non exputo. Fieri plane nequit, ut *verberibus* probe *dolatus* ac *contusus*, si jam mero obrutus nil sentiat forte doloris, tamen eundem non intime persentiscat, postquam crapulam edormivit. Expendi quoque velim, non depingi hic, quod *quibusdam* contingit *Ebriosorum*, sed quod omnibus. Jam vero in omnes non quadrant *Centaureæ* super vino *rixæ*: *contusa capita*; *sugillati oculi*, *lumbi fracti*. Multo minus ea, quæ multi hic congessere; quæque discutere haud lubet. Gravitas, dignitas, veritas etiam *Gnomes* exigunt, ut verba הכוני *verberarunt me*, & הלמוני *contuderunt me*, ad *vinum ipsum* sese referant, atque ad *grandia pocula* quibus inter se concertarunt *Heroës illi ad bibendum*; & *viri strenui ad temetum temperandum*. His flos honosque sermonis *figurati* relucet in verbo הלם *tundere*, *Jesaj.* 28: 1. ubi שכרים הלומי יין *Temulenti contusi a vino* inducuntur. Eodem colore enunciatum *Jesaj.* 16: 8. *Vitis Sibmæa*, *cujus generosæ propagines*, vel *palmites luxuriose fusi*, הלמו בעלי גוים *contuderunt Dominos Gentium*; id est, *viros principis consauciare solebant*, ac *deponere*. Ea venustate *saucia vena mero* apud *Mart.* extat, & *saucios ac crapula vinolentiaque madidos*, dixit *Apul.* nec non *saucia mente fluctuare*, ad illud *Poëtæ*

---- *Per-*

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Verſ. 1 אל תקנא באנשי רעה ואל
תתאו להיות אתם :

2 כי

Verſ. 1 Ne æmulatione flammeris in homines maleficos: & ne cum ipſis eſſe concupiſcas.

2 Nam

- - - - *Percuſſus tempora Baccho.*

Apud *Horat.* quoque *ictum caput*, eſt *Baccho percuſſum.* Dubitari proinde nequit, quin & הכה *percuſſit* in hanc *metaphoram* ſit admiſſum apud *Hebræos.* Hinc admirabiliter conformatum, *Enimvero percuſſerunt me, & non ſum excoriatus: contuderunt me, & non ſenſi. Quandonam expergiſcar? Addam, quæritabo illud amplius.* Dexterrime locata ſingula. הכוני *percuſſerunt me* compotores mei, *uvidis* me *poculis* provocantes; בל חליתי *nequaquam* tamen *excoriatus ſum: jucundæ plagæ: grata vulnera; juvat* ita *faucias* habuiſſe *venas mero.* Eodem tenore ſubnexum, הלמוני *contuderunt me*, magnifice me *dedolarunt*, ac *depoſuerunt vino;* בל ידעתי *nequaquam* tamen *ſenſi;* nempe *mali quicquam;* ſed contra potius, *læta* illa *certamina*, *læti ictus*, *blanda verbera*, *quibus* denuo *contundi geſtio.* Hanc ſane mentem ſuggerunt, quin depoſcunt hæcce: מתי אקיץ *quandonam expergiſcar?* Vix pati poteſt molli in ſtrato. Adeo inflatæ heſterno Baccho fervent venæ, ut *crapulam edormire* homini longum ſit. *Abſorptus a vino;* ut pulchre vates, denuo *ſorbere geſtit*, atque hanc *unicam* ſibi *requiem* & ſentit, & quærit. Huc aurigatur clauſula appoſitiſſima, אוסיף *pergam, ſuperaddam;* easdem *pugnabimus pugnas;* אבקשני עוד *quæritabo illud iterum, amplius.* Adfixum הו vel ad *vinum* recurrere poteſt, vel ad *Sympoſium*, & *ſodalitium* compotantium, ſeque tam amicis ictibus conficientium. Scenam eandem inſtruxit *Jeſaj.* 56: 12. *Venite, capiam vinum, & deglubemus*, evacuatis utribus meraciſſimis, *temetum; eritque, ut hodiernus, dies craſtini, magnus, excellenter*, vibranter, *intenſiſſime.* Vide quæ ad *Vſ.* 20. præceſſere. Finire nequeo, quin moneam, *Tom.* I. *Origin. Cap.* 9. in tranſcurſu me locum huncce attigiſſe; ſed mentem, quam involutius, & tanquam per tranſennam, adſpiciebam, minus plene & plane evolviſſe. Adhærebam in חכלילת עינים *Vſ.* 29. ad *ſugillationes oculorum.* Hunc interim *Vſ.* 35. applicari poſſe inſinuabam *ad animæ & corporis vulnera tam magis atrocia, quam magis ſenſum fallunt; & ne diſcuſſa quidem crapula animadvertuntur.* Obverſabantur mihi *ipſæ* hæ *plagæ*, ac *contuſiones*, *vini* intemperantiſſime *hauſti*, quæ *vires corporis animæque hauriant: plagæ* tanto *letales*, quanto *blandiores*, & dulci tinctæ veneno, quæ dum ad medullas usque fauciant, easdem titillant, ac demulcent; ut qui ita vino perit, inter pocula triumphet, & exclamet, ſic periiſſe juvat.

AD CAPUT VIGESIMUM QUARTUM NOTÆ.

Vſ. 1. Intactam præterire nequeo inſigniorem vim, quam verbum קנא *candeſcere, inflammari*, nunc exerit; non tam *invidiam* ſignans hic, quam *æmulandi ardorem*, cum ad-

2 Nam vaſtationem exæſtuat cor eorum; & ærumnam labia eorum ſtruunt.

2 כי שד יהגה לבם ועמל שפתיהם תדברנה׃

3 In ſapientia ædificatur domus: & in prudentia conſtabilitur.

3 בחכמה יבנה בית ובתבונה יתכונן׃

4 Et in ſcientia penetralia differciuntur; omni opulentia pretioſa; & jucunda.

4 ובדעת חדרים ימלאו כל הון יקר ונעים׃

5 Vir

5 גבר

admiratione fortunæ & *felicitatis* conjunctum. Ζῆλος *Zelus*, item a *fervore* ductus, ſæpiſſime iſtam *admirationem* cum *æmulatione*, ac *ſtudio imitandi*, infert; & ζηλῶν eſt *æmulari*, *admirari*, *beatum prædicare*, μακαρίζειν. Inde ζηλωτοὶ *beati*, *divites*. Hinc dilucet אנשי רעה *viros malitiæ* non generatim omnes *malos* & *turpes*, ſed ſpeciatim deſignare *oppreſſores* ac *tyrannos*, κατ' ἐξοχὴν iſtum titulum implentes: qui מרעים *Malefici* ab eadem *Radice Pſ.* 37: 1. in argumento ſimili, appellantur. Apparet utrobique digitum intendi in eos qui *oppreſſionibus* & *concuſſionibus* magnas opes convexerunt, in culmine *fortunarum invidendarum* ſplendentes. Confer mox *Vſ.* 19. hujus *Cap.*

Vſ. 2. Ad geminam anſam phraſium, duplex via inita. Tritiſſima illa, qua *active*; altera, qua *paſſive* incedit ur. Prior mentem minus attenti occupat. Poſterior ſeriem expendenti ſeſe magis approbat. Nempe inculcatur, quicquid *Malefici* illi & *oppreſſores meditantur*, *moliuntur*, *ſtruunt*, ut *fortunas* ſuas *conſtabiliant*, atque ad *altiſſimum faſtigium educant*, id ipſum *ruinam* ipſis *attrabere*, atque *accelerare*. Abruptior *Syntaxis*, cum ambiguitate vocabulorum שד & עמל hunc ſenſum oculis plurimorum ſubduxit. שד eſt *vaſtitas* vel *a te inflicta*, vel *in te*. Conſimiliter עמל eſt, vel *moleſtia*, *quam inferas*, vel *ærumna quam tute ſubeas*, atque experiare. Jam vero *meditari*, ſive *æſtuare vaſtitatem*, & *loqui moleſtiam*, pronius propiusque ad *activum*, quam ad *paſſivum* ſenſum ferri videtur. Sed omnino prægnans conſtructio concipienda eſt, ſic ſeſe reſolvens; *nam vaſtitas* eſt, omne id quod *æſtuat cor eorum*; & *ærumna*, quicquid *labia eorum ſtruunt*, *jactant*, *proloquuntur*. Planius. *Æſtuat cor eorum divitias*, *opes*, vel per malitiam, oppreſſionem, tyrannidem *extruendas*, atque *culmen fortunarum eminens*; hæc omnia tamen *nil aliud quam* שד ipſa *vaſtitas*, *graviſſimis ruinis* mox illos *oppreſſura*. Iterum, *Quæ Labia eorum ſtruunt*, & *quibus ſe inſolentius efferunt*, בטחים על חילם *recumbentes ſecuriſſime ſuper opulentia ſua*; & *in ſpiſſitudine aggeſta divitiarum ſuarum gloriantes Pſ.* 49: 8. ut in præſenti *mera* ſunt *ærumna* עמל ac *materia pænæ*, ita brevi *improbam Domum obruent*, atque *exitio dabunt*. עמל pro *ærumna* & *calamitatibus gravioribus* paſſim occurrit. שפתים *Labia* nonnunquam *tumidam jactantiam* figurant, ut *Job.* 11: 2. *Thren.* 3: 62. Plenius דבר שפתים *verbum Labrorum* eſt *jactantia*, & *gloriatio inanis*: *Jeſaj.* 36: 5. & *Prov.* 14: 23. הגה *æſtuare*, *exæſtuare*, βράσσειν, ἀναβράσσειν ad *Cap.* 25: 4. infra enucleatum dabo. *Gnomen* hancce penitius adhuc excutienti duplex ſeſe offert adſpectus, *activus* ſimul & *paſſivus*; utrimque feriens: *Nam cor eorum æſtuat vaſtitatem aliorum*, *in auctores redundaturam*; & *Labia eorum ſtruunt ærumnam in capita ipſorum revolvendam.* Hoc *aculeo ancipiti* armatus inſignis locus *Jobi* 15: 35. הרה עמל וילד און ובטנם תכין מרמה *Hoc eſt prægnantem eſſe ærumna*, & *parere vanitatem*; *ita ut venter eorum fraudem præparet*: qua in ſerie per quam altera declamatio violenta *Eliphazi* clauditur, cum *crimina Jobi*, ex mente hominis, tum *ſupplicia* in caput ejus juſtiſſime *devoluta*, tribus vocabulis עמל און ומרמה comprehendit contexuitque animoſiſſimus innocentiæ *Jobææ* impugnator. Eadem

dem

5 גבר חכם בעוז ואיש דעת מאמץ כח :

6 כי בתחבלות תעשה לך מלחמה ותשועה ברב יועץ :

7 ראמות לאויל חכמות בשער לא יפתח פיהו :

8 מחשב

5 Vir ſapiens ipſum eſt robur: & vir ſcientiæ nervabit vires.

6 Nam per ſolertias conficies tibi bellum; & ſalus in ſpiſſa compactione conſiliantis.

7 Celſitudines craſſe ſtolido omne genus ſapientiæ: in porta non aperiet os ſuum.

8 Qui

dem comprehenſio, ſive *ſyllepſis*, nervum hujus dicti intenderet.

Vſ. 3. Explanationem modo datam adfirmat *oppoſitio*; qua inculcatur *Sapientia* demum *ædificari Domum ſtabili fundamento ſubnixam*: quin *penetralia* ejuſdem *efferciri* omni *opulentia pretioſa* ac *jucunda*: *Vſ.* 4. Notabilis character in הון יקר *facultas*, i. e. *opulentia gravis*, ex *Origine* vocabuli יקר indicatus ad *Cap.* 12: 27. Obſervanda hic tacita *Antitheſis*, qua innuitur, *Opes injuſte* acquiſitas *nihil* habere *ponderoſi*, nihil *ſolide pretioſi*; quippe quarum *bracteatus* tantum *ſplendor*, & evanida felicitas. Eodem collineatur in הון נעים *opulentia jucunda*: id eſt, *vere ſuavis*, *amœna*, *delicata*; quam nihil *amarulenti* contaminet, ac conturbet. Habes idem quod *Cap.* 15: 6. inſinuatum, *In Domo juſti opulentia ſpiſſum emunita; at in proventu improbi, turbide fœculentum*: cum materia *paradoxorum*, quæ *Cicero* attigit, *Quod honeſtum ſit, id ſolum eſſe bonum*: item, *virtutem ſibimet præſtare felicitatem*; nec non, *ſolum ſapientem eſſe divitem*.

Vſ. 5. Interioris quid elegantiæ exerit *vir ſapiens* בעון. Plerique *in robore eſt*; vel *cum robore eſt*. Fortius exit, *ipſum eſt Robur*, ex uſu *præpoſitionis* ב *in*, quo adfert *interiorem conditionem* ac *conſtitutionem rei*, vel *perſonæ*. Non *ſibi* videlicet *Robur invictum*, ſed & *aliis*. Ergo poſtremum quoque *Colon* non, *vir ſcientiæ contendet vires*, vel, *viribus præpollet*; ſed potius, *nervabit vires* aliis, ut *Job.* 4: 4. *Jeſ.* 35: 3. In vocabulo חכם *ſapiens*, alluſum ad *Originem* τοῦ πυκνοῦ *ſolide compacti*, monere ſupervacuum.

Vſ. 6. Aptiſſime ſubnectitur, *In ſolertiis*, (τοῦ חכם *ſapientis* videlicet, qui בעון *ipſum Robur* ſit, quo *alios nervare valeat*) *facies bellum*; & *Salus in ſpiſſitudine conſiliantis*. Aliquid languoris huic *verſui* ſuffuderat præcedens a genuino ſenſu ac vigore nonnihil deflexus. Languebat præſertim, *in multitudine conſiliantis Salus*. Hoc indigebat fulmentis, *modo ſint rei militaris periti*; &, *modo ne conſilia revelentur*. Noſtra *ſpiſſitudo* utrumque ultro amplectitur. Redeatur ad *Cap.* 11: 14. qui locus noſtro *parallelus*: addaturque *Cap.* 15: 22.

Vſ. 7. Vix revelli me patior a nobili ſententia, *ſublimes* ſunt *craſſe ſtolido ſapientiæ*; vel potius *ſublimia* ſunt *ei*, *ardua*, *inacceſſa*; *eo enitl* nec *ſuſtinet* ipſe, nec ſane *poteſt*. Id ex ראמות bono jure exſculptum: nam ad *Aramæam* & *Arabicam* normam a רום *celſus fuit*, in *partic. præſ.* naſcitur רָאֵם pro רוּם ad *Euphoniam*: cujus *plurale* רְאֵמוֹת, *media* in *quietem* data, reddit רָאמוֹת. Nulla ſic *Mater lectionis*; quæ multorum oculos in talibus præſtrinxit. Quid, quod *Radix* extiterit רָאַם? unde רְאוּמָה nomen *proprium*, *Gen.* 22: 23. & רְאֵם *Bos Sylveſtris*: ut & רָאמוֹת ſpecies *gemmarum Job.* 28: 18. Has minus dextre hic arripuit *R. Salom.* quaſi innueretur, *ſtolido ſapientiam inventu difficiliorem*, *inſtar gemmarum*. In *Comment. Job.* 39: 12. de ראם *bove Sylveſtri* agens, commonui رأم ראם apud *Arabes* eſſe *conſolidari*, *firmius coaleſcere*. Inde utrique voci lucis

8 Qui ſummas ſubducit ad malefaciendum, magiſtro verſutiarum ipſi nomen ponent.	8 מחשב להרע לו בעל מזמות יקראו׃
9 Verſutia craſſitiei, lapſatio: & abominatio homini, *ut ſit* Sannio.	9 זמת אולת חטאת ותועבת לאדם לץ׃
10 Re-	10 התרפית

cis quid fœnerari conatus ſum. Notio iſta *Zach.* 14: 10. egregie quadrat; *Hieroſolyma* רָאֲמָה וְיָשְׁבָה תַחְתֶּיהָ *coaleſcet firmius*, ſive *ſolidabitur*; & *ſedebit ſua in ſede.* Reduci ſolet ad רום, ut ſit, *celſa erit.* Id jam ſi aptum æque, non æque tutum ac firmum. *Inſtauratio* quoque, & *rerum collapſarum conſolidatio*, ſi locus rite expendatur, ſeriei accommodatior forte judicabitur. Apud *Arabes* رام الجرح eſt *conſolidavit vulnus*; itemque *conſolidatum fuit:* ſive de *Corpore*, ſive de *ſtatu Reipublicæ*: metaphora ducta a *vaſe fracto*, quod *proprie* dicitur ראם *conſolidari.* In *Camuſo* quoque extat رام الحبل فتله شديدا *ſolidavit funem*, *intorſit eum vehementius.* Signatur aliquid ita *intortum*, ut *conflatum conſolidatumque* videatur. Hoc & *Zachariæ* loco robur addit, ad *fundamenta* & *mœnia urbis inſtaurandæ* ſeſe porrigens: & huic noſtro forte genuinam mentem refundit: ut ראמות ſonet *ſolidata*, ita *firmiter nexa*, *plexa*, *intorta*, ut *craſſities* & *ſtupor* ꝸ אויל *ſtolidi* illuc ſeſe penetrare nequeat. Non invenuſtus hinc ſubnaſceretur luſus inter חכמות *ſolidas compactiones ſapientiæ*, & ראמות *conſolidata*, *conflata*, eoque *impenetrabilia.*

Vſ. 8. In verbo מחשב contineri *ſummam perputatam*, & *perpolitam*, ſæpiuſcule ſupra vidimus. Cernis cur בעל מזמות *Dominus Magiſter*, *Architectus machinationum*, *verſutiarum*, & *ſcelerum*, appellandus eſſe dicatur, qui iſtam artem percallet. *R. Levi*, fidiculis vexans & torquens omnia, hinc extudit, *qui cogitat aſſociare ſibi* principia Philoſophica, *is vir circumſpectus appellabitur.* הָרֵעַ invita *Analogia* a רֵעַ pro רֵעָה, *Socius*, a רָעָה. Sententia ipſa, frigus merum.

Vſ. 9. Majores conſurgunt fluctus. *Merc.* I. *Cogitatio ſtultitiæ*, ſive *ſtulti*, *peccatum*; & *abominatio hominis*, *illuſor*: hoc eſt, *deterior adbuc cenſetur*, *gravitate ſcelerum cunctis abominandus.* Hoc quum jacere, & repere, ſentiret *Junius* II. mutata *Syntaxi* ſublevare voluit, reddens, *Scelus ſtulti damnabile* eſt; *abominandum vero cuique*, *deriſoris.* Id nodum magis intricat. *Cocc.* III. etiam non adeo expedite, *propoſitum ſtultitiæ peccatum*, & *abominatio hominum*, *irriſor.* Duos & ipſe ponit *Characteres*, alterum *ſtulti*, *irriſoris* alterum, quorum alter altero deteſtabilior ſit. Offecit חטאת pro *peccato* ſumtum: quum hic potius *Lapſationem* ex *Origine* deſignet. Hinc offero IV. *Aſtutia*, *aſtuta machinatio craſſitiei* ſtolidæ, *Lapſatio*; & *abominatio* eſt *homini*, *Sannionem agere.* Omnia refero ad *Sannionem*, id eſt, *Religionis & Virtutis irriſorem.* Is in ſua אולת *craſſitie ſtolida* pollet tamen ut plurimum φρονήμα τῆς σαρκὸς, & זמה *aſtutia* atque *audacia* quadam *temeraria*, qua *præſidit*; *elata manu peccans*, *Deumque* ipſum *impugnans.* Hanc vim exerit vocula זמה *Job.* 31: 11. *Jer.* 13: 27. *Ezech.* 22: 11. & 16: 23. *Lev.* 18: 17. & 19: 29. In omnibus hiſce ſentire eſt *gradum profligatiſſimum peccandi*, ad *profanitatem*, & *contemtionem* uſque Numinis. Ergo חטאת non *peccatum* infert, quippe quod in זמה jam culminat, ſed *Reatum mortis*, & *Lapſationem interitum tracturam.* Eodem ſenſu adnexum, *Et abominatio homini*, ut ſit *Sannio.* Atrox hocce crimen *hominem* plane reddit *abominandum*; & ſub *execratione* Dei *peſſime exſcindendum.* Licet quoque ſic ſtruas; & *abominatio homini* erit *Sannio.* Hoc eſt, *Exciſus* tandem, & peſſimis *eradicatus* exemplis, omnibus ſeculis *horrori* erit atque *abominationi.*

Vſ. 10.

10 התרפית ביום צרה צר
כחכה :

11 הצל לקחים למות ומטים להרג
אם תחשוך :

12 כי

10 Remisisti temet in die constrictionis! constrictio *ipsa sit* robur tuum.

11 Eripere captos ad mortem, & nutantes ad lanienam. Si substrinxeris!

12 Quod

Vs. 10. Abruptior *Gnome* distrahit. Plerique I. *Remisisti temet in die angustiæ? angustum robur tuum!* Id ita explicant, *si tempore afflictionis remisso, & demisso, fueris animo, succumbes & impar eris calamitati ferendæ.* Animosius id ipsum, alia interstinctione *Merc.* II. & *Jun.* *Si remisse te geras* ante afflictionem, studium sapientiæ negligens; *tempore angustiæ angusta erit virtus tua.* Cum *Vers. seq.* copulans *Ab. Esra* III. exsculpsit, *Si remissus fueris die angustiæ* amici tui, nullam ei opem ferens, *etiam die angustiæ tuæ, angustum erit robur tuum*; nec quisquam tibi opem feret. Accepit illud ביום צרה *in die angustiæ* ἀπὸ κοινοῦ; quasi duplici polleret virtute. Precarius nexus; precaria quoque, & languidula, interpretatio; in quam tamen & *Cocc.* descendit. Excitatius reddetur sic conversum IV. *Si remissus fueris die angustiæ, adstringe robur tuum.* צר *imperat* verbi צרר *strinxit, adstrinxit, instrinxit.* Inde צרה *angustia* ducta, quod *stringat; constringat*, & quidem *vehementius* ac veluti *sub stridore* inde reddito. Hunc *stridorem stringentem* صر *Tzir* appellitant *Arabes*, & صرة *Tzirra*; ut صرة *Tzarra*, quod *Hebræa* צרה respondet, *vehementiam angoris, mœrorisque, cum stridore* veluti *adstrictam.* Illa *proprietas* non sentitur tantum, sed quodammodo etiam auditur in verbo صرّ צַר pro צָרַר *adstrinxit fasciculum, crumenam*; quæ صرار צרור inde appellata. Habes usum signatissimum *Sacri Codicis*; ut 1 *Sam.* 25: 29. *Eritque anima Domini mei* צרורה בצרור החיים *instricta in fasciculo viventium.* Plura ad *Job.* 26: 8. Inde *Esaj.* 8: 16. צור תעודה *instringe testimonium, veluti in sacculo, condendum, & obsignandum*, scil. ut *Hos.* 13: 12. Consimiliter in *imperativo* צַר *instringe robur tuum*; ut in illo *Catull. Carm.* LXXIV.

Quin te animo offirmas, teque instringisque, reducisque,
Et, Diis invitis, desinis esse miser.

Tali stimulo usus Poëta:

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Pulcra *Antanaclasis* inter צרה *constrictio* angoris, & צר כחך *instringe vires tuas*: quasi, *constrictus rebus angustis, instringe te*; quod commode ac venuste figurari posset ex usu ancipiti *τ stringere.* Quum tamen eadem hæc *forma* צַר *adjective* sonet, *strictum*, pro *angusto*, & *angustia*, ut 2 *Sam.* 24: 14. צר לי מאד *strictum mihi valde*, vehementissimo *angore constringor*: itemque 2 *Sam.* 1: 26. *Ps.* 31: 10. *Jes.* 26: 16. aliisque in locis; eadem virtute retenta, animosius adhuc V. dari posset: *Remissus si sis die angustiæ, angustia sit robur tuum.* Ad Originem nitidius: *Remissus si sis in die constrictionis, constrictio ipsa sit robur tuum.* Id est, *ipsa mala robur tibi addant.* Ita *Lyricus*:

Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animosque ferro.

Nempe *virtus*, ut *palma*, quam magis opprimitur, tam magis assurgit, atque enitescit.

Vs. 11. Constructio, & sententia, præruptior. הצל aliis *imperat.* est, aliis *infinitiv. forma.* אם *interrogativum* aliis, *num?* aliis *conditionale, si*, non uno modo locatum. Nostri I. cum plerisque, *Erue captos ad mortem;*

12 Quod dicas, ecce non noveramus hoc: an non librator cordium, ille intelliget; & qui observat animam tuam, ille cognoscit: & retribuet homini secundum opus suum?
13 Comede, fili mi, mel; quia bonum est: & eliquatio ejus dulcis super palato tuo.
14 Sic sentito sapientiam animæ tuæ, si inveneris; sane solidum *est* extremum, & expectatio tua non succidetur.
15 Ne insidieris, improbe! mansioni justi: ne incurses recubationem ejus.
16 Nam septies cadet justus, & surget: at improbi impacti in malum obhærent.
17 Quum

12 כי תאמר הן לא ידענו זה הלא תכן
לבות הוא יבין ונצר נפשך הוא ידע
והשיב לאדם כפעלו :
13 אכל בני דבש כי טוב ונפת מתוק
על חכך :
14 כן דעה חכמה לנפשך אם מצאת
יש אחרית ותקותך לא תכרת :
15 אל תארב רשע לנוה צדיק אל
תשדד רבצו :
16 כי שבע יפול צדיק וקם ורשעים
יכשלו ברעה :
17 בנפל

tem; nam nutant ad occisionem, si te subduxeris. Refertur ad *officium magistratus*, omnisque adeo *boni viri*, quo teneantur *inique damnatos eripere ex faucibus improborum*, qui eorum *sanguine & laniena satiari* gestiunt. Per *interrogationem* maluit *Jun.* II. *Eripe raptos ad mortem; nam a declinantibus ad necem an cobiberes te?* Huc concedens *Cler.* cogitat *de iis, qui a prædonibus capti, ni redimantur, necem subire cogantur.* Cum *Vs. seq.* ita connexuere alii III. *Eruere captos ad mortem, & inclinantes ad necem si parseris; quod dicturus sis, profecto ignorabamus id* &c. Enervius. Intendetur *Gnome*, *Aposiopesi* admota. *Eruere captos ad mortem, & nutantes ad lanienam.* Ponit officium. Ei succinit: *Si parseris!* Est *debortatio* gravis, *fulmine* armata *execrationis*: in qua per *subticentiam mors & laniena*, justissima talionis lege, *intentantur* cessanti. Eadem *Syntaxi* Gen. 26: 29.

אם תעשה עלינו רעה באשר לא נגענוך

Si malum feceris adversus nos! quemadmodum non attigimus te &c. Sentis *imprecationem*, qua *vindex denuncietur Deus*, *si mali quid pateretur.* Consimiliter, *si substrinxeris, si parseris!* id est, *cave manum cobibeas! cave cesses!* הצל *Eruere*, pro *erue*, solenni structura. לקחים למות *capti ad mortem*, omnino sunt, *qui ad injustum supplicium rapiuntur.* Iidem signatissime, *nutantes ad lanienam;* hoc est, *in bona causa succumbentes*, & *ad lanienam traditi.* Tales *eruere* publica religio, publica exigit salus. Fulmina execrationis Divinæ feriant necesse est talem Regionem, ubi id toleratur; ubi ad id saltem connivetur & tacetur.

Vs. 12. Multo nunc vividior refutatio, & depulsio excusationis, qua neglectum hac in parte officium ferme prætexi solet, *Quod mibi dicas*, quisquis es, *ecce non cognoscebamus istud! an non Librator cordium ipse distincte intelligit; & qui observat animam tuam, ipse cognoscit; reddetque homini secundum opus suum?* Qui metu potentiæ, vel factionis, loqui non sustinent pro innocentia, ferme in hoc subterfugio delitescunt; quin semet quoque quæsito hocce colore eludunt, ac præstringunt: *Ecce non noveramus hoc: Nobis ista causa non liquebat. Temerarium fuisset ei se immiscere;* quæque alia cor veteratorium

17 בנפל איבך אל תשמח ובכשלו אל יגל לבך׃

17 Quum cadet inimicus tuus, ne læteris; & cum impingetur, ne exsultet cor tuum.

18 פן יראה יהוה ורע בעיניו והשיב מעליו אפו׃

18 Ut ne videat Jehova, & malum sit in oculis ejus: æstumque nasi sui de super eo *ad te* convertat.

19 אל תתחר במרעים אל תקנא ברשעים׃

19 Ne effervescas in maleficos: ne inflammeris in improbos.

20 כי לא תהיה אחרית לרע נר רשעים ידעך׃

20 Nam non erit extremum malo: lucerna improborum nigrescet extincta.

21 ירא את יהוה בני ומלך עם שונים אל תתערב׃

21 Reverere Jehovam, fili mi, & regem; cum novantibus ne commisceas temet.

22 כי פתאם יקום אידם ופיד שניהם מי יודע׃

22 Nam desubito surget moles eorum prægravans; & plagam feralem amborum quis cognoscat?

23 גם

23 Etiam

rium in talibus largiter suggerere solet. Folia ficulna; quæ crimen apud homines forte velare, quin conscientiam proditi sanguinis ad tempus sopire, queant. *Librator* tamen *cordium* se non patitur ludificari; sed mox vindex aderit; & נצר נפשך *servator animæ tuæ*, vel potius *observator*, ejusque penetralia pertentans, *ipse cognoscet; atque te prævaricationis turpissimæ reum peraget.*

Vs. 22. Duplex ansa *affixorum* in אידם & פיד שניהם, quæ vel *active*, vel *passive* se præbent. *Passiva* Syntaxi plerique; *quoniam repente consurget exitium eorum, & ruinam amborum quis novit?* Illi *ambo* sic redeant necesse est ad שונים τοὺς διαφέροντας *diversos, diversa sentientes*; qui Numen Dei, & numen Regis οἱ τὰ αὐτῶν φρονοῦντες violant. Cl. de *Dieu* istos *ambo* non dexterrime locatos sentiens, isto sensu, maluit. *Et interitum annorum ipsorum quis novit?* A שנה *annus*, ejusque plurali שָׁנִים. Subdit, *Melius id quadrare videtur, quia de duobus actum non videtur in præcedentibus, sed in genere de* שונים *mutantibus, nova molientibus.* Languet *interitus annorum eorum*; justus tamen scrupulus; qui *Activam* structuram suadere potius debuisset; saltem in פיד שניהם *ferali plaga amborum*; quæ apertissime redit ad *Jehovam* & *Regem*. Sic proinde elibrari possent *cola*, ut אידם *passive* ad שונים τοὺς διαφόρους *propius* recurreret; & פיד שניהם ad *remotius*, *Deum* & *Regem*. Malim tamen cum *Merc.* utrumque ut membrum uno exeat tenore: & אידם sit *exitium ab illis inflictum.* Vocula איד proprie *gravem molem* signat, sub cujus *pondere* quis *curvetur*: ut ad *Job.* 18: 12. insinuatum. Ad nostram constructionem *active* etiam venit *Job.* 31: 23. כי פחד אלי איד אל *nam terror ad me gravis moles Dei.* Hoc vel *exitium* a Deo *inferendum*; vel *Majestatem Numinis gravem*, & *gravantem*, ibi denotare posse indicavi. Eadem *Majestas* hic admirabiliter quadraret: *Nam repente consurget Majestas eorum, gravi mole elisura*, יקום; vel, si malis, *stabit formidolosa, fulminibus armata*; ut in *Jobi* illo loco פחד אלי *Terrorem mihi incutiebat.* Altera vox פיד rarior adhuc, & ter qua-

23 Etiam hæcce Sapientum: agnoſcere perſonam in judicio, nonbonum.

24 Dicens improbo, juſtus tu, configent eum populi; deſpumabunt in eum nationes.

25 At

23 גם אלה לחכמים הכר פנים במשפט בל טוב׃

24 אמר לרשע צדיק אתה יקבהו עמים יזעמוהו לאמים׃

25 ולמוכיחים

terve tantum reperiunda: circumluditur in *Lexicis*, quæ dant *ruinam*, *calamitatem*, *contritionem*, *infortunium*, *interitum*, alia; quæ *Originem* magis implicant ſua copia, quam ut eam explicent, atque certa in ſede collocent. Apud *Arabes* inter nomina *Mortis* פוד فود, & פיד فيد: atque Radix *med. Waw* & *Je* per מות مات *mortuus eſt*, exponitur in *Camuſo*: itemque in IV. أفدت فلانا أهلكته وأمتّه אפדת פלון *notat male perdidi* τ̃ *δῶα atque morte adfeci*. Hanc *ſecundariam* eſſe, & *metonymicam* virtutem, quivis facile ſentiat. Ducta illa a *primaria* vi *liquandi*, *eliquandi*, unde ad *macerationem liquantem* & *diſſolventem mortis* proclivi itum gradu. Reliquæ etiam notiones apud *Golium* hinc pendent. Eadem *Origo* in داف *maceravit*, *diſſolvit* aqua; & ودف *Liquatus fuit*, *liqueſcendo ſtillavit* adeps. Cernis *plagam feralem*, *ſub qua* quis *maceratus colliqueſcat*. Confer quæ ad *Job*. 12: 5. & 30: 24. & 31: 29. ſubnotata.

Vſ. 24. Gravia verba נקב & זעם. Prius, ut نقب, eſt *πήξαι*, *figere*, *configere*, *defigere* execratione publica: ut ad *Job*. 3: 8. indicavi. Vehementius adhuc זעם, quod per *indignari*, aut *ſpernere*, converſum, non ſuſtinet ſeriem, nedum ut eam impleat. *Deteſtari* aliorum, acerbius quidem pro aure *Latina*; ſed ut hoc a *teſtatione* & *teſtibus* palam ortum, ita dubium relinquitur, unde iſta *metonymica* poteſtas apud *Hebræos* pervaluerit. Cl. *Cocc*. aliquid finiturus, obſervat *Arabibus* زعم זעם eſſe *διϊσχυρίζεσθαι* *aſſeverare*; atque *Hebræis* notare *ſeveritatem ſive ἀποτομίαν in affectu & propoſito*, *verbis & factis*. Hinc *Pſ*. 7: 12. אל זעם exponit *Deus ſeveritatem exercens*. Et *Jeſaj*. 66: 14. וזעם את איביו *ἀπειλήσει* (*ſc*. χείρ) *τοῖς ἐχθροῖς*. itemque 30: 27. *Labia ejus* מלאו זעם *plena ſunt ſeveritate*. Iterum *Hoſ*. 7: 16. מזעם לשונם *a ſeveritate linguæ eorum*: & *Thren*. 2: 6. *Spernit* בזעם אפו *in ἀποτομίᾳ*, ſive *ſeveritate iræ ſuæ*. Apparet Viro ſummo *ſeveritatem*, (quæ *ſecundaria* quoque notio a *ἀπειλῆς*, idem quod *τιμωρὸς*, unde *Sorores ſeveræ*, quæ *Græcis τιμωροὶ*) adhæſiſſe, tanquam deductam ab *ἀποτομία*. Hanc a *prærupto*, *præciſo*, dictam, nemo non videt. Eandem eſſe proprietatem *Hebraicam* gratis aſſeverat *ὁ πάνυ*; & *Arabum* زعم, ad quod provocat, diverſiſſimam habet *Originem*. Apud *Golium* declaratur, *Dixit ex opinione*; quaſi *aſſeveravit*; item *fidejuſſit*, quaſi pro alio *aſſeveravit*. Item alio flexu, *concupivit*, *concupiſcentia laboravit*. Et in V. ſpecie, *falſum dixit*, *mentitus eſt*. Omnia hæc *ſecundaria*, a principe poteſtate *ſpumandi*, *deſpumandi*, quæ reſidet ſub زغم. Ex V. *ſpecie* inde *Camuſus* exhibet تزغم الجمل تردد رغاوه في لهازمه هذا اصله فكثر حتى قالوه للمتكلم كالمتغضب נמל תזעם *de camelo valet ſpumam per maxillas huc illuc verſavit*; *eſtque hæc Radicalis verbi virtus*; *quod eo evaluit*, *ut adhibuerint illud in eo*, *qui cum ira loquitur ſæviens*. Cuncta jam e limpido fluunt: & *deſpumatio* univerſam iſtam ſeriem amplectitur. *Deſpumat* nempe, qui *cum fervore aſſeverat*: quod tandem cumque. Item *ſpumat*, *deſpumat*, qui *cupiditate fervida laborat*. Denique *ſpumat*, *deſpumat*, qui *fervidius in iram erumpit*, atque *ſævis aliquid & ſeveris verbis deteſta-*

25 ולמוכיחים ינעם ועליהם תבוא
ברכת טוב :

26 שפתים ישק משיב דברים נכחים :

27 הכן

25 At redarguentibus, Macte esto! acclamabitur; & super eos veniet benedictio boni.

26 Armatus est labia, qui respondet verba amussitata.

27 In-

testatur. Habes planissume, quod *Latinis* erat *sævire, desævire.* Hoc omnia loca egregie implet. *Ps.* 7: 12. אל זעם *Deus* ζε-[illegible] *omni die despumans, desæviens, sævam vindictam exercens.* Item *Jes.* 66: 14. *despumabit, desæviet, erga inimicos suos.* Sic *Mal.* 1: 4. *Appellabuntque Edomum terminum improbitatis, populum in quem desævit, despumat, Jehova in seculum.* Ad hoc exemplum *Dan.* 11: 30. *Zach.* 1: 12. *Num.* 23: 7. 8. *Mich.* 6: 10. *Prov.* 22: 14. ubi זעום יהוה est, *in quem Dominus cum execratione desævit.* Adduxi ibidem, quæ allusionem ad *Originem* præ se ferunt, *Jes.* 30: 27. *Labia ejus plena sunt* זעם *spumatione.* & *Thren.* 2: 8. בזעם אפו *in spumatione, despumatione Nasi ejus.* Signatissimum *Hos.* 7: 16. מזעם לשונם *a despumatione Linguæ eorum*; ubi non tam *sævam iram* attendi putem; quam *ferociam insolentem*, & *rabidam*, qua *adversus Dominum ore effrenato despumarant.* Hoc exigit subjunctum זו לעגם *Hæc est eorum subsannatio, contumeliosa & petulans insultatio Numinis.* Ad *tropum* priorem iterum *Jesaj.* 26: 20. עד יעבר זעם *usquedum pertranseat spumatio desæviens.* Adde *Jesaj.* 10: 4. 25. *Dan.* 11: 36. &c. De פנים נזעמים *Prov.* 25: 23. infra enucleatius. Ex hisce jam tandem discernere datur, quem cumulum נקב *con-figere execratione* imponat nostrum זעם *spumando desævire*, qua *figuratione* nemo quicquam animosius acerbiusque excogitarit.

Vs. 25. In verbo ינעם, præcise & absolute posito, aliquid interioris elegantiæ resideat necesse est. Sunt qui suppleant, *suavis*, id est, *propitius erit* Deus. Alii *impersonaliter* efferunt, *suave erit.* Id bono judicio ad *faustas comprecationes* relatum a *Merc.* Antiquissimum huncce usum scrinia nobis *Arabum* asservarunt. Inter solennissima nempe verba, & *formulas acclamationum* & *comprecationum publicarum* erat نَعْمَ, aut نِعْمَ נִעַם *jucunditas!* pro *macte virtute esto! Euge! Bene habet! Feliciter!* Item نعم عين لك נעם עין *jucunditas oculi tibi sit!* Pro *omnia tibi fausta ac felicia eveniant velim*: nec non نعمت صباحا *jucunda fruaris aurora.* Aliquem *verbis* istis *precantibus salutare*, aut *celebrare*, vocatur تنعيم תנעים. Ergo, *Redarguentibus jucunditas erit*, speciatim nunc valet, *jucundæ contingent iis acclamationes*, atque *faustis comprecationibus cumulabuntur.* Nobili huic sensui resonat; *& super eos veniet benedictio boni.* Quicquid *exuberantiæ* omnium *votis* in eos congeritur, Divinitus *sancietur*; ac *consummabitur.* Suaviter inter se concinunt נעם *tener, mollis, jucundus, amœnus fuit*: & טוב *uberavit, succosus fuit.*

Vs. 26. Grande quid in recessu habere videtur prius *Colon.* Id a multis redditur I. *Osculabitur* quilibet *labia*; nempe, ejus *qui respondet verba recta.* Ita cum *Belgis* nostris *Cocc.* Hoc est, *gratissimi erunt illius sermones, & quisque oscula labiis istis panget.* Respicitur *Osculum amoris & honoris.* Sensui huic constructio non adeo favet; unde *Merc.* II. malebat, rotundiore ductu, *Osculabitur labia respondens verba recta.* Applicat ad *Judicem æqua & recta judicantem*, vel & *alium quemvis, qui in testimonio, aut alias, recta loquitur; qui eo ipso quasi osculetur labia aliorum.* Idem alio adhuc flexu *Gejer.* III. *Labiis dissuaviatur*, vel *labiis oscula figit respondens* &c. Explicat: *Quot verba, tot fere oscula dulcissima pangit audientibus Orator prudens* &c. &c. Ad *propiorem familiaritatem* traxit *Vatabl.* IV. quasi foret *in intimam amicitiam admittetur.* Argute V. *Ab. Esra*; *Qui recta loquitur, erit ac si labia ejus se in-*

27 Inſtrue foris opus tuum, & apparatum tibi conſtrue in agro: poſtea tum domum tuam ædificabis.

27 הכן בחוץ מלאכתך ועתדה בשדה לך אחר ובנית ביתך :

28 Ne exiſtas teſtis temere in proximum tuum: nam quid dilaxares labia tua?

28 אל תהי עד חנם ברעך והפתית בשפתיך :

29 Ne dicas; quemadmodum fecit mihi, ſic illi faciam: reddam unicuique ſecundum opus ſuum.

29 אל תאמר כאשר עשה לי כן אעשה לו אשיב לאיש כפעלו :

30 Juxta agrum viri tardatoris tranſivi; & juxta vineam hominis deſtituti corde.

30 על שדה איש עצל עברתי ועל כרם אדם חסר לב :

31 Et

31 והנה

vicem oſcularentur, *arctiusque contingerent*: id eſt, *cohærentia* & *conſona ſemper loquetur*. Nempe *mendacium* male *diſſonum* & *hians*. Reſpexit notionem verbi נשק *Ezech.* 3: 13. ubi *Alæ oſculantes aliæ aliam* redditur, atque exponitur *aliæ aliam contingentes*. Mirum homines Eruditos ſibi perſuadere potuiſſe *τὸ oſculari* eſſe *primarium* quid; atque ab *oſculando* ventum ad *tactionem pactionemve*; quum *pangere labella labellis* per *metonymiam* ultro inducat *oſcula*, quæ alias dicta *baſia*, itemque *ſuavia*; cum verbis *baſiandi*, ac *ſuaviandi*. Hæc alia *Origo*, alia conflavit officina. *Baſii* veriverbium ſentiunt *Græce* periti: *ſuavii* & *oſculi* vel qui a limine *Latina* ſalutant. Parum ergo in his vident, qui cenſent *oſculari* principem tenere poſſe locum; ut inde procedatur ad *appactionem*, quum res & ratio contrarium arguant proceſſum. Magis adhuc calculum *Lexicographorum* conturbat tertia ſignificatio τῷ נָשַׁק *armari*, & נֶשֶׁק *armatura*, *πανοπλία*· quæ toto cœlo videtur divergere. Harmoniam præſtabit, & ſanciet, primigenia virtus, ſita in *pangendo*, *arctius conſerendo*, & *compingendo*. Ea apud *Arabes* reſervata ſub نسق & نشق. Inde *generatim* habes primo *compactionem æquabili ſerie junctam*. Ea attendenda *Ezech.* 3: 13. Secundo *appactum oſculum*. Tertio *panopliam*, ſive *armaturam* pulchre *conſertam* ac *compactam*. Ex poſtrema hac claſſe accepere nonnulli *Gen.* 41: 40. על פיך ישק כל עמי *ſecundum os tuum armabitur omnis populus meus*. Plerique de *oſculo reverentiæ* exponunt. Id jam non diſcutio. Sed offerre ſuſtineo heic loci VI. ex hac ipſa poteſtate: *Armatus erit labia*, *reſpondens verba amuſſitata*. Prænobilis figura, *invictis labiis armatum eſſe*, vel *panopliam habere in labiis*. Eam per ſe ſatis lucidam, magis adhuc illuſtrare & commendare poterit uſus verbi noſtri 1 *Chron.* 12: 2. נשקי קשת *armati arcu*; & 2 *Chron.* 17: 17. נשקי קשת ומגן *armati arcu & clypeo*. Jam vero jucunde *labiis* attribuitur *arcus*; attribuitur item *clypeus*; partim ut *telis impetat*, figatque; partim ut *eadem defendat*, atque depulſet. Exemplis in re plana ſuperſedeo. Inſtar omnium erit *Jeſaj.* 49: 2. *Poſuitque os meum ut gladium; atque diſpoſuit me* לחץ ברור *in ſagittam nitidam*; *in pharetra ſua recondidit me*. Apprime *imaginem* luculentiſſimam ornant דברים נכחים *verba amuſſitata*: *ad amuſſim elibrata*; quæque *invicta*

31 והנה עלה כלו קמשונים כסו פניו חרלים וגדר אבניו נהרסה :

31 Et ecce increverat omne illud carduis: operuerant faciem ejus ſpinæ; & maceries ejus lapidea erat deſtructa.

32 ואחזה אנכי אשית לבי ראיתי לקחתי מוסר :

32 Et diſpexi, appoſui ego cor meum: vidi, cepi diſciplinam.

33 מעט שנות מעט תנומות מעט חבק ידים לשכב :

33 Parumper ſomniorum, parumper dormitationum, parumper complicationis manuum ad cubandum.

34 ובא מתהלך רישך ומחסריך כאיש מגן :

34 Et venerit graſſator, lacera egeſtas mihi tua; & raſa mihi tua penuria ſicut vir clypeatus.

firmitate & acie polleant. Ita *Jeſaj.* 59: 14. נכחה לא תוכל לבוא *amuſſitatum non poteſt intrare:* & *Cap.* 30: 10. *Qui dicunt videntibus*, Prophetis, *ne videatis nobis* נכחות *amuſſitata: loquimini nobis blanda*, &c. &c.

Vſ. 28. Mira divortia circa formam & vim verbi הֲפִתִּיתָ. A פתת *contrivit* deduxere I. nonnulli *Rabbinorum*, ut *Jod* pro *Waw* poſitum ſit in *Epentheſi*; quæ alias הֲפִתּוֹתָ dediſſet. Sic foret, *& contriveris labiis tuis*, nempe *proximum.* Veſtigia talis inſertionis per *Jod* in *Dialecto Arabum* occurſant. Ita *Gjeuhar.* ſub *Themate* لط *appingere*, obſervavit in V. *ſpecie* efferri تلطيت pro تلططت ad ſuaviorem pronunciationem; atque id in *defectivis media* pertritum. Huc tamen non recurro. Multo minus admiſerim quod aliis II. viſum, conflatum eſſe ex פתת & פתה, ut *Dageſh* a prima, & *Jod* a ſecunda *radice* tractum ſit, fœta hac poteſtate, *& pelliciendo atteras labiis tuis*: per mixturam *ſpecierum Pihhel & Hiphh. Jun.* III. *Aut fatuum agito labiis tuis*: a פתי *fatuus* licenter & ſine exemplo verbum formatum eſſe ſubmonens. Id parum præſtat firmamenti. Ad *He interrogandi* itum a plerisque IV. non una via. *Merc.* 1. *Et num pellicies labiis tuis?* ſcil. quemquam, ut *falſum teſtimonium* dicat. *Nec ipſe dicas; nec alium inducas.* Alii 2. *Et num pelliceres* ſive *in fraudem impelleres* proximum? doloſis cum dictis circumveniendo. *R. Levi* V. ex uſu *affirmativo* ה׳ *Nam certe pelliceres labiis tuis.* Poſtrema hæcce ſic efferas licet; *& num illicem ageres?* vel, *nam certe illicem ageres labiis tuis.* Habet *figura illicis*, quod aſſenſum ferme eblandiatur. Si tamen penitius inſpiciatur, non adeo ſedi huic quadrare reperietur. Expromo itaque VI. *Ut ecce labia tua dilaxes.* Hanc ſignificationem verbi פתה reſpexere LXX μὴ δὲ πλάτυνε τοῖς χείλεσί. Quid ſint *Labia laxa*, & quis פתה שפתים *laxus labiorum*, ſupra *Cap.* 20: 19. diſcuſſum. Inde percipias cum generatim *omne futile*, *mendax*, *temerarium*, tum ſpeciatim figurari *delatoriam nundinationem*, & quidem, quod hic vel maxime attenditur, *perjurio cumulatam.* Hoc vere ῥῆμα ἀπύλωτον, *in omne neſas ſemet dilaxans*, & effrenato impetu ruens. Struas licet; *& num dilaxares labia tua?* vel *nam certe dilaxares labia tua*, & poſt *mendacium* in *perjuria* prorumperes.

CA-

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Verf. 1 Etiam hæc fententiofa dicta *Salomonis*; quæ excerpferunt homines *Ezechiæ*, Regis *Judæ*.

2 Glo-

Verf. 1 גם אלה משלי שלמה. אשר העתיקו אנשי חזקיה מלך יהודה :

2 כבר

Vf. 4. Senfum ponunt, decus & pondus Linguæ non exponunt, Verfiones fic conceptæ. *Aufer fcorias ab argento & prodibit conflatori vas*: & *Vf.* 5. *Aufer improbos a confpectu Regis* &c. Alii *infinitive Auferre*, cum virtute *imperandi*. Ita *Cocc. Amovendo amoveas fcorias*; - - - *Amovendo* amoveas *improbos* &c. Calculos Interpretum non leviter conturbat, quod verbum הגה alibi fere valeat *meditari*, *gemere*, *fremere*, *proferre fermonem*. Hinc fubfumtum a *Cocc.* הגה *proprie* & *in genere* videri *fignificaffe*, *protulit*, *extulit*; atque inde ortum *meditari*; *five quod meditatio fit cogitationum ex cogitatione eductio*; *five quod in meditatione fit amotio aliarum curarum*. Alio conatu *Guff.* primigenium conflavit *pellere*, *pulfare*; *Gallice pouffer*; unde partim *amovere*, partim *meditari* & alia emerferint. Sic fornacula conjecturalis, nil nifi fcintillas ultro dilapfuras ciens, calefactatur, dum *Dialecti*, veram lucem flammamque daturæ, fopiuntur. Ut nativa *Radicis* dignitas, atque hujus *Allegoriæ* fplendor, luceat, teneatur ex *Arabum* primigenia vis *fervoris æftuantis*, five *exæftuationis*, quam obtinet *Græcum* βράσσειν, ἐκβράσσειν. *Hefych.* Βράσσει ζεῖ. ἀναβάλλει· itemque Βράζειν, τὸ ἡσυχῇ ὀδύρεσθαι· plane ut הגה. Iterum Ἐκβρασθείη, ἐκβληθείη, ἀπορριφείη· & ἐκβρασμὸς, ἔκζεσις, ταραχὴ, ταραγμὸς, θόρυβος. Omnia eadem in *Hebræo*. Ἀποβράζεσθαι quoque in *Etym. M.* eft ἀφαιρεῖσθαι τῆς πυρᾶς; ut ἀποβράσματα, τὰ σκύβαλα τῶν πυρῶν. Per *metaphoram* videlicet a *fcoriis*, quæ dicuntur ἀποβράσσεσθαι *quum excoquuntur & defpumantur multo æftu*. Gravi figura *Neh.* 13: 28. Ἐξέβρασα αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ redditum a LXX, ubi qui putaret fimplicem *amotionem* fonare verbum *Græcum*, ad florem honoremque *Linguæ* non penetraret fane: nam valet *cum æftu ejeci*; quod *activo* ufu *Virgilii* convertas licet *exæftuavi*. Hinc jam ultro enitefcit, *Exæftuare* ἀποβράσσειν *fcorias de argento*, *& emicabit conflatori vas*. *Exæftuare*, cum æftu ejicere, *improbum ante faciem Regis*, *& folidabitur in juftitia folium ejus*. הָגוֹ *Infinitivus imperii*, & *officii*; quo nil venuftius in dictis fententiofis; ab antiquo *Themate* הָגָה. Omiffæ particulæ *comparationis*, *ut* & *fic*, etiam gratiam adaugent. In יצא *emicabit* attenditur *nitor puritatis*. כלי *vas* fub *Emphafi* elatum, *vas nitidum*, *infigne*. Limpida turbans Cl. *Cler.* כלי pofitum contendit pro מכלי *e vafe exibit*, inferens fimul *purum*. Adjecit, qui *vas vertunt*, *non fatis adtendere e feparatione argenti & fcoriarum non prodire vas*, *fed argentum purum*. Non fenfit totam *Gnomen* enervari, quæ in *exæftuare fcorias ab argento*, utique jam *depuratum* illud *metallum* comprehendit. Ex tali jam *argento defæcatiffimo conflatori* demum *argentario emicuerit vas*; *infignius* illud, quod *nitore omnium oculos advertit!*

Ibid. Admirabiliter quoque locatum verbum noftrum in *fpecie Pobal* 2 *Sam.* 20: 13. כאשר הוגה מן המסלה *ftatim atque ἐξεβράσθη cadaver Amafæ de via ftrata*: *pertranfiit populus* &c. Et hinc elicuere, *remotum*, *amotum*, *ablatum fuit*. Adumbratur fenfus, non exprimitur. Ne *Hefychii* quidem illa ἐκβληθῇ, ἀπορριφῇ, quibus ἐξεβράσθη expofuit, fatis nervofa: quum *cadaver* illud concipiatur tanquam ἔκβρασμα, *impurum* quid & *fordidum*, quod *e medio* fuerit *ejectandum*, ne qui propius accederent, attaminarentur. Hoc uno ver-

2 כבד אלהים הסתר דבר וכבד מלכים חקר דבר׃

2 Gloria Numinis occultare verbum; & gloria Regum limatius vestigare verbum.

3 שמים לרום וארץ לעמק ולב מלכים אין חקר׃

3 Cœlum quoad celsitudinem; & terra quoad profunditatem; & cor Regum; pervestigare non est.

4 הגו סיגים מכסף ויצא לצרף כלי׃

4 Exæstuare scorias ab argento; & emicabit conflatori vas.

5 הגו

5 Cum

verbo vix reddere est: nam *expurgatum* est nimis molle; *exæstuatum* durius *Latinæ* auri; *defæcatum*, *despumatum*, aliam movent ideam. *Ejectatum* proximum haberet jus; nam & *ejectare* absolute valet ἀναβράζειν. *exæstuare* spumam, cadavera, de *Mari*; ut *ejectamenta maris* sunt ἀναβράσματα, apud *Tacit.* aliosque. Idem lumen & pondus *figurati* sermonis *Jesaj.* 59: 13. הרו וְהֹגוּ מִלֵּב דִּבְרֵי שָׁקֶר *concipere & ejectare e corde verba fuci.* Obhæretur in *formis* minus solentibus; *Analogia* sancit, esse *infinitivas specie Pobel*; ut sit, *inter se concipere* & *exæstuare*; quod jam *Latina* elegantia hic non abnuit, pro *ejicere cum fervore æstuante*, ἀναβράζειν. Habes alveum, qui magnam mox *Linguæ* copiam vexit, ac quaquaversum diffudit. Classes præcipuæ sunt. Prima *Meditari*, in malum: *Ps.* 2: 1. quare *tumultuantur gentes*, *& nationes conglutinatæ* יהגו ריק *exæstuant inane?* & *Prov.* 24: 2. *nam vastitatem* יהגה לבם *exæstuat cor eorum.* In bonum *Ps.* 1: 2. *In Lege ejus æstuat*, *cum æstu & fervore eam commeditatur*: & *Ps.* 63: 7. *in vigiliis* אהגה בך *æstuo in Te*; *æstuanti studio Te Tuaque commeditor.* Sic *Jesaj.* 33: 18. *Prov.* 15: 28. ubi aliquid jam prælibatum. Altera Classis adfert *emissum spiritum* vel *sonum*; ut *Prov.* 8: 7. אמת יהגה חכי *veritatem exæstuabit palatum meum*: & *Ps.* 37: 30. *os justi* יהגה חכמה *exæstuabit sapientiam.* Item *Job.* 27: 4. *Et lingua si* יהגה רמיה *exæstuabit fraudem.* Nemo tam insubidus, credo, ut in hisce mallet *proferet*, *efferet*, intercepta gravi *figuratione.* Magnifice *Jesaj.* 27: 8. הגה ברוחו הקשה. Magni fluctus. Alii; *meditatus est in spiritu suo duro*: alii, *removebit* eum *ven-to suo duro.* At *Cocc.* *anhelabit spiritu suo irrefragabili*, vel *flatu suo valido*: ut in *Lex.* expressum. Ad hoc exemplum maximus Commentator, *cum flaret vento suo duro.* Huc concedant necesse est, qui clara & rotunda quærunt. Sed unde הָגָה *flare*, *anhelare?* ab *æstuando*, nam βράσσειν, ἀναβράσσειν illuc se ultro porrigit. Ergo, *quum æstuaret vento suo duro illo*, *in die* קדים *Euri.* Ejus character *æstus perurens.* Mitius *Ps.* 115: 7. *& gutture suo* לא יהגו *non æstuant*; non *reciprocant halitum* aut *flatum vitalem*: οὐ βρύζουσι. *Spiritum*, *sonumve profundunt.* Tertia Classis dat *gemitum*, *rugitum*, *suspiria*, ut *Jesaj.* 59: 11. *ut columbæ* הגו נהגה *æstuando æstuamus*: & *Cap.* 31: 4. *ut Leo super præda* יהגה *æstuat*; βρυχᾶται. *æstuabundus fremit.* Adde *Cap.* 16: 7. *Jer.* 48: 31. *Ezech.* 2: 21. ubi *Segolatum* הֶגֶה signat *æstuationem suspirii.* Ἐκβράσματα, ἐκζέζειν. Grandi *metaphora* applicitum *Job.* 37: 2. *vapori æstuanti fulminis.* Egregie etiam *vapor æstuans* sedet, mentemque magna implet imagine, *Ps.* 90: 9. *Consumimus dies nostros* כמו הגה; vulgo *ut cogitationem.* Absone *Guss.* huc ingessit, *ut scorias.* Felicius *Cocc.* *ut halitum*; pro quo *vaporem æstuantem* nemo spreverit.

Ibid. Non vereor cuiquam scrupuli quid inhæsurum circa *Originem* tam facili filo decurrentem, ut vel sine auctoritate *Dialecti* stare posset, si id unquam satis foret tutum. Eadem interim *Dialectus* quæ hanc nobis telam texendam dedit, eam retexere videri posset, saltem non parum debilitare; nam præter *fervorem æstuantem*, اشتداد quæ sub هجا الحدس *ult. Waw* הגו *num.* 3. demum comparet, apud *Golium* pri-

5 Cum æſtu ejectare improbum ante faciem Regis: & in juſtitia ſolium ejus conſtabilietur.

5 הגו רשע לפני מלך ויכון בצדק כסאו :

6 Ne magnificum te facias ante faciem Regis; & in loco Magnatum ne conſiſtas.

6 אל תתהדר לפני מלך ובמקום גדלים אל תעמד :

7 Nam melius eſt ut dicatur tibi, adſcende huc; quam humiliari te ante faciem principis; ut videant oculi tui.

7 כי טוב אמר לך עלה הנה מהשפילך לפני נדיב אשר ראו עיניך :

8 Ne

8 אל

ma in ſede locatur *maledixit*, *verborum contumelia inſectatus eſt*, pecul. *Carmine* vel *Satyra*. Ejus *part. præſ.* הוגה الهاجي *Poëta Satyricus:* & هجاء *Satyra*. Idem هجاء *ſtudium literarum*; atque حروف الهجاء *Alphabetum*, ſive *Elementa Literaturæ* conſignat. Inde altera ſignificatio verbi; *connexuit literas ad voces ex iis formandas*, more tironum. Tertia adhuc ſub הגי هجي enotatur, *retectum fuit amoto velo*, & *totum patuit* tentorium. Hæc ita diſcordare videntur & inter ſe, & ab *Hebræo*, ut nullam ſpem relinquant concordiæ. Sic judicant, qui neſciunt quid ſint *Gloſſæ*; ſecundariam fere vim libere explanantes. Nitor Linguæ, & Harmonia refloreſcet, ſi omnia ad اشتداد الحر *vehementiam æſtuandi* dirigantur. Inde, ut veſtigia relegam, *æſtuavit tentorium*. Hoc *Gloſſatores* exponunt, *remoto velo totum patuit*. Αἴθειν. Inde, *æſtuavit diſcipulus*; pro *prima Literarum Elementa meditatus eſt*. Habes *uſus Hebraicos* in *ſtudioſam commeditationem* ſeſe dantes. Inde denique, ſpecialius, *exæſtuavit in carmen*, & quidem ſignatiſſime, *inſectatione vitiorum animatum*. Hoc cum *Radicis* indole intime conjunctum, nemo negaverit. Ἐκβράσσειν, ejusque *ſynonymum* ἐκκαχλάζειν, huc ultro quoque ſe præbent: *Latinorum* item *exæſtuare*, ubi de *carmine* agitur, eodem per ſe fertur, & inclinat: ſecundum illud *Horat. Epod.* 11: 15. *Quod ſi meis inæſtuet præcordiis libera bilis.* Hoc exemplum permittit, ut *liberam bilim exæſtuare* dicamus. Ita *Ambroſ. Ne immoderatus calor indignationis exæſtuet.* Sic quæ videbantur toto cœlo divergere, in unum centrum convergunt: nec dubitare fas eſt, quin *Hebræis* הגה eodem fuerit traductum. Manſit certe luculentum veſtigium *Thren.* 3: 62. שפתי קמי והגיונם עלי *Labia inſurgentium in me, & exæſtuatio eorum contra me.* Eſt amplificatio τȣ̃ חרפה *contumeliæ inſultantis*, *Vſ.* 61. apparetque hanc ipſam *inſectationem Satyricam* intendi. Bis alia adhuc forma extat הִגָּיוֹן *Higgajon*, *Pſ.* 9: 17. quod a Noſtris ibi retentum: at *Pſ.* 92: 4. *Carmen meditatum* edidere. Apud *Arabes* اهجية cum *plurali fracto* ſive *collectivo* اهاجي deſignat *carmina* quibus *hoſti inſultatur*. Utriusque *Pſalmi* argumentum expendenti *Carmen triumphale*, omni affectu *exæſtuans*, non diſplicebit. De eo tamen ampliare malim.

Vſ. 5. Pulcherrime cadit, vix fieri poſſe, quin iſta *inſectatio*, qua quis *exploditur*, hanc ipſam *Apodoſin* reſumto eodem verbo הגו ornet, & acuat. Supra jam tacta generalior vis τȣ̃ ἐκβράσσειν *ejectare* tanquam *purgamentum: exæſtuare; expuere.* Uſus *Lycoph. Vſ.* 898.

Ἐν ᾗ Κυφαίων δύσμορον στρατηλάτην
Ναύταις συνεκβράσσουσι βορραῖαι πνοαί.

In quam Cyphæorum infelicem Ductorem
Cum nautis una exæſtuabunt Borei flatus.

Et *Vſ.* 878. *Alius litora ſaxaque lugebunt circa*

8 אל תצא לריב מהר פן מה תעשה
באחריתה בהכלים אתך רעך :

8 Ne emices ad contentionem
celeriter, ne forte *hæreas* quid fa-
cturus sis in extremo ejus; quum te
confusione fregerit sodalis tuus.

9 ריבך ריב את רעך וסוד אחר אל
תגל :

9 Contende contentionem tuam
cum tuo sodali: & arcanum alterius
ne reveles.

10 פן יחסדך שמע ודבתך לא
תשוב :

10 Ne turgidus erumpat in te
audiens *id:* & virulenta tui infama-
tio haud avertatur.

11 תפוחי

11 Ma-

ἐκβεβρασμένους *æstu ejectos desertum in Atlantis domicilium.* Huic jam *ejectioni improborum æstu vehementiore factam* לפני מלך *in conspectu Regis*, *insectatio* eorundem, & *contumeliosa vituperatio* ita ultro adhærescit, ut ea ne cogitatione quidem inde divelli queat. Sic demum potentia ℥ הגו hac in sede completur. Non opus est ut לפני positum statuamus pro מלפני *a conspectu:* nam הגו לפני *exæstuare*, *ejectare in conspectu* Regis, id ipsum illustrius adhuc exprimit. Nempe in *Allegoria* hacce *conflator* depingit *Regem:* itemque *scoriæ*, *improbos*; quos *in conspectu* suo *stare* non patitur, sed quos *æstu* indignationis suæ ἐκβράζει *ejectat*; *ignominia vitiis* & *vitiosis* simul *inusta*. Hac ratione *solium constabilitur*, atque יצא כלי *vas nitidissimum emicat*; quod *justitia subnixum*, *jucundis* ejusdem *radiis* omnium *oculos advertit.*

Vs. 10. Gravi figura insignitum verbum יחסדך. Redditur fere, *probro afficiat te*, vel *convicietur tibi*, ex usu *Aramæo* notione arcessita. Ex *Hebræo* tamen fundo adducitur quoque חסד *probrum*; *scelus*; *Lev.* 20: 17. Id vocabuli alias constanter *pietatem*, *benignitatem*, & *virtutem* consignat. Ad *Antiphraseos* scopulum decurrunt, qui ambitum *Linguæ* intra *Sacrum Codicem* concludunt. Commodius *Merc. Idem verbum sæpe contraria significat Hebraice*, *sed non sine causa*, *ut* חסד *& excessum boni*, *& excessum mali notet.* Hoc vult: quum *contraria* existit una sub radice *potestas*, id ab *Origine* proficisci: quam sitam censet in *excessu.* Idem fere judicium *Pocock.* qui in *notis* ad *Port. Mos.* proponit *summum gradum rei.* Hæc interim nec hinc pro *pietate* in חסד, nec illinc pro *vituperio*, vel *probro*, satis opportuna; quin nec *excessus*, nec *summus gradus* rei, *primarium* locum rite occuparit. Hunc unice implet vis *turgescendi*, & *fluxus impetusve turgidioris*; quem *Arabes* sub حشد frequentant: ut quum *Camelus* حشود exponitur سريعة جمع اللبن *quam citissime colligens lac*, sive *ubertate identidem turgescens.* Hoc ultro translatum ad *liberalem promtitudinem omnis officii*, & *bene merendi studium uberans.* Inde حاشد & محتشد *promtus ad omne officium*, & *liberalitatem ingenuam.* Hæc ad usus insigniores vocum חסד *beneficentia*, *pietas liberalis*, & חסיד *beneficus*, *pius*, *in omne officium uberans*, sæpiuscule jam insinuata. Ad *Cap.* 14: 34. etiam monere cœpi, ex eodem *turgore*, & *promtitudine turgida*, enatum ad sinistram *probrum*; *facinus probrosum*, *summe lascivum*, verecunde adhibitum *Lev.* 20: 17. Cl. *Gusset.* ibi quoque *beneficentiam* retinere satagens, operam ludit; pomœria veteris Linguæ in angustum cogens. Aurem Viro Docto vellere potuisset *Græcorum* σφριγᾶν in *mammis lacte turgentibus*; quod & pro *vigere*, *exuberare*, in decus; & pro *lascivire* in dedecus percrebuit. Par ratio in ὀργᾶν, *succo turgere*; de *plantis*, *arboribus* &c. quod item pro *lascivire* contritum: quemadmodum ὀργὴ proprie *turgorem* signans, apud veteres *indolem virtutis* hinc, illinc *indolem vitii turgidam* amplectebatur. In bonum *Pind. Pyth.* 1: 173.

Εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργῇ παραμένων.

In florente generosius indole permanens.

Et *Isthm.* 2: 52.

- - - - - ὅσον ὀργὰν
Ξενοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
Ἔχεν - - - - - -

- - - - - *Quantum indolem*
Xenocrates supra homines dulcem
Habuit - - - - - -

Iterum *ibid.* 5: 44. μεγαλήτορες ὀργαὶ *magnanimi impetus virtutis.* Sæpiuscule offensum ad voculam in *Thucydid. Herod.* & aliis, ab interpretibus. Promtior usus in malum, quo μανίαν & θυμὸν *furorem* & *iram turgentem* designat. Nemini jam mirum accidet, si & apud *Hebræos* חסר in dextram, in sinistram, juxta inclinarit, apparetque apud *Aramæos* חסר *conviciari* alicui, ex Origine sonare, *turgescere alicui*; in aliquem *turgido impetu invehi.* Hinc jam pro nostra *Gnome* exiret, *ne turgido impetu in te erumpat audiens; & reptatio tua*, reptans infamia, *non avertatur.* שמע referri solet ad *quemvis audientem;* quasi innueretur, *delatoris* & *susurronis* nota inurendum ab omnibus, qui *proximi arcanum revelat.* Tanta si inter mortales regnaret caritas, regnum calumniæ brevi foret extinctum. Ne formidant quidem *susurrones* istam notam. Aliud est, quod ora ista frenare debeat. שמע *audiens*, est ipse רעך *socius tuus;* & אחר *alius*, is ipse *quicum tibi lis est* ℣. 9. Cum eo *contendas licet honeste; inhoneste* & immodeste *non licet:* neque ut *causam obtineas, denigranda* tibi *fama* ejus; *arcanumve revelandum.* Cur? *ut ne audiens, te vicissim turgido impetu & fluxu* suo *impetat:* tuum quoque *arcanum revelans*, quæque dudum *sepulta* fuerant, adversus te, tuosque, *resuscitans.* Huic sensui innexum alterum membrum; *atque infamatio tua non avertatur.* דבה *infamatio*, proprie designat *reptationem;* quam *Arabes* sub دب nobis feliciter reponunt. Inde *Proverbialis* viget formula دبت العقارب *reptant scorpiones*, i. e. *calumnia serpunt & virulenta dicta.* In *Hamas.* Vetus Poëta

فَلَلْمَوْتُ خَيْرٌ لِلْفَتَي مِنْ قُعُودِهِ
عَدِيمًا وَمِنْ مَوْلًي تَدِبُّ عَقَارِبُهْ ۞

Sane Mors melior viro præ quam sedere
Desertum; & præ socio cujus reptant Scorpiones.

Id est, *qui calumniis grassatur:* confer *Ezech.* 2: 8. & quæ supra ad *Cap.* 10: 18. prælibata. Thema דבב semel tantum occurrit *Cant.* 7: 9. ubi ex conjectura dari solet vel *loquens*, vel *loqui faciens.* Omnino dandum, *surrepens labra somnolentorum;* pulcherrima *figuratione*, de vino quod *ipsos somnolentos excitet*, & *eloquentes* ac *canoros* reddat. *Camus.* دب يدب دبا ودبيبا مشي علي هينته والشراب والسقم في جسمه والبلا في ثوبه سرا ودبت عقاربه سرت نمايمه واذاه وهو دبوب *Radix* דבב, *defective* דב, *cum fut. Kesrato* ידב, *& infinitivis* דב *ac* דביב *notat, quam lentissime procedere, sive repere. De vino, & morbo, est perrepere corpus; ac penetrare. Item corruptio repit in veste, quum eam pervadit. Et repunt ejus scorpiones, pro serpunt calumniæ ejus. Unde* דבוב *calumniator.* Amputo reliqua, quæ *reptationem, obreptionemve* consignant: & promo tantum *formam* nostram דִבָּה in phrasi خَفِيُّ ٱلدِّبَّةِ *occultus reptatu;* de eo *qui clanculum calumnias spargit.* Habes commodam, & jucundam ansam ⸗ דִבָּה, in Sacris satis tritæ pro *obtrectatione* quaquaversum *sparsa*, & *virulenta grassatione Linguæ calumniatricis;* atque *ictum venenatum meditantis.* Ita *Ps.* 31: 14. *Audivi* דבת רבים *reptationem multorum, formidinem cir-*

circumquaque, &c. Similiter *Jer.* 20: 10. Graviſſime *Ezech.* 36: 3. ותעלו על שפת לשון ודבת עם *Et feciſtis adſcendere ſuper labrum Linguæ, & reptationem populi.* לשון *Lingua*, eſt *graſſatrix* illa, *quæ non ceſſat pungere ac mordere.* Signanter quoque *Gen.* 37: 2. ויבא את דבתם רעה *Et afferebat eorum reptationem peſſimam ad Patrem eorum.* Accipitur a pleriſque *paſſive*, *infamiam eorum*, vel ut *Cocc.* habet, *quicquid mali de ipſis dicebatur.* Id non decuiſſet *Joſephum*; præſertim ſi *calumnia* eſſet, & *obtrectatio.* Omnino *Active* capiendum, *quicquid mali dicerent*; ſive *maledicentiam* qua tum *Patrem*, tum *Joſephum* cum *Benjamine*, *ad invidiam* uſque dilectos, *carpebant.* Hoc boni erat Filii, & Patrem honorantis. Iterum *Num.* 14: 36. וילינו *Et murmura fovere fecerunt contra Moſen totum cœtum* להוציא דבה על הארץ *ſpargendo palam reptationem adverſus Terram*: i. e. *obtrectationem quæ quaquaverſum differperet*: omniumque *auribus* ac *mentibus obreperet.* Pariliter *Vſ.* 37. *Et mortui ſunt viri* מוציאי דבת הארץ רעה *diſſeminantes reptationem*, infamationem maledicam, *Terræ peſſimam.* Nec aliter *Num.* 13: 32. Liquet autem ex דבת הארץ, noſtrum דבתך *paſſivo* ſenſu recte indutum, quamvis plurima exempla in *activum* tendant. דבתך *reptatio*, *graſſatio virulenta tui*; i. e. *quam adverſus te ſparget* ille, cujus *arcanum revelaſti.* Id cum פן יחסדך *ut ne turgido fluxu in te erumpat*, pulchre concinit; atque exhibet *repagulum* validiſſimum *Linguæ* nimium quantum proclivis ad *alterius arcanum detegendum*; *gravius* & *virulentius flagellum* merito ſubituræ, ni ſemet compeſcat, ac refrænet. Si לא תשוב ſit *non avertatur infamatio tui*; eſſet, *non ſedetur*, *non ſopiatur* unquam. Si ſit, *non revertatur*, erit, *ſemel miſſa uſque & uſque proſerpet*: quod eodem redit. Imago hæcce venuſtiſſima *reptationis* in *maledicentia* & *obtrectatione* inſedit quoque verbum نمل, quod proprie de *formicis repentibus*, figurate uſurpatum de *Lingua graſſante.* A *reptatu* ſub noſtro דבב nomen invenit دُبّ *urſus*, qui & *Arabibus* دُبّ, cum *fœmin.* دُبَّةٌ דבה *urſa*: non enim *gradi* videtur *fera* hæcce, ſed *repere.* A *rependo*, *ſurrependo*, excellentiſſime *figuratum Cant.* 7: 9. יין דובב שפתי ישנים *vinum labia dormitantum ſurrepens*, *perrepens ignea virtute*, eademque *titillans*, *animans*, *inflammans.* Jam *loquelam* nemo deſideret. Confer quæ ad *Cap.* 23: 31. dedi.

Ibid. Silentio involvere nequeo alium adhuc ſententiæ hujus adſpectum, quem ſuggerere poſſet *active* ſumta דבתך *reptatio tua*; cum verbo יחסדך in dextram partem inflexo; quo valere poſſit, *ne pietatem erga te exerceat*; *te* חסד ואמת *omni officio caritatis forte mitiget*, *ſibique devinciat*: quum interim *virus*, quod *ſparſiſti*, *ſopire haud* valeas; nec *reptationem* ſemel *miſſam revocare*, aut *extinguere.* Vidit ſenſum huncce Cl. *Guſſet.* eumque unice amplexus eſt, ne admittere cogeretur interpretationem ex *Dialecto Aramæa* ab hominibus Eruditis invectam. Etiam eodem ſub ſtimulo illuc proceſſit, ut ad חסד *Lev.* 20: 17. *beneficium pietatis* ſubſtituere auſus fuerit, pro *laſcivia probro turpiſſimo*: quaſi illud חסד הוא *μιμηλικῶς* & contemptim eſſet enunciatum a Legiſlatore, acrius perſtringente prætextum, quo qui *Sorores* ſibi *thori ſocias* facerent, uterentur, hanc *meram* eſſe *pietatem*, & *factum laudabile.* Violentum, & ſanctioni repugnans. Subdit, *fieri poſſe ut Aramæi hinc ſuum* חסד *formarint ſignificatione exprobrandi*, *vel probro afficiendi.* Hæc inſequi non lubet, quum ultro vaneſcant; atque per ea quæ præſtruxi jam ſatis ſint deſtructa. Quid noſtræ *Gnomæ* accommodatius ſit, definire non ſuſtineo. Linguæ momenta paribus ferme lancibus examinata, æquilibrium efficiunt. Fatendum tamen דבה per *Originem reptationis*, magis propendere in *vim activam.* Non infitendum quoque, vocem חסד ſexcenties *in bonum*, ſemel tantum *in malum* venire: *Lev.* 20: 17. nam *Prov.* 14: 34. *in dextram* & ipſe reduxi ſupra. Hæc tamen argumenta, ex *copia*, vel *inopia exemplorum*, in hunc, vel illum uſum, nihil omnino momenti facere poſſunt, ſi de utroque uſu bene conſtet. Qui judicio m... pollent, ad calcu-

11 Mala aurea in cælaturis argenteis, verbum ductum ſuper rotationibus ſuis.

11 תפוחי זהב במשכיות כסף דבר דבר על אפניו׃

12 Inauris aurea; & polimentum Cimelii, *eſt* redargutor ſapiens ſuper aure audiente.

12 נזם זהב וחלי כתם מוכיח חכם על אזן שמעת׃

13 Ut refrigerium nivis in die meſſis, Legatus fidelis meſſoribus ſuis; & animam Dominorum ſuorum recreabit.

13 כצנת שלג ביום קציר ציר נאמן לשלחיו ונפש ארניו ישיב׃

14 Nubes, & ventus; at imber nullus; vir ſplendidum ſe faciens in donatione mendaci.

14 נשיאים ורוח וגשם אין איש מתהלל במתת שקר׃

15 Per

15 בארך

los iſtos ſcrupuloſius aſſident. Periti ipſum ſententiæ pondus explorant, indeque decidunt.

Vſ. 11. Comparatio perquam venuſta. *Poma aurea* multis *proprie* ſunt *ex auro*; aliis *improprie*, quæ *colorem auri* referant. משכיות *cælaturas argenti*, alli referunt ad *undulationes*, alii ad *thecas* ſive *palas argenteas*, *circumquaque foraminibus ornatas*, *per quas aurum conſpiciatur*: alii ad *lances cælatas*, in quibus *mala granata*, idque genus alii fructus, oculo & palato gratiſſimi, apponantur. Cum his confertur *verbum dictum*, vel *ductum ſuper ſuis rotis*. Non eſt, cur דבור ex *Dialecto Chald.* arceſſatur, ac ſi inde demum valere poſſet *ductum*: nam hæc ipſa eſt *Origo Thematis* apud *Hebræos* quoque, *ſtruxit*, *ſtructa ſerie duxit*. Inde *metonymice* invaluit *duxit ſermonem*, qui & ipſe a *ſerie* apud *Latinos*. Egregie דבר דבור *ſermonem ductum ſuper ſuis rotis* figuravit Sapiens; utramque virtutem verbi, *propriam*, & *metonymicam*, attendens. *Rotæ* pingunt *volubilem rotunditatem*; omni *troporum*, *ſchematum*, & *figurarum dignitate* ac *gratia ornatam* ſimul, ſimul *incitatam*.

Vſ. 12. Mira ſimilitudo, & auribus noſtris ferme abſona. Eam emolliet, & grata luce perfundet nitidiſſima gemmula ſermonis figurati, qua *ſapientiæ inauribus ornare* quem, frequentatur in Oriente, pro *pulchris* & *ſalutaribus præceptis aures ejus imbuere*. Ita *Arabsjad.* in *Deliciis Chalipharum* MS. *In conſeſſu ſapientum oportet ut quisque* يـأخـذ حظه ويشنف سمعه *Capiat ſuam partem*, & *aurem ſuam inauri inſigniat.* Iterum; *Tum ſapiens ille* توجه الي ايراد الاخبار وتشنيف المسامع بها *perrexit Hiſtorias depromere, iisdemque ut inauribus aures* conſeſſus *inſtringere.* Ibidem احييت قلوبنا بزاهر حكمك وشنفت اسماعنا بجواهر كلمك *Vivificaſti corda noſtra florida tua ſapientia*, & *aures noſtras inſtrinxiſti inauribus margaritarum ſermonis tui.* Confer jam נזם *conſertam lineam margaritarum*; ſupra *Cap.* 1: 25. & 6: 21. ita traductam. Adfert quoque eadem hæc phraſis *promtiſſimam obedientiam.* Ita *Iſpahan.* in *Hiſt. Salad.* تشنفت له مسامع الاقطار باقراط السمع والطاعة *Inſtrictæ fuere ei aures provinciarum inauribus obedientiæ* & *obſequii.* Latius non excurro; & ſatis jam perſpicere eſt, quanta cum gratia *Caſtigator ſapiens ſuper aure audiente*, dicatur *inſtar habere inauris in aure*, & *monilis ſplendidiſſimi*, cujus *præcepta*, ac *monita*, & *vinciant* & *cohæreſcent.*

Vſ. 14. Figuræ inſignes, & colores ad Genium *Orientis* jucunde temperati. Sentias

15 בארך אפים יפתה קצין ולשן רכה
תשבר גרם׃

15 Per lentorem narium laxabitur decisor: & lingua mollis frangit ossamentum.

16 דבש מצאת אכל דיך פן תשבענו
והקאתו׃

16 Mel invenisti; comede quantum satis tibi; ne forte eo satieris, idque revomas.

17 הקר רגלך מבית רעך פן ישבעך
ושנאך׃

17 Gravem fac pedem tuum a domo amici tui; ne forte satietur tui, teque odio habeat.

18 מפיץ וחרב וחץ שנון איש ענה
ברעהו עד שקר׃

18 Malleus, & gladius, & sagitta acuta; vir respondens in proximum suum testis falsitatis.

19 שן

19 Dens

tias ex formula *Proverbiali* برق خلب *fulmen nubis infœcundæ*; pro *vana pollicitatione donorum*. Eam exemplis instructam dedi in *notis* ad *Haririum Conf.* 3. Pro ea efferre quoque licet ريح خلب *Ventus nubis infœcundæ*, *ventosam* pingens *jactationem pluviæ largiter descensuræ*. In *Allegoria* hacce *Nubes* figuram *hominum copiosorum* sustinent; *ventus* ad *pollicitationes inanes* fertur: *pluvia* ad *liberalitatem*, & *donationes*. In verbo מתהלל *jactans sese*, primaria virtus dat *tremulum vibrans*, *splendens*, *coruscans*. Apud *Arabes* تهلل תהלל speciatim *coruscavit nubes fulgure*: quod *figurate* iterum valet, *largiter pollicitatus est*. Hinc omnia ultro patescunt; apparetque cur *protasis* & *apodosis* omissis particulis quæ alteri ponendæ, alteri reddendæ, inservire solent, in unum coaluerint.

Vs. 15. Pulchri & jucundi lusus ex *Origine* resultantes. ארך אפים *lentor narium*, est *lenitudo* patientissima. Ea יפתה קצין *laxabitur decisor* rigidus & severus. Nempe *lenta* & *lenia* solent *relaxare*. De ista proprietate verbi פָּתָה abunde ad *Cap.* 20: 19. supra. קָצִין *decisor*, in *Lexicis Radice* caret, editurque *dux*, *princeps*, *magistratus*. Referendum autumem ad *Thema* קצה *secuit*, *abscidit*, *præcidit*, *decidit*, ut قضي; unde القاضي *Decisor*. Est autem קָצִין per *quietem tertiæ* pro קָצִין, ad *formam* רַחְמָן.

In *Lingua molli*, quæ *frangat ossamentum*, habes speciem *Oxymori*.

Vs. 16. Minuit pondus sententiæ præmissum *si*; quo multi usi. Ne quidem *interrogationem* admiserim, *Mel invenisti?* Omnino fortior asseveratio; *Mel invenisti*. Proponitur casus. *Mellis tibi copia contigit*. Ejus *Literæ figurati* quid inclusum, ambigi nequit. Ad *dulcem amiculum* retulere nonnulli, propiore cum *Vs. seq.* nexu. *Rabbini* ad *rerum divinarum contemplationem* applicuere, collato *Vs.* 27. hujus *Cap.* Alii ad *voluptatem* non malo judicio respexere. Sed non est, cur restringatur, quod ad omnia *dulcissima* se præbet. Iis *satietatem proximam* communi etiam Proverbio monemur.

Vs. 17. Supprimere non debeo, quamvis leviculum sit, in הוקר רגלך egregie quadrare *Originem* verbi יקר *gravis fuit*; unde *proprietate* retenta subnascitur; *gravem fac pedem tuum a domo Amici tui*: id est, *lentum*, *tardumque*, ut apud *Græcos* βαρύνειν τὸ πόδα. Huic *primariæ* virtuti ultro accrescit illud *rarum*, quod hic plurimis placuit: nec non *pretiosum*, quod aliis arrisit. Contraria omnia in *levi pede*, quem fere ex *frequentia* nimis *officiosa* consequitur *vilitas* atque *contemtio*. Redeatur ad *Cap.* 1: 13. & 17: 27.

Vs. 18. Vocula עד alibi *testem* signans, duo-

19 Dens quaſſus, & pes labaſcens; eſt confugium perfidum in die anguſtiæ.

19 שן רעה ורגל מועדת מבטח בוגד ביום צרה׃

20 Or-

20 מערה

duobus in locis *teſtimonium* reddi ſolet: ut hic, *qui reſpondet teſtimonium falſum:* itemque in Lege, *Exod.* 20: 16. Utrobique *Teſtis* facile gradum tuetur, atque nervoſiorem parit ſenſum: ut לא תענה ברעך עד שקר ſit, *Non reſpondebis in proximum tuum Teſtis falſitatis.* Animoſius & hic *Teſtis* adhibeatur.

Vſ. 19. Satis commodum, quod dari ſolet, *Dens contritus, & pes labaſcens, fiducia prævaricatoris in die anguſtiæ.* Hoc bifariam exponi poteſt; vel *active*, ut *fiducia prævaricantis*, ſit ea, in quam ipſe reclinat, comparata *denti quaſſo*, & *pedi nutabundo:* vel *paſſive*, *fiducia in prævaricatorem recumbens.* Obſervant interim Commentatores pro מִבְטַח in *conſtructo*, Codices MSS. offerre מִבְטָח in *abſoluto.* Inde exiſteret, *fiducia*, vel *confugium prævaricans*, ſive *perfidum*; ſublimi iſto cothurno, quo *Job.* 6: 15. inductus נחל בוגד *torrens prævaricator*, *perfidus*; qui ſpem catervæ ſitientis vaſtis in deſertis eludat. Ex altera Lectione מִבְטַח idem quoque ſenſus redundare poteſt; quod in *abſoluto* enunciatum, pro מִבְטָחַ; ex ſpecie *Piblel.* Inde מִבְטָחוֹ *confugium ejus* ſupra *Cap.* 21: 25. quorſum remitto. Pulcre cum *Dente eroſo*, *quaſſoque*; nec non *pede lapſabundo præ mollitie*, tale *præſidium perfidum* contenditur, quatenus hinc *acrem* creat *dolorem*, illinc *lapſum præcipitem* innitenti: nec neceſſe eſt cum *Ab. Eſra* ad *dentem Petræ*, qui & ipſe שֵׁן nonnunquam pro *eminentia*, decurrere: ſic enim ἀσύγκλωτα conglomerarentur. רֹעָה *quaſſus*, a רעע, rite derivatur. מוּעֶדֶת a מעד *nutavit*, *vacillavit:* propric, *flexus eſt mollicie*, quod ſub مغد conſervatum, etiam liquida habet jura ex *ſpecie Poubal*; ut in הותל ſimilibusque. In omnia alia tamen diſceſſit Cl. *Cocc.* hunc loci noſtri pandens conſpectum: *Dens depaſcens, & pes de quo teſtimonium dictum, eſt receptus perfidi*, vel *perfidus, in die anguſtiæ.* Recurrit ad *Radices* רעה *pavit*, *depavit*; & עוד, cujus הֵעִיד eſt *teſtimonium dixit:* & הועד *conteſtatione admonitus eſt. Exod.* 21: 29. Ea ipſa Sanctio circa *bovem petulcum*, de quo *conteſtatio* inſtituenda, ſi quid noxæ cuiquam intulerit, ut & *Exod.* 22: 4. circa *Jumentum alienum agrum depaſcens*, hanc conjecturam ſuggeſſit, profundam illam quidem, & eruditam; longiuſcule tamen arceſſitam; nec e limpido manantem. Exiſtimat nempe ὁ πάνυ, oſtendi, *eos qui perfidi ſunt & fallaces, quique civitati civibusque, ut & cognatis atque amicis, non ſuccurrant, æque noxios eſſe ac pecudem, quæ pauperiem facit, veluti equus aut bos qui ſegetem alienam depaſcitur, aut bos petulcus qui eam conculcat, hominesque & animalia incurſat.* Non adeo congruens, ut מבטח בוגד *receptus perfidi*, vel *perfidus*, ſi jam *ipſum perfidum* circumloqui cedas, conferatur cum *bove petulco* ac *protervo*, per *dentem* & *pedem* circumſcripto. Id *graſſatori* potius *violento* conveniret. *Receptus perfidus*, omnino eſt *Receptaculum* ſive *aſylum* quod *ſpem deludit;* atque cum *dolore*, ac *ruina*, *deſtituit.* De רגל מועדת, a מעד deducendo, ambigere non patitur ſolennis conſtructio verbi cum *pede* & *talo:* ut *Pſ.* 18: 37. *Job.* 12: 5. Inſignite translatum *Pſ.* 69: 24. מתניהם המעד *Lumbos eorum fac vacillare jugiter.* Huc reducendum cenſuit *Cocc.* vexatum illud *Ezech.* 29: 7. *Quum apprehendent te manu tibi injecta, quaſſaberis ipſe, atque findes ipſis omnem ſcapulam: quumque recumbent ſuper te, confringeris* והעמדת להם כל מתנים *& ſtare facies ipſis omnes lumbos.* Id ſeriei adverſum, quæ requirit *lumbos conquaſſatos*, & *infractos.* Ut hoc exſculperet Vir ſummus, העמדת poſitum vult pro המעדת *vacillare feciſti*; per *transpoſitionem literarum.* Id ſi admittas, non habes quo refellas, qui *Librarii* feſtinanti cala-

20 מעדה בגד ביום קרה חמץ על נתר ושר בשרים על לב רע׃

20 Ornata veſte inſtruens in die frigoris; acetum ſuper ictu altius adacto; & canens cantilenas ſuper corde quaſſo.

21 אם

21 Si

lamo hoc imputandum tendent. *Grot.* aliique הערצת *conquaſſaſti* ſubſtituere non dubitarunt; nam quod *ſtare feciſti ipſis lumbos* exponant multi, *illos ſibimet reliquiſti ſuiſmet viribus fulciendos*, non *fractos* utique *lumbos* pingit, ſed *utcumque* ſaltem *valentes*. Nodum *Gordium* reſolvunt *Gloſſæ* verbi عمد عَمَّدَ فُلَانًا اضناه واوجعه واسقطه *ſtare fecit* τ̃ δᾶν, עָמַד פלון, *valet etiam præ macie aut dolore fatiſcere eum fecit, atque adeo dejecit.* Anſa uſus metonymici ultro ſe porrigit; nam & *Latinis* dicuntur *ſtare*, qui *vigore infracto movere ſe nequeunt*: & *ſiſtere feram*, eſt eam *telo transadigere*, atque *dejicere*. Quanto major *Linguæ* veteris copia, tanto minus in talibus obhæretur.

Vſ. 20. Quam importunum ſit *apud adflicta corda cantilenas canere*, duplici ſimilitudine declaratur, non ſane vel promta, vel appoſita, ſi Verſioni ſit obtemperandum receptiſſimæ, *Qui removet veſtimentum in die frigoris*, itemque, *acetum ſuper nitro.* Ad hæc Commentatio *Merceri*, e cujus fontibus hortos ſuos plerique rigarunt, ſic habet I. *Ut intempeſtive facit* 1. *præterquam quod in diſcrimen valetudinis venit, qui vigente frigore veſtem ſolitam deponit; aut veſtem non aſſumit, qua frigus repellat: ut etiam* 2. *parum commode nitrum aceto perfunditur, quia ejus naturam corrumpit, & illud diſſolvit acetum, quum alias nitrum ad detergendas veſtium maculas eſſet accommodum: ſic ſi quis apud eum qui mœſto eſt animo canat carmina, aut aliam materiam lætitiæ ei proponat, ejus dolorem augebit potius.* Nil diſſimilius; hiulca omnia: & nemo vel mediocris ſcriptor *ſuas* vellet *comparationes* tam diſparatas. Non tanto hiatu disjunctum, quod *Cocc.* II. dedit, *Qui cum triſtibus verſantur læti, non minus incommodos eſſe, quam qui in frigore veſtem detrahant; magnam enim conſolationem afferre proximi condolentiam, quæ ſit tanquam* veſtis in hyeme: *aut ſi quis* acetum infundat nitro, *quod Chemici dicant non mediocrem facere ſtrepitum ac conturbationem. Docet ergo dolentibus condolendum; ne intempeſtiva lætitia eo magis exacerbentur.* Sed ne hæc quidem ſatis apta. Primo enim non cohærent valde, *Removere veſtem in die frigoris*, & *cantilenam canere apud afflictum.* Sentias, ſi ita reſolvas, *Qui canit apud mærentem*, eum conſolaturus, *tantundem facit ac ſi ei veſtem detraheret in hyeme.* Hoc nemo limpidum dixerit; etiamſi *hyems* ac *frigus Allegorice* capiatur de *ſtatu afflicto*; & *veſtis* de *fomento conſolationis*, ac *condolentiæ*. Secundo *acetum infundere nitro*, ſi jam vere *nitrum affuſo aceto efferveſcat*, imaginem præbere poſſe *irritati exacerbatique doloris*, non perſuadeor. *Acetum infundere vulneri*, intelligimus omnes, agnoſcimusque appoſitiſſimam *figuram*: ſed *acetum infundere nitro* nec intelligimus, iſto ſenſu, nec ab ullo unquam, qui quidem intelligi voluerit, uſurpatum aſſeverare auſim. In alia omnia III. itum a *Junio*, hanc ſententiam nobis concinnante: ut *qui imponit* ſibi *veſtem tempore frigoris*, aut *acetum nitro*; ita *qui canit canticum apud animum male affectum.* Eam ſic declarat: *Triſtitiam diſſolvit cantus, ut veſtes discutiunt frigus, & acetum diſſolvit nitrum.* Sub מעדה pro precario *removens*, ſubſtituit *admovens*, vel *imponens*. Sane עדה eſt *imponere veſtem*, ſed *ornatiorem* & *pompæ aptam*: ſive ut *Cocc.* in *Lex.* dedit, *Amicire ſe decoris & ornatus gratia.* Hanc vim omnia loca aperte ingerunt. *Ezech.* 16: 11. ואעדך עדי & *ornavi te ornatu ſplendido.* Item *Jeſ.* 61: 10. *Ut ſponſa, quæ* תעדה כליה *ornat ſeſe mundo ſuo inſtructiore:* & *Jer.* 4: 30. *Induiſti coccinum*, ותעדי עדי זהב *& ornaſti te paratu auri.* Reſpondent reliqua: ac proinde reddere debuiſſet, *ut ornatam veſtem imponens in die frigoris.* Hoc ad genuinam mentem *Salomonis* præluxiſſet: nunc partem *ornatam* verbi ſupprimens, ſententiam ipſam oppreſſit,

Tt

sit, & extinxit: quid enim simile inter *canere cantilenas apud afflictum*, si id jam *tristitiæ dissolvendæ esse* concedamus, & inter *sibi imponere vestem frigori discutiendo?* itemque *acetum* imponere *nitro, ad illud dissolvendum?* Qui ita comparat, non pingit, sed delet: non illuminat, sed occæcat. *R. Levi* inficetius adhuc argutatur IV. *Ornatam vestem* tenens ille quidem, sed *superimpositam alteri necessariæ ad frigus pellendum;* ut *geminata* sit *defensio:* itemque *acetum nitro additum*, ut *duplicata utique potentia maculæ detergeantur.* Ad eam rationem *Cantica Canticis addenda, ut qui unis non leniatur dolor, subinde alteris & repetitis mitigetur.* Prætermittere nequeo V. diversum conatum eorum qui לב רע *cor quassum*, non de *afflicto*, sed de *vitioso* ac *malo* acceperunt. Horum summa sic habet. *Qui hominem nequam velit emendare, carmina ei canendo e Verbo Dei*, id est, *monita & præcepta virtutis occinendo, eum perinde facere, ac qui alsioso vestem detrahat die frigoris, aut nitro per se acri affundat acetum, quo acrius effervescat.* Habes iterum scopas dissolutas, atque pulverem undique ita commotum, ut dispicere vix sit; nedum ut *Gnomen* nostram perspicére ac penetrare detur. Missas facio alias VI. nebulas offusas ex alia notione vocis נתר, quæ *Jer.* 2: 22. semel modo recurrens per *saponem* ab aliis convertitur: aliis *cretam* oggerentibus, sine ullo fundamento. Ut tandem VII. evictis densissimis tenebris, quibus splendida *Gnome* circumfusa, lux emergat; teneatur *primo* מעדה בגד non aliam admittere posse interpretationem, quam, *ornata veste induens aliquem.* Teneatur quoque *secundo*, נֶתֶר *formam Segolatam* verbi נָתַר haud dubie obtinuisse, vigente ac florente Lingua, omnem illam amplitudinem significandi, quam ipsum *Thema* possedit. Id *Arabibus* نتر, sub quo *Golium* evolventi confestim occurret نَتْرٌ, נַתֶר & נֶתֶר, quod est ipsum nostrum נֶתֶר, *confossio violenta;* sive *ictus altius adactus* الطعن المبالغ فيه ut est in *Camuso.* Hinc pro mera nocte, ipsam habes meridiem, sphærula sententiosa hunc in modum conferta ac distincta: *Ornata veste amiciens aliquem in die frigoris; acetum super plaga altius adacta; & canens cantilenas apud cor adflictum.* Tria membra per unam *copulam* colligata, ut uno eodemque gradu ea stare inculcetur. Placuit rotunditas ista in dictis gravibus, quibus non leve inde pondus accrescit. Ita dicunt, *Homo & umbra: homo & bulla.* Inde explanari potest intricatius illud *Jesaj.* 1: 13. *Sanctitatem, & Sabbatum, & promulgare convocationem, ferre non valeo:* און ועצרת *vanitas & festum sanctissimum:* id est, *eundem apud me gradum obtinent.* Geminum germanum præcessit *Vs.* 2. hujus *Cap.* ubi tria quoque cola. Duo habebimus *Vs.* 24. *Aquæ frigidæ - - - & bonus nuncius.* Iterum tria *Cap.* 26: 3. *Flagellum equo, capistrum asino, & virga tergo elumbium:* nempe *paria faciunt.* Hæc de *Syntaxi.* Dignitas gravitasque sensuum ultro sese ingerit. *In die frigoris aliquem amicire veste serica, quæ paratui & pompæ splendidiori* tantum *inserviat*, absurdum est, & importunum. Importunius, *acetum infundere vulneri;* & quidem *recenti* adhuc ac *vibranti sub ictu altius incusso.* Importunissimum, *canere cantilenas apud cor afflictum.* Artificiosa gradatio; artificiosior comparatio, qua duo priora cola admirabiliter ad *externam* & *internam* conditionem mœrentis attemperata sunt: quippe quæ *ludibrium insolens*, cum *acerbissima irritatione mali* conjunctum, vivis coloribus expingant.

Ibid. Ne cuiquam vel minimum cavilli, scrupulive, relinquatur, universæ *Radici* נתר justum lumen infundendum, atque Versionis meæ fundamenta altius jaciendum. In *Lexicis* reperies נתר *salire, subsilire Job.* 37: 1. semel in *Kal.* In *Pihhel* item vice simplici *Lev.* 11: 21. In *Hiphh.* quinquies, gravissime figuratum התיר, quod pro vario situ varie exprimunt interpretes, *solvere, expeditum facere, dissipare.* Derivatum נֶתֶר *Jer.* 2: 22. speciem *smegmatis* haud dubie signat; ubi alii *saponem*, alii *cretam*, sed plurimi *Nitrum*, invitante alliteratione, adscivere. Vides exiguas Linguæ veteris copias; sentisque ultro *defectum lucis* necessariæ, ad notiones rite dirigendas. *Stock.* ex *Guss.* assumsit *generalem* & *primariam* vim *separandi* & *removendi:* unde *speciatim* subsumtum sit *salire*, quia *saliendo res a loco cui adhæsit separatur;* item *solvere, expedire, dissipare;* quod in omnibus hisce sit *separatio rei*

a

a re. Mirum viros profundiorem Linguæ peritiam promittentes, talibus se, aliosque, posse ludificari. Concinnius *Cocc.* התיר *solvit* invaluisse censet, quasi *dissilire fecit*. De *Origine* interim *subsiliendi* silet. Penitius ergo scrutandum, & interiores *Linguæ* venas rimandum. Ad *Job. Cap.* 37: 1 jam monere cœpi, *Originem* sitam esse in *tremulo & tinnulo vibratu*; indeque, per *Metonymicam* virtutem, in *saltu*, *dissultu*, *vulsu*, *ictu*, varie applicitis. Characterem insignem ὀνοματοποιΐας pronunciatio ipsa ت *Nathar* offert, prima syllaba *tinnulum*, postrema *tremulum sonorem* reddente. Hinc ultro quivis percipit quo jure in *Camuso* אלנתר النتر declaratur

الجذب بجفاء وشق الثوب
بالاصابع والاضراس والنزع
في القوس والطعن المبالغ
فيه والنترة الطعنة النافذة

Vulsio violentior, & discissio vestis quæ fit inter digitos vel dentes: itemque attractio in arcu; nec non confossio altius adacta: cum fœminino נתרה *ictus penetrans.* Nativam faciem hinc recuperabit quicquid verbi hujus in *Sacro Codice* residuum. *Job.* 37: 1. *Expavescit cor meum*, ויתר ממקמו *& subsultim vellitur e loco suo.* Id fortius, quam vulgare *solit*, *subsilit*. Non dimittas quoque, velim, illud *tinnulum* ac *tremulum*, quod indicavi; *cordis tremore convulsi* imaginem cumulatim explens. Signatissime etiam locatum *Lev.* 11: 21. in *cruribus curvatis Locustarum* לנתר בהן על הארץ *ut iis subsultim emicent*, vel *evibrentur super terra*. Sentis esse, non quemvis *saltum*, sed eum qui *vulsim* fiat, cum *tremulo & tinnulo vibramine*. Pulcherrima figura *Jes.* 58: 6. *Laxare nodos urentes improbitatis*, התר אגדות מוטה *revellere vincula jugi: vulsim diffindere*, ac *discindere*, cum allusione iterum ad *tinnulum tremorem*, quem reddunt *vincula disrupta*. Eadem sublimitate *Ps.* 146: 7. *Dominus* מתיר אסורים, vulgo *solvit vinctos*; imo vero *evellit* eos *discissis & dissilientibus* eorum *vinculis*. Sic effulget *imago potentissimi vindicis carceres*, *claustra*, *catenas diffringentis*; & allusum ad ritum, quo πελέκει αἱ ἁλύσεις διεκόπτοντο *securi impacta catenæ dirumpebantur eorum*, qui victoris manu in libertatem extrahebantur. Alio flexu non minus grandi *Job.* 6: 9. *Placeret utinam! Deo ut me contereret;* יתר ידו ויבצעני verti solet, *solveret manum suam, & me exscinderet!* Aquam hærere Interpretibus, in *Comment.* demonstratum. Reddidi, *Altiusque penetrante plaga me conficiat.* In *notis* enucleatius; *Vibrantem & alte penetrantem admoveat plagam, quæ in cor ipsum descendat, meque uno ictu graviore exscindat.* Hoc adspectu ناترة قوس *Arcus* נתרת a *Gjeubar*. exponitur تقطع وترها لصلابتها

Cujus chorda rumpitur ob vehementiam ictus. Minus presse & plane in *Golio*, *præ duritie ejus*, quamvis & hoc inclusum, nam *quanto rigidior arcus, tanto vehementior ictus, arcu intensius curvato, inde evibratur; chorda tinnulo cum tremore dissultante*, ac *dirupta*. Hinc ducta potestas illa vocum نتر נתר, & نترة נתרה in *confossione violenta*, & *ictu penetrante*, atque *altius adacto*, quam supra enotavi *Gjeubar*. adjecit النتر

بالتحريك الهلاك والضياع
قال العجاج

واعلم بان ذا الجلال قد قدر ✡
في الكتب الاولى التي كان سطر ✡
امرك هذا فاجتنب منه النتر ✡

Forma נתר *cum duplici Phata notat etiam exitium, perditionemve: Ita Agagius*

> *Scias, sic decrevisse Numen præpotens,*
> *Priscis in Libris, quos exaravit antea,*
> *Negotium hocce tuum; declines proin vibrantem ab Eo ictum.*

Vides נתר sonare *plagam altius adactam*; quæ *vitalia hauriat*, sub *telo tinniente* ac *tremente*. Id *Glossatores* per *exitium*, *perditionem*, ad captum vulgi declarant. Idem pondus celsioris *figurationis* impense quadrat *Hab.* 3: 6. ubi Deus formidolosissimis suis telis armatus, & corusca vibrans fulmina inducitur, quibus יתר גוים: vulgo, *solvat gentes*; id est, *dissipet*. Fortius resonat *altius adactis plagis configat*: tanquam sub נתר *ictu tinnulum tremente*, & *vitalia hauriente*. Vidit hoc, pro peritia & sagacitate sua, Do-

ctiss. *Theod. Scheltinga*, *in Commentario* ad *Habak.* adjecta quoque altera illa virtute *dissipandi*, quod est *faciendi ut dissiliant cum tremore tinnulo.* Patitur Genius Linguæ, patitur stylus sublimior, ut sic geminata verbi potentia conflectur, unumque in sensum coalescat. Idem *vibramen tinnulum* residere sub *sororio* تر, תרר, תר, quod ὀνοματοποιΐαν quoque suam in sonis *Ter*, & *Tir*, ultro præfert, commonui ad *Job.* 37: 1. Id oculis subjectum, penitiusque inspectum, accessione lucis augebit. *Gjeubar.*

تَرَّتِ ٱلنَّوَاةُ مِنْ مِرْضَاخِهَا تَتِرُّ
وَتَتِرُّ نَدَرَتْ وَتَرَّ يَدَهُ ضَرَبَهَا
بِٱلسَّيْفِ فَأَتَرَّهَا أَيْ قَطَعَهَا
وَأَنْدَرَهَا وَتَرَّ فُلَانٌ عَنْ بَلَدِهِ
تَبَاعَدَ وَأَتَرَّهُ ٱلْقَضَاءُ أَبْعَدَهُ
وَٱلتُّرُّ بِٱلضَّمِّ ٱلْخَيْطُ يُمَدُّ
عَلَي ٱلْبِنَاءِ يَقُولُ ٱلرَّجُلُ
لِصَاحِبِهِ عِنْدَ ٱلْغَضَبِ
لَأُقِيمَنَّكَ عَلَي ٱلتُّرِّ

Radix תר *venit in officulo dactyli, cum futuris per Damma & Kesra, quum de frangibulo suo excussum volitat, edens sonum Tir. Item transitive* תר ידה *est, percussit manum ejus gladio: & in IV. manum ejus* אתר, *conscidit & amputavit. Iterum* ἀπὸ κοινοῦ תר *e regione sua, procul expulsus est: & Fatum* אתרה *procul expulit eum. Derivatum* תר *Turr cum Damma est amussis, quæ librata tenditur super structura. Hinc Proverbium, quo quis socium increpat iratus, sane ad libramentum te dirigam.* Hoc *Latinis* est, *in ordinem te cogam.* Ab isto *libramento* pendet exquisitissima phrasis 2 *Sam.* 22: 33. ויתר תמים דרכו; vulgo, *solvit*, i. e. *expedivit viam meam.* Immo vero, *Elibravit viam sibi meam; eam ad amussim complanavit atque emunivit.* Hoc non mihi, sed Filio debetur, in *Dissert. Acad. de Utilit. Dial. p.* 141. cui suum a Parente tribui par est, & verum. Signatissime יתר תמים *elibravit perfectum*, ad formulam تم وتر תם ותר *complete perfectus & elibratus fuit:* sive *exactissime amussitatus ad libramentum tinnule tremulum.* Inde تر תר est معتدل الاعضاء *integra, commensa, & adæquata habens membra*, equus; quasi *amussitatus*, *ad amussim perlibratus.* Sentis concordiam, copiamque simul veteris Linguæ, cum gratia, & dignitate, reflorescere: ansamque tenes opportunam quæ tam jucunde variegatos usus ministrarit. Ad vim *infligendi ictum tremulum* & *tinnulum* pulchre Poëta in *Diw. Hud.*

فَهُوَ حُسَامٌ تَتِرُّ ضَرْبَتُهُ
سَاقَ ٱلْمُذَكِّي فَعَظْمُهَا قِصَدُ ✿

At acutissimus ille gladius, cujus ictus tremulum tinnire faciat
Crus sexennis equi, ossamento assulatim dissiliente.

Accurate *Succarius* ibi تتر تطن وتقطع *Futurum* תתר *proprie est, tinnire facit & cadere præcisum.* Iterum *Ibid.*

وَنَحْمِلُ فِي ٱلْأَبَاطِ بِيضًا صَوَارِمًا
إِذَا هِيَ صَابَتْ بِٱلطَّوَائِفِ تَرَّتِ ✿

Ge-

Gerimusque sub axillis micantes sectores gladios,
Qui si membra feriant, tremulum retinniant.

Nempe *membra illa, vulneribus ad os adactis, quin ossibus ipsis confractis ac rescissis.* Plenius adhuc *Abi Sjebabus Mazenita*

وَمُعْتَرَكٍ فِيهِ نَجِيعٌ
وَرِمَّةٌ وَأَيْدٍ
أَتَرَّتْهَا ٱلسُّيُوفُ
نَوَادِرُ ۞

Campumque prælii in quo cruor, & ossa, & manus,
Quas tremulum tinnire fecerant Gladii, amputando disjectæ.

In *Hamasa*:

بِبِيضٍ مُرْهَفَاتٍ تُتِرُّ
جَمَاجِمَا ۞

Micantes præacuti gladii, qui tremulum tinnire faciant crania.

Id est, *dissilire ea faciant, alte adactis vulneribus; simulque præcisa discutiant, atque dispergant.* Hæc jam *Habacuki* loco plenum diem refundunt. *Jobi* item illud יתר ידו *tremulum retinnire faciat manum suam*, id est, *plagam vehementius inflictam*, cum nostro חמץ בנתר *acetum in vulnere tremulum tinniente*, eo evehunt evidentiæ, ut nihil in *Linguis* evidentius dari, aut desiderari queat.

Ibid. Necdum finire licet. Operam deposcit LXX Viralis versio, cum emendatione *Is. Vossii* inde Literato orbi infelicius obtrusa: ὥσπερ ὄξος ἕλκει ἀσύμφορον. Hoc conversum fuisse, *sicut acetum trahit incommodum*, merito increpat; quum evidentissime voluerint, *sicut acetum vulneri inutile*: sed castigari ipsemet meretur, qui נתר pro *vulnere* ipsi plane ignotum, in נהר *fluorem* atque in φλυκταίναις *pustulam* deformarit, invita Lingua, invita quoque *Gnome* ipsa, quæ a summa gravitate ad leve, quin futile quid, se deduci indignatur. Et hoc a Filio in *Dissertationibus* modo laudatis demonstratum non persequor. *Arabs* vestigiis insistens *Alexandrinorum* expressit الخل لا يوافق القرحة *Acetum non congruit vulneri.* At *Vulgat. Acetum in nitro*; itemque *Symm.* ὄξος ἐπὶ νίτρῳ· ut & *Chald.* At *Syrus*, si sana Lectio, *Acetum super* ܥܠ ܢܬܪܐ *nervo*; quem & ܥܠ ܢܬܪܐ *nitro* voluisse, suspicari est. Adhæsere nempe ad eundem scopulum, in quem Recentiores delati ex *Jer.* 2: 22. *Si ablueris temet* בנתר; ubi, quamvis dissentiant nonnulli, plerisque placitum, *nitro*; ἐν νίτρῳ quoque LXX hic edentibus. Invitabat sonus ipse vocabuli *Netr*; nec dubium relinquebat potentia *sordes eluendi*, & *nitidandi*, quam veteres *Nitro* vindicant. Ejus *optima & tenuissima pars* vocatur *spuma nitri*, *Plin.* 31: 10. Ἀφρὸς νίτρου, de quo *Dioscor.* L. 5: 131. inter alias ejus dotes memorans, Δύναμιν ἔχει καὶ καυστικὴν αὐτός τε, καὶ τὸ νίτρον, ἁλσὶν ἐμφερῆ *Virtutem habet, & ustionem spuma hæc, ut & nitrum ipsum, Salibus similem.* Ergo a *tremulum penetrante vibramine* dictum נתר, vocabulo ex Oriente in *Græciam* commigrante. Notabilis apud *Plin.* character: *uritur in testa opertum, ne exultet; alias igni non exilit nitrum.* Ejus *acrimoniam* supra reliqua Salia tum aliis argumentis colligit idem, tum quod *Nitrariæ calceamenta protinus consumant.* Quam *acer* sit *Sal* hicce, quamque *exesor*, condiscas ex *Herod.* L. 2: 86. ubi tradit *Ægyptios* λίτρῳ ταριχεύειν *nitro cadavera salire septuaginta dies abdenda*; τὰς δὲ σάρκας κατατήκει τὸ λίτρον *atque carnes tabefacere nitrum, ut mortui ossa tantum & cutis relinquantur.* Inter *smegmata* principatum tenuisse, *Jeremias* insinuat. De البورق *Borace*, quod a *micante splendicatione* ductum nomen hodiernum *nitri*, cum زبد البورق *spuma boracis*, sive *Aphronitro*, item testatur *Avicenna*, hoc *sale lixivo sordida quæque elui & expurgari.* Appellatur etiam نطرون *Nitroun*, scriptione & pronunciatione recen-

21 Si famelicus *cavo ventre* osor tuus, cibato illum panem; & si siti fuscus, rigato eum aquis.

22 Nam

21 אם רעב שנאך האכלהו לחם ואם צמא השקהו מים׃

22 כי

tiore, a *Græcis* in *Orientem* vicissim remigrante. Conferatur *Dioscor.* L. 5: *Cap.* 131. Hinc efformatum verbum ἐκνιτρῶν, *enitrare*, *nitro repurgare quam nitidissime*: unde *Comicus* apud *Athen.* L. 6: C. 3. ἐκπώματα θεῖναι ἐκνενιτρωμένα *Pocula apponere nitro effricta*. Addantur quæ magnus *Casaub.* L. 15: *Cap.* 1. *Animadvers.* exposuit: & quæ ad *Hesych.* notavit *Soping.* voce χαλαστραῖον νίτρον. Hæc *nitri* significationem, & *Originem*, quatenus inter Salia eminet, a *vibramine micante* simul, simul *penetrante*, atque *perurente*, satis illustrant; atque apud *Jeremiam* aleæ eximunt. Dispar res, & ratio, in nostro *Proverbio*. Occasione hallucinationum, quibus hic laborari deprendebam, consultus a me summus noster *Gaubius*, artis *Chemicæ* facile Princeps, ecquid *nitrum aceto irritaretur?* regessit, *acetis adfusis id effervescere more salium alcalinorum*. Iterum, *ecquid*, ut *nitrum* vulgo dictum, *igne dissiliret?* reposuit; *nec inflammari*, *nec dissipari*; *crepitare tamen*, *quum salis marini aliquid habeat*. Orbem Eruditum demeruero, si *nitri veteris*, & *vulgaris nostri*, differentias, eadem manu amicissima breviter mihi delineatas non suppresserim. *Nitrum Veterum a nitro Recentiorum toto cœlo distat. Nitrum & Aphronitrum Veterum vix distant, nisi puritate & subtilitate. Halonitrum quoque a nostro differt. Videtur itaque nitrum nostrum Veteribus plane incognitum fuisse; nec satis constat quo id tempore inventum sit. Nostrum artificiale est; Veterum, nativum fossile. Nostrum, sal medius, refrigerans; Veterum, sal alcalinus, calefaciens. Nostrum, sal blandus; Veterum acer, exedens. Nostrum cum aceto nequaquam fervet: Veterum, omnino. Nostrum nunquam aëre liquescit; Veterum facile. Nostrum inflammabile est, & igne detonat. Non item Veterum. Nostrum, inutile detersioni; Veterum, utilissimum.* In hoc splendido telæ meæ limbo tandem desino: satis certus, quantumvis *nitrum Veterum aceto effervescere* jam decisum sit, nemini illud præ *vibramine vulneris alte adacti* in nostra *Gnome* arrisurum.

Vs. 22. Quanta sit dignitas verbi חתה, *commarginare*, pro σωρεύειν *coacervare*; & qua *Origine* ac stirpe virtus hæcce *secundaria* enituerit, late deductum supra ad *Cap.* 6: 27. Jucundissima *imagine* pingitur *aggestis prunis commarginatum*, *i. e. ad marginem usque expletum*, ac veluti *coronatum*, *caput inimici*, quin *Osoris*, acerbius flagrantis, *per* ardentem *caritatem illius*, qui maleficia beneficiis ulciscens, *esurienti panem*, *sitienti potum ministrat*. Hanc tabellam ita ad colores *Salomoneos* simpliciter delineatam qui adspexerit modo, suum sibi agens Commentatorem, neque se alienis judiciis ferendum tradens, vix ac ne vix quidem a se impetrare poterit, ut quicquam *mali* sub isto *prunarum emblemate* contineri vel suspicetur; sed continuo tota mente ac cogitatione in *bonum* inclinabit; quamvis forte abditos animi sui sensus aperte evolvere necdum queat. In alia omnia interim itum a bene multis, iisque haud infimæ notæ interpretibus, sive quod *Hypothesis* officeret, & nubeculam offunderet oculis, sive quod *prunas* non nisi in malum vergere sibi persuaderent: ut *Ps.* 120: 3. 4. ubi ipsum nostrum גחלים adhibetur: nec non *Ps.* 140: 10. 11. 12. & *Ps.* 18: 13. 14. Hac in acie I. ex *Veteribus* stant *Orig. Chrysost. Theophyl. Theodoret.* in *Paulum* ad *Rom.* 12: 20. Horum in vestigia ingressus *Ill. Grot. Apparet*, inquit, *ex Proverbiorum loco de pœna Divina agi*, *quæ per ignis similitudinem passim exprimi solet. Sensus est*, *si alter illa tanta patientia ac beneficentia ad meliorem mentem revocari non potest*, *gravis ei impendet pœna. Dicimur facere*, *cujus rei occasionem præbemus Luc.* 16: 9. Ad hanc mentem *Castalio*: *in causa eris ut Deus eum urat ac puniat.* Nempe, ut *Origenes* præiverat, *in quantum inimicis nos lædentibus non solum vicem non reddimus*, *sed e contrario bona præstamus*, *in tantum pœnas eorum in Judicio Dei cumulamus.* Effata parum mollia, profecto; de quibus asseverare non vereor, involutam quandam animi notionem, & speciem justæ vindictæ ad Tribunal summum remissæ, ingenua ac candida pectora præstrinxisse. Quid enim? an sibi tale calcar bene de Osoribus merendi, eosque *officiis caritatis* cumulandi, admoveri

22 כי גחלים אתה חתה על ראשו ויהוה ישלם לך׃

22 Nam prunas candentes tu commarginans super caput ejus: & Jehova rependet tibi.

23 רוח

23 Ven-

ri sustinuissent vel a sapientiæ humanæ Doctore? ac non continuo regessissent, haud placere stimulum occulto veneno tinctum; atque sincerum *virtutis capitalissimæ* florem delibari, si hocce scopo, vel commendetur, vel exerceatur. Sensit II. Cl. *Cler.* qui quum *prunas* exposuisset *fulmina a Deo in improbos immissa*; ita pergit. *An ergo Auctor est Salomon benefaciendi inimicis eo animo, ut contrahatur illis supplicium a Deo? Quænam, inquies, esset beneficentia, quæ non nisi animo nocendi exereretur? Non est ea mens sapientissimi Regis; sed in hoc sermone τῆ παροιμιογράφων sæpe supplendum acuto Lectori permittitur, quod expressum non est. Jubet, etiam inimico cibum & potum, id est, auxilia necessaria præberi, quia ea lenitate ac liberalitate homo, male de Benefactore meritus, aut ad meliorem mentem adducetur, aut si pervicax sit, pœnas sibi a Numine ob animum obduratum contracturus erit. Prius horum duorum est omissum, quemadmodum etiam a Paulo præcone Euangelii; per quod ulcisci privatas injurias nefas est: nec tamen illicitum est, pervicacibus denunciare pœnas, quæ eos a Deo manent, nisi ad saniorem mentem redeant.* Sic quidem asperitas superioris sententiæ non parum mitigatur; sed omissum esse, quod haud dubie mitissimum, & cum scopo simul ac voto *Osorem sui* ita tractantis conjunctissimum esse debet, difficile dictu est: difficilius probatu. Quid? si *prunæ* tantum signant *fulmina iræ Divinæ*, an non consequatur necesse est, *ea* ergo potissimum intendi, quæ disertim expressa? Sensit iterum Vir Doctus, nodumque sic resolvit. *Si proprie loquamur, non Benefactor coacervat prunas capiti inimici sui, quem ingratum & contumacem non reddit; sed homo pervicax semet ipse obdurat, qui ne beneficio quidem placari potuit; & fulmina cælestia in caput suam provocat.* Acute! expendamus an & solide. Primo, sic *Paræmiastes* dedisset potius כי יחתה *Nam commarginabit*: nunc signanter dedit, כי אתה חתה *nam Tu commarginans*. Secundo, largiamur, hunc sensum flexu graviore, & sententioso, inde posse redundare; ne sic quidem res in vado; sed idem scrupulus residit: qui enim *Osorem* *ideo beneficiis cumulat, ut sub iisdem obduratus cælestia fulmina in caput suum provocet, non benignus mihi, sed summe malignus appellandus esse videtur.* Subsumere hinc liceat, *Prunis* diriore illo adspectu, parum hic loci relictum. Easdem retinuere tamen & alii, adscito simul III. benigniore earundem facie; ut vel *liquefacturæ* dicantur, & *emollituræ durum caput*; vel idem *ambusturæ*, & *consumturæ*. Huc collineabat *Cocc.* heic subnotans. *Nempe si inimicus beneficentia non emendetur & concilietur, parata est ipsi Dei vindicta.* Collineabat & *Calvin. Animus ejus frangetur in alterutram partem: nam certe beneficiis aut emollietur, aut si nihil mansuescat, uretur tamen & æstuabit testimonio conscientiæ, quæ se obrutam sentiet nostra benignitate.* Lenius visum, ut *prunæ* ad *conscientiam* male *ustam* referrentur: quale quid & *Augustino* obversatum *urentes conscientiæ gemitus* respicienti L. 3. *de Doctr. Christ. c.* 16. Eodem tendit *Jun. Beneficia tua illi velut prunæ candentes videbuntur, sive ipse revocet sive obfirmet se.* Cl. *Gejer.* utrumque sensum *bonum*, & *malum*, subtilius adhuc temperare IV. conatur; ut *prunas super caput inimici congerere*, valeat, *intolerabile aliquid ei facere, ita ut subitam opus sit subsequi excussionem, vel mutationem, quomodo ferme supra Cap.* 6: 28. *intolerabile dicebatur* ambulare super prunis; *ita hic, beneficia hosti collata similia erunt prunis capiti illatis, quibus ipse vehementer movebitur ad deponendum odium, vel, nisi hoc ob inemendabilem malitiam fecerit, magnos pœnarum conciliabit sibi cruciatus, haud aliter ac si panis tuus in meras ipsi conversus sit prunas.* Subdit: *Hoc fere modo conciliabuntur dissentientes alioquin sententiæ, si dicatur* prunas capiti ingestas *designare* vehementem adversarii mutationem, *vel* aliquid prorsus intolerabile; *quæ ipsa mutatio, vel sit salutaris, vel valde noxia & damnosa.* Vide tamen, an conciliatio hæc satis apta sit. *Prov.* 6: 28. *ambulare super prunas* longe aliud est, valetque, *noxiis in libidinibus volutari.* Iterum, *intolerabile aliquid facere alicui*, non quadrat in *beneficia*: quæ utique *non excussa*, si propter ea *odium deponatur*, sed *in cor* potius *descendisse*, censeri debent.

Nil

Nil aliud ergo relinqueretur, tandem, ad notionem *rei intolerabilis*, quam *noxium* illud, & *damnosum*, & *cum magno pœnarum cruciatu* conjunctum; quod tamen nec solum, nec præcipuum, intendebat Cl. *Theologus*.

Ibid. Tres, quatuorve, percensui sententias circa *Prunas* hasce *in caput osoris aggestas*: quarum prior tota, & directe, *in malum* tendebat: reliquæ aliquid *boni*, plus, minusve, admiscebant. Mihi examinatis hisce, altius adfixum, quod antea insederat, hanc *Gnomen* cum *prunis* suis *flammantibus* totam in *bonum* ferri. Hoc singula mihi videntur exigere; hoc decus ac pondus virtutis excellentissimæ, cujus hic *character sigillo caritatis sinceræ* non minus, quam *ardentis* impressus: hoc denique exaggeratissima dignitas *Doctrinæ Euangelicæ*, cui hoc ipso testimonio, officioque, inculcato, culmen supremum imposuit *Apostolus* ad *Rom.* 12: 20. 21. Primum omnium, series verborum, & vis *comparationis* omnia *bona* suggerit, ac suadet: *Beneficentia osorem esurientem cibantis*, & *sitientem potu reficientis*, confertur *prunis in caput ejus aggestis*. Quid pronius, quam in tanta *benignitate* de *benignis* cogitare *prunis*? *prunis* inquam *ardentissimæ caritatis*, *cujus* רשפים *coruscationes* רשפי אש *coruscationes sunt ignis*; שלהבתיה *flamma flammantissima Dei*? *Cant.* 8: 6. Ancipitem ansam porrigere id genus Emblemata, & *ignem*, *prunas*, *flammam*, æque in *dextram*, quam *sinistram* se explicare, nemo negaverit. Ad *dextram* inclinare, ac *bona omnia* cogitare jubet signatissima phrasis גחלים אתה חתה *prunas Tu commarginans*: venustissima *imagine*, quam ad *Cap.* 6: 27. adstructam dedi, pingitur *studium*, *affectus*, *cura intensior*, & *hoc agens*, qua *prunæ* istæ acervantur, & *apponuntur in cumulum*, *marginem ipsam expleturum*, ac quasi *coronaturum*. Hoc tale videtur, ut vel solum dubitationem, si quæ forte supersit, dirimat, & *bonam* causam reddat victricem. Detorque hæc in *sinistram*, jam omnia odiosissima evadunt, quæ ad *dextram* conversa admirationem *lenitatis*, *patientiæ*, *bonitatis*, & in omnem virtutem *exaggeratæ magnitudinis animi*, commovent. Non de nihilo quoque adjectum אתה *Tu coacervans*, sive *commarginans*. Valet nempe nunc, *quantum quidem in Te est*: *a Tua parte*, *tuum munus*, *tuum implens officium*. Id in aliud latus deflexum, vel supervacuum, vel invidiosum foret & malignum. Cumulum hisce imponit posterius colon; *& Dominus rependet Tibi.* Contortius *R. Salomon*, *& Dominus pacabit* illum *Tibi*: quod tamen *bono sensui* benigne sese commodaret. Omnino, *Dominus rependet tibi tuum huncce amorem cumulatissimum*, atque *officia* & *munera caritatis* impensæ, *cumulatissime* quoque *remunerabitur*. In deteriorem partem sumantur *prunæ in caput aggestæ inimici*, ut *laudis*, ita *præmiorum* quoque *materia* intercipietur ferme, atque extinguetur. Defluere me sentio, expedita verborum ratione, ad alterum fontem probationis, *Virtutis* heic commendatæ pondus, ejusdemque decora atque Ornamenta. Hæc non parum minui ac deflorari putem, si quis a benigniore adspectu *prunarum* vel tantillum declinarit: ut contra per *ardorem* & *flammam purissimæ caritatis* splendorem demum suum obtinere possunt. Sed, inquiet aliquis, sub V. T. necdum tanta illa *puritas* & *perfectio caritatis* vigebat: & vindictæ cupiditati aliquid ibi elaxatum, indultumque. Agnoscunt, qui sic disputant, non *perfectam* ergo *virtutem* adhuc, non ad *Euangelicam puritatem* excoctum fore & defæcatum officium, quod cum prospectu quodam sinisteriore exerceretur. Atqui *completissimum* hic, & *cumulatissimum munus*, *caritatis* a *Salomone* præscriptum, quo ne *Apostolus* quidem, ex Doctrina *Christi*, excoctius quid aut exaggeratius commendandum habuit: ac proinde meo jure colligo, conficioque, *prunas* hasce in meliorem tantummodo partem esse accipiendas, ad *flagrantiam amoris sincerissimi* depingendam. Venio ad tertium Fontem, quem nobis *Apostolus* aperuit, nobili hacce *Gnome* transsumta, ad summum *bonitatis Christianæ fastigium*, & *caritatis ardentissimæ complementum*, commendandum: *Rom.* 12: 18. 20. 21. Insistere possem in illud σωρεύσεις, & interiorem *proprietatem* istius *verbi*, cujus *adverbium* σωρηδὸν *Hesychio* est τὸ σύστημα σεσωρευμένον *ordine digesto acervatum*; sed hoc jam ad חתה indicavi. Prævertor potius ad ἄνθρακας πυρὸς *carbones ignis*, *candentes* totos & *flammantes*, quod in *Origine* vocabuli גחלים residere, alibi ostensum. Has esse *prunas flagrantissimæ caritatis*, sancit *materia*, sancit *officii candor*, sancit *victoria virtutis* de *vitio*; & *malum* inimici, *bono* cordis amicissimi *exsuperandum*. Ipsa, primo, *materia*; huc utique ita invitans, ut integrum non

non sit inde resilire. Nempe non *externum* commendatur officium, sed *ignea* Spiritus Sancti *virtute animatum*, atque ex *vero corde* profectum. Nihil est ἐχθρὸν πεινῶντα ψωμίζειν *inimicum esurientem cibare*, nisi hocce *igne* isti ψωμοὶ *condiantur*; nam ut idem *Apostolus* inculcat, 1 *Cor.* 13: 3. Ἐὰν ψωμίζω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, *si vel omnia mea erogavero per buccellas*, & *caritatem non habuerim*, οὐδὲν ὠφελοῦμαι *nihil fero utilitatis.* Secundo, *virtutis candor* easdem *prunas caritatis integerrimæ* deposcit. Admisce huc *pœnas*, admisce aliud quid sinistri, plus minusve, quod vel occulte intendatur, שלהבתיה *flammæ limpidæ* non minus, quam *flagranti*, *fumum* admiscueris; ejusque *candorem* delibaris. Tertio denique, clausula, quam de suo subnexuit *Apostolus* *Vs.* 21. *Ne vincaris a malo*, *sed* νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν, *vince bono malum*; & ipsius, & *Salomonis* mentem, discussa omni nebula, in liquidissimam lucem educit, atque de *prunis* tantum *caritatis* cogitandum esse pervincit. *Triumphus* hicce *virtutis* de *vitio*, unice quadrat, & expetit, in *caritatem*, quæ *sincere*, *ardenter*, *constanter*, atque adeo *celso exaggeratoque* in *fortitudinem invictam pectore* exercita, tandem vel *durissima capita*, ac *corda*, *remolliat* necesse est, atque *suavi* quadam *potentia commitiget*. Cavilletur forte quispiam, id non semper evenire. At promta responsio, sæpissime saltem hunc *fructum* ex *pulcberrimo conflictu* redundare. Id ad nobilissimi certaminis commendationem, sat grave. Exempla splendidæ victoriæ in Sacris profanisque juxta consignata. Ad hanc palmam qui *magnanima* se *bonitate* erexerit, raro, vel nunquam forte, ea excidit; modo sibimet ne excidat, atque a constantissima, & amantissima simul patientia, non desciscat. Triplex hocce filum *prunas caritatis* cum a *Salomone*, tum ab *Apostolo* intentas, ita adstringit, ut inde ne latum quidem unguem deflectere sustineam. Aliud est, quod decursæ jam probationum telæ attexuisse non abs re fuerit. Sacros contextus contendenti obtulit se geminum discrimen. Primum, quod pro כי אתה חתה *quoniam Tu commarginans*, expresserit *Apostolus*, cum LXX. Τοῦτο γὰρ ποιῶν σωρεύσεις &c. *Hoc enim faciens*, *acervabis.* Non parum inde roboris causæ molliori accrescit. *Hoc enim faciens*; nempe immeritis *beneficiis*, & *caritatis tenerrimæ indiciis*, *eum cumulans*. Hoc jam directe vocat, *prunas igneas congeres in caput ejus.* Hæ si in *malum* ferantur, crudior erit illatio: nec veritati consona. Certe duo hæc nexu indivulso haudquaquam cohærent: nec, *quicquid boni* in *caput malignum* & *immerens acervatur*, ei *noxam* & *perniciem* per se, naturamque adeo suam, attrahit. Planius; *munera pietatis in inimicum aggesta* appellantur *prunæ ardentes*. Hæ si *malæ* sint, audacius forte dicam, dicam tamen, non decuisset *Apostolum* hæcce præceptio; vel si, quod gratis supponi video a multis, de *pervicaci* ageretur *inimico*: nam & in talem nil nisi *blandæ* ac *benignæ prunæ* a nostra parte ingerendæ; *benedicendum execrantibus nos*, & *pro violentissime nos raptantibus jugiter precandum.* Has solas *prunas* pro suis agnoscit schola *Christi*; alteras illas *nocivas*, etiam adversus internecivos hostes, damnans. Sed frustra sumitur, quod concedi nec debet, nec potest. De *omni* agitur *inimico*. Adversus eum *officia nobis caritatis veræ*, & *vivæ*, præscribuntur. Hæc *prunarum candentium* figura insigniuntur, prout ut ea e corde benigno, benigna manu expromuntur. Hoc jam omnem respectum *mali*, directum, indirectum, penitus excludit; & nil nisi *purissimam flammam* relinquit *amoris*, divinitus ordinati, ad *odia* vincenda, atque triumphanda. Satis de primo discrimine. Alterum, quod *Apostolus* colon posterius, ויהוה ישלם לך a LXX redditum, καὶ ὁ Κύριος ἀνταποδώσει σοι ἀγαθά, & *Dominus rependet tibi bona*, suppresserit. Cur? Notissimus erat contextus: nec qui citat, omnia semper verba reddit. Suspicor tamen, *promissionem* illam *Salomonis*, *Jehova rependet tibi*, nempe tua illa munera, & officia pietatis, sapientissime conversam esse in *cohortationem*, νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν, *vince bono malum.* Hoc vere est, *Dominus rependet tibi.* Hoc pulcherrimum præmium virtutis; hæc gloriosissima remuneratio; hæc justitiæ corona splendidissima, *inimicum suum emollivisse*, & *ad* consimilem *caritatis ardorem inflammasse.* Occurrendum restat scrupulo, quem nonnulli injiciunt ex *Vs.* 19. Arripiunt inde de *vindicta* agi, *ad Deum remittenda:* atque *has esse prunas in caput coacervatas osoris.* Infelicissima profecto ratiocinatio; nam sic *vindictæ cupiditatem* fovisset potius *Apostolus*, quam extinxisset: atque infaustissimæ forent sportulæ, ac virulenta congiaria, quæ isto animo, scopoque, in sinum inimici ef-

funderentur. Omnino *Vſ.* 20. cum *Vſ.* 17. 18. proxime connexus; nam quum ibi inſinuatum eſſet, *ne malum malo rependatis* &c. &c. interſeritur *Vſ.* 19. *nullam*, *nullam* omnino, *vindictam appetendam*, atque omnem *iram Deo*, qui *ſolus juſte iraſci poſſit*, *remittendam.* Subſumitur deinde *Vſ.* 20. 21. *Veſtrum tantum eſt*, *igne caritatis ardere*, *eoque vel inimiciſſimos involvere* veluti, *atque obruere*, *ut ita malo non vincamini*; *ſed malum bono devincatis ac triumphetis.*

Ibid. Necdum finire licet. *Prunas ardentes* in *benigniorem* partem ſe præbere poſſe non negant homines Eruditi, ſed *prunas ardentes in caput congerere*, hoc vero tale eſſe contendunt, ut per ſe nihil *boni* ac *benigni* ſpiret. Hinc quoque illud precarium, *intolerabile* quid *facere alicui*; *quod* ſtatim *excutere cogatur*: cui & *Belgæ* noſtri in *notis* nonnihil adhæſere. Huic incommodo, ut autumabant ſcilicet! vitando, nonnulli ראש *caput* in *fel* commutarunt; quod *caput ſerpentis* pro *felle*, ſive *veneno* ejus, figurarint *Hebræi*; quaſi ſenſus foret; *prunas congeſſeris in felleam* ejus *virulentiam*, eamque vel *excoxeris*, vel *blando fotu eviceris.* Non conſciſco; eſtque longius arceſſitum. Nequaquam etiam argutiæ probandæ *Veterum* quorundam, *Caput* hic appellari *principale cordis*, *cujus influxu reliqua membra regantur.* Hos ſecutus *Auguſtin. Serm.* CLXVIII. *de Temp.* explicationem *maligniorem* ſuo jam tempore confutaturus, *Caput*, inquit, *in homine ſenſus rationalis intelligitur*, *qui a charitatis recedens fervore*, *factus fuerit frigidus.* - - - *Ad ſanandum talem phreneticum Sanctos charitatis igne ſuccenſos hortatur Sp. S.* - - - &c. &c. Non multum talibus juvamur. Nil tritius in *Sacris*, *Profaniſque*, quam ut *in Caput* alicujus dicantur *congeri* non *mala* ſolum, unde illud *Capiti hoc tuo ſit!* ſed etiam *bona.* Ita *Prov.* 10: 6. *Benedictiones* לראש *Capiti juſti*: & 11: 23. ברכה לראש משביר *Benedictio Capiti divendentis frumentum.* Cumulatiſſime *Deut.* 33: 14--17. *De turgore proventuum Solis*, *& Lunæ* - - - *& de turgore Terræ ac plenitudinis ejus*, *proventus largiſſimus ſit* לראש *Capiti Joſephi*, *& vertici* &c. Vides *Caput* veluti *coronatum cumulo exaggeratiſſimo benedictionum.* Conſimili *figuratione* noſtram quoque *Gnomen* inſignitam eſſe, ſuadet τὸ אתה חתה *tu commarginans prunas ſuper caput ejus*; id eſt, *coronæ in modum ſtipans*; & *texens* cum *officia*, tum *comprecationes*, *ardenti caritatis affectu in eum aggeſtas.* Potuiſſet ſapiens ſententiam hancce ornaſſe verbo מעטר *coronans*; ut *Pſ.* 103: 4. המעטרכי חסד ורחמים *Qui coronat te uberante gratia & tenerrimis viſceribus*, σπλάγχνοις. Itemque *Pſ.* 65: 12. עטרת שנת טובתך *Coronaſti annum exuberantiæ Tuæ.* Maluit interim אתה חתה *Tu commarginans*, ἐπιστέφων, cum *alluſione* forte jucunda & gravi ad מחתה πυρεῖον *thuribulum* Sacrarii, *Lev.* 16: 12. ubi ſummus Antiſtes jubetur *capere* מלא המחתה גחלי אש *plenitudinem thuribuli prunarum ignis*, *de Altari decerptarum*, *cum plenitudine pugillorum ſuffitus odoriferi probe comminuti*, *ut eum ad Arcam fœderis*, ad thronum Gratiæ, *adoleret*, *potentiſſimam* pro populo *interceſſionem*, & ὀσμὴν εὐωδίας *oblaturus.* Fieri vix poteſt, ut Sacri ſtyli peritus huc oculos non intenderit, atque *prunas* haſce conferri voluerit cum *prunis* illis *caſtiſſimis Altaris*, ex quibus *in Caput inimici commarginatis*, *inter fauſtas comprecationes*, *gratiſſimus Deo odor excitaretur.* Tales *prunas in Capita oſorum coacervavit* ſummus noſter pontifex, ex ipſa Cruce pro iis intercedens. Tales quoque a ſuis *commarginari* vult *in Capita* vel *inimiciſſima.* Qui iſtis *prunis liqueſcit*, ac *miteſcit*, in *amorem* Dei, & *caritatem* beneficentiſſimi muneratoris *inflammatus*, & ipſe *gratum* Deo *odorem* exhalat, atque *beneficia* ſibi impertita ut *coronamentum* circumgerit, illuſtre Exemplum *Gratiæ* & *Virtutis* de *vitio* triumphantis ad poſteritatem tranſmittens. Diffiteri nolim interim, hæc quantumvis fortaſſe ſpecioſa, ſubtiliora poſſe videri. Dabo, itaque, quod & mihi, molliore quadam ſimplicitate, & gratia, magis adblanditur. גַּחֶל *pruna* idem *Allegorice* ſignat quod *Græcis* ζώπυρον, *ſuſcitabulum ignis*, id quo vel *genus*, vel *memoria propagatur.* Eſt deſumtum a *pruna viviſque ſeminibus flammæ*, e quibus *ignis reſuſcitatur* ac *proſeminatur.* Venuſtiſſime hinc 2 *Sam.* 14: 6. *Ecce ſurrexit univerſa familia adverſus famulam tuam*, *dixitque mihi*, *da percuſſorem fratris ſui*, *ut eum interficiamus pro anima fratris* - - - *atque ita hæredem quoque eradamus*; וכבו את גחלתי אשר נשארה *quando extinguerent prunam meam*, *quæ relicta eſt*; *ne poſſet viro meo nomen propagari* in

in Israële; neque reliquiæ ulla super facie terræ. Illustri figura usus quoque *Jesaj. Cap.* 47: 14. *Ecce extiterunt ut stipula; ignis concremavit eos; non eripient animam suam e violentia ignis:* אין גחלת לחמם אור לשבת נגדו. Variant judicia ad profundæ mentis effatum. Plerique, *non est pruna ad incalescendum, focus ad sedendum coram eo:* i. e. *ignis hicce consumet eos, non vero recreabit.* Argute quidem, sed ad seriem istam haud aptissime. Cl. *Cocc.* longe diversus, *non erit pruna panis eorum,* (לחמם, non a חמם *caluit,* sed a לחם *panis:*) *focus ad sedendum coram eo.* Id ita exponit, *ostenditur omnes tanquam stramen combustum iri, & quidem ita, ut non supersit ex incendio, quod vel sit ut pruna pani coquendo, aut ut focus accensus ad assidendum ei.* Incommodiorem sentiens *Vener. Vitr.* illam *prunam panis ipsorum,* reposuit, *non erit pruna ad calescendum;* &c. hac sub amplificatione: *cum ex Lignis aliaque materia ustili, si ab igne consumantur, supersint prunæ ad quas quis queat incalescere, & focus, ante quem quis sedeat ad frigus depellendum, hos consumptum iri denunciatur instar stipulæ, ut prorsus intereant & aboleantur; nihil ad qualemcumque usum relicto.* Hæc palmam haud dubie sibi vindicant: non tamen hic subsistendum, sed omnino attexenda, ex *Allegorica* potentia גחלת *prunæ,* imago *prosapiæ & posteritatis honoratæ,* quæ esset tanquam ζώπυρον, unde *res extinctæ* possent *reviviscere,* & *afflictæ refoveri,* ac *recreari.* Hæc dignitas, hæc ubertas hinc גחלת ואור *prunæ ac foci,* illinc לחמם לשבת נגדו *calescendi ad focumque assidendi.* Ζώπυρα γένους *prunas,* & *suscitabula generis* sic figuravit *Plato* 3. *de Leg.* quum ait; *Diluvio terras obruente* ἐν περιφανεῖ τινι σμικρὰ ἄττα ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους διασωθῆναι, *in verticibus montium prunulas alicubi exiguas humani generis conservatas fuisse.* Similiter *Eustath.* ad 1. *Iliad.* Τὸν ἀδελφὸν ἀφῆκε ζώπυρον γένους ἐκεῖ. *Fratrem reliquit ibi prunam generis extiturum.* Hæc loca adduxit Summus *Gronovius, Obs.* 4: 3. ubi versatur in *Allegoriis Plautinis* enucleandis, *incendere genus suum,* pro *nobilitare, & cum dignitate propagare,* quod oppositum τοῦ *restinguere, & ne scintillam quidem relinquere, qui conglifcat genus.* Apud *Dionys. Halic.* L. 1. p. 36. reperio, *Peloponnesii & Arcades ibi primum sedes fixerant:* καὶ ἔτι ἐπ' αὐτῶν ζώπυρα ἄττα διελειπόμενα τοῦ παλαιοῦ γένους, *erantque adhuc in illis prunæ quædam relictæ prisci generis.* Intelligit *prosapiam* quæ adhuc *ritus & mores priscos,* cum *genere,* retinebat. Consimiliter p. 16. *Falerium & Fascenium habitata a Romanis in meum adhuc tempus* σμικρὰ ἄττα ζώπυρα διασώζουσι τοῦ Πελασγικοῦ γένους, *parvas quasdam prunulas reservant Pelasgici generis.* Recenset dein πολλὰ τῶν ἀρχαίων διαιτημάτων *multa antiqui exempli, moris, ritus, studiorumque, quæ in iis permanserint;* quæ vocabulo ζωπύρων elegantissime expressit, ob *memoriam & imitationem vigentem.* Ita *Eust.* iterum ad 1. *Iliad.* p. 92. *Edit. Florent.* tradit, *Ægyptios condivisse mortuos, ut integram formam quandoque viventis haberent* εἰς μνήμης ζώπυρον *in memoriæ prunam,* sive *suscitabulum.* Eodem modo σπινθῆρας *scintillas* traduxere; ut ferri possit quod LXX 2 *Sam.* 14: 7. dederint, καὶ σβεσθήσεται ὁ σπινθὴρ ὁ ὑπολελειμμένος μου. Sed luculentius fuisset τὸ ζώπυρόν μου, *suscitabulum mei generis.* Pro *fomite virtutis,* vel *vitii,* quoque se præbuit: unde apud *Philonem* habes, *pag.* 631. Μηδ' ἴχνος ἢ ζώπυρον ἀρχαίας κακίας ὑπολελεῖφθαι, *nec vestigium, nec fomitem veteris malitiæ relictum fuisse.* Nempe ζώπυρον & ζωπυρεῖν, *fovere, vivo igne suscitare,* quadrat in *virtutem,* quadrat in *vitium.* Inde *Eurip. Electr.* 1121.

- - - - Ζωπυρεῖς νείκη νέα.

Lites resuscitas novas.

Item *Philo* p. 527. Τὸ δὲ μῖσος ἔτι μᾶλλον ἐζωπυρεῖτο· & p. 528. Ὀργὴν ἀμείλικτον ζωπυρεῖ· etiam absolute *Aristoph. Lysist.* 638. sic usurpante. Sed non parum sæpe in *bonum* tendit; ut apud *Philon.* iterum, p. 8. Ψυχραῖς ἅμα καὶ μαλακωτέραις αὔραις ζωπυρεῖσθαι καὶ τιθηνεῖσθαι, *frigidis simul & mollioribus auris focillari atque enutriri:* & p. 1037. Τεθνεῶτα δέει ζωπυρήσας, *metu mortuum focillans.* Percrebuit in hanc partem ἀναζωπυρεῖν *refocillare, recreare spes opesque extinctas;* item *animare, excitare, inhortari, ad virtutem innovare,* passim. Solo *Hesych.* persungar. Ἀναζωπυρεῖν: ἀνεγεῖραι. Item: Ἀναζωπυρῆσαι. ἀνανεῶσαι. ἀνεγεῖραι. ζωῶσαι. Habemus jam *prunas & suscitabula generis;* habemus quoque *prunas & suscitabula virtutis.* Utrumque contextibus *Jesajæ* 47. & 2 *Sam.* 14. haud pœnitendam accessionem lucis præstat. Apud *Arabes* جمرة, & جذوة, no-

23 Ventus aquilonis parturit imbrem; & vultus fpumefcentes lingua clancularia.

23 רוח צפון תחולל גשם ופנים נזעמים לשון סתר :

24 Bonum eft federe fuper angulo tecti; præ muliere rixofa, & domo focietatis.

24 טוב שבת על פנת גג מאשת מדונים ובית חבר :

25 A-

25 מים

nomina *prunarum*, nec non قبس *pars ignis, de quo alius ignis accenditur; torris; pruna*; huc etiam magno multoque ufu incubuere. Vetufta funt *Proverbia* ما كل بيضاء شحمة ولا كل حمراء جذوة *Non omne albicantius, adeps eft; & non omne rubicundius, pruna eft;* in hanc fignificationem, *non omne quod fpeciem habet nobilitatis, aut virtutis, vera nobilitas eft, aut virtus.* Contra ما كل سوداء فحمة *non omne nigricantius, carbo eft.* Apud *Haririum* ad finem *Conf.* 2. pulcre, فلما رأيت تلهب جذوته وتألق جلوته *Quumque vidiffem quam flammaret ejus pruna, & quam fulguraret ejus nitor.* Intelligit *virtutis* & *indolis præcellentiam*, cum *gratia orationis delenificæ.* Latius *Conf.* 37. *Quum Saädam ingreffus effem,* سألت نحارير الرواة عمن تحويه من السراة ومعادن الخيرات لاتخذه جذوة في الظلمات ونجدة في الظلمات *Rogavi peritiffimos narratores, quosnam urbs illa contineret præcellentes viros, omnium virtutum mineras; ut inde caperem prunam in tenebris, & promtam opem in injuriis adhibendam.* Similiter *Conf.* 38. *Inde a teneris infixum mihi fedit, ut Eruditionem mihi fumerem normam vitæ, & pabulum mentis undique conquirendum. Veftigabam itaque Doctores ejusdem, & promos condos arcanorum ejus,* فاذا الغيت منهم بغية الملتمس وجذوة المقتبس شددت يدي بغرزه *quumque reperi-*
rem copiam pabulantis, & prunam cupientis ignem accendere, adftringebam manum meam ftapedi ejus. Per جذوة المقتبس *prunam aptam ignem accendere cupienti*, circumfcribitur *fplendida alicujus Virtus* & *Doctrina*, quæ *prælucere* queat, atque *æmulatione inflammare.* Regnat illuftris hæc *figura* fub verbo قبس, *petivit prunam, igni accendendo;* quod a *proprio* ifto *ufu* transmiffum ad *ftudia Doctrinæ* & *Virtutis*; ut قبست منه علما valeat, *ad prunam ejus Eruditionem mihi comparavi*, vel *accendi.* Vide *notas* ad *Harir. Conf.* 1. *pag.* 12. Agmen claudat شعلة *flagrantia prunæ* vel *flammæ*; unde *Harir. Conf.* 20. ما اضرم شعلتك واكرم فعلتك *O quam ardens flagrantia prunæ tuæ; & quam nobile hocce tuum facinus!* Accumulavi *prunas* grata & læta omnia vibrantes; & jam e textu noftro *Allegorice* enitefcunt *lumina* & *ornamenta* omnis *Virtutis*, per *Gratiam* Sp. S. *accenfæ* in cordibus piis, *quum bene faciunt iis, qui male ipfis faciunt, atque precantur pro imprecantibus, Capita maledicentium benedictionibus acervando.* In his *prunis* cum *caritate* fplendefcit *patientia*, *moderatio*, *lenitudo*; fplendefcit *conftantia*, *firmitas*, *fortitudo*; fplendefcit *indoles bonitatis invictæ*, *malum bono vincere valentis.* His *prunis* qui Caput inimici commarginat, ζώπυρα *viva femina* & *fufcitabula virtutis* in illud congeftat, quæ & *Oforem* ipfum eodem igne queant accendere, & alios *ad æmulationem* tantorum *exemplorum* inflammare. In hoc pulcherrimo triumpho, hac *Virtutis* florentiffima corona, acquiefco.

Vf. 23. Magna, fortis, fplendida comparatio: quam pleræque Verfiones enervant at-

25 מים קרים על נפש עיפה ושמועה טובה מארץ מרחק :

25 Aquæ frigidæ super anima vertiginosa; & auditio bona e terra longinqua.

26 מעין נרפש ומקור משחת צדיק מט לפני רשע :

26 Fons conturbatus, & scatebra corrupta, justus nutans in conspectu improbi.

27 אכל

27 Co-

atque offuscant, quum dant I. *Ventus aquilonis dissipat imbrem, & vultus iracundus linguam occultam.* Huc invito verbo תחולל descensum, quod *Aquilo serenet cælum*, αἰθρηγενέτης inde *Homero* dictus. Præiverant *Vulgat.* ac *Symm.* qui διαλύει βροχήν exhibuit. Eam vim *Rabbini* extundere conati, alii ex חלילה *procul absit;* alii ex חול *doluit*, unde חולל *dolore affecit.* Posterius hocce amplectitur *Mercer.* censens, *Aquilo dolere facit pluviam*, positum *metaphorice* pro *fugat*, ad eamque rationem *vultum iratum* sive *severum fugare linguam occultam*, id est, *detractorem ac delatorem molestia afficere*, *ferre non posse*, *& a se propellere.* Gemino vitio laborat interpretamentum. Durissima est primo *metaphora* hæc, *dolore afficere*, pro *fugare*, *dissipare imbrem*, cum eoque collatam *Linguam.* Nemo ita loquitur. Nemo etiam, secundo, talem facile *comparationem* instituat, atque *Linguam occulta malignitate grassantem* similem dixerit *imbri*, qui *aperta* utique *violentia verberat*, *prosternit*, *proterit.* Idem incommodum premit sententiam ita II. expressam: *Ventus aquilonis parturit imbrem; & vultus iracundus linguam occultam.* Prius Colon sat firmo stat talo, pro usu saltem verbi תחולל; quod in *dolore partus* frequentatum: sed posterius iterum vehementer claudicat, ob similitudinem longissime disparatam. Non apparet quoque, quo colore *vultus iracundus* dicatur *parturire linguam occultam;* id est, *detractionem clancularíam;* quum potius *consimilem iram*, ac *vehementiam*, *succendat:* quod enim Cl. *Cler.* annotat, *non semper homines iracundis palam audere maledicere, ad vindictam paratis quippe;* dilutum est; & *comparationem* adhuc magis enervat. Concinnius III. quod ex *R. Levi* assumsit *Jun. ut cæcias gignit pluviam, ita vultum indignabundum lingua* *simulantis.* Docte; est enim *Cæcias* a parte *Aquilonis* veniens *ventus*, *ita flans ut nubes non procul propellat*, *sed ut ad sese vocet*, *ex quo Proverbiale bocce*, κακὰ ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφη, *mala attrahens*, *ut Cæcias nubes.* Ita *Gell.* L. 2. *Cap.* 22. Adde *Plin.* H. N. 2: 47. ubi *Cæciam* inter *Aquilonis ventos* enotat; subditque *eum nubes in se trahere.* Non erat ergo, cur tanto opere a *vento Aquilonario imbrem parturiente* resiliretur: & cum *Linguæ*, tum *similitudini* vis inferretur. *Aquilo* pro *regionibus*, & temporibus anni, etiam *Imbricitor*, non *Serenator* tantum. Sic dederant LXX ἄνεμος βορέας ἐξεγείρει νέφη· itemque *Aquil.* ὠδίνει ὑετόν; calculum quoque apponentibus *Cocc. Gejer.* aliisque. Argutius quid captavit *Guss.* IV. *Ventus Borealis facit cœlum parere pluviam, & lingua clancularia facit ut pariant quoque vultus ad irritationem dispositi.* Ita reddit פנים נזעמים; quasi *dispositionem ad iram* adferret hic potius, quam *iram jam proruptam:* quod longe secus habet. Error parit errorem. Ita supplendum esse tetenderat, *quod ventus* non *pariat pluviam*, sed *cœlum pluat, pluviam pariat.* Anxiæ curæ. *Ventus imbrem parere*, vel *parturire*, venuste dicitur, quum *nubes convolvit & contorquet gravem* mox *imbrem fusuras.* Allusum ad *Originem* verbi חול *torqueri.* Radix גשם est βρίθειν *gravi mole incumbere;* جشم; inde *imbri*, tanquam *moli aquarum*, appellamentum inditum. Vide *Gen.* 7: 12. & 8: 2. &c. Huic admirabili cum dignitate respondet פנים נזעמים non simpliciter *vultus severus*, ut *Cocc.* dedit, non *vultus iracundus*, vel *indignabundus;* ut reddi solet; nam sic necdum *gravis* illa *imbrium moles* visitur: quam demum repræsentat *vultus spumescens*, vel ad vim speciei *Niphh.* a זעם *spumas volvit*, pressius, *vultus ad spumas adactus*, *totus spumis coöpertus;* atque inter *spumeas* velut *aspergines desæviens.* Habes

27 Comedere mellis quam plurimum, non-bonum; & scrutatio gloriæ eorum gravis, gravitas.
28 Urbs

27 אכל דבש הרבות לא טוב וחקר כבדם כבוד :
28 עיר

bes *vehementiam sævam imbris*; habes illam *apertam violentiam* omnia *prosternentem*, quam hic requiri paulo ante insinuavi. Non minus accurate recinunt inter se רוח צפון *ventus aquilonis*, & לשון סתר *lingua occultum spargens virus*. Sentis confestim, respici ad *ventosum* illud, quo talis *Lingua* concitatur. Character *aquilonis* non unus *Allegoriam* quoque suadet, & suggerit. Mihi contento esse liceat *penetrante subtilius* & *urente* ejus *acrimonia*. Ita nil completius, rotundius, ad unguemque expolitius, quam *Gnome* bimembris ita concepta. *Ventus aquilonis parturit imbrem; & vultus spumeum desævientes lingua occulta.* Replicetur *Cap.* 24: 24.

Vs. 27. Fatigat Interpretes posterius Colon, ab iisdemque fatigatur. Nam cum *priori* parum aut nihil cohæret quod datur, *Et vestigare gloriæ eorum, gloria.* Pronomen in כבודם quorsum redeat, haud promtum. Plurimi I. habent, *Comedere mellis plurimum non est bonum; sed investigatio gloriæ* talium rerum, est *gloria*. Oppositio concipitur inter *mella*, & *res melli comparandas*, quales *Veritates Divinæ*; quasi hæc foret mens: *mella quidem nimis sumta satiant*, ac *fastidium creant*; *sed cælestia investigare*, *delectat insatiabiliter*, & *gloria mactat*. Luculenta *Gnome*; cui tamen *Syntaxis* non annuit, quod כבודם in *gloriam talium rerum* resolvi, duriusculum sit. Hoc *Coccejo* subjecit II. *Scrutatio gloriæ ipsorum est gloria*. Refert in *Commentar.* ad *Justos Vs. præced.* nominatos. Idem in mentem fuit Cl. *de Dieu*. Eos & *Ab. Esra* respexerat; ut sit, qui *justorum gloriæ investigandæ se dedet*, *gloriam reportabit*. Ne hoc quidem exploratum satis, tutumve: ut nec alterum illud *Cocc.* in *Lex. penitissimum gloriæ illorum* justorum, *est gloria*: h. e. *Gloria eorum tota gloria est*, *sine ulla vilitate*; in quo & nexum desideres. Repetita ἀπὸ κοινοῦ *negatione* expressum a *Jun.* III. *Ita pervestigare honorem suum, inhonestum*; quasi foret לא כבוד, *non bonor*; & *adfixum* ad *hominem gloriæ suæ cupidum* se reflecteret. In hunc sensum & Ill. *Grot.* edidit, *Comedere mel multum non est bonum*, nec *venari honorem est honor illis*, venantibus. Consciscit *Cler.* Inserta item *negatione*, alio adspectu, *Merc.* IV. ad *mella* reducens *pronomen*, atque per ea directe figurari existimans *res divinas*, de quibus dicatur, *Ac inquirere rerum sublimium*, *quæ melli similes sunt*, *gloriam*, non *est gloriosum*; *quum nostræ mentis captum excedant*. Videtur collineasse ad illud *Vulgati*, V. quod sexcenties inculcatum ab *Augustino*, aliisque, *Scrutator majestatis opprimetur a gloria*. Ponderosa est sententia, & filo similitudinis per sane quam aptissima; sed quo pacto ea ex *Hebræo* extundi queat, non liquet adhuc: saltem *Merceri* ille conatus parum firmus ad tam nutans fulmentum. Ejus ope abjecta VI. *Gejer.* tentavit, *quum vestigatio gloriæ* rerum Divinarum *evadat gloria*, id est, *hominem obruat*, atque *occæcet*; *unde rebus illis nova emergat gloria ex temerarii scrutatoris pernicie vel clade*. Argutum; sed non facile digestu. Liberiuscule VII. sed, ut solet, ingeniose & animose *Luth.* *Qui gravia vestigat*, *prægravatur*. Pressit *Originem* vocabuli כבוד *gloria*, a *gravitate ponderis*; ut in βάρος; atque illuc allusum, sagacissime odoratus est. Ad eam *Gnome* sic sonat, & *vestigatio* limatior *gravitatis eorum*, *gravitas*; vel *ponderis eorum*, *pondus*: τὸ βάρος αὐτῶν, βάρος. Quisque ultro intelligit, prius ad *dignitatem*, posterius ad *molem prægravem* vocare. Si in textu extaret חקר כבד כבוד *investigatio gravitatis*, *gravitas*; limpidissima forent omnia: nunc turbat aliquantum illud כבודם *gravitatis eorum*: nam quæstio manet, *quorum?* & iidem recurrunt scrupuli. Expendi VIII. meretur sententia Vener. *Vitring.* L. 6. *Obs. Sacr. Cap.* 20. *Par.* 6. ubi hunc pandit loci conspectum, *Edere multum mellis non est bonum*, *etiamsi vestigatio præstantiæ*, vel *gloria earum rerum*, *sit gloriosa*. Per *Mel* figuratas censet magnus *Theologus Veritates Divinas*, & quidem *Theoreticas sublimioris & jucundæ contemplationis*: in his, *quantumvis gloriosa* sit illa *occupatio*, & *homine dignissima*,

28 עיר פרוצה אין חומה איש אשר אין מעצר לרוחו׃

28 Urbs perrupta, cui nullus murus; *est* vir cujus spiritui nulla cohibitio.

ma, adhibendam *moderationem*, *ne nausea creētur*: ut *Vs.* 16. Coll. *Cap.* 24: 13. Speciosissimum profecto; & cui accederem, si חקר כבודם כבוד aliter verti non posset, quam, *vestigatio gloriæ eorum*, *gloria*. Habet hoc, fateor, suam gratiam; sed fallor, aut gratiosius IX. ac ponderosius simul, *& vestigatio gravitatis eorum*, *gravitas*. Teneo cum Viro summo *Allegoriam* illam *mellis*; & כבודם *gravitatem eorum* illuc referens, *mellium* istorum *Cælestium præstantiam gloriosam* juxta expono. Sed posterius כבוד omnino pertinere arbitror ad *gravitatem molestam* ac *pondere oppressuram*, si quis intemperantius sibi in hisce indulgeat. Hinc cumulatius enitescit, quod ὁ πᾶν intendebat, sine illo *etiamsi*; atque rotundissime decurrit, *Edere plurimum mellis*, *haud-bonum*: *& vestigatio gloriosa eorum* mellium, *prægravatio*. Sic חקר כבודם duplicem ansam porrigeret, & *vestigatio gloriæ eorum* resolvenda foret in *vestigationem rerum gloriosarum*, *quæ & vestigatorem gloria mactent*. Hoc admisso, ultimum כבוד nil aliud quam *pondus prægavaturum* signare possit: atque effloresceet *Schema* illud Orationis, quod *Cap.* 14: 24. illustratum: אולת כסילים אולת, *Crassities elumbium*, *crassities*. Prius *crassam opulentiam*, posterius *crassum* subjicit *stuporem*, & *vecordiam*. Assimiliter & hic, *scrutinium* τὸ βάρος αὐτῶν, βάρος· quod *Græce* peritus confestim sentit ex *ancipiti* accipiendum; quatenus βάρος est *gloria*, *majestas*, itemque *pondus*, *onus molestum*; ex eadem *Origine gravitatis*, qua *Hebræum*. Fieri vix potest, ut *Latino* interpreti non idem hocce sederit in suo, *Scrutator majestatis opprimetur a gloria*: ut illud *opprimetur* repræsentet postremum כבוד; *majestatis gloria* ad prius reflexa. Hic pedem figo.

Ibid. Ut tuta sit, & firma, statio hæcce, examinanda, quam huc rejeci, conjectura Cl. *Gussetii*, sub חקר locum hunc ita exponentis; *Et terminus gloriæ sui ipsorum*, *gloria*. Id ita declarat: *Gloria est non appetere gloriam*, *ac sibi augere ambitione inexpleta*; *sed terminum ac modum ei figere*, *intra quem subsistas*, *animo contento*: *prout bonum est mel*, *non multiplicando sed cum modo naturæ consentaneo*. Nil infelicius. Illa notio *termini* sub חקר arrepta ex *alliteratione* cum *Græco* ἄκρον; quod hinc derivat, ut & ἀκριβοῦν, quod fit εἰς τὸ ἄκρον βαίνειν. Subsumit inde, *Certe* חקר *ubique significat* τὸ ἄκρον, *quasi terminum finemque scrutationis*. Vides sabulo superstructum *Etymon*; quod tactum sponte diffluat: quin Auctorem suum obruat contrario plane effectu *ficticii* illius *termini*; qui *extremitatem summam* infert, & *fastigium culminans*; τὸ ἄκρον τῆς δόξης; unde quomodo *modus* & *modestus finis*, ac *terminus* ille *intra quem subsistit* quis, exsculpi quitus sit, nullus exputo. Quid? *terminumne*, & *finem* illum *modestum* admittemus *Job.* 11: 7. החקר אלוה תמצא *An vestigationem Numinis reperies?* Quivis sentit *infinitudinem* spectari; nec aliud cogitandum, tum ibi, tum ubique locorum, quam *subtilissimam perscrutationem*, a *limando*, *tenuissime elimando*, sub *Themate* nostro ductam. Demonstratum supra *Cap.* 23: 30. Confutando huic conatui plura addere haud lubet. Ansa tantum inde porrecta observare liceat, quam longe a vero se auferri, & ad quæ absurda tandem se efferri sinant, qui semel *Viam Regiam* deseruere; & quidvis potius, quam *Dialectorum* lucem respectant. Est aliud adhuc, quod hac occasione submonendum habeo. Magni quoque Viri, *Dialectorum* minime contemtores, sæpe tamen implicari se patiuntur *Hypothesi* illa absurda, & infinitos errores trahente, quam fovent *Dialectorum* Oppugnatores, *Bibliorum ambitu Linguam Hebræam terminari*. Quantam confusionem, quantam noctem *Rei Hebraicæ* invexerit ista opinio, hominibus Literatis plane indigna, alibi data opera pervictum. Nunc modo teneri velim, hoc ipsum in causa fuisse, quod tot præclari interpretes ausi non fuerint sub כבוד aliud quicquam cogitare, quam *gloriam*, quum tamen non ignorarent ei a *gravitate* & *pondere* nomen fuisse inditum, ad exem-

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Verf. 1 Sicut nix in æstate; & ficut pluvia in messe; sic non congrua crasso gloria.

2 Ut

Vers. 1 כשלג בקיץ וכמטר בקציר כן לא נאוה לכסיל כבוד :

2 כצפור

exemplum *Græci* Βάρ☉. Disertim utique *Cocc.* in *Lex.* כבוד *præstantia*, *& quidem summa*, *quæ est velut* βάρ☉ τι, *quo quis comparatus alteri*, *ei præponderat.* Cur ergo nec *Cocc.* nec *Vitr.* nec *Grot.* nec aliud magnum Nomen hoc in loco ad *pondus*, aut *gravitatem*, aciem direxit? Sola ratio haud dubie ea, quæ apud principes *Philologos* rationem facere non debuisset, nuspiam alibi in *Sacro Codice* כָּבוֹד istam *ponderis molesti* notionem exertare. Sit verum! quod tamen asseverare haud tutum adeo; an inde jam justo satis calculo subducetur, כבוד nunquam *propria* vi *gravitatis* ac *ponderis*, vivente Lingua, adhibitum fuisse? Hoc nemo *Linguarum* peritus vel veri speciem habere dixerit. Iterum iterumque moneo, ex sublesta *Hypothesi* id genus calculi ducuntur. Si *Analogia* attendatur, si vocabulorum nativa potentia, si amplitudo prisca sermonis *Hebræi*, ne sub dubitationis quidem aleam res mitti se patitur; & כָּבוֹד certo certius significavit, *gravem* aut *ponderosum esse.* Vel pervicacissimum hoc cedere cogam. *Verbum* כָּבַד istam potestatem sæpiuscule in *Sacro Codice* offert: de *manu gravius opprimente Job.* 23: 2. 1 *Sam.* 5: 11. de *servitute Neh.* 5: 18. de *mole belli.* 1 *Sam.* 31: 3. de *peccatis*; & *mole criminum*: *Gen.* 18: 20. *Ps.* 38: 5. & *Jesaj.* 24: 20. De *onere clitellario Job.* 33: 7. de *arena marium* denique *Job.* 6: 3. Hujus verbi *infinitivus Analogus* est כָּבוֹד τὸ *prægravare*, *prægravatio*, *quæ mole molesta incumbit*, *opprimitque.* Hoc apud *Hebræos* olim usitatum fuisse qui negaret, rueret profecto, & ludibrium orbi Erudito deberet. Persentiscitur hinc, non anxie ad calculos sedendum, nec pulverem ciendum qui oculos imperitos impleat, sed *Linguæ* indolem consulendam, & veterem ejus amplitudinem ante oculos habendam, ut inde pondera ac momenta sensuum ellibrentur; atque pro dignitate *Sacri Codicis* rite constituantur. Hoc *Versionis* nostræ fundamenta, ac firmamenta, in tuto locat, cum hic, tum alibi locorum. Finieram; sed attinet me non absimile commissum Principis *Critici*, *R. Bentleji* ad *Lib.* 3. *Tusc. Cap.* 1. Omnes Codices, & Editiones dant ibi, *Quidnam esse causa putem cur corporis curandi ars quæsita sit --- animi autem medicina nec tam desiderata sit*, *nec tam culta &c.? An quod* CORPORIS GRAVITATEM *& dolorem animo judicamus*, *animi morbum corpore non sentimus?* Vitiosam, & parum *Latinam*, censet Vir acerrimi judicii istam *gravitatem*, pro eaque *pravitatem* substituendam tendit. Occuparat mentem ejus, totamque obsederat, protritior usus *Gravitatis*, in *dignitate & auctoritate gravi*; unde *Gravissimos* appellamus *Judices* ac *Magistratus.* Mirum profecto, quum *graves morbo*, *senio*, eum fugere non possent. Ergo & *Gravitas Corporis* pro *morbosa affectione* rectissime haberet, etiamsi nullum in Libris exemplum prostaret. En tamen idoneum ex *Lucr.* L. 3: 476.

> *Consequitur gravitas membrorum*, *præpediuntur*
> *Crura vacillanti*; *tardescit lingua.* ---

En ex ipso etiam *Cic.* de *Fin.* 4: 12. *At vero gravitate membrorum*, *& cruciatu dolorum*, *si quis quem levet*, *magnam ineat gratiam.* An & ibi *pravitate* refingetur? Nil pravius. Iterum *Acad.* 4: 17. *Si in sensibus forte est aliqua gravitas*, *aut tarditas.* Quid? quod men-

2 כצפור לנוד כדרור לעוף כן קללת חנם לא תבא :

2 Ut passer ad vagandum; & ut hirundo ad gyrandum, sic exsecratio temere facta non veniet.

3 שוט

3 Fla-

mentis gravitatem pro *agrimonia prægravante* non refugerit *Seneca Ep.* 24.? quum millenis in locis longe diverso illo sensu frequentetur. Apparet nativam copiam Linguæ, quam *Analogia* suggerit, ex oculis dimitti non debere. Apparet summos *Literatores*, hoc non observantes, graviter offendisse etiam in regione *Latina;* ubi tot Libris abundatur. Inde colligere est quanto gravius adhuc offendi, & ubique cæspitari debuerit in *Hebraica* ditione ab iis, qui nihil pro *Hebræo* fere agnoscere sustinebant, nisi quod angusti limites unius *Sacri Codicis* complectuntur. Hinc illæ lacrymæ. Hinc tot hallucinationes, tot steriles, & jejunæ sæpe, commentationes, tot violentæ locorum torsiones; per quas *Spiritui Sancto* sensus affinguntur, quos vel mediocre ingenium suos nollet, quosque omnes, quibus vel mica salis, insipidos statim persentiscunt. Proinde, quibus Dignitas, quibus Majestas, quibus Sanctimonia Verbi Divini cordi est, *Linguæ* opulentæ olim, & maximas copias venenti, vetusta pomœria, vetusta non denegent jura; sed eam in prisca regna mecum vindicent, atque reponant. Sic area Domini per universum ejus ambitum perpurgabitur, paleisque discussis, solida ubique & nitida grana emicabunt.

AD CAPUT VIGESIMUM SEXTUM

NOTÆ.

Vf. 1. Comparationes *Allegoricæ;* quæ plus habent in recessu, quam frons offert. *Litera* nemini non promta; *nivem verberare & adurere fruges æstate maturas;* itemque *pluviam sternere*, ac *corrumpere segetes.* Sed non æque apertum, quo nexu subjungatur, *sic non congruens elumbi gloria.* Ad *intempestivitatem* ferme respici video, & quidem *noxiam*, quatenus *secundis rebus uti* nesciens *Elumbis*, *sibi aliisque malum creat.* Non minuo: altius tamen penetrandum. *Æstas & messis* sapiunt *Allegoriam*, quæ istis *imaginibus* depingit *florentem conditionem Rei Publicæ*, vel & *privatæ.* Tali rei curandæ, fovendæ, administrandæ, si admoveatur כסיל *Elumbis*, cui *lumbi adipe obsessi* simul, simul *ad mollitiem infracti*, tanquam *calamitosa* quædam existit *tempestas;* atque vesanus ille *instar* habebit *nivis* omnia, media etiam in æstate, *verberantis*, & *amburentis;* instar quoque habebit *pluviæ vehementis*, quæ *segete* cum maxime *stante*, ac *vigente*, graves aristas prosternat, atque torrente fluxu spem coloni averrat. כבוד *gloria*, proprie *gravitas suspicienda*, & *honoranda*, hic designat *auctoritatem publicam*, cum *opibus & potentia* conjunctam. Ita verbum כבד *ingravescere* positum *Job.* 14: 21. Ipsum quoque כבוד istam sæpe amplitudinem receptat. *Nivem & tempestatem nivalem* designare *calamitosam cladem* nemini mirum accidet. De *pluvia* מטר, quæ in benigniorem ferme partem fertur, qui addubitaverit forte, inspiciat *Jesaj.* 4: 6. *ubi* מזרם ומטר *ab imbre*, & *pluvia*, picturam *calamitatum* complet.

Vf. 2. Iterum aliquid profundius, quam primo obtutu deprendere est. *Temeraria verba*, & *imprecationes*, cum *passerculo vagaturo*, itemque *hirundine gyratura*, non alia de causa comparari creditur, quam quod utraque *avicula levissima* sit, & *pernicissimi volatus.* Est hoc: interior tamen ratio similitudinis pendere videtur ab *augurio*, sive ab eo, quod *avem* usurpabant Veteres pro *omine* sive *bono*, sive *malo.* Eleganter hinc *Arabes*, سكن طيره *sedit*, *resedit avis ejus;* in *fausta comprecatione*, quæ *effectum sortitur;* itemque سكن طايره *quievit*, sive *assedit volucris ejus*, pro *modestia usus est gravi.* Insignite *Harir. Conf.* 43. descri-

bens

3 Flagellum equo; capistrum asino; & virga tergo elumbium.

3 שוט לסוס מתג לחמור ושבט לגו כסילים :

4 Ne respondeas elumbi secundum crassitiem ejus: ne forte & tu ipsi adæqueris.

4 אל תען כסיל כאולתו פן תשוה לו גם אתה :

5 Re-

5 ענה

bens *Judicem venerabilem, qui esset* ركين النصبة يونس منه سكون الطاير وان ليس بالجاير *subnixus summa gravitate; unde perciperetur quies residentis avis; & quod neutiquam injustus esset.* Illa *quies avis residentis* a *scholiaste* exponitur per الوقار والحلم *modestiam gravem, & mansuetudinem maturam*, quæ *nil inconsiderati ex ore emittere*, nec *injusti quid committere possit.* Addit وبخلافه يقال للطايش طارت عصافيره *e contrario de homine levi & temerario dicitur, volant ejus passeres.* Vides *adagium* quo *temeraria levitas* denotetur. Hoc convertas licet hanc in formam, *volarunt passeres ejus*; pro *dicta temeraria profudit.* Item طارت خطاطيفه *volarunt hirundines ejus*; de *blaterone futili* ac *temerario.* Respici videtur utroque in adagio ad *vocem* quoque *inconditam, stridulam, absurdam.* Certe τρυλίζειν valet τρίζειν *stridere ut passerculus*; & χελιδονίζειν *hirundines imitari garrulitate absona.* Apud *Arabes* quoque وطواط *hirundo* ad *hominem futilem garrulumque* transfertur. Elucet opportunitas *comparationum*; simulque deprendere est, nil vidisse, qui pro לא *non*, posteriori colo intrudebant לו *ipsi*, quasi foret, *sic maledictio temeraria in eum redibit, qui eam miserit.* Nil pote alienius.

Vs. 3. Rotunditas concinna & teres, tribus membris una sub copula decurrens; eadem illa venustate, quam *Cap.* 25: 18. indicavi. Quicquid interserueris, nervum simul leporemque minuet. Aculeus quoque latet sub *equo*, & *asino*, hunc ad modum *castigandis*, ac *coërcendis*, ut senties collato *Ps.* 32: 9. Istum locum ita constituendum censeo; *Ne sitis instar equi, instar muli, quem docere nihil est; in capistro & freno instrumentum ejus ad obturandum: nequaquam! appropinqua ad temet.* Id est, *tecum habita; temet in ordinem coge; os, oculos, pedes, omnia coërce.* עדי *instrumentum, apparatum, ornatum* sonat, etiam *Ps.* 103: 5. *Qui ad satietatem explet in ubertate apparatum tuum.* Monui ad *Job.* 10: 17. בלם est *obturari*, de *labiis animalis præ libidine tumentibus.* φιμῶσαι. *ob ferociam camo compesci.*

Vs. 6. Abstrusioris dicti genuina mens erui non potuit, quod *Origo* vocabuli חמס, unde cuncta pendent, fuerit præclusa. Redditur, *truncans pedes, potans violentiam; mittens verba per manum elumbis.* Hoc *Mercer.* I. ita declarat, *qui stolido aliquid committit delegatque peragendum, perinde est ac si ei pedes præcideret; destituitur enim facultatibus obeundæ provinciæ necessariis, prudentia, industria, acumine, consilio, quæ sunt veluti pedes in Legatione.* Hæc ad prius colon. Ad posterius ita pergit; *Bibit insuper violentiam, dum scil. eo non fideliter referente commissa, in eum irascitur is ad quem stultum miserat, atque ita reportat injuriam, & a stulto misso & ab eo ad quem illum misit, dum ab illo accusatur ob ea quæ stultus male retulerat.* Intricata omnia; quæ non extricat interpolata hunc in modum Versio II. *Pagn.* sicut *is qui præcidit pedes* ejus quem aliquo mittit *iniquitatem bibit*; sic *qui mittit quippiam per manum stolidi.* Huc concessit *Cler.* III. præfatus; *multa esse in adagionibus, quorum ratio reddi nequeat; nisi forte locus mendosus sit*; ac deinde subdens: *Suspicabar hanc sententiam hic posse quæri. Ut qui abscinderet alicui pedes nec eo secius nuncium eum mitteret, atque deinde homini indignaretur, quod nunciatum non ivisset, gravem injuriam ei faceret: sic si quis stul-*

to

5 ענה כסיל כאולתו פן יהיה חכם בעיניו :

6 מקצה רגלים חמס שתה שלח דברים ביד כסיל :

7 דליו

5 Responde elumbi secundum crassitiem ejus; ne forte sapiens sit suismet in oculis.

6 Truncans pedes; cruditatem potans; mittens mandata per manum elumbis.

7 Si-

to mandata dat ferenda, *iniquus est si stulto excandescat*. Diverso adspectu *Jun.* IV. *Ut qui sibi detruncat pedes*, *ita violentiæ pœnam ebibet qui mittit verba per stolidum.* חמס *violentiam* pro *pœna violentiæ* nonnunquam venire, constat: sed non erat cur illuc decurreret; quum *violentiæ pœnam ebibere* simpliciter in *notis* exponat, *sibimet injuriam facere*; quod per *violentiam bibere* multo planius efferretur. Nihil admodum hoc in sensu, quod se commendet; nisi magnum quis putet sententiose enunciasse *Eum qui sibi pedes detruncat*, *violentiam sibi ipsi facere*; vel si malis, *pœnam ebibere istius violentiæ*. Grandiora verba rem non faciunt grandiorem. Iterum alio flexu V. *Cocc.* מקצה accipit de eo, *ad quem mittitur stolidus*; filum sic texens: *Truncat pedes*, *injuriam bibit*, *qui mittit verba in manu stolidi*, i. e. *proximum*, *ad quem mittit stolidum*, *non adjuvat*, *neque expeditum facit*, *sed in omnem* ἀπορίαν *&* ἀμηχανίαν *includit*, *ut nesciat*, *quid facere debeat*, *aut quo vadat* &c. Sequens colon, ad *mittentem* ita reducit: *qui autem tali negotium committit*, *videtur delectari injuria & contumelia.* Est partitio minus commoda. Non *truncat* etiam *aliorum pedes*, qui *stolidum ad alios* mittit *legatum*; sed potius *ludibrium* ipsis *præbet*, *pro stolido* & ipse, cum suo sibi Legato, *explodendus*. Opportunius *Belgica* nostra VI. & proxime verum: *Truncat sibi pedes*, & *bibit violentiam*, qui *negotia mittit per manum stolidi.* Hoc sensu: *pedes* quasi *detruncat ipse sibi*, & *summam sibimet injuriam facit*, *ac violentas velut manus affert*, *qui tali utitur Legato.* Eodem tendit *Vulgat*: *claudus pedibus*, *& iniquitatem bibens*, *qui mittit verba per nuncium stultum.* Hoc per se ita planum, ut mirari sit, aliud a quoquam fuisse circumspectum: & tamen necdum dignitas omnis nostræ *Gnomes* satis refulget. Sentias VII. si hanc seriem adspexeris, *tribus* iterum *colis*, sine ulla copula, affabre detornatam, & inclusam. *Truncans pedes; cruditatem bibens; mittens negotia per manum Elumbis.* Subaudi; *pares sunt*; *eodem stant gradu*, ut *Cap.* 25: 20. Expendamus. Primo, *Truncans pedes*, מקצה haud dubie *de eo*, *qui* sibimet *ambos pedes*, *dualiter* enunciatos, *abscindit*. Nil vesanius. Secundo, שתה חמס *potans cruditatem*, i. e. *summe crudum*, *acerbum*, quod *torquere* debeat *bibentem*, atque *excruciare*, ultro *bauriens* atque *in viscera demittens.* Ista proprietas vocabulo חמס vindicata *Cap.* 4: 17. ostensumque inde *injuriam*, *violentiam*, *vexationem duram*, & *crudelem*, emanasse, ut in ὠμότης, & ὠμὸς *crudus*, *crudelis.* Apud *Latinos* item *cruditas* & *crudelitas* unam tenent *Originem.* Utrumque a κρύος, quod est ῥῖγος, *rigida durities.* Præcedenti vesanior, *bibens cruditatem.* Vesanissimus tertio, *mittens negotia per manum Elumbis.* Ita membra *gradatim* crescere, ab imoque ad summum provehi, *Cap.* 25: 20. patuit. Colores hi non sparsi in Tabellam, sed cum delectu ab artifice dextra positi. Nempe primo, *qui mittitur negotia curaturus*, *vicem* quasi suscipit *pedum legantis:* ac proinde, qui *Elumbem mittit*, tantundem facit ac si *suis sibi manibus ambos pedes præscinderet*; atque *se* suasque fortunas *contruncaret*, non sine acerbo cruciatu. Idem dolor cruciabilis signantius adhuc expressus, secundo, phrasi, *bibens cruditatem*; *nil læti* videlicet expectandum habens ab *Elumbi negotiorum gestore*, *nil maturi*; sed *cruda*, & *acerba* omnia *absorbere a semet* ipso *coactus* quasi, qui *mulum* legerit *clitellas impacturum*, & *mandata* cum damno ludibrioque domini *fracturum.* Hoc intentum percipias ex *Cap.* 10: 26. *Ut acetum dentibus*, *& ut fumus oculis*, *ita tortipes*, ignavus tardator, *mittentibus ipsum.* Vides ipsum nostrum *bibere cruditatem*, ut, quod aliud *Proverbium Hebræum* ferebat, *ex uvis immaturis & dentes stupeant*, & *ora*, *fauces*, *viscera*, *tor-*

 queat

7 Situlas agunt crura ex claudo: & ſententia in ore elumbium.

7 דליו שקים מפסח ומשל בפי כסילים׃

8 Ut

8 כצרור

queat, uratque, *amaror*. Is ſane *ſibimet ſummam facit injuriam*, *ſummam violentiam infert*. Sic utraque virtus vocabuli חמס in unius ſententiæ pondus ac decus coaleſcit.

Vſ. 7. Magni fluctus; æſtusque opinionum, tanquam in vortice quodam colliſarum. Vis ſententiæ recumbit in verbum דליו; de cujus nec *Radice*, nec *forma*, nec *potentia*, convenit A דלל *tenuis fuit* I. nonnulli, cum Cl. *de Dieu*, *attenuata* vel *debilitata ſunt crura claudi*: interſerto *Jod* דַּלְיוּ pro דַּלּוּ. Sic olim quoque *Symm.* Ἐξίλιπον κνῆμαι ἀπὸ χωλοῦ. Abnuit *Analogia*; nec ſenſus, aliquo modo tolerabilis, quod *claudicationem* circumſcribat ſaltem, ſatis vel plenus, vel robuſtus. A דלה *ſuſtulit*, ſecundum *Lexica*, *Kimch.* II. *Tollite crura a claudo: auferte ea, quum illis gradi non poſſit.* Calculum adjecit *Cocc.* ſic applicans, *ut claudus cruribus non recte utitur ad decenter incedendum, ita homo ſtolidus bona ſententia non niſi abutitur.* Explicatio verſione concinnior; nam דלה nec *auferre* valet, nec *ablatio* iſta *crurum a claudo* aptam præbet figurationem. Hanc requiri ſentiens *Jun.* dedit III. *Tollite cothurnos a claudo; & ſententiam* quæ eſt *in ore ſtultorum.* Pervenuſta imago; qua innui putat, *ut claudo cothurnos, ſi eos forte induere velit, detrahendos; ita ſtolido ſuperbum ſermonem eripiendum.* Poſſem & aliter adhuc; ſed non inſiſto: nam nec שוקים *crura* pro *cothurnis* bene fulta; nec דלה, ut dixi, *ablationem* deſignat. Ab *elevatione* IV. *Merc.* aliique cum *R. Juda*, *Elevata ſunt crura a claudo*: i. e. *altiora ſunt unum præ altero*, & *inæqualia: ſic & parabola in ore ſtolidorum inæqualis eſt; non conſtat ſibi*, *claudicat.* Hoc ipſum enimvero *claudicat*, & *elevari* pro *inæqualem eſſe* male firmo niti talo, quivis ſentit. Hinc *Belgæ* aliique malebant V. *Elevate crura a claudo*, vel *claudi*; i. e. *ſuſtinete ea*, & *ſuffulcite*: *hoc vero*, ſubditur in Notis, *commode fieri nequit. Similis ratio parabolæ in ore ſtulti.* Sic *ironice* accipiendum foret dictum; ut *fulcris* indigere dicatur *ſententia in ore verſans ſtolidi.* Eſt ſatis elegans: ſed nativa virtus verbi דלה hoc non adeo patitur, effulcitve. Idem judicandum de ſatis nitida alias *Gnome*, quam *Vulgat.* affert. VI. *Quomodo pulcbras fruſtra habet claudus tibias, ſic indecens eſt in ore ſtultorum Parabola.* Id ex דליו שוקים qui exſculpi potuerit, non video. Suſpicor ad *cothurnos*, *crurum ornamenta*, reſpectum fuiſſe; quo & *num.* III. collineatum. A magno ingenio, judicioque, profectum quod *Luth.* VII. exhibet *Ut claudum ſaltatio, ita ſententia decet os ſtolidum.* Inter *Arabum* Proverbia eſt اعرج راقص *claudus ſaltans*, de *ſumme diſſonis*, ac *deformibus rebus*; *quæ cachinnos excitent.* Apprime ergo quadrat: ſed *ſaltationi* in verbum דליו parum aut nihil videtur eſſe juris. Hinc mendum ſubeſſe ſuſpicans *Cler.* דלוּג *ſaltare* oggeſſit. Hanc vim Themati דלה vindicare conatur Doct. *Gejer.* ab *elevatione*, quam *Lexica* inculcant, ut *elevata crura*, ſint, *alternatim reciprocata ſaltando.* Propius ad veritatem, quod ſubjungit, reſpici *ad elevationem crurum inſtar binarum in puteis ſitularum, quæ alternatim adſcendant deſcendantque.* Hoc jucundum ſatis conſpectum præbet; nec omnino abhorret, quod דַּלְיוּ *ſubſtantivum* cenſeat, ad normam אָחוּ *carectum*, שָׂחוּ *natatio.* Hæc tamen non una ſignavit moneta; quæ requiſiviſſet דַּלּוּ, quod pro דַּלְוּ, per *quietem tertiæ*, conformari potuit. *Cocc.* in *Lex.* ſuggeſſerat דַּלְיוּ pro דַּלְיוֹת more *Chaldæo.* Sive hoc, ſive illud placeat, recurratur neceſſe eſt ad *reduplicatum* דַּלְיוּ, quod a דְּלִי rite de-

descendit. Inde דָּלְיוּ, & per *quietem* 3. *duplicata* דַּלְיָה, verbum perelegans, & grave, *Analogice* subnatum, pro *reciprocavit situlas*, & quidem ad vim istius *speciei*, cum *habitu* veluti, & *motu vehementiore*. Hinc jam haud dubie commodius, ex 3. *præteriti* directe exprimere liceat VIII. *Situlas reciprocant crura ex claudo: & sententia in ore elumbis*. Copulativum &, vim *comparationis* adfert signatissimam in stylo sublimiore; sive ad subsequens reflectatur, sive ad antecedens colon, efficitque illud *unum eundemque gradum tenere*, quod crebro jam vidimus. Inde nodus resolvendus *Marc.* 9: 49. collata *Anthol. Hamas.* p. 477. Sed ad pensum. Id orsus sum supra ad *Cap.* 20: 5. ubi *vim nativam* verbi דלה ostendi sitam fuisse in *reciprocatione*, & speciatim *sitularum*; דלי دلـو *situla* denominationem inde trahente. Reperies quoque ibi exempla ex *Gjeubar*. unde eluceat דלה دلا *situlas agere*, lepide translatum fuisse ad *incessum lentum*, ac *vacillantem*; quum videlicet *hinc & hinc inclinatis, ac reciprocatis, lateribus*, multum quidem movetur, sed parum promovetur. Eadem *metaphora* adscita sub *synonymum* مـاح *hausit aquam situla*; quod postquam proposuisset *Gjeubar*. subnectit;

وَمَاحَ فِي مَشْيِهِ تَبَخْتُرًا
وَهُوَ مَشْيٌ كَمَشْيِ ٱلْبَطَّةِ
قَالَ ٱلْعَجَّاجُ
مَيَّاحَةٌ تَمِيحُ مَشْيًا
هَوْجَا ۞

Item aquam hausit situlis in incessu suo, est vacillanter incessit, in utramque partem jactato corpore: estque incessus hicce anatum. Inde Aggiagius

> *Situlatrix, situlas incessu agens stolido.*

Item وتمايح السكران والغصن تمايلا *in VI. specie quoque frequentatur situlas agere, de ebrio; & de ramo; quum huc illuc vacillant.* Posterius hocce דליות *ramos pendulos*, quos supra hinc illustravi, grata accessione lucis auget. Ex his tandem cuivis palpare licet, non tam *saltationem* spectari in verbo דליו, quam *reciprocationem motus*, cum *vacillatione*, quæ hic pro *materia*, & *affectione vitiosa claudicantis*, ultro intelligitur esse *vitiosissima*; ad illud *Homericum*:

> Ἀλλὰ μεθυκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει.
>
> *Claudicat incessu, pedibusque residit utrisque.*

Jucunda hinc splendescit facies totius *Gnomes*; nam & *clauda fides*, est *nutans*, *vacillans*, *infida*; apud *Sil. Ital.* 13: 33. ut res & series ibi docent. Et, *tota amicitia claudicabit*, apud *Cic.* L. 1. *de fin.* Graviter *Lucr.* 3: 454.

> *Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque.*

Admirabiliter, ut in nostra sententia, ex ancipiti *Justin.* 6: 2. *Melius est incessu Regem, quam Imperio Regnum claudicare.* Veteribus eodem usu contritum *claudere*. Ita *Sall. Nihil socordia claudebat*, i. e. *claudicabat*; laudatus a *Donat.* ad *Ter. Eun.* 1. 2. 84. ubi tamen *benignitatem in te claudier*, hinc minus commode derivat. Apud *Gell.* 1: 7. sub finem; *ne imperfecto & debili numero verborum sonus clauderet.* Sic *Lips.* corrigit, *Elect.* 1: 7. Indubitant *Critici*; sed dubitationem sibi remittent, si contulerint ex *Lib.* 4: 7. *numerus clausurus est*; pro *claudicaturus*: nec non ex L. 13: 20. *Sentias suavitatem sonitus claudere.* Auceps talium *Gellius*. Apud *Auson.* extat, *memoria claudit*, pro *vacillat*. Ita & *Græcis* σκάζειν magno cursu admissum; ut quum *mentem & orationem simul* σκάζειν dixit *Gregor. Nazianz.* T. I. p. 362. Crebrum est apud *Chrysost.* itemque χωλεύειν; ut T. I. *edit. Savil.* χωλεύειν περὶ τὰ δόγματα *claudicare circa dogmata*; & T. II. 125. χωλεύουσαν γλῶσσαν *claudicantem linguam* reperies.

ries. Adde p. 372. & 484. &c. &c. Apud *Plat.* p. 775. habes χειλῶν ἡγεμονίαν; ut & *Diod. Sic.* L. 11: 38. Apparet hanc eſſe genuinam anſam, ſedemque, noſtri dicti, cum quo conſpirat pulchrum illud 1 *Reg.* 18: 21. עד מתי אתם פסחים על שתי הסעפות *quouſque vos claudicantes ſuper duabus affectionibus?* In דליו *reciprocatio* forte gemina pingitur, altera, qua *crura* nunc *in hoc*, nunc *in illud latus*, *declinant*: altera, qua *ſitulæ* nunc *ſurſum*, nunc *deorſum*, *feruntur*. Sed & hoc in *crura* quadrat, itemque illud in *ſitulas*. Hæc aliis enucleanda permitto. Mihi *utrimque vacillans*, & *indecora* ſane, *claudicatio* ſufficit; quæ utriusque membri dignitatem, & gratiam, ſatis complet. Verbulum ſubdendum reitat de gravi *Syntaxi* in מפסח *ſitulas agunt crura ex claudo*; vel *a claudo*. In *Animadvſ. Juvenil.* ad h. l. commonebam, particulam مـن *Genitivis* formandis admoveri; prout plurimi quoque hic *crura claudi* expreſſere. Exempla ibi congeſta. Nunc fortius quid ſubeſſe arbitrarer; & aliud ſonare שוקי הפסח *crura claudi*, aliud שוקים מפסח *crura ex claudo*; ut alludatur ad *Originem laxatorum ſemorum*, atque adeo *e ſedibus ſuis luxatorum*, indeque *jugiter* velut *exſilientium*. Hoc *vitioſiſſimam affectionem claudicantis* adauget; ſimulque *comparationi* inde ſuſceptæ novum accudit aculeum. Inculcabitur enim, quamcumque in partem *mens* & *lingua claudicans hominis Elumbis* feratur cum מישל *ſententioſo*, quod ſuper labia aſſumſit, *dicto*, ut *aliquid ſapere* videatur, ſive in ſiniſtram, ſive & in dextram, id totum *luxatum* eſſe, atque velut *ex articulis* ſuis *revulſum*. Hanc *emphaſin* quoque exerit مـن מן in illo *Alcoran. Sur.* 19: 3. انـي وهـن الـعـظـم مـنـي *Quod ad me*, *debilitata ſunt oſſa ex me.* Dabam juvenis, *oſſa mea.* Nunc *ex me* retinendum ſentio, ut ſit, *e ſedibus ſuis convulſa.*

Ibid. Liberanda fides, quam ad *Cap.* 20: 5. obſtrinxi; & diſcutiendum figuratiſſimum illud *Pſ.* 141: 3. *Appone cuſtodiam ori meo;* נצרה על דל שפתי *retinaculum ſuper* ..... *labiorum meorum.* Vulgo *januam*, *fores*; voce דלת anſam præbente. Hoc durius cenſet *Cocc.* in *Lex.* *nam*, inquit, *labia ſunt fores oris; labia non habent fores.* Defendi tamen poſſet, ſi *fores labiorum* reſolvantur in *labia quæ ſunt fores*: ut *Urbs Romæ*, idque genus infinita. Pergit *ibidem* Princeps *Lexicographus*; *vel a* דלל, *ſecundo*, *ad imum labiorum*; *nam imum movetur.* Hoc omiſſum melius. *Tertio*, *vel*, *ſuper elevatione labiorum meorum. Ita Chald. & Joſ. Kimchi. Sed labia non elevantur. Vel denique ad hauſtionem labiorum meorum*, *i. e. prolationem cogitationum e corde.* Poſtremum hocce perjucundam exhibet imaginem, ac ſuo ſibi jure palmam vindicat; eniteſcit enim iterum *ſitulatio labiorum*, ſive illa *hauſtio*, quæ fit *reciprocatis ſitulis*; tanquam *ex profundo cordis*; ſupra *Cap.* 20: 5. Tetigi in *Indice* ad *Tom.* I. *Orig.* atque ex *Vſ. ſeq.* adfirmavi, ubi dicitur, *ne inclines cor meum* לדבר רע *in rem malam* להתעולל עלילות ברשע *ad exhauriendum hauſtiones in turbulentia*, *cum viris vanitatem operantibus.* *Ne* eorum exemplo *ea ex alto cordis hauriam*, *atque effundam*, *quæ improbitas*, *cœnum & lutum intus volvens*, *ſuggerere ſolet.* Hoc adſpectu דל שפתים *ſitulatio labiorum* cum *reciprocatione*, quæ principem locum obtinet, etiam complecti poſſet *vacillationem*, & *hypocriſin*, ad quam natura peccato contacta nimium quantum inclinat. Sic emergerent χείλη χωλαίνοντα *labia claudicantia*, quibus נצרה *retinaculum* apponendum divinitus, ut coërceantur, neque ab officio unquam deflectant. Hoc ut examini, ita arbitrio cujusque permiſſum eſto.

Ibid. Needum perfunctus ſum. Eruenda mihi nativa vis verbi פסח; ut inde explicationem noſtram permuniam. פָּסֵחַ *claudum* ſonare, dubio vacat. Unde nomen tractum ſit, non liquet. Nimirum ex rarioribus eſt *Thema* illud, quod in *Lexicis* mire vexatur, ac diſtrahitur. Plurimi tria ponunt ſignificata; *tranſire*, *tranſſilire*; *claudicare*: atque *poſtremum* a *medio* derivant, quod qui *claudicet*, quaſi *ad latus*, vel *latera*, *tranſiliat.* Nil contortius. Et tamen invenit *Guſſet.* quo diſtortius redderetur: atque in *Comm. Ling. Hebr.* ſub *Radice* פסח hunccce Erudito orbi κενεῶνα appoſuit: " *Dele* „ tranſiit; *retine* tranſiliit. *Inſignis eſt ejus* „*cum*

„ cum claudicatione *concursus: etenim Jes.* 31: 5. *significat aviculæ* volitationem *circa pullos, ad eos contra hostem instantem tutandos. Proinde* Claudi *vocantur quasi quodammodo* volitantes ". Non verecundari me arbitrarer *Remp. Literatam*, si *claudum* ei *volitatorem* offerre sustinerem: & tamen ita omnia miscere ac interere pergit. " *Significatio* volitandi *ubique convenit. Nam* 1. *qui corpore* claudicat, *extollit pedem cum coxa longius a terræ superficie, sicut ea quæ* volant *magis ab ea distant, quam quæ incedunt* 2. *Deus quoque transiens per Ægyptum Exod.* 12: 13. *ad feriendum, magis sese a terra in occursu domus cujuspiam Israëliticæ removebat: unde fit ut in Eum transferri queat notio* volitandi; *modo non cogitetur* volatus rectus, *sed is qui revera* volitatio *vocatur, motus nempe inæqualis* ". Bellas, enimvero, nitidas, speculo claras *Origines!* Hi sunt *radii* illi, quibus, *Solis* ad instar, *Linguam Hebræam* pro *secundariis* & *primariis* suis *significationibus* juxta *resplendere*, nec *Dialectorum luce* ac *ope emendicata egere*, prædicabat *Metaphysici Systematis Bobliani*, quod seculo præcedente ultro collapsum erat, instaurator ac propagator. *Radii* profecto, qui *meram* nobis *noctem* offundunt, & *Radicem* omni dignitate, lumine, honore florentem, extinguunt. Nil absurdius sane, quam in officina imaginationis conflare ut *primigenium* quid *volitationem*; atque inde mox procudere, tum *claudicationem*; tum *motum inæqualem*; applicandum *Exod.* 12: 13. ut ex eo *Paschatis Etymon*, & *cumulatissimum* Divinæ Gratiæ *beneficium*, *Israëlitarum* ædibus in *Ægypto* præstitum, exsculperetur. Cl. *Cocc.* pro acumine diversas quoque potestates ad unum fontem reducturus, ex פָּשַׂע literis affini adscivit *gradi*, *gradum facere.* Inde exponit *Exod.* 12: 13. 23. 27. פסח על *gradum facere præter ædes*; nec non *Jes.* 31: 5. 1 *Reg.* 18: 26. Notionem alteram *claudicandi* item hinc ductam censet, *quod claudus altero pede longiores gressus facit curtiori, & in id latus quasi se projicit.* Vix capio: & *claudo* a *gressu longiore* nomen positum, difficile dictu. Adjecit *Stock. Claudum sublato projectoque pede magnum spatium transsilire, & gradum facere.* Id difficilius adhuc, & impeditius. Adeone grave, fateri te nescire, quod revera nescias, nec in tanta penuria *veteris Linguæ* scire possis, nisi major aliunde copia ministretur? Hanc pro nostro *Themate* desiderari, nemini, hisce lectis, & expensis, ambigere integrum est. Veritas confestim suos ingeret radios, atque intime quemvis convincet ad *primariam* virtutem *laxandi*, quæ *secundariam* mox traxerit alteram *luxandi*. Apud *Arabes* hanc vim exerunt *Themata* fororia فسح & فسخ, פסח per *Hba*, id est, *Hbet* non punctatum; فسخ פפח per *Chba*, id est, *Hbet puncto* notatum; quæ tamen unum idemque *Origine* Thema tantum constituunt; usu *laxandi* ab altero illo *luxandi* per punctulum, ad promtiorem distinctionem, sejugato. Talium silva in *Clavi Dialectorum* producta. *Camus.* الفسخ النقض والتفريق وافساد الراي وضعف البدن والعقل كالفسخة وانفسخ العزم والبيع والنكاح انتقض وفسخ يده ازال المفصل عن موضعه *Forma* פסח *designat luxationem cum separatione; etiam de judicio mentis luxato; atque tum corporis tum ingenii debilitatem amplectitur, cum fæmin.* פסחה. *In VII.* אנפסח *est luxari, cum fragore dirumpi, de proposito, pacto, matrimonio. Item* פסח ידה *luxavit manum suam, est, e sede sua, rupta compage, eam ejecit.* Hinc jam *claudus*, χαλὸς, non fidiculis extortam, sed natura ipsa ei expressam recipit denominationem; & ne umbra quidem relinquitur dubitationis, quin פסח שתי רגליו 2 *Sam.* 9: 13. sit *laxus*, i. e. *luxatus ambos pedes*: in quem quadret hocce *Aristoph. in Vesp.* 1486.

Νῦν γὰρ ἐν ἄρθροις τοῖς ἡμετέροις
Στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.

Nunc quippe nostris in articulis
Versat sese laxa coxendix.

Id est, *cujus luxata compages.* Nempe & χαλᾶσθαι *laxari* pro *luxari* evaluit, indeque *Vulcanus* χαλαίπους *Laxipes* apud *Nic. in Ther.* itemque *laxum* pro *luxo*, *luxato*, admissum a *Latinis*. Gemina germana *Origo* vocabuli χα-

χωλός. Ejus *Thema* χάω unde χαίνω, *præ laxitate bio*, *bisco*, *debisco*, *rupta compage*. Quid, quod *claudus* hinc dimanasse potuit, canalem præbente χαλᾷν *laxare?* quod ἀπὸ τȣ̃ χάω, quamvis *Voss.* noster derivet ἀπὸ τȣ̃ κλᾷν *frangere*; quod mihi perinde est. *Luxus pes* item, ut *Veteres* loquebantur, indeque ductum *luxare*, cum *membris luxatis*, defluxere a verbo *luere*, λύειν, quod est *solvere*, *dissolvere*, *elaxare*. Processus hicce, *luo*, *luxi*, *luxum*; ut *fluo*, *fluxi*, *fluxum*. Recte *Fest.* *Luxa membra e suis locis mota, ac soluta.* Hinc jam & lumen *Syntaxeos*, & acumen sententiæ, illustrius adhuc sese effert, ac suavius insinuat: *fitulas agunt ambo crura ex claudo*; i. e. *ex eo qui ad utramque coxam luxatus*, ut *hinc & hinc e sedibus suis crura summa cum deformitate convelli videantur.* Huic respondet כסיל *Elumbis*, *cui lumbi præ mollitie*, *ignavia*, *stupore infracti*, & *luxati*; *mente & lingua* simul *claudis*. Hujus *in ore* non minus *deformiter claudicat* משל *dictum sententiosum*, & ipsum *hinc atque hinc luxatum*, ac *convulsum*. Gratia quoque hinc accrescit insigni figuræ 1 *Reg.* 11: 21. *Quousque* אתם פסחים *vos claudicantes super duabus affectionibus*: proprie *laxi*, *luxi*, *luxati*, *male firmi*, quin imo *convulsi*, & *distorti*, ut nec *Deo Israëlis* adhæreatis, nec *Baäli* vos totos tradatis, *utrobique deformissime nutantes*, & *natantes?* Hanc *principem* potestatem *laxandi*, indeque porro *luxandi*, jam indicaveram ad 1 *Reg.* 18: 26. in *Animadvs. Philol.* Adhæsum ibi, offensumque, ob *Originis Defectum*, ad verba ויפסחו על המזבח אשר עשה. Quid *Veteres*, quid Recentiores dederint, magna cum varietate & fluctuatione, percensui. *Claudicare*, quod multis placitum, parum quadrat. *Assultare*, *insultare*, & quidem *ad illud diruendum*, quod plurimis arrisit; plane precarium est. Mittatur *transsultus*, *insultus*; qui gratis adscitus; ac teneatur *luxatio structuræ altaris*, & quidem על *superne facta*: nam فسخ פסח apud *Arabes* in *luxata compage ædificii* etiam frequentatur; æque ac نقض, quod apud *Golium* per *dissolvere compagem*, *structuram*, declaratur. Hoc ergo vult Sacer Scriptor, *Baälitas in furorem actos*, *quod nullum a Numine suo responsum possent elicere*, *causam silentii conjecisse in Altare quod Elias struxerat*, *quasi ægris id oculis adspectaret Baäl*, *atque propterea* illud *luxasse in summa parte*, atque ita *violatum profanasse*; uti pro superstitione sua autumabant. Hunc esse genuinum loci sensum, ex *Vs.* 30. confici cogique potest; quum ibi *Elias* dicatur, *Altare Jehovæ dirutum resarcivisse.* Apud *Latinos* quoque *laxare compagem structuræ*, eundem usum præstat. *Lucr.* 6: 1069. & *Vs.* 232. de *fulmine*:

Conlaxat, rareque facit lateramina vasis.

Ita ut *vina* inde *diffugiant.* Apud *Lucan.* 6: 667. reperies *pectora*

Vulneribus laxata novis - - - -

Non mirum proinde, si & nostrum فسخ פסח in II. in Versione *Arabica Act.* 23: 10. compareat pro διασπασθῆναι *divelli*: ut & *Rom.* 11: 17. pro ἐκκλασθῆναι *diffringi*; quasi *laxatione compagis luxari.* Eodem pertinet تفسخ in V. apud *Golium*, *dissoluta in partes fuit cocta nimis caro*: *præ laxitate* scil. Cum *Linguæ* copia, gratam habes *notionum* concordiam, quæ hanc ditionem nostri *Thematis*, in qua constituenda huc evectus sum, justis præsidiis permuniant.

Ibid. Piaculum foret, alteram quoque provinciam ejusdem verbi פסח, iniquius adhuc habitam, non in antiquum splendorem vindicasse. *Pascatis* innuo illustrem illam appellationem, qua Beneficium potentissimæ Liberationis ex *Ægypto* obsignatum fuit *Israëli*, atque ad altiorem spem fidemque sub meliore Oeconomia oppigneratum. Hoc insinuatum *Exod.* 12: 13. 23. 27. quæ sola loca in materiam hanc nobis reliqua; nisi quod *Jesaj. Cap.* 31: 5. illuc jucundissime allusum. Nimis secure ibi a plurimis, tanquam dubio exemtum, ingeritur, *transire*, *pertransire*; ab aliis aliquid grandius daturis *transscendere*, *transsilire*: ab aliis denique *assilire*; atque inde פסח *Pesach*, *Pascha* dictum solemnius hocce Sacrum. Vetus est opinatio, cujus in solum ac fundamentum inquiri meretur. *Philo Libr.* III. de *Vit. Mos.* χαλδαϊστὶ πάσχα sonare ait τὰ διαβατήρια δημοφανῆ ἑορτὴν, *migrationis festivitatem publicam*, habet Versio. Ita *Græci* ap-

appellabant *sacrificia pro trajectu fluvii*, vel *felici expeditione copiarum.* Id apud *Thucyd.* L. 5. *Cap.* 54. 55. est θύματα τὰ διαβατήρια. Videtur ad *transitum ex Ægypto per mare Rubrum* collineasse. Confer *Boch. Hieroz. Tom.* I. p. 555. Alibi non semel διαβατήριον interpretatur, & *animæ transitum ad Deum*, *affectibus relictis*, inde solens extundit *mystice.* Vide *pag.* 392. 439. &c. *Hieron.* utrumque complexus in *Epist.* ad *Fabiol. Pascha nos transitum vocare possumus, quod de pejoribus ad meliora pergentes, tenebrosam Ægyptum relinquimus.* Extra oleas. Intra eas saltem, quod *Jos. Ant.* 2: 14. dicat πάσχα σημαίνει ὑπερβασίαν, *Pascha significare transscensum eo quod Deus* ὑπερβὰς αὐτῶν *transcendens eos, Ægyptiis pestem inflixerit.* A se diffidens *Hieron.* iterum ad *Matt.* 26. *Pascha a transitu nominatur, eo quod Exterminator Israëlitas pertransierit, nec percusserit eos:* subdit; *vel ipse Dominus, præbens auxilium populo suo, desuper ambulaverit.* Prius calculos fere abstulit Recentiorum; posterius tribus locis *Exodi*, & quarto *Jesajæ*, propius responderet, si פסח ὑπερβασίαν valeret. Videntur, qui *transitum* simplicem tenent, eumque ad *Angelum exterminatorem* referunt, nunquam textum *Hebraicum* attento oculo inspexisse, nedum perpendisse. *Exod.* 12: 12. ita incipit; ועברתי *Et transibo per terram Ægypti ista nocte, & percutiam omne primogenitum in terra Ægypti* &c. Tum *Vs.* 13. *Eritque sanguis iste vobis in signum super ædibus in quibus vos estis; & videbo sanguinem istum* ופסחתי עליכם .... *& non erit Exterminatori in vos plaga, quum percutiam terram Ægypti.* Tanta in serie rerum, ac verborum, media ista convertere, *& transibo vos*, nervum incidere est *phrasi* haud dubie celsum quid sonanti, atque *figuram* illustriorem in sinu gerenti. Idem recognoscere est distinctius adhuc ex *Vs.* 23. ויעבר *Et transibit Jehova ad percutiendos Ægyptios, videbitque sanguinem ad superliminare & postes*; ופסח יהוה על הפתח, ... *& non permittet Exterminatorem intrare in ædes vestras ad feriendum.* Nihil pro filo isto ac tenore remissius, dilutius nihil, quam, *& transibit Dominus super* sive *præter januam.* Nemo styli peritus sibi persuaserit עבר *transire*, *pertransire*, & פסח esse synonyma, quum plane contrarium consignent, atque prius ad *stragem*, posterius ad *protectionem & conservationem a strage* feratur. Iterum *Vs.* 27. Et *dicetis sacrificium* פסח *est hoc Domino, qui* פסח על .... *ædes filiorum Israëlis in Ægypto, quum percuteret Ægyptios* ואת בתינו הצל *ædesque nostras eripuit.* Nec hic quisquam, cui judicare integrum, inserverit, *transivit super ædes filiorum Israëlis*; quippe quod in materia & pericopa ardente merum frigus spiret. Ne *transsilire* quidem vel hic, vel prægressis textibus, suum pondus, suumve adstituat decus: nam sub sonantiore verbo eadem rei tenuitas. Addo, parum dignitatis isti verbo *transsilire*, *transsultare*, pro *raptim* & quasi *saltuatim transire*, illis in locis, subesse; ut forte citius quis *transire*, quam *transsilire*, concoxerit; ad *remissionem culpæ* simul, simul *plagæ*, referendum, usu *tropico*, quo עבר על פשע *transivit super prævaricatione* sæpius occurrit in *Sacris*, pro *eam prætermisit*, sive *impunitam dimisit.* Ita sane veteres *Rabbini*, ad exemplum *Mich.* 7: 18. *Tollens iniquitatem*, ועבר על פשע *& transiens super prævaricatione reliquiis hæreditatis suæ.* Similis formula *Prov.* 19: 11. Brevius quoque, omisso פשע, *Amos.* 7: 8. לא אוסיף עוד עבור לו *Non addam amplius transire ipsi:* quod & *Cap.* 8: 2. recurrit. Hoc voluisse videntur *Paraphrastæ*, usi verbo חוס *connivere:* nec non *Arabs Erpenian.* qui substituit شفق *commiseratione affici.* Ad hæc interim observetur; primo, diversissima esse verba עבר *transivit*, & פסח, de cujus potestate ambigitur: secundo, longe aliud esse עבר על פשע *transire super defectione*; & פסח על בתים .... *super ædibus Exod.* 12: 27. quin על הפתח *super janua*, *Vs.* 23. ubi jam nemo, cui vel tantillum judicii, *remissionem criminum* nobis obtrusum iverit. Apparet ex iis, quæ huc usque discussa, nec *transitum* simplicem, nec *transsultum*, nec *remissionem culpæ & pœnæ* ex figurata virtute *transitus*, ad tria *Exodi* loca satis quadrare. Decernat idem ipsius Spiritus S. summa auctoritas ex quarto contextu *Jesaj.* 31: 5. in quo, ut supra submonui, ad beneficium *Israëli* in *Ægypto* præstitum, & *potentissimam* ac *præsentissimam istam protectionem* allusum, omnes mihi interpretes consciscunt. Ver-

ba sic habent: כצפרים עפות כן יגן יהוה צבאות על ירושלם גנון והציל פסוח והמליט *Ut aves supervolantes nidum, sic proteget Dominus exercituum Hierosolymas: protegendo, & eripiendo;* פסוח ...., *& elabi faciendo.* Exple lacunam istam, *transeundo*; ab imagine *avium nido supervolantium* te abiisse, haud diffitebere. Exple. *præ...reundo*; in idem incommodum te incidisse agnosces. Exple denique *transiliendo*; majore adhuc difficultate te implicatum persentisces. *Remissioni* quoque *culpæ* & *pœnæ* nullus hic, pro *Literali* quidem *sensu*, locus, quum universum hocce emblema, vivis coloribus illuminatum, in צפרים עפות *aves supervolantes* convenire atque expetere debeat. Hinc ansam arripuit Cl. *Gussetius*, *primariam* vim *volitandi* sub פסח infelici nobis conatu excusurus; ut præcedenti nota insinuatum. Iis relectis, vide quantum sibi in *Jesajæ* & *Exodi* textibus ad hunc significatum reducendis permiserit homo Eruditus: " *Deus in Ægypto motu inæquali* (scil. „ volitando) *progrediebatur, aliter ad Israëlitæ, aliter ad Ægyptii domum se movens:* „ *modo ab itineris linea deflectens, modo ad* „ *ipsam rediens: modo se suspendens ut ne tangeret, modo se demittens ad tangendum &* „ *feriendum. Transitus ille in se spectatus* „ יצא *exire exprimitur Exod.* 11: 4. *&* עבר „ *transire Exod.* 12: 12. 23. *sed in illo ipso* „ *actu, quo discrimen ponit inter domos occurrentes, & inæqualiter ad eas se movet, adhibetur specialis illa locutio* פסח ". Ad hanc abnormem normam פסוח apud *Jesajam* conjunctum cum עפות *supervolantes*, designabit *motum volitandi inæqualem, quo nunc avis, pullos suos tutans, ab iis recedat resiliatque, nunc ad eosdem accedat, ut hostis iis imminens feriatur.* Doleo profecto, honorata in orbe Literato nomina talibus commentis sese aliosque implicare. *Claudicationem* sub פסח invita natura derivare voluit, a *volitatione*, & *saltu inæquali.* Hinc tota hæcce vestigatio *Originis*, cum explicationibus ei innixis, ab utroque latere claudicat. Quanto fuisset promtius, quanto satius, in tanto *Defectu* opportunæ copiæ, ad *claudicationem* cum locis *Jesajæ* & *Exodi* conciliandam, id dixisse, quod res ipsa clamat, cancellos *Sacri Codicis* non ministrare id seminis aut germinis *primitivi*, unde ista pendeat conciliatio; & unde tam controversa, tam varieque distracta, loca ad liquidam lucem, ac rationem, perduci queant. Sed hoc quidem Cl. *Gussetio* integrum sane non erat: quippe qui sic *Dialectorum necessitatem*, quam impugnandam sibi sumserat, constabilivisset. At integrum id fuisset Principi Theologo, eidemque summo *Jesajæ* Commentatori; qui grave *Dialectis* pretium statuebat; easdemque juventuti *Academicæ*, quamdiu Collega mihi Æstimatissimo frui licuit, majorem in modum commendabat. Integrum fuisset Magno *Bocharto*, quo nemo ex *Dialectis*, ac præsertim divitissima illa *Arabum*, benigniorem facem rei *Hebraicæ* accendit. Sibimet tamen his in locis constituendis defuere duo clarissima Lumina; atque *Bochart.* quidem *Hieroz. Part.* I. p. 556. cum apud *Jesajam*, tum in *Exodo*, vulgari *transire*, vel *transilire*, adhærescit, idque explicat *transmittere*, & *intactos præterire, cum in alios animadvertatur.* Huic explicationi se opposuit Vener. *Vitr.* eamque plane alienam arguit; concludens tandem, *se nullatenus dubitare, quin verbum* פסח *istis in locis Exodi, æque ac in Jesaja, notet, aliquem* TOTUM PROTEGERE. Sic sane LXX. *Exod.* 12: 13. ופסחתי עליכם vi sententiæ ducti, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, *obtegam* & *Vs.* 27. Ἐσκέπασε τοὺς οἴκους. Itemque *Jesaj.* 31: 5. περιποιήσει) *vindicabit sibi ut peculium.* Hanc *imaginem* sustinet, ac dubitationi eximit, vocabulum עפות *expansis alis volitantes super pullitie, & nidum protegentes*, ut Cl. *Vitr.* rite observavit; concinente *Arabum* عاف עוף *imminuit* avis *supervolitans.* Hanc *curam protectricem* exprimunt duo verba גנון ופסוח, atque inde loca *Exodi* sic constituit ὁ πάτερ, *Cap.* 12: 13. & OBTEGAM *vos*: *Vs.* 23. & *Jehova* OBTEGET OSTIUM: *Vs.* 27. *Qui* OBTEXIT *ædes Israëlitarum.* Rem oculis contrectandam tradens ita pergit. *Schema est clarissimum ad formam captus humani concinnatum. Cum Angelus perditor transiret ad faciendam cædem primogenitorum; ædes autem Israëlitarum permixtæ essent ædibus Ægyptiorum; Angelus Servator Jehova se interposuit obtegendo ostia ædium Israëlitarum, vel illa protegendo, ne perditor intraret.* Digna *Theologo* gravissimo Tabella, quam ipsa materia ut subjecit, ita per se suffulcit. Officit tamen inveteratum illud *transilire*; quod adeo inolevit, ut

ut ne, ipſe quidem, qui illuſtrem huncce conſpectum nobis aperuit, male firmam notionem miſſam facere auſus ſit; ſed ita ſenſui ſuo accommodaverit " *Atquin, ais, verbum* „ פסח *aliis in locis admittit ſignificationem* „ דילוג SALTUS, *notatque* SALTARE; „ & פִּסֵּחַ *eſt* CLAUDUS, *quia* SALTUA- „ TIM *incedit. Ita res ſe habet; nec ego* „ *recedere velim ab Analogia ſignificationis* „ *hujus.* פסח *ubi notat* PROTECTIONEM, „ OBTECTIONEM, DEFENSIONEM, „ *vere notat* ὑπερβαίνειν, *quomodo eam hic do-* „ *cte verterunt Aquil. Symm. & Theodot. hoc* „ *eſt velut* CUM SALTU SE CONJICERE „ *ad rem occupandam, protegendam, ſibi vin-* „ *dicandam &c. Ut qui equum conſcendit,* „ *eum* ὑπερβαίνει, TRANSSCENDIT *cum* „ SALTU, *eum occupando, & ſuo corpore* „ *ſimul* OBTEGENDO; *poteſtque hæc ſigni-* „ *ficatio colligi, tum ex Exoticis Scriptoribus,* „ *tum ex Metaphorico uſu* 1 *Theſſ.* 4:6." Hæc non e limpido fluere, quivis ſentit; & jam vereor, ne plerique ad *Bocharti* illud *tranſilire*, pro *impunitum transmittere* potius accederent, quam ut admitterent *tranſſilire*, pro *obtegere, protegere, ſibique injecto corpore totum vindicare.* Apud *Paulum* eſt *opprimere.* Confer *Heſych.* in ὑπερβάζει. Hic vero ſpecimen ſpecitur, hic certamen cernitur; hic *Defectus hodiernæ cognitionis Ling. Hebr.* prout anguſtis *Lexicorum* finibus concludi ſolet, utraque manu palpatur; hic ſumma *opportunitas, neceſſitaſque, Originum*, meridie clarius dilucet. *Claudum* a *ſaliendo* appellatum fuiſſe פִּסֵּחַ, *Rabbinis* accredere non debuiſſent maxima ingenia; ſed majorem *Linguæ Veteris* copiam, quod poterant, advocaſſe ex fontibus *Dialectorum*; ut & *Claudo* inde genuinum reponeretur Etymon; & loca, in quibus cum maxime verſantur, fluctuantia, conquieſcerent; & *Paſchatis* genuina denominatio tandem aliquando conſtabiliretur. *Claudo* quidem ſupra jam ſuccurſum ex *Arabum* فسخ *laxare*, χαλᾶν, & χαλαρὰ κοτυληδὼν *laxa coxa:* cujus vitioſa illa *laxatio*, *claudicationem trahens*, etiam χάλασμα dicitur. Pulchre *Jeſaj.* 35: 6. *Tunc* ידלג *ſaltabit, ſubſiliet ut cervus,* פִּסֵּחַ χαλαρὸς, χαλὰς *laxus femora; & cantillabit Lingua muti;* proprie *præligati.* E diametro, ut vides, oppoſita *ſaltatio*, & *clauditas*; ut *cantillatio*, & *præligatio linguæ*: proinde qui פסח *claudum* a דילוג *ſaltatione* derivarunt Magiſtri *Judæorum*, eodem jure אלם *mutum* a רנן *cantillavit* deducere potuiſſent. Jam vero ut χαλᾶν *laxare*, non in ſolo *luxare* conſedit, ſed ſe in digniores etiam uſus explicuit, quibus *laxiſſima libertas*, & *lætiſſima* ac *lautiſſima conditio rerum*, ac *fortunarum*, deſignetur, ita illiberalis eſſet hominis, & plane illiterati, idem Linguæ lumen ac decus *Hebræis* denegaſſe: quum ubi *laxatio* in *Radice* inſit, illæ *ſecundariæ* virtutes inde ultro eflloreſcant. Et hic interim omnia tuta, explorata, ſcrupulo exemta, nobis præſtant *Arabes* ſub ſuo فسح פסח, cum illa lucis & gratiæ acceſſione, unde *Paſchatis denominatio*, *feſtivaque ſolemnitas*, nativos radios ſpargere incipiet, & oculos menteſque ferire. *Gjeuh.*

الفسح والفسحة السعة ومكان
فسيح ومجلس فسح اي
واسع وفسح له في المجلس
اي وسع له وانفسح صدره
انشرح وتفسحوا في المجلس
وتفاسحوا اي توسعوا

Vocabulum פסח, *fœmin.* פסחה, *idem valet quod* שעה, *ſive* ישע *laxatio, laxitas læta & lauta omnis libertatis, copiæ, opulentiæ. Inde* מכון פפיח *ſedes laxa: itemque convivium* פסח *laxum, idem quod* ושע *omni laxitate lauta ac læta abundans. Verbum quoque in I.* פסח לו *in convivio, aut conſeſſu, idem valet quod* ושע *in II. elaxavit ei ampliſſimum ſpatium, cum affluentia rerum bonarum. In VII.* אנפסח *de pectore alicujus, ſonat lætitia diffuſum fuit. Iterum in V.* תפסחו *in convivio; itemque in VI.* תפוסחו, *reſpondet* τῷ תושעו *laxe & commode conſederunt, vel diſcubuerunt, in omnium rerum affluentia.* Exempla paucula ex innumeris, quibus redundant Auctores veteres juxta ac recentiores, expromam. In *Hamaſa*, *Kabytza Ibn Yâs*, Rex *Hira*, ante *Muhammedem*:

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْأَرْضَ رَحْبٌ فَسِيحَةٌ

فَهَلْ تُعْجِزَنِّي بُقْعَةٌ مِنْ بِقَاعِهَا ۞

An non cernis terram latam, laxe spatiosam?
An ergo me in arctum redigeret vallis ex ejus vallibus?

Junctim ארץ רחב פסיחה ad *latissimam & lætissimam laxitatem* pingendam. In *Diw. Hud.* Anonymus

لَقَدْ فَسَحُوا رَبْعًا قُرَيْمٌ وَقَوْمُهُمْ

لَنَا بَعْدَمَا سَدُّوا ٱلطَّرِيقَ وَشَجَّعُوا ۞

Sane laxarunt sedem vernam Koreimus & gens ejus
Nobis, postquam obstruxerant viam, atque infestarant.

Ex interiore genio Linguæ פסח רבע לנו *laxavit cubationem nobis vernam*, ad formulam priscam מא אושע רבעהם *O quam laxa eorum recubatio! Quam amplis, lautis, lætis sedibus ac fortunis gaudent!* In *Hist. Salad.* per *Ispahan.* فراي السلطان ان يفسح لهم في الخروج رفقا بهم ورافة *Visumque fuit Sultano, ut* יפסח להם *laxationem ipsis præstaret in exitum*, ex urbe obsessa, *favore in eos & commiseratione impulsus.* Habes, quod proxime accedat ad *liberationem Ægyptiacam*; & *Hierosolymitanam* illam *Jes.* 31: 5. Item alibi, فافسح لي في رمي هذه القدور فلعل الله ياتي منها بشفاء الصدور *Itaque laxationem præsta mihi in horum jaculatione Fatorum: fortassean pectoribus inde medicinam tulerit Deus.* Consimilis iterum prospectus. Desino in *Alcoran. Sur.* 58: 12. *O vos qui creditis, quum dicitur vobis* تفسحوا في المجالس فافسحوا يفسح الله لكم *laxamini in conviviis; at vos laxum locum cedite; ut Deus laxationem vobis præstet* יפסח לכם nempe in *omnibus* vestris *rebus* ac *fortunis.* Ter *Thema* פסח, huic sedi opportunissimum, cum dignitate ponitur. Posterior phrasis etiam efferri potest יפסח עליכם; plane ut *Exod.* 12: 13. ופסחתי עליכם *& laxationem præstabo super vobis*: i. e. *depulso* המשחית *Exterminatore*, *ejusque ferali gladio*, *laxas vobis sedes*, *laxa, læta, lauta convivia vestris in ædibus concelebranda dabo.* Par ratio *Vs.* 23. ופסח יהוה על הפתח *& laxationem præstabit Dominus super ostium; nec permittet Exterminatorem in ædes vestras intrare.* Item *Vs.* 27. זבח פסח הוא *Sacrificium Paschæ illud Domino*, *qui* פסח על בתי בני ישראל *laxationem præstitit super ædibus filiorum Israëlis in Ægypto*, *quum dedolaret Ægyptios plagis*, ואת בתינו הציל *domosque nostras vindicavit; manu vindice potenter eripuit.* Non erat in universo ambitu *Linguæ* aliud verbum uberius, splendidius, exsuperantius, ad exsuperantissimam Gratiam hujus *Sacrificii* simul, simul *Sacramenti*, consignandam. Absurdo plane palato foret, qui sub פסח *χάλασμα laxamentum*, vel *χαλασμὸν* aut *χάλασιν laxationem*, & quidem *convivalem* illam, cum summa *lætitia* & *lautitia* conjunctam, *convivatore* Deo, respueret. Eadem amplitudo *Jes.* 31: 5. ubi verbo גנן *protegere*, *circumtegere*, appositissime subnexum פסוח *laxationem præstare*, nempe *pullitiei obsessæ*, & *anxiæ*; simulque *largam ei dapem suppeditare*, ut faciunt צפרים עפות *Aves nido suo supervolitantes.* Sic cumulatur *protectio potentissima*, & *præsentissima*, *Hierosolymis præstanda.* Eodem collineat

8 כצרור אבן במרגמה כן נותן לכסיל כבוד :

8 Ut illigare gemmam in tumulam lapidati ista qui dat gloriam elumbi.

9 חוח

9 Spi-

neat si non tempore, re saltem & materia, *convivium* illud *triumphale super monte Zionis concelebrandum*, *quum Mors*, absorptrix illa omnium, *absorpta esset* לנצח *in purum putum*, *victoriâ*, *cujus perennem gloriam* ac *felicitatem nihil unquam posset contaminare. Jes.* 25:6. Præludium, & pignus Sacro-Sanctum talium eventuum, in *Ægypto* exhibitum, quum הפסח τὸ χάλασμα LAXATIO fuit institutum, atque *Sanguine fœderis* dedicatum. In ulteriorem enucleationem amplissimi Tituli me non immitto; sed sub finem tantum observo adhuc, admirabiliter concurrere atque conspirare hoc in argumento vocabula פסח χάλασις, *laxatio*, & ישע *laxitas*, ad certissimam *Originem* alibi adstructam. *Laxatio* est *actio laxandi:* at *laxitas* est *spatium lætum* & *lautum* per *laxationem* impetratum, cum *omnium bonarum rerum abundantissima copia*, & *cumulatissima felicitate*, quam vocamus *salutem*, per nomen *Jesu*, a ישע ducto, nobis obsignatam. Sunt ergo *Synonyma Themata* פסח & ישע; sed hoc charactere insignito distincta, secundum quem פָּסַח *laxavit* est *activum*, & יָשַׁע *intransitive*, pro *laxum esse*, vel *fieri*, usurpatur. Hoc ex *Gjeubar.* supra perceptum, plenius perspicietur ex *Camuso*, cum novo lucis radiolo.

فَسَحَ لَهُ وَسَّعَ وَٱلْفَسْحُ
بِٱلْفَتْحِ شِبْهُ ٱلْجَوَازِ
يُقَالُ فَسَحَ لَهُ ٱلْأَمِيرُ
فِي ٱلسَّفَرِ كَتَبَ لَهُ
ٱلْفَسْحَ وَتَفَاسَحُوا تَوَسَّعُوا
وَمُرَاحٌ مُنْفَسِحٌ كَثُرَتْ نِعْمَتُهُ

Phrasis פסח לה *laxavit illi*, *est* יָשַׁע *laxum fecit; laxitate omni auxit. Et forma Pasch* פַּסְח *per Patach enunciatum* LAXATIO, *est exemplar commeatus. Dicitur* פַּסְח PASACH *ipsi Imperator in itinere;* LAXAVIT IPSI, *pro scripsit illi* LAXATIONEM פַּסְח, *i. e. literas commeatus ad iter. In VI.* תפוסחו, *idem cum* תרשעו *laxissimis sedibus gavisi sunt inter se. Denique in part. VII.* מנפסח *recubitorium elaxatum*, *est*, *omni* נִעְמָה *amœnitate*, *vel delicata copia*, *& jucunditate rerum*, *affluens.* Ne hanc quidem LAXATIONEM tanquam ab *Imperatore* scriptam, ejusque manu dicam, an sanguine? obsignatam, ex oculis dimittendam censerem.

Vs. 8. Abstrusius vocabulum, & semel tantum lectum, מַרְגֵּמָה, a רגם *lapidavit*, magnos iterum fluctus ciet. *Merc.* I. cum *Pagn.* exhibet, *sicut inclusio*, illigatio, *lapilli in acervo lapidum; sic qui dat stulto gloriam.* צרור *illigatio*, ei est vel *sacculus*, vel *pala*, cui inclusus אבן *lapis pretiosus:* hoc sensu: *perinde facere eum*, *qui stulto gloriam impertit*, *ac si lapillum pretiosum*, *una cum ejus pala*, *in congerie lapidum vulgarium poneret*, *ubi proculcetur.* Est remissius, quam vis sententiæ exigit; etsi non omnino abludat. Magis adhuc remittit II. hocce Cl. *de Dieu*, *sicut scrupus lapidis in acervo lapidum; ita qui dat stulto honorem.* Vocem צרור pro *scrupo*, *scrupulo*, *parvo lapide* venisse, patet ex 2 *Sam.* 17: 13. *Amos.* 9: 9. sed friget applicatio, *ut scrupus in magnum acervum conjectus*, *nec conspicitur*, *nec addit quicquam acervo; ita si gloriam tribuas stulto*, *nihil ad eum accedit*, *nec conspicua est in ipso.* Non fulget כבוד *gloria scrupo* comparata. Illuc tamen inclinasse video *Clericum*, nisi quod III. *sacculum lapillis* plenum adsciverit sub צרור אבן, *quem stultum sit in magnum conjicere acervum*, *ut inde augeatur; atque stultum esse*, *dementi honorem conferre.*

 Quid

Quid *sacculo scruporum* cum *gloria* sit commune, aut quodnam *similitudinis* vinculum sit, non exputo. Idem dicere debeo de altero ejusdem Viri Docti conatu; quem sic exponit IV. *Quid si* מרגמה *esset* actio lapidibus obruendi? *sensus non incommodus hinc posset colligi, tam stultum esse qui honores in dementem confert, quibus obruitur, quod iis ferendis impar sit, quam qui ad aliquem lapidibus obruendum lapides sacculis includeret; quod esset absurdum, cum unum saxum majus plus noceat quam plures fasciculi.* Potest sane מרגמה ex genio Linguæ *actionem* signare *lapidandi*; sed *gloriam* & *honores* cum *sacculo lapidum* conferri, *quo amens obruatur*, tam est disparatum, ut utrimque deprehendatur claudicare. *Actionem lapidandi* etiam V. attendit *Cocc.* in *Commentar.* ponens, *Honorem dare stolido, est perinde atque ei præbere lapidem ad lapidandum.* Sic aliquid saltem existit, quod prehendi queat, ut כבוד *gloria*, *bonor gravis*, eatenus *Lapidi* assimiletur, quatenus *stolido* inde *occasio* & *vis* subministretur *alium feriendi.* Obstat tamen צרור אבן *frustum lapidis*, ut *Cocc.* vertit; quod *parvos scrupos*, & *lapillos* signans *Amos.* 9: 9. & 2 *Sam.* 17: 13. huic *figurationi* minus est accommodatum. Hinc VI. maluit, altero pedatu, *Ut dans frustum lapidis in cumulum; sic, qui dat stolido honorem.* Hoc est; *bonor qui babetur tali, affinis est Idololatriæ; ut quum quis acervo Mercurii frustum lapidis adjiciat in ejusdem bonorem.* Nempe veteres *Rabbini* מרגמה *acervum lapidum* ad *cippum* traxere *Mercurialem*; vel ad *cumulos lapideos* in honorem *Mercurii*, viarum præsidis, *aggestos*, de quibus late *Seld.* de *Diis Syris Lib.* 2: 15. E *Rabbino* suo idem imbiberat *Hieron.* reddens, *sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii.* Huc *Grot.* concessit cum choro doctiore. Species antiquitatis, & reconditæ Eruditionis, oculos præstringit; sed bene expensum vix ac ne vix quidem placuerit; etiamsi pro *frusto lapidis* substituas *lapillum pretiosum*, qui isti vel *cippo*, vel *acervo*, *addatur* ad eum exornandum. Id ad *num.* I. rediret, ubi etiam אבן erat *gemma*; & צרור ejusdem *inclusio*, *illigatio*, *adjectio*. Non absimile quid, quamvis alia ambage, arrisit VII. aliis, cum *Ab. Esra* מרגמה detorquentibus ad ארגמן *purpuram*; quasi foret; *sicut qui illigat lapidi purpuram*; &c. h. e. *qui lapidi, vel vulgari, vel Idololatrico, purpuram circumdat, ad eum bonestandum.* Non injucundus adspectus, quem tamen admittere haud tutum; quod מרגמה & ארגמן unam vel *Radicem*, vel *potestatem*, obtinuisse, non liqueat; quamvis vox רגמה *Ps.* 68: 28. a *Cocc.* per *purpuram* etiam reddita sit. Ab omnibus, quæ præcessere, VIII. divergunt LXX ὡς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ *qui illigat lapidem in funda* &c. Id secuti, cum aliis, Nostri, uncinulis inclusere *pretiosum*; ut hæcce mens exeat; *tantundem facere qui stolido tribuat honores, ac dignitates, atque eum qui gemmis velit σφενδονίζειν, easque rotata funda projicere.* Jucundissimus profecto & hic lusus: nec omnino alienum dici potest a *Themate* רגם *jaculatus est lapides*, ut מרגמה *fundam* denotet; quod nonnullos sciscere video: quum inter *lapidatorem* & *funditorem* magna sit affinitas. Diffiteri tamen nec possum, nec debeo, رجم רגם ex usu *Dialecti Arabicæ* magis inclinare in graviorem illam potentiam, secundum quam رجام רגום est *Nex lapidando illata*; & verbum ipsum, *lapidibus obruit atque occidit*; apud *Golium.* Hinc *Jun.* IX. obtulit, *Ut qui applicat lapidem balistæ* &c. Hoc ita declarat; *Qui stolidi personæ, aut verbis, indebitum babet bonorem, gladium porrigit manui furiosi* &c. &c. Id prima fronte vehementius adblanditur, cum *num.* V. ex parte conveniens, & incommodo, quod ibi obmovi ex צרור, levatum; quando hic non *frustulum* redditur, sed *illigare strictius*, *instringere*, forma *infinitiva*; satis opportune per *applicare* expressum. In alia omnia discedit X. *Gusset.* rite observans מרגמה *acervum lapidum* melius explicari, modo speciatim addatur, *qui fiat lapidando aliquem.* Hoc elicit ex usu constanti ꟳ רגם, & plenius רגם באבן, *lapidavit*, *lapidibus obruit.* Inde *Gnomen* nostram ita explanat. *Acervus ille, qui fit aliquem lapidando, quo magis cumulatur, eo magis opprobrium bominis supplicio affecti exponit oculis cunctorum: sic qui stultos laudat, nibil aliud eorum deprædicatione obtinet, nisi ut auditores in mentem suam dedecora eorum revocare efficiat. Itaque laudator bominis stulti, similis est augenti acervum lapidationis facinorosi; addito ei* צרור *saxo, seu, ut interpretor, saxorum collectorum numero.* Est quæsitum valde, ac precarium. Tale XI.

XI. & alterum conamen, mox ſubnexum a *Guſſ. Vel ſumes* צרור *ut infinitivum*, q. d. *idem eſt in anguſtum recolligere lapides in cumulo lapidationis, ac laudes dare ſtulto; nam eos contrahendo cumulum exaltat, atque ita infamiam damnati magis manifeſtat.* Hæc anguſta plane, nec *Salomone* digna. Liberalius, & lucidius, quod ex eadem proprietate verbi רגם produxerat jam *Gejer.* XII. מרגמה cum *Luthero* capiens de *loco ſupplicii, ubi infamis lapidum acervus viſitur;* atque hanc faciem pandens rerum: *ut indecens, abſurdum, damnoſum, lapidem pretioſum conjicere in ejusmodi lapidum funeſtam congeriem; &c. ita indecens, abſurdum, damnoſum, turpe,* כבוד *honorem, rem adeo pretioſam, conferre ſtulto.* Multa communia habet cum *num.* I. אבן *lapidem* pro *Gemma*; quod haud dubie ad veritatem propenſius, ob *Antitheſin* cum כבוד *gloria:* itemque צרור pro *addere, adjicere*, quod ut ſupra, ita & hic, non eſt ad limam illam ſubtiliorem, quam ſententioſa dicta exigunt. Multum tamen ſuperat *numerum primum*, quod vocabulo מרגמה id *acuminis & ponderis* ſubjecerit, ſine quo *Gnome* ſtare haud queat. Id non videtur percepiſſe Vir Doctus; nam quaſi ſemet retexens, ſubdit; *Si expoſitionem vocis* Margema *de ſtrue lapidum abominabili, ut nimis ſtrictam, vocare velis in dubium, non repugnabo, ſi cum Mercero & Druſio referas ad congeriem lapidum vulgarium, inter quos lapis pretioſus temere abjectus ignoratur, proculcatur.* Atqui id nec genius Linguæ ſinit, nec vis ſententiæ. מרגמה omnino aliquid *ferale & funeſtum* ſpirat. Ex *Arabum* fontibus & hic pleniore ſe hauſtu proluiſſe juvabit. *Gjeubar.*

الرجم القتل واصله الرمي
بالحجارة وقد رجمته ارجمه
رجما فهو رجيم ومرجوم
والرجمة واحدة الرجم والرجام
وهي حجارة ضخام ربما
جعلت على القبر ليسنم

Vox רגם *notat cadem. Origo ſita in jaculatione lapidum; unde* רגמתה *lapidavi eum, cum fut. & infin. ordinariis. In part. paſſ.* מרגום רגים *& lapidibus obrutus. Forma* רגמה*, ſingulari poteſtate, notat unum ex lapidibus qui collective* רגם*, &* רגום *dicuntur; id eſt majoribus illis, qui ſæpe imponuntur ſepulcro, ut contumuletur, ſive convexo tumulo aſſurgat.* Hæc tandem XIII. ambigere non patiuntur, quin ſub מרגמה dirior ille adſpectus *tumuli aggeſti ſupra cadaver lapidatum* offeratur, vel ſaltem *lapides ad ſepulcrum accumulati* denotentur; ſi nonnihil remolliendum quis opinetur. Utrumque quadrat in כסיל *Elumbem*, atque omni *mollitie & ignavia fractum.* Is *vivum ſe cadaver, vivum ſe* ſui *ſepulchrum* circumfert. Huic כבוד *gloriam, dignitates, honores deferre*, eſt צרור אבן במרגמה *illigare Gemmam in tumulo ſepulchrali.* צרר proprie *inſtringere fortius cum ſtridore, Tzir reſonante,* ut *ſupra* monui ad *Cap.* 24: 10. Apud *Arabes* ſub صرّ frequentatur in *conſtringendo & innodando ſacculo*, vel *loculo*, ad *pecunias, gemmasve, condendas.* Inde صرّة eſt *crumena, in quam pecunia nodando, & inſtringendo, reconditur;* apud *Golium.* Ipſa *inſtrictio* eſt צרור صرار, quæ & *crumena* in Sacris. Senſus hinc luculentus exſurgit: *Stultum eſſe acervo lapidum ſepulcbralium inſtringere lapidem*, vel collective, *lapides pretioſos, gemmasque*, ut tanquam *in loculamento appoſito recondantur*; ubi & *deterantur*, & *diſperdantur*, neceſſe eſt: ſtultius *gloriam*, & *fulgentes honores, tribuere Elumbi, qui inter ejus manus* non poſſint non *deteri, vileſcere, deperire.* Emblema *ſepulchri* ad *homines tabe vitiorum ſordidos* transferri nemini ignotum ex *Matt.* 23: 27. itemque ex *Rom.* 3: 13. cum *Pſ.* 5: 10. poſſetque hos intra fines conſiſti, pro indubitata Linguæ indole. Sed in conſilium mitto, an non gradu, quem exploratiſſimus uſus pariter adſtruit, altiore adſcendendum ſit ad *tumulum lapidatione* quaſi, id eſt, *execratione publica obrutum*; nam, ut ſupra viſum ex *Gjeubar.* רגים, & מרגום, ſignat *lapidibus obrutum*; & figurate *execrabilem, dirisque publicis oneratum.* Exemplo defungar *Haririano* ex *Conſ.* 18.

وتطنبته

9 Spina adſcendit in manu ebrii, & ſententia in ore elumbium.

9 חוח עלה ביד שכור ומשל בפי כסילים׃

10 Ja- 10 רב

وتظنيته معينا رحيما
فتبينته لعينا رجيما

Et opinatus ſum, adjutorem eſſe benignum;
Sed intellexi eum eſſe maledictum, lapidibus obrutum.

Id eſt, *publica execratione digniſſimum.* Hoc *characterem* ꝫ כסיל *Elumbis*, qualem eum ubique pingit *Salomon*, complet. Eandem hanc *figuram* invitare videtur vocabulum obſcurum, ac multa conjectura diſtractum רגמתם *Pſ.* 68: 28. Quid Veteres ac Recentiores fluctuarint, reperies apud Cl. *Vitr. Obſ. Sacr.* L. III. *Cap.* 3. Tentavit *Guſſet. Principes Judæ Lapidatio eorum*; hoc eſt, *lapidant eos, qui Euangelium Chriſti annunciant*; ſenſu *activo.* Poſſis & *paſſivo*; ut ſit, *qui ab illis lapidationem patiuntur*; illam nempe quæ *ore* fit, & *manu.* Divitem *Linguæ* venam ex *Camuſo* aperuiſſe, e re fuerit. الرجم القتل والقذف والعيب والظن واللعن والشتم والهجران والطرد ورمي بالحجارة *Vox* רֶגֶם (*cujus fœmin.* רִגְמָה) *notat cædem, & conviciationem, & opprobrium, & malam opinionem, & execrationem, & contumelioſam tractationem, & diſcidium, & expulſionem in exilium; & lapidationem.* Apparet poſterius hac in ſerie *Gloſſarum* ſtare, quod principem gradum ſibi vindicat; ab eoque reliqua omnia *metaphorice* ſuccreviſſe. Sed de hoc quidem Oraculo ampliare malim: quippe in quo ſcrupulus mihi necdum exemtus circa præcedens, *Benjamin parvus* רֹדֵם, ſitne ſimplex *part. Kal* ut Cl. *Guſſ.* tendit, a רדם; an *compoſitum* ex רדה a רדה, cum *adf:* quod vulgaris fert opinio. Hoc diſcutere heic loci nec lubet, nec licet.

Vſ. 9. Spinoſiſſima comparatio; quæ interpretes compunxit. Vocula חוח *ſpinam*; & *hamum piſcatorium Job.* 40: 21. notat. Hinc I. Cl. *Guſſ. Interpretationem communem commodam præbere comparationem* negans, elicuit; *ſicut hamus adſcendit in manu ebrii, ſic ſententia in ore ſtultorum.* Id ita exponit. *In manu ebrii hamus ſemper vacuus adſcendit, ſine captura; ergo innuitur, ſententias in ore ſtulti vix unquam perſuadere quemquam ac pertrahere; ſed eſſe hamum temere jactum, temere reductum; qui nihil capiat.* Non veriſimile, *Salomonem* nobis כסילים *Elumbes* illos, quos ubique perſtringit, induxiſſe *Piſcatores hominum*, qui iis *ſententia*, ſive *ſententioſo dicto*, משל, *ſapientiam perſuadere* conentur. *Vacuus* etiam gratis additus. Ab altera ſignificatione *Merc.* II. *Sicut ſpina adſcendit*, i. e. creſcit, & velut naſcitur *in manu ebrii; quia per ebrietatem fit, ut aliis noceat, quaſi ſpinam in manu haberet qua & ſe & alios lædat; ſic parabola in ore ſtultorum noxia eſt, & intempeſtiva; & ſi quando incidat in eorum os parabola, ea potius & ſibi & aliis nocent, dum indigne & pernicioſe eam tractant.* In priori parte, ubi quæſitius & frigidius erat עלה per *creſcere* ac *velut naſci* expoſitum, ſubſtituit III. *Sicut ſpina incidit in manum ebrii*; ad quod exemplum plerique IV. preſſius adhuc, *ſubit, intrat in manum ebrii*; eam videlicet *pungens ſauciansque.* Hoc non una via ad poſterius colon applicatur. Sunt 1. inter quos *Cler.* qui *ad damnationem ſui ipſius* trahant, quod *ſtultus ſapientum dicta ore tractans, ſe figi perſentiſcat.* Sic quidem non plane adhuc *Elumbis* foret. Alii 2. cum *Gejer.* ad *petulantem irriſionem* referunt, per quam cum ſemet, tum alios, haud leviter lædat, ac ſauciet. Id *charactheri* ꝫ כסיל *Elumbis* accommodatius. Sed ſupponitur, non probatur, עלה *adſcendit*, adjunctum *ſpinæ*, ſignificare poſſe *penetrationem in manum*, quæ *pungat*, & *urat.* Aliquid etiam claudicat in comparatione חוח *ſpina*, & משל *dicti ſententioſi*, ſic quidem evo-

evoluta. Accedit, quod jam V. de meo promere liceat, verbum עלה *adſcendit* ἀπὸ κοινοῦ hic ſumendum, atque etiam τῷ משל *dicto ſapienti* competere *in os adſcendenti.* Certe venuſtior eſt phraſis משל עלה בפיו *Dictum ſapiens adſcendit in os ſtolidi*, quam ut de ea hic non cogitetur. עלה על לב *Adſcendere ſuper cor*, dicitur, quod *cor tota cogitatione occupat.* Signata item formula, נשא *tollere ſuper labia*, *ſuper os Pſ.* 16: 4. Ad eam rationem obtinuiſſe debuit, florente Lingua, עלה על שפתים *adſcendit ſuper labia*; עלה בפה *adſcendit in os*; pro, *ore*, *labiis* fuit *frequentatum.* Quid dico debuit? Obtinuiſſe, addubitari non patitur *Ezech.* 36: 3. ותעלו על שפת לשון & *adſcendiſtis ſuper labium Linguæ virulentæ:* id eſt, *fabula facti eſtis omnium ore frequentata.* Hinc pulcherrima nobis emicat gemmula; *Spina adſcendit in manu Ebrii; & dictum ſententioſum in ore Elumbium.* Artificium, primo, obſervandum *Syntaxeos* dignioris per &, ad *comparationem*, vel potius *adæquationem*; de qua ad *Cap.* 25: 20. & 26: 7. Secundo, עלה חוח *adſcendit ſpina*, hic valet, *eminet altius ſublata*, atque adeo *capitibus ſuperimminet*; ad inſtar *teli.* Detur *Ebrio gladius*, *culter*, aliudve inſtrumenti noxii; *feriet*, & quaquaverſum *noxam feret.* Ita *Arabes* ſuum علا עלה *adſcendere* figurarunt. In *Diw. Hud.*

وَشَرُّ ٱلثَّوَابِ يُعْلَى بِهِ ٱلذَّكَرُ

ٱلْغَاضِبُ ۞

Peſſima certe remuneratio, in qua attollitur ſector gladius.

Id eſt, *in manum ſumitur, atque ſuper capita vibratur ad feriendum:* ut a *Schol.* ſubnotatum. In *Gloſſario Gjeubarii* proſtat علوته بالسيف اي ضربته *Adſcendi eum gladio; id eſt, percuſſi eum;* quod ita convertas licet, السيف علاه *Gladius adſcendit eum*; pro, *cum vulneribus incubuit capiti ejus*; nec non, ut in exemplo adducto, علا السيف *adſcendit Gladius*, abſolute, pro, *alte ſublatus eſt* ſuper capita *ad feriendum.* Sentis quid pingat, *Spina adſcendit in manu Ebrii*; ut ea ſcilicet *veſano impetu ſæviat*, atque *ora* omnium *verberet*, *lanietque.* Sentis etiam quid repræſentet, *& ſententioſum dictum in ore Elumbium.* Nempe *in tale os adſcendens*, & cum arrogantia *vibratum*, longe lateque *noxam ſpargit*; quodque *ſanare* debuiſſet pro benigna ſua indole, *lædit*, *laniat*, *ulcerat*, atque ſocietati *damnoſum* ac *moleſtum* evadit. Vides me ſub עלה *adſcendit* duplicem attendere virtutem, quam ipſa materia exigit; alteram *ore ſuſcepti*, alteram *oſtentati ſapientiæ altioris præcepti*, quod κατ' ἐξοχὴν appellatur משל. Sic eadem ferme exiſtit *Gnome*, jucunde variegata, quam habebamus *Vſ.* 7. hujus *Capitis: Situlas agunt crura ex claudo; & ſententia in ore Elumbis.* Ut autem ibi כסיל *Elumbis* cum פסח *claudo*, *femoribus luxato*, graviter contendebatur; ita hic cum *Ebrio* non minus condigne contenditur. Hæc ſpatioſum campum aperiunt per Exempla ire cupienti. Cogitetur modo, quid non *malæ noxæ* dederint in *Theologia*, in *Philoſophia*, in omni Doctrina, ipſa *Dogmata*, & *decreta Sapientiæ*, a perverſis & vitioſis ingeniis in ſenſus deteriores detorta, atque adverſus Veritatem ipſam *inſtar teli intorta.* In hæc non excurro; & finem facio in Commentatione *Cocceji* noſtri, ad conſimilem fere ſcopum collineantis: *Sententia bona & utilis in ore ſtultorum, eſt ut* ſtimulus in manu Ebrii, *ſive* gladius in manu furioſi. *Magnum hoc uſum habet. Eruditio non perfecta; cruda ſtudia; multarum rerum ſcientia ſine vera ſapientia; non niſi ad turbandum genus humanum, & ad occultandam Veritatem per Sophiſmata, conducunt.* Ejus Verſio, ad *Syntaxin* illam elegantiorem, quam paulo ante indicavi, ſic concinnata: *Spina quæ venit in manu Ebrii, & ſententia quæ eſt in ore ſtultorum*, perinde ſe habet. Id differt, quod עלה *adſcendit* ſimplicius dederit *venit*; atque ἀπὸ κοινοῦ repetendum id verbi vel præterviderit; vel non exiſtimarit.

10 Jaculator profanans *ad cædem* omnia; & conducens elumbem; & conducens prætereuntes: *paria faciunt.*

11 Ut

10 רב מחולל כל ושכר כסיל ושכר עברים :

11 ככלב

Vf. 10. Duos quasi scopulos objiciunt vocabula רב & מחולל, inter quos navigandum fit. Ad eos hinc & hinc adhæsum; aliis aliud molientibus; nec quicquam satis tutum fidumque emolientibus. Ultra *vicenarium* numerum hic ire possem: sed plus dimidia parte amputabo. *Jarchius* I. רב *Deum* & מחולל *Formatorem* exponens, hunc sibi nexum cum *præc. Vf.* confinxit: *Sicut spina quæ adhæret manui ebrii* eam pungens, *ita sententia in ore stulti:* hæcce videlicet ipsa; *Magister summus est formator omnium; & mercedem dans stulto, & mercedem dans transgressoribus.* Unde subsumit stultus; *Ergo nil opus est sapientiam colere ac virtutem; quum etiam stolidi, ac vitiosi, beneficiis ac muneribus Dei mactentur.* Tenuit, quantumvis, coactum, II. *Pagn.* quin & *Merc.* inde non alienus; sed sine nexu illo, ut per se stet sententia, innuens, *Dominum solem suum oriri facere super bonos & malos juxta.* Alia facie III. *Gejer. Magister sive Artifex format omnia*, ea recte efficit; *conducens autem stultum conducit & transgressorem*; i. e. *operis corruptorem.* Similiter *Osiand. Forst. Glass.* &c. Accessere *Luthero* jactatæ multo fluctu cymbæ ancoram ingeniosissime, pro more, excogitanti. Aliorsum tendit *Cler.* IV. *Præfectus facit omnia*, sive *mercedem det amenti*, sive *conducat delinquentes.* רב, ut in רב טבחים *præfectus, Magister satellitum.* מחולל *formans*, *generans* pro *efficiens.* Sensus hicce: *Summatem virum, qui per vilem plebeculam, aut malos homines, aliquid facit, non minus id fecisse censeri, quam si ipse manum operi admovisset.* Speciatim *respici* autumat *infidos præfectos*, *qui latrocinia per conducticios grassatores exercere solent.* Non erat, cur sibi rem acu tetigisse videretur; nec מחולל isto sensu facile quis admiserit. Si tale quid intenderetur, præferrem receptissimum V. hocce quod eodem filo latiorem adhuc aperit campum Politicum: *Potens dolore afficit omnes*, vel *omnia; & conducit stultos, & conducit transgressores*; id est, *improbo satellitio* talium *operarum*, & *mercenariorum*, *tyrannidem suam exercet.* Id placitum *Mercero*, Nostris, aliis bene multis; multo utique concinnius, quam quæ prægressa. Est tamen hoc in sensu quod magnopere desiderem; partim quod מחולל *dolore afficiens*, pro *tyrannide opprimens*, non resipiat genuinum illum characterem, quo alibi ista *violentia* notatur; partim quod nulla idonea compareat ratio, cur *turba mercenaria* duobus *membris* tam *distinctis* esset descripta. Rotundius fuisset, *conducit stultos, & transgressores.* Nunc alia *Syntaxis* aliud postulat. Hoc ipsum ansam præbuisse potuit *Junio*, רב *adverbialiter* convertendi VI. *Plurimum dolore afficit omnes & mercedem dans stolido, & mercedem dans transeuntibus.* Id est; *in Remp. injurius est qui præmia confert hominibus de publico male aut nihil meritis. Male merentur stolidi: transeuntes, viatores, nihil merentur.* Acute: sed illud *plurimum* hac in serie nihil admodum ponderis adferret, & oneraret magis, quam ornaret *Gnomen* concisiorem. Ad aliam radicem vocis רב, VII. respexit *Guss.* in *Comm. L. H.* sub חול edens, *Litigator facit parturire omnes*, i. e. *lucrum ex omnibus sibi elicit, cum magno ipsorum dolore; & ad hoc conducit stultos ac obvios quosque, ut scil. falsum dicant testimonium.* A רוב *litigavit* derivari posse censet רב; ut צר *angustus* a צור. Infirmus tibicen: nam id quidem a צרר derivandum. Sed nec sensui id firmitatis, cui insistere possis. Arcessitum מחולל *parturire faciens*, pro *lucrum extundens*; hac quidem in sede, ubi nihil præcedit, nihil sequitur, quod istam *Metaphoram* audaciorem fulciat. Precarium quoque, שכר *conducere*, ad *testes falsos* referri. Inter *Magnum*, & *Jaculatorem*, etiam vocabulo רבב a רב comprehensum, ambigens VIII. *Cocc.* tentavit,

Sa-

11 כּכלב שׁב על קאו כּסיל שׁונה באולתו׃

11 Ut canis revertens ad vomitum suum; elumbis duplicans crassitiem suam.

12 ראירת

12 Vi-

Sagittarius (aut *major viribus*) *terret omnes: perinde qui conducit stolidum, & qui conducit prætereuntes.* Existimat amplificari quod *Vs.* 6. erat dictum; *non utendum esse stolido internuncio. Id enim partim facere ad* omnium *hominum* terrorem, *ut si* major viribus, *vel &* jaculator, *in publico consistat cum arcu & sagitta, & sagittam aptet nervo, propinqui omnes fugient, metuentes ne feriantur, sive de industria, sive per imprudentiam: partim perinde esse ac si quis* conducat operam prætereuntium, *qui obiter tantum ac perfunctorie,* ὡς ἐν παρόδῳ *facient, quod ipsis mandatum est.* רב pro *Jaculatore* palmam aufert. Ita venit *Job.* 16: 13. *Jer.* 50: 29. *Syntaxis* quoque feliciter constituta; per solenne illud *&*; מחולל ἀπὸ κοινοῦ resumto; ut in *Lexico* propositum: *Sagittarius terret omnes, & qui conducit stultum; & qui conducit prætereuntes,* item *terret omnes* scilicet. Sed nexus ille ex *Vs.* 6. gratis adductus, innodat sensum, non extricat. Omnino per se sumenda *Gnome* IX. tribus membris per *adæquationem comparativam* sic jucunde elibratis. *Jaculator promiscue feriens omnes; & conducens Elumbem; & conducens prætereuntes:* nempe *paria faciunt, eodem gradu censendi sunt.* רב *Jaculator*, & quidem *spissius, densius tela mittens.* Ita *Ps.* 18: 15. ברקים רב *fulgura spissavit*, spisse, dense *jaculatus est.* Similiter *Gen.* 49: 23. *Partic.* מחולל *promiscue feriens, vulnerans;* non a חול *doluit*, ut ipse etiam *Cocc.* sed a חלל *solvit*; unde חלל *profanus*; & mox *profanatus* quasi *ad cædem:* inde חללי חרב *profanati Gladiorum*, eleganti formula, *promiscui juris facti* velut *Gladiis*, ad *cædem & lanienam.* חללי רעב *profanati Famis*; qui *Fami ad carnificinam sunt permissi.* Inde חולל *profanavit ad cædem*; ut *Job.* 26: 13. *Jes.* 51: 9. collato *Ps.* 89: 11. In *passivo Jes.* 53: 5. מחולל *profanatus cædi*, & *lanienæ.* Inde magna cum dignitate, *Jaculator profanans* ad ictus suos *omnes*, vel *omnia:* qualem nobis *Herculem furentem* induxit scena, *sub cujus sagittis familia* miserrime *occubuit.* Huic *adæquatur* per copulam *Waw* שכר כסיל *mercede conducens Elumbem*; ut nempe *negotia* ejus *gerat*; ut *rem domesticam*, ut *publicam*, ut *salutem* & *fortunas*, quas *ipse sustinere suis viribus opibusque* haud valet, ei *tutandas committat.* Quadrat apprime. Sane *res* suas *omnes* velut *profanat*, promiscui juris facit, vexationi, prædæ, rapinæ omni exponit, qui *procuratorem* iis admovet *mercede conductum*; & quidem *procuratorem elumbem.* Sibi suisque *lumbum infringit*, qui in *Elumbum* recumbit. Tali *Jaculatori* sub eadem copula adæquatur quoque שכר עברים *mercede conducens prætereuntes.* Id simplicissimum simul pro Lingua, simul potentissimum pro sensu. Intelligo *ignotos*, ut mox *Vs.* 16. infra; quos temere tanquam *de via* arripias, vel & strictius *peregrinos* ac *viatores*; qui ut te, ac tua, ignorabant; ita te ac tua nunquam vero affectu curabunt; sed contra quam facillime sunt prodituri. Cernis non descendi, quum ab *Elumbi* pergitur ad עברים *prætereuntes* plane *ignotos*, vel & *peregrinos*; sed potius adscendi; atque adhuc imprudentius aliquid, quin vecordius, designari. Senserunt res privatæ, senserunt Respublicæ; gravissimis cladibus per id genus hominum adfectæ, quin confectæ. Cernis etiam quam artificiose, quam graviter, intercisis colis, enunciatum sit, שכר כסיל *mercede conducens* sibi *Elumbem*; & שכר עברים *mercede conducens* sibi *prætereuntes quosvis*, aterrimos forte mortales; & *Elumbo* centies pejores. Gradatio quoque hinc tandem relucet admirabilis. Vesanus nempe *Jaculator temerarius*, ne suis quidem parcens. Vesanior *Conducens* sibi *Elumbem.* Vesanissimus, *conducens* sibi *prætereuntes.*

12 Vidiſti virum ſapientem ſuismet in oculis! expectatio eſt de eſtulto, præ illo.

13 Dicit tardipes, rugitor in via; leo inter plateas.

14 Janua circumvertitur ſuper cardine ſuo: & tardator ſuper lecto ſuo.

15 Con-

12 ראית איש חכם בעיניו תקוה לכסיל ממנו׃

13 אמר עצל שחל בדרך ארי בין הרחבות׃

14 הדלת תסוב על צירה ועצל על מטתו׃

15 טמן

Vſ. 14. Prima fronte nec acuminis multum, nec luminis, in *Parabola* hacce *Janua ſuper Cardinem ſuam ſeſe verſantis*; & *pigri lecto adfixi*. Saltem pertenue eſt, quod plerique cum *Merc.* hic dant; *Pigrum a lecto tam parum poſſe avelli, quam Januam a Cardine*: vel *piger adhæret lecto, ut Janua Cardini*. Hæc vera: ſed ubi nervus comparationis? Hunc in *volutatione* potius ſitum cenſuere alii, invitante verbo תסב *vertitur, verſatur, circumagitur*. Inde arriſit, *de latere in latus volutari*; atque adeo *voluptari*; quod a *Gejer.* aliiſque amplificatum. Sed jam vide an ſatis luceat? *Piger voluptatur in Lecto ſuo, ut Janua volutatur ſuper Cardine.* Vix putem. Quid? an non iſta *voluptatio* per ſe jam incluſa in imagine מטה *Lecti? molliculi* utique, & *voluptatibus*, æque ac *quieti ſomnoque*, per *tardatorem* ignavum conſecrati. Procedo ulterius, & contendo, ambigi non poſſe, quin מטה *Lectus* hic *Allegoriam* exerat; atque a *molli ſtrato* aſſurgendum ad *genus vitæ mollius, voluptarium*, cum *ſumma ſecuritate* conjunctum. Confer *Amoſ.* 3: 12. *Ezech.* 23: 41. &c. Quanta jam, ſub utroque adſpectu, dignitas ſit noſtræ *Gnomes*, dilucere incipiet, ad Originem voculæ ציר *Cardo*; quæ nomen traxit, non ab *anguſtia*, vel *preſſu anguſtiore*, ut volunt, ſed a *ſtridore*, ſive *compreſſione ſtridulum reſonante*; unde & ipſis *anguſtiis* appellatio indita; nec non *dolori*, & *torminibus*, צירים dictis. *Frendor* & *Stridor* a *Cardine* abeſſe nequit, præſertim ſi vel gravior ſit janua, vel *ferramenta* invaſerit rubigo. Apud *Arabes* Themata ציר & צרר de *portis ſtridentibus* increbuere *Gjeubar.* صَرَّ ٱلْقَلَمُ وَٱلضِّرْسُ وَٱلْبَابُ يَصِرُّ صَرِيرًا أَيْ صَوَّتَ وَٱلصَّرَّةُ ٱلصَّيْحَةُ وَٱلصَّيْحَةُ وَٱلشِّدَّةُ مِنْ كَرْبٍ *Verbum* צר in *calamo, dente, porta, eſt ſtridorem reddere, cum fut.* יצר, *& infin.* צריר. *Forma* צרה *notat ſtrepitum cum clamore ſtridulo; itemque calamitatem ſtrictius angentem.* Etiam صار media *Je* ציר ita frequentatum fuiſſe, dubio vacat; quum & صير الباب, quod apud *Golium* eſt *fiſſura januæ*, proprie ſit *cardo ſtridulus*; de quo mox ſeorſim. Ab iſto *cardine* grandior *figuratio* induxit اصر in IV. ſpecie אצר, pro *inſtitit rei pertinacius, in eaque perſeveravit*, tanquam ſuper *cardine* eodem *volutus*. In *Alcorano* floſculus orationis ſæpius ſeſe offert. *Surat.* 3: 129. لم يصروا علي ما فعلوا من فاحشة *Non ſtridunt ſuper cardine eorum, quæ patrarunt turpiſſima.* i. e. *non pertinaciter criminibus adhæreſcunt; ſed ſeriam agunt pænitentiam*; ut *ibid.* adjectum. Iterum *Sur.* 56: 45. وكانوا يصرون علي الحنث العظيم *Et pertinacius inſtridunt ſummæ improbati, ſuper ea velut ſuper cardine fixi* videlicet, *& voluti* ſimul. Abſolute etiam invaluit اصر *inſtridere cardini ſuo*, pro *tenacius adhæreſcere peccato.* Ita *Harir. Conſ.* 28. وسع كل مصر حلمه *Laxiſſime amplectitur om-*

nem

15 טמן עצל ידו בצלחת נלאה להשיבה אל פיו׃

15 Condidit tardator manum suam in paropsidem: defetiscitur eam ad os suum reducere.

16 חכם עצל בעיניו משבעה משיבי טעם׃

16 Sapiens *est* tardator suismet in oculis; præ septem respondentibus sapidum.

17 מחזיק באזני כלב עבר מתעבר על ריב לא לו׃

17 Apprehendit aures canis; qui præteriens effervescit super contentione non sua.

18 כמתלהלה

18 Si-

nem מצר *cardini* criminum suorum *instridentem clementia ejus*: ubi *Scholion* subjicit دايم علي الذنب *crimini jugiter appactum*. Hinc tandem jucundissimum lumen, & acumen illud, quod desiderabatur, se effert; & omnibus ultro ingerit. *Piger in lecto stertens usque*, atque *nunc hanc, nunc illam in aurem, revolutus*, pulchre comparatur *ligno super cardine stridenti*, ibique *tanquam in centro* suo *recumbenti*, ac *tenacius residenti*. Iterum עצל *tardator*, *tortipes*, *Lecto mollitiei & vitiorum* affixus, vere *super cardine hocce suo volutatur*; eidemque *pertinacius* & *appactius inhæret*; *nunquam* inde *divellendus*.

Ibid. Vocula ציר *cardo stridens*, apud *Arabes* quoque asservata in *Traditione*, quam laudat *Gjeubar*. Digna illa quæ hic illustretur, ad *Harmoniam Dialectorum* sanciendam.

الصير ايضا شق الباب وفي الحديث من نظر من صير باب ففقئت عينه فهي هدر وتفسيره في الحديث الصير الشق وقال ابو عبيد لم يسمع هذا الحرف الا في هذا الحديث

Forma ציר *etiam notat fissuram ostii. In Traditione extat: qui per* ציר *ostii introspicit, si oculus ei erutus crepuerit, sanguis est impune dimittendus. Interpretatio vocis istius in Traditione, est, fissura. Abu Obeydus ait; nuspiam alibi nisi ista in Traditione vocula hæcce audita.* Non mirum ergo, si addubitetur quid proprie designet. *Fissura* arrepta ex *introspectione*; & sane requiritur *foramen* aliquod, per quod *curiosus oculus* in *clausum cubiculum* possit intrare. Id nuspiam quæsiveris quam ad *cardinem*; quem & deposcit *oculus subitario ictu excussus*; nempe *moti cardinis*; cujus *hianti commissuræ imminebat*. Compleamus munus nostrum, & concordiam adstringamus. صير est etiam *finis*, & *exitus rei*; quasi *cardinem* dicas. Alio flexu صير est *aqua retenta & inbibita*; nempe per *stranguriam*; ut ציר *dolor arctissime stringens*. Hæc *Golius* noster ex *Gjeubar*. & *Camus*. Reperio quoque in *Camus*. صاره الناس حصروه *Verbum* ציר *adhibetur pro arctius stringere, premere, obsidere aliquem.* Ita in Sacris, *Ps.* 139: 7. *Deut.* 20: 12. Idem in ضار *med. Je*, quin & *med. Waw* تضور *dolore contortus fuit*, obtinet; ejusdem *Originis*, & virtutis cum צרר ضر: quemadmodum صر & صار una stirpe succreverunt *stringendi ad stridorem usque*. Notiones *cedendi*, *vergendi*, *eundi*, *evadendi*, quæ sub eodem *themate* صار pullulant, hinc enatæ; quasi *stringere ad latus*, *declinare*, cum *flexu stringente concedere*. Ista potestas primaria *flexus stringentis* & *torquentis* sub ציר صار distinctius adhuc tralucet: indeque *metonymiæ* subsumtæ *fingendi*, & *formandi*, velut sub digito *stringente*, & *lineamenta exprimente*. Habes Sylvam; quin laby-

18 Sicut ludicram micationem exercens, qui jacularetur laqueolos *ardentes*, sagittas, & mortem.
19 Sic

18 כמתלהלה הירה זקים חצים ומות׃
19 כן

byrinthum quendam *Glossarum*, unde ad filum *Originis* indicatæ quisque sibi facilem exitum aperiet. Finio in צור صار apud *Golium* ex *Camuso*, iterum صوّت *sonum edidit:* nempe *stridulum* illum, quem sub Sororio צרר صر eodem verbo صوّت *stridulum resonuit* expresserat *Gjeubar.* supra allegatus. Sic omnia amicissime concinunt, atque unum in centrum conspirant.

Vs. 18. Verbum solitarium מתלהלה; cujus tam *Radicem*, quam *significationem* profunda delevit oblivio. Veteribus jam olim id occlusum fuisse, I. ipsi satis indicant: LXX ὥσπερ οἱ ἰώμενοι; *sicut medentes;* vel secundum alios, *sicut qui curantur.* At *Vulgat. sicut noxius est, qui* &c. A *Sym.* est πειρώμενοι, ab *Aquil.* κακοηθιζόμενοι *malitiosi.* Idem intendisse suspicor *Alexandrinos*, ab ἰὸς *rubigo*, unde ἰώδης ad *rubiginem mentis* translatum. Ubi hauserint, non liquet, nam *Themata* לוה لوى, & להה لهّ, quæ sola hanc formam *quadratam* dare potuerunt, nil simile continent. Ex ingenio forte procusum, quod convenire videbatur; nam *mittere scintillas, sagittas, & mortem*, aliquid *malignum noxiumve* spirabat. Species fefellit: nam *Apodosis*, huic verbo resonans, *An non ludens ego?* requirit mitius aliquid, quod *lusui* possit respondere. Hoc si attendissent *Rabbini*, II. non arripuissent, *sicut insanum se simulans;* vel ut alii missa simulatione, *sicut insaniens.* Hoc *Jun.* secutus, subjecit, *Non majoris faciendus vir fallax, & circumveniens amicum suum specie ludicra, quam furiosus plane.* Violentum; nec ad *Salomonis* stylum illum artificem, qui *naturam* ipsam aculeate simul & venuste effingit. *Simulatus furor* longius adhuc recedit. Non erat ergo, quod *Lexico* insereretur לָהָה *insanivit*, hoc loco fultum; alteroque *Gen.* 47: 13. וַתֵּלַהּ הָאָרֶץ, *& furebat terra præ fame.* Posterius hocce civitati *Hebrææ* citra moram reddendum, descendit a יָלַה ولهَ, apud *Golium* valens, *mente turbatus, alienatus, impatiens, & impotens fuit* metu, aliove quo affectu. Ejus Origo sita in *quatiendo;* quod *mens metu concutiatur*, atque adeo *sibi excutiatur.* Inde ut מתלהלה ducatur, non patitur *Analogia.* Ne quidem ut a לָהָה; ultima *He quiesc.* pro לָהַי vel לָהו; prout in *Instit. Gram. Reg.* 124. demonstravi. *Mercer.* III. suæ ætatis primus in *Hebraicis*, quum haud in solido locatum sentiret illud לָהָה cum suo *furore;* aliud exsculpsit ex finitimo לאה, *lassus fuit;* indeque tentavit, *ut qui se lassum simulat;* i. e. *quasi inhabilis esset & ineptus ad omne opus; quasi nihil mali posset efficere.* Languidum, ut quod maxime: refragante insuper *Analogia*, quæ מתלהלה a לאה derivari, planissime abnuit. In eadem tamen vestigia ingressus alter facile Princeps *Lexicographorum*, *Coccejus* noster IV. illud וַתֵּלַהּ *Gen.* 47: 13. convertit, *& defatigata est terra, ex* לאה: itemque מתלהלה in *Gnome* nostra, *ut furiosus;* addens; *credibile est furentem sic appellari, quasi qui se multum fatigat.* In his *Analogiæ* haud litari ipse sentiens, subjecit, V. *An hoc ad* הלל *potius referemus?* Idem aperuerat in *Lex.* suo הלל; ubi ad speciem התהולל subjecit: *huc retulerim* מתלהלה *Prov.* 26. quasi sit מתהולל *furiosus*, aut *furorem simulans.* Nil alienius, ut quivis cernit; nil magis precarium: ne jam repetam, quod supra insinuatum, *furioso*, vel & *furorem simulanti*, nihil hic loci concessum. Ut autem in oculis orbis Eruditi defigatur, quantum sibi permit-

mittant in re *Hebraica* homines Eruditi, apponam novissimum quoque conatum *Gussetii* VI. Is universam Radicem להה & *furendi* notionem expungit, atque exemplum geminum, illuc reductum, sub לאה *fatigari* in ordinem cogit; *Gen.* 47: 13. וַתֵּלַהּ reddens, *& fessa fuit terra fame*; vel *languebat*: nostrum autem מתלהלה *simulans fatigati viri debilitatem, & quietem, ut & ante, & post noxam, suspicionem a se amoveat; scilicet invalidum ad nocendum se esse fingit, ne quis caveat prius; neve ipse postea accusetur.* Vix oculis meis credo. Explodit Vir Doctus in *Comment.* suo receptius illud *furere*; rogans, *unde petitum?* & merito explodit; substituens interim, quod semet ipsum explodat; quum nihil vel frigidius, vel sensui *Salomonis* repugnantius inveniri queat. An qui *brachia strenue exercens*, *laqueolos ardentes*, & *sagittas*, & *mortes meras jaculatur*, larvam *debilis* & *invalidi* induisse dicetur? Idemne, *debilitatem fingens tantam*, ut *ne manum* quidem aut *pedem movere* potuerit, rogitabit tamen; *nonne lusitans ego?* Claudicat etiam ab hac parte VII. interpretamentum *Pagnini*, *Sicut abscondit se qui emittit* &c. Hoc a *Luthero* adoptatum; auctorem habet *R. Immanuël*: cui מתלהלה erat מתעלם *occultans sese*. Id homini visum convenire, scilicet. Non convenit: nam agitur de eo, qui *palam* procedit, in publicoque visitur, post jacta tantum tela rogans, *an non lusitans ego?* Propius ad scopum jaculatus VIII. Cl. *Capell.* ex *Arabico* لهي *ludere, lascivire, inimicum aut ludicrum quid agere.* Inde hunc offert conspectum: *Qualis ille est, qui per lusum & jocum projicit tela mortifera; talis est qui decipit proximum suum; deinde dicit, annon ludebam?* Calculum adjecit *Cler.* Hoc palmam suo sibi jure ita vindicat, ut si מתלהלה a *Themate* לָהָה, *ult. quiesc.* pro *Waw* vel *Jod* propagari posset, ne minimum quidem dubitationis relinqueretur, *Apodosi* istam *Protasin* ultro ministrante veluti. Unum tantum desiderari tunc posset, ab eo cui subtilior naris; *lusum* & *jocum* illum, quem *Protasis* sic exhiberet, nimis esse *generalem*; atque aliquid *specialius*, *distinctius*, *insignitius*, requiri in genere ludicro. Sed levior hic scrupulus, quam ut assensum morari deberet; & facile is levari posset ex *specialiore* illo *usu Arabum*, quo *arti Mimicæ* præsertim addicta hæc Radix. Quantumvis interim adblandiri hic posset *Mimica actio* & *gesticulatio*, non permittit tamen *Analogia*, ut in ea pedem figamus; nam, ut præstructum supra, quadratum להלה proficisci nequit nisi vel a לוּהַ *quiesc. med.* vel a לָהָה *med. deficiente*. Hos fines, alte in *Dialectis Orientalibus* pactos, nunquam migrare licet. En ergo tandem IX. quod & *Analogia* exigit, & *Gnome* nostra in splendidiorem sensum educta, sancit. *Thema* לוּהַ لاه apud *Arabes* est *micuit*, *tremulum splenduit*, ut *procul in desertis sub meridiem fulgens aquæ species*, سراب *dicta*. Ita in *Camuso*

اللوه السراب وتلوهه بريقه
وقد لاه لوها ولوهانا وتلوه
اضطرب وبرق ولاه الله الخلق
خلقهم

Forma לָוָה *notat splendicantem in desertis aquæ speciem: cujus fulguratio per infin. V. designatur.* *In I.* לוּהַ *vel* לָהּ *cum infin.* לוּהַ & לוּהָן, *est micuit*, *splendicavit talis aquæ species. In V. quati*, *& fulgurare. In I. iterum, transitive, micare fecit Deus creaturas; id est, creavit.* Quadratum quoque nostrum להלה لهله *ibidem* comparet cum *infinitivo fœmin.* لهلهة לְהַלְהַת; aut per *Damma* לְהֻלְהַת pro الارض الواسعة يطرد فيها السراب *terra spatiosissima in qua impulsa micet ludens aquæ species*; quasi dicas, *splendicatio tremula*. Ejus *plurale* لهاله *tremulæ micationes*. Habes nostrum לִהְלֵהַּ *tremulum micuit*, *micando lusit oculos procul feriens*; unde מִתְלַהְלֵהַּ frequentative, cum reciprocatione, *talem sibi lusum instituens*. Ut hunc propius cognoscas, tenendæ phrases

19 Sic vir *qui* impellit in fraudem socium suum, & dicit: non lusitans ego.

כן איש רמה את רעהו ואמר הלא משחק אני׃

20 Quum

20 באפס

ses بالسيف لاء *micuit gladio*, & لاء بالثوب *micuit veste.* Posterius hocce *ludicrum* quid subministrat, quod vocatur خطيرة חטירה *vibramentum*, quum *pueri contortis mantilibus se invicem percutiunt*, ut apud *Golium* reperies ex *Camuso*. Hoc *mantile* appellatur مخراق, quod in *Golio* est, *fascia, strophiumve convolutum, quo fit percussio ludicra, ut in choreis.* Pulchre *Amrou Ibn Keltbum* in *Moallek.*

نجز رؤوسهم في غير بر
فما يدرون ماذا يتقون ۞
كأن سيوفنا فينا وفيهم
مخاريق بايدي لاعبين ۞

Amputamus capita eorum, sine ulla clementia,
Neque norunt quid vitare debeant:
Tanquam si gladii nostri, nos inter & illos,
Mantilia forent in manibus lusitantium.

Ubi *Schol.* شبه السيوف بالمخاريق في ايدي الصبيان لسرعة الضرب بها *Assimilavit gladios strophiis in manibus puerorum, ob celeritatem percutiendi iis.* Recte; sed plenius fuisset, ob *micationem*, *celeritatem*, & *improvisum ictum*. Posterius hoc vel maxime ad rem, disertim ab ipso Poëta indicatum. Ante oculos jam constitutam habes imaginem מתלהלה متلهله *ludicram micationem exercentis*, adhibito مخراق *linteamine*, sive *strophio*, quo *collusores nec opinato feriat.* Hoc ad *ludum Martis* quoque translatum cernis. Latiorem adhuc prospectum dabit *Gjeubar.* qui postquam hunc *Versiculum* ex *Moallek.* laudasset, subdit, وفي حديث علي عليه السلام البرق مخاريق الملائكة وفلان في مخراق حرب اي صاحب حروب يخف فيها *In traditione Ali habetur, fulgura sunt Angelorum strophia. Dicitur etiam, Ille est strophium belli, id est, insignis bellator, qui in præliis agilissime versatur.* Adspice nunc *Gnomen* nostram, ejusque dignitatem admirabilem suspice. *Ut ludicram micationem exercens*, *qui* interim *jacularetur laqueolos, sagittas, & mortem.* זקים aliis *scintillæ*, aliis *flammæ*; ex collatione cum זיקות *Jes.* 50: 11. Atqui neutrum ibi satis aptum; ut monui *Tom. I. Orig.* p. 86. Radix זיק in *Bibliis* nuspiam. זקק extat, cum זקים *vinculis* sive *catenis*. Inde extundebam, *laqueolos* piceos, qui *scintillas* & *flammam nutriant.* Hos *Cic. Catil. prima Cap.* 13. vocat *malleolos*; *facesque ad urbem inflammandam.* Addebam interim; *Sed ne quid astute: omnes locupleti satis luce deficimur.* Idem nunc repeto. Firmat tamen conjecturam istam زيق *vinculum collare*; itemque formula زيق الشيطان *collare Satanæ*; per quod figurant *filamenta ignea quasi, quæ aëre fervidiore circumvolitant; & oculos splendore* atque *æstu præstringunt.* Hoc vocant etiam مخاط الشيطان *filamenta Satanæ*; & خيط باطل *filum delusoris*; & ريق الشمس, vel لعاب الشمس *salivam solis.* Hinc זקים & זיקות *vincula collaria*, ad *laqueolos* picis ardentis, & *malleolos*, traduci potuisse, suspicari licet. Ulte-

20 באפס עצים תכבה אש ובאין נרגן ישתק מדון :

21 פחם

20 Quum expirarunt ligna, sopitur ignis; & quum nullus est rancidus, consilescit jurgium.

21 Car-

terius non procedo. Origo in *arctiore nexu* & *plexu*, quem Radices sororiæ زقّ זקק & ازق אזק, quin & زيق זיק asservant. Cum זקים unum jugum efficiunt חצים *sagittæ*; iisdemque per *appositionem* adjecta censetur *Mors*, ut sit, *laqueoli & sagittæ*, quæ *mors* sunt, quæ mortem ferunt. Grandius tamen tria concipias licet, *Jaculans laqueolos*, *sagittas*, *mortem*. Id illustrius, quam *jaculans telum mortiferum*; quamvis in illud ultro sese resolvat. Conf. *Exc. Hamas.* p. 333. ubi figurantur *Hastæ quarum anteriora Mortes*.

Vs. 19. Concinna *Apodosis*, superiori imagini adamussim respondens. רִמָּה *decepit*, *impulit in fraudem*, &c. ejusque מרמה *deceptio*, *impulsio in fraudem*, per *metonymiam* descendit a רָמָה *jecit*, *jaculatus est*, *projecit*; atque præcedenti הירה *jaculatori* succinit; sive a *jactu teli*, sive a *dejectione*, & *allisione*, quod nunc non discutio. Qui רע *sodalem*, *compascuum* ex *Origine*, *dolo malo petit*, *circumvenit*, *in fraudem impellit*, מרמה *fraudulentiam*, tanquam *jaculatoriam artem*, *in eum exercet*, ostentans interim *amicitiam*, & *familiaritatem*, is similitudinem implet מתלהלה *cum sodali micantis*, & *ludum innocentem ludentis* veluti; quum interim ista sub *specie*, & *occasione*, *noxia* sua *tela ejaculetur*, atque ex maligno sinu depromat ad perniciem amici, nil tale expectantis, aut suspicantis. *Laqueoli*, *Sagittæ*, *Mors* ipsa, totidem *figuras* præbent *doli*, & *fraudis*, in quam quis sæpe implicatur ab eo, cum quo frontem explicare solet, & quicum ei quotidianus velut familiaritatis intimæ lusus. Exemplorum referta vita est: & מתלהלהים *ludicram micationem* cum sodalibus *exercentium*, sed sub *strophio* & *linteamine* suo *malleolos*, *sagittas*, ac *mortes jaculantium*, innumerus ubique est numerus. Rogites læsus, in fraudemve dejectus, hæccine sit illa toties jactata dextra, fidesque? respondebit perfrictæ frontis veterator, *an non lusitabam?* Nil sane noxæ intendebam, nil fraudis in animo fovebam; res infeliciter cecidit, fateor, sed contra scopum plane meum, atque vota sincera.

Vs. 20. Verbum נרגן, *rancore suffusus*, mox *Vs.* 22. recursurum, illustravi ad *Cap.* 18: 8. *Ligna*, *materia flammæ*, figurant *suggestiones malignas*. אפס particula *negativa*, quæ rei *extinctionem*, & *redactionem in nihilum* consignat, ab *exspirando*, *efflando*, *exhalando*, & quidem cum quadam *explosione sibili*, ducta est. Thema אפס, cujus sororium פסס, quod est فشّ. Monui supra *Cap.* 14: 28. ubi non parum momenti adfert, ad sententiam rite constituendam. Eadem vis ubique translucet *Jes.* 40: 17. ubi אין *vacuitas*, & אפס *expiratio in nihilum*, & תהו *ipsa vastitas*, in congeriem acervantur. *Amos.* 6: 10. העוד עמך ואמר אפס *Estne iteratio tecum?* daturne alius præterea? *dicetque*, *expiratio*; *in universum omnes expirarunt*. Pulchre *Jes.* 46: 9. *Exspiratio instar mei*: i. e. *mei similis in totum expirat*; *nec aliud* Numen *existere queat*. Iterum *Jes.* 34: 12. *Et omnes ejus principes* יהיו אפס *erunt expiratio*: i. e. *merum nihil*. Τὸ μηδὲν. Hinc reliqua sibi quisque enucleabit; atque אפסי ארץ *finibus terræ* lubenter substitui patietur *expirationes terræ*, ubi *penitus deficit ac quasi expirat Ps.* 2: 8. *Jes.* 45: 22. &c. At quid כִּי אֲפָסָיִם *Ezech.* 47: 3. solitarium?

Ad talos perveniens *aquula* arrisit plerisque. *Cocc. forte plantæ intelliguntur pedum; ut sint aquæ quibus plantæ solummodo queant humectari.* Id multi-modis præferendum. Primo enim pressius designat *tenuitatem aquulæ*, e terra tantum exsudantis adhuc, & *plantas leviter tingentis*. Secundo אפסים *exspirationes pedum*, i. e. *extremitates*, & *oræ ultimæ*, non sunt *tali*, sed *plantæ*, vel potius *digiti plantarum*. Id suadet res, suadet locus disertus *Dan.* 5: 5. sororium פס ita ingerens; *Rex vidit* פס ידא *expirationem manus*, vulgo, *frustum manus*, collato פת *frusto panis*.

Cocc. ad *palmam* inclinat. Ipse contextus dicit, *prodiisse* אצבען די יד *digitos manus*; qui per *expirationem manus* venuste circumscripti. Consimiliter *Vs.* 24. *ibid.* פסא די ידא *exspiratio manus missa ad scribendum.* Aliquid grande spirat פסת בר *Ps.* 72: 16. quod qui *particulam frumenti* dant, sensum reddunt illi quidem, sed *figuram* delent. *Pugillus frumenti*, quem alii adscivere, aliquid speciosius offert; atque cum *extremitate manus* sic satis consistit. Vide tamen, an non malis, *exspiratio frumenti*, pro *reliquiis tenuissimis*, *in quibus* omne *frumentum quasi exspirat.* Sic certe verbum ipsum פסס figuratum *Ps.* 12: 2. פסו אמונים *expirarunt fidelitates*, vel *fideles*, *ex filiis Adami.* Vulgo, *desierunt*, *defecerunt:* recte pro sensu, non pro *colore* orationis; a quo etiam longiuscule recedit quod *Cocc.* in *Lex.* habet, *abbreviati*, vel *imminuti sunt*; prout ut alii, *ad paucitatem redacti sunt* dederunt, ansa arrepta ex פס *frustum*, *particula*, ut opinabantur. Non mirum, ad *proprietatem* adspirari non potuisse, quum nuspiam alibi, in pomœriis nostris Sacris, id verbi occurrat. Illud *deficere* sese commendabat ex affini אפס, cui eadem notio in *Lexicis* subjecta. Atqui & illud *proprie* valet *exspirare*, *cum flatu deficere.* Signanter *Jes.* 16: 4. אפס המין *exspiravit oppressor.* Nil sublimius. מין est *pressor succum extorquens*; *a* מיץ חלב *pressura lactis* porrecta occasione. Is *pressor*, & *oppressor*, *ipse* dicitur *exspirasse*, *succo* omni & *vento* simul *exploso.* Pari granditate *Jes.* 29: 20. אפס עריץ *expiravit violentus*; quasi *crepans* & *displosus* cum *omni* suo *turgore*, ac *tumore.* Non minori dignitate *Ps.* 77: 9. האפס לנצח חסדו *an exspiravit in purum putum ubertas ejus?* Pinguntur *ubera beneficentiæ*, quæ cum *flatu* veluti *defecerint* atque *exspirarint.* Iterum *Gen.* 47: 15. 16. אפס הכסף *expiravit argentum; crumenis* veluti *exhaustis*, *exinanitis*, *cum flatu deficientibus*, ac *displosis.* Hanc nativam vim, & gratiam Linguæ, quam nulla sagacitas, aut acies conjectandi, consequi posset, exhibet Radix فش, de qua ita *Gjeuh.*

فَشَّ ٱلْوَطْبَ بِفَشِّهِ أَيْ أَخْرَجَ
مَا فِيهِ مِنَ ٱلرِّيحِ وَيُقَالُ
لِلْغَضْبَانِ لَأُفُشَّنَّكَ فَشَّ
ٱلْوَطْبِ وَرُبَّمَا قَالُوا فَشَّ
ٱلرَّجُلُ إِذَا تَجَشَّأَ وَٱلْفَشُّ
سُرْعَةُ ٱلْحَلَبِ وَقَدْ فَشَشْتُ
ٱلنَّاقَةَ وَنَاقَةٌ فَشُوشٌ مُنْتَشِرَةُ
ٱلشُّخْبِ وَٱنْفَشَّتِ ٱلرِّيَاحُ
خَرَجَتْ عَنِ ٱلزِّقِّ وَنَحْوِهِ وَٱنْفَشَّ
ٱلرَّجُلُ عَنِ ٱلْأَمْرِ أَيْ فَتَرَ وَكَسِلَ

Thema פש (*&* פס) *defect. med. in utre, est explodere quicquid in eo venti. Dicitur proverbialiter de iracundo; exspirare faciam te, prout uter ventum exspirat. Sæpe exspiravit uter, de viro ructum emittente, usurpatur. Expiratio, vel explosio, etiam signat celeritatem mulgendi vel emulsionem celerrimam; unde explosi camelum, est sparsim radiante fluxu lactis emulsi; quæ camelus vocatur* פשוש. *In VII.* אנפש *dicitur de ventis flatibusve, quum ex utre disploso expirant. Item in virum quadrat illud Niphhal, displosus expiravit; quum elanguescit ac torpet.* Eandem *Originem*, easdemque virtutes *secundarias* possedit alterum

Thema فس per *Sin* sive *Samech* enunciaciatum, cujus derivatum פסים فسيس est vel *corpore* vel *mente debilis*; q. d. *cujus expirarunt vires*, ac *facultates.* Idem usus præcedenti *Themati* quoque subjectus, nam ejus reduplicatum فشفش valet, *debilis mente ac consilio fuit:* qualis simplici etiam forma فش, cui *mens* & *ratio expirarunt.* In omnibus hisce, ὀνοματοποιΐα eminet, per quam *displosio expirans* ipso sono פס *Phas*, *phus*, & אפס *Ephs* quodammodo exauditur. Desinam in usu signatiore & sublimi *Ispahanensis*, genuinum *characterem* verbi, suo

ſuo more, feliciſſime exprimentis, ubi deſcribit *impetum arietis bellici, ſub cujus ictibus* اقفال الاسوار المغلقة تفش *repagula mœnium occluſorum diſploſa expirarent.* Nempe *ſera*, *clauſtrum*, *repagulum* eleganter dicitur *exſpirare*, quum *crepat*, & *diſſilit.* Huc pertinet *Gloſſa* illa apud *Golium*, *Aperuit ſine clave ſeram*; active, quaſi, *fecit eam crepare*, *diſſilire*, &c, reddito ſono *Phus*, ultro *expirare.* Ad *Originem* quoque admirabiliter *Avicen.* L. IV. p. 125. & alibi. يوضع على النفخ خرق مسخنة وكمادات مفششة *apponuntur ſuper tumore panni calefacientes, & fomenta quæ expirare faciant tumida.* Eſt *part.* II. ſpeciei, quæ a *Gloſſariis* abeſt, ut alia infinita. Sub VII. annotavit *Gjeubar.* وانفش جرحه سكن ورمه عن ابن السكيت *Etiam de ulcere dicitur* אנפיש *expirare factum eſt, quum tumor ejus reſidit; auctore Ibn Aſſiccyt.* Pro minus promtis hic reſumere liceat, phraſes eſſe finitimas ورم جرحه *tumuit ulcus ejus inflammatum*, & ورم انفه *tumuit naſus ejus accenſus in iram.* Ad utrumque ex æquo ſe porrigit فش *expiravit tumor ille, & diſploſus evanuit.* Hæc jam verbis פסס & אפס, cum explicationibus ſupra datis, id gratiæ, & roboris addunt, quod nemo ſpernat, niſi qui frugibus inventis, glande veſci decreverit: aut pro ancora bene jacta, fidaque ſtatione, perpetui ſali eligat jactationem.

Ibid. Iſtud ſalum, jactationemque in eo incredibilem, hic oculis ſubjeciſſe, e re fuerit; ut orbis Eruditus hoc quoque ſpecimine in rem præſentem deducatur; atque ex eo dijudicet, quanta ſit cum *utilitas* tum *neceſſitas Dialectorum*, ad *Origines Hebraicas* conſtituendas. En fluctus, quos movit *Forſter.* in *Lex.* פסס *congruit ſignificatione cum* אפס, *rarum fuit, attenuatum eſt Pſ.* 12: 1. פַּסִּים *fila; a tenuitate Gen.* 37: 3. 4. 23. & 2 *Sam.* 13: 18. 19. *Tunica filorum; ſcil. diverſi coloris.* At *Pſ.* 72: 16. *Significatione contraria, denſitas, copia frumenti.* Majores excitavit *Avenar.* ita ſibi ſua ex Hypotheſi indulgens. פסס *eſt paſſim ſparſus eſt, diſperſus eſt in varietates multiplices.* Luſit in *paſſim*, unde *Pſ.* 12: 2. reddit, *ſparſi paſſim ſunt fideles*, *i. e. disjecti &c.* Et *Pſ.* 72: 16. פסת בר *diverſitas frumenti*, *multiplicitas diverſarum frugum paſſim in agris.* Denique כתנת פסים *Gen.* 37: 3. 4. 23. & 2 *Sam.* 13: 18. 19. *Tunica variegata & picta multis coloribus, multa filorum diverſitate.* Nil diſſipatius poterat arripi, quam illud *paſſim*, cui & πάσσειν pro altero adjectum fulcro, ut vara vibiam ſequeretur. Quid *Coccejo*, quid aliis, allubuerit, jam attigi. Reſtat ultimus conatus *Guſſetii*, cui פסס eſt *ſecuit*, *reſecuit*; indeque פסת בר quaſi *reſectio*, *i. e. portio minima frumenti. Pſ.* 72. & כתנת פסים *fruſtula panni verſicoloris.* Precaria omnia; ut quivis cernit; & in quibus parum, aut nihil, dignitatis. Sed audi illationem plane ſuavem; " *Hæc perſuadent radicem non per* „ *ſe*, *& vi Etymi*, *dicere* nihil, *ſed* aliquid „ minimum: *ut Gallice* pas, point; *unde* „ אפס *etiam quandoque omnino negat*, ut „ *Jeſ.* 46: 9. *quandoque non omnino*: ut *Jeſ.* „ 40: 17. ubi אפס *jungitur cum* תהו *Chao*, „ *quod non eſt* nihil. *Item* 2 *Sam.* 9: 3. *vi-* „ *detur* tantillum reſiduum *ſignificare.* Pari- „ ter 2 *Sam.* 12: 14. *non ſane* nihil *ſed* bre- „ ve aliquid *ſignare debet* ". Vide, quam neglectus *Dialectorum* emaciet ingenia. Metuit Vir Doctus, ne quis radices פסס & אפס ſtatuat *per ſe*, & *vi Etymi* notare *Nihil.* Scire aveo, qua in Lingua τὸ *Nihil* Philoſophicum, *vi Etymi*, & *per ſe*, i. e. ſine *metonymia* poſſit exprimi: nam *Latinorum* illud ex *ne* & *hilum* eſſe conflatum, utique ignorare non potuit: ut & οὐδὲν, cum οὐδίζειν, & μηδὲν ſimili ratione coaluiſſe. Tricatur ergo, ſeque neſcio quibus compungit ſpinulis; אפס, inquit, *omnino negat*, *Jeſaj.* 46: 9. ſed *non omnino*; *Jeſ.* 40: 19. *quia conjungitur cum* תהו *Chao*, *quod non eſt* nihil. Quid hoc ratiocinii? *Chaos* utique eſt *nihil inhabile*, ut in Scholis loquuntur. Ei connexum ibi אפס, non utique *tantillum reſiduum*, ex mente *Guſſetii*; ſed *expiratio* omnium *virium*, & *facultatum.* Non felicius ſuccedit 2 *Sam.* 9: 3. האפס עוד איש לבית שאול *an tantillum reſiduum adhuc viri domui Saulis?* Imo vero, *an expiratio viri amplius exiſtentis domui Saulis?* An *omnes in univerſum expirarunt*, & tanquam *extremo flatu* de-

21 Carbonem sane prunæ, & ligna sane ignis; & vir contentiosus sane candefacere rixam.

22 Ver-

21 פחם לגחלים ועצים לאש ואיש
כדונים לחרחר ריב :

22 דברי

fecerunt? Sic אפס בלעדי *expiratio*, id est, *nihil omnino*, *præter me*: & *Jes.* 41: 14. כאין וכאפס *Sicut vacuitas ipsa*, & *exspiratio*, *viri tui bellatores*. Pulchre sibi duo affinia succinunt. Urget inprimis pro suo *tantillum*, vel *breve quid*, 2 *Sam.* 12: 14. אפס כי נאץ נאצת, ita fidiculis admotum, *breve aliquid*, *quia accendisti hostes Domini ad despectum Ejus hac in re.* Pannus interpolis. *Noldius* reddit, *verum tamen quia* &c. Sic & reliqui fere. Propius fuisset, *nisi quod*, vel *nisi quia*. Nempe *districtius negatur*, *peccatum Davidi eatenus remitti*, *ut* etiam *filiolum salvum auferat*: in eo & *gratia Dei*, & *spes tua*, *exspirant*. Pariliter *Num.* 13: 28. אפס כי *nisi quod validus populus*: ab ea parte *bona spes decolat* & *expirat*. Sic & *Jud.* 4: 9. אפס כי לא תהיה תפארתך *Nisi quod non erit ulla tua gloria* &c. Est absolutissima *negatio*, qua quicquid sperari potuisset gloriæ *exspirasse* dicitur. Signanter *Amos.* 9: 8. אפס כי לא אשמיד *Nisi quod non erasurus sum Domum Israëlis*: nec non *Deut.* 15: 4. אפס כי לא יהיה בך אביון *Nisi quod non erit in te egenus.* Est vel *exceptio*, vel *exclusio*, rem ita tollens, ac si *penitus expirasset.* Per *tantummodo* redditum אפס binis in locis. *Num.* 23: 13. אפס קצהו תראה וכלו לא תראה *tantummodo extremitatem ejus videbis*, & *universum eum non videbis.* Posses ibi *substantive* cnm superlatione, *expirationem extremitatis* &c. ut אפסי ארץ *expirationes terræ*: etiam *singulariter* frequentatum; 1 *Sam.* 17: 1. *Castra metati sunt* באפס דמים *in extremo fine Dammim*, ubi *ager* iste *expirabat* scilicet. Pro eo בפס legitur 1 *Chron.* 11: 13. quod item sonat, *in ipsa expiratione Dammim.* Si magis placeat *adverbialis* vel *conjunctivus* usus, illud *tantummodo* ita minuet, ut quasi *expirasse* videatur id quod *solummodo* relinquitur. Sic planissime *Num.* 22: 35. אפס את הדבר *Solummodo id ipsum verbum* &c. &c. Alio iterum flexu denotare dicitur *præter*; *Jes.* 45: 14. ubi a *Noldio*, unde hauriri solet, significantissima verborum series אך בך אל ואין עוד אפס אלהים ita transfusa; *tantummodo apud Te Deus*; & *non amplius* Deus, *præter Deum.* Adstrictius a Nostris postrema; & *nullus alias Deus amplius.* Animosissime Vener. *Vitr.* *Duntaxat Deus in Te est*; & *nullus præterea*, *nullus* usquam *Deus est.* Id ipso veri sigillo impressum. אין עוד *vacuitas*, *non datur amplius*, quod suffecisset, cumulatur per אפס *expiratio*; atque *in totum exspirasse* insinuatur, ut aliud Numen vel concipiatur; nedum ut exsistere queat. Ad *præter* etiam detortum *Zeph.* 2: 15. אני ואפסי עוד *Quæ dicit in corde suo*; *Ego!* & *præter me* nulla *amplius.* Vides insertum *nulla*; ergo dicendum fuerat אפס sonare *præterea nihil*, quod in *expirationem* ultro refunditur. Par ratio *Jes.* 47: 8. 10. ubi eadem formula. Retrusior *Syntaxis* fraudi fuit, ut apud *Commentatorem Jesajæ* deprendes; & ipsum nonnihil hæsitantem. *Ab. Esra* cui adstipulatus *Cocc.* ad *Jesajam* אפסי accepit cum *Jod. Parag.* quod vulgo vocant; ut sit, & *præterea nihil amplius.* In *Lexico* tamen, semet deserens, per *interrogationem* extulit ואפסי עוד, & num *præter me adhuc?* Prior calculus verior; sed illa *Paragoge* semper per *Dativum Pleonasmi* reddenda; ut exeat; & *præterea nihil mihi amplius.* Ad verbum, & *expiratio mihi*: *id omne mihi expiravit*, *in auras abiit*, *nihil est*, עוד *iteratio*, *amplius*; *iterum tale quid.* Illud *mihi!* superbiam spirat, & fastum, *nihil sibi par* aut *simile* crepantis. Illa *expiratio*, *nihil relinquens*, sese plenissime exerit *Jes.* 5: 8. *Væ adjungentibus domum domui*, *agrum agro continuantibus*, עד אפס מקום *usque ad expirationem loci*, ita ut omne spatium *exspiret*, & *sessores constituamini Vos Soli in medio Terræ.* Iterum *Jes.* 41: 27. *Ecce omnes illi* און *inanitas*, אפס מעשיהם *expiratio* (nihil) *opera eorum*; רוח ותהו *ventus* & *chaos fusilia eorum.* Ve-

ner.

22 דברי נרגן כמתלהמים והם ירדו חדרי בטן׃

22 Verba rancidi, tanquam avide deglutita crustula: ut quæ descendant in penetralia ventris.

23 כסף

23 Ar-

ner. *Vitr.* junctim, און אפס מעשיהם *vanitas, nihilum opera eorum.* Res eodem redit, cum insigni gradatione. Profundius iterum *Jes.* 54: 14. אפס מאותי vulgo, *non ex me;* atque ita etiam Cl. *Vitr.* Est illustrius, & signantius; *expiratione de cum me;* ita ut מאותי *de me suggestum, depromtumve,* ista in machinatione *totum expiret*, indeque *quam longissime sit repulsum.* Non omittendum quoque solemne illud, in Proverbii vim missum, אפס עצור ועזוב, ad res funditus eversas, & afflictas, designandum: quum *expiravit Grex inclusus, Grex dimissus;* id est, *tam qui in matrimonio, quam qui extra illud, agunt.* Eadem *negatio absoluta* hic quoque palpatur. *In expiratione lignorum extinguitur ignis;* non sine lusu jucundiore; quem quivis facile percipiat. פסת בר *Ps.* 72: 16. etiam proprie sonare *expirationem frumenti*, non amplius ambigetur. Sed perpendi velim, an non & *pugillus*, sive δράξ cum ista *expiratione ultima* pulchre conspirare queat: quoniam פס יד & פסת יד haud dubie *extremos* etiam *digitos* signavit; uti ex *Danièle* supra visum. Eodem etiam reductum a Literatioribus Interpretum כתנת פסים *Gen.* 37: 3. & 2 *Sam.* 13: 18. ubi adjectum *filias Regias* tali *palla amiciri* solitas. Merito pro contortis & vagis, quæ supra attigi, iis arrisit, *Tunica* χειριδωτὸς, *manicata*, sive, *manuleata;* mollior fere & *delicatior*, quas puellæ nobiles gestabant, & viri *delicatius* habiti; secundum illlud Poëtæ *Æneid.* 9: 616.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O vere Phrygiæ; neque enim Phryges - - - -

Ubi *Serv.* submonuit *colobiis* usos Veteres, atque *Ciceronem* etiam ut *delicatiorem* vituperasse, qui *manicatis ac talaribus tunicis* uteretur. Sic de *Caligulæ* deliciis notavit *Suet. Cap.* 52. *Eum sæpe manuleatum & armillatum processisse.* Has *tunicas Chiridotas* appellat *Gell.* 7: 12. Notabile, & in rem nostram, hocce cum primis; *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & usque in* primores manus, *ac prope in* digitos, *Romæ, atque omni in Latio, indecorum fuit, feminisque solis vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, ad* ulnas cruraque *adversus oculos protegenda* &c. Vides *tunicas manuleatas & talares*, quæ cum *manuum* tum *pedum extremitates*, atque *oras expirantes*, protegant. In hanc amplitudinem assero כתנת פסים, quæ ad *digitos manuum pedumque* simul pertineat, atque descendat. χειριδωτὸς & ποδήρης. פס ידא *extremos digitos manus* signat *Dan.* 5: 5. אפסים *extremos digitos pedum; Ezech.* 37: 3. ab *expiratione*, sive *ora expirante.* Recte ergo *Buxt.* in *Lex. Chald. Thalm.* פס, פסא, *ad manum relatum est* palma, vel *anterior ejus pars; ad pedes*, planta *est.* Et tamen כתונא דפסי *Paraphrastæ* convertit *tunicam particularum*, ex *variis particulis versicoloribus consutam;* quum dare debuisset *manuleatam & talarem.* Obiter quoque teneatur verba אפס & פסס in *Targumim* substituta pro *Hebræo* חלל *profanare, polluere, violare*, eandem possidere *Originem;* ut sit, *præflorare*, atque *facere ut decus & dignitas expirent.* Specimen præbeat אַפֵּס קְיָמֵיה *Ps.* 55: 21. *Expirare fecit fœdus suum:* ἐξουθενίζειν. *Ps.* 119: 126. אַפִּיסוּ תלמידיא אוריתך *Discipuli legem tuam deflorarunt, expirare fecerunt.* Apud *Arabes* فش in eandem *metaphoram* permissum, ex *Gjeubarianis* jam adductis manifestum. Sic *Harmonia* relucet *Dialectorum*, atque membra disjecta unum in corpus amice coëunt atque coalescunt.

Vs. 21. Minus planum quid offert Versio sic concepta; ut *carbo ad prunas, & ligna ad ignem*, sic *vir contentiosus ad accendendam litem.* Hoc ita declarat *Merc.* l. ut *carbo prunis exsuscitandis est aptus; & ligna ignem fovent; sic vir contentiosus non nisi ad litem suscitandam, & accendendam, aptus est.* Huc magno consensu itum; quum tamen repugnantiæ quid subsit, ut *vir contentiosus* comparetur *carboni*, & *ligno;* quippe qui simili-

 tu-

tudinem magis impleat *prunæ* & *ignis*. Senſere hoc interpretes, ac propterea in *carbone*, & *ligno*, hic captarunt *uſtile quid*, & *igni concipiendo promptum*. Sed vel ſic negare ſuſtineo *carbonem*, & *lignum* aptam præbere imaginem *hominis contentioſi*. Incommodo mederi conatur *Cocc*. II. ita vertens, *carbo in prunas, & ligna in ignem, & contentioſus ad accendendam litem*: hoc ſenſu, *contentioſos nulli rei eſſe niſi ad accendendam litem; ut carbo nulli rei eſt, niſi ut pruna fiat, & lignum, niſi ut ardeat*. Commodius forte exiiſſet, *carbo ad prunas*, & *ligna ad ignem*: & *contentioſum accendet rixa*: quod ita *paſſivo* adſpectu reſolvere eſt: *ut carbo ad prunas*, & *lignum ad ignem* accenditur; *ita contentioſum accendat neceſſe eſt rixa*. Manet idem ſcrupulus. Is demum levabitur III. ſi *carbones* & *ligna* ריב *liti, rixæ*; atque *viro contentioſo* reſpondeant *prunæ* & *ignis*. Sic in nativas, & ſuas, ſedes immitti iſta *Emblemata*, nemo negabit: ſed ambigere poterit, an *conſtructioni* litetur. Ea ipſa nempe fraudi fuit. Teneatur itaque primo, *præpoſ. Lamedh* ſæpiſſime non notam efficere *Dativi*, cui hic adhæſum; ſed *Emphaſin* adferre, per *ſane, profecto*, reddendam. Exempla ſupra alicubi congeſta. Iſti nunc uſui inſiſtere, ipſa cogit materies. Accedit ſecundo, eandem *Syntaxin* poſtulare verbum חרחר, *accendere*, vel preſſius adhuc, *candefacere*; non tertio tantum colo competens, ſed etiam duobus præcedentibus ex æquo contribuendum. Id viderunt quidem, ſed neſcio quomodo oculis iterum ſuis ſubduxere, plurimi, inſertione uſi, *ut carbo* aptus *ad prunas*: non auſi videlicet directe, *ut carbo* לחרחר גחלים *ad accendendum*, vel *candefaciendum, prunas*. Id palam fuiſſet repugnans; non enim *ater carbo prunas*, ſed *prunæ candefaciunt carbonem*, ipſæ utique jam antea *candentes* & *rubicundum flammantes*, pro *Origine* alibi adſerta. Conſimiliter non *Ligna ignem candefaciunt*, ſed *ignis ligna antea obſcura facit igniri*, ac *percandeſcere*. Hinc illuſtris emergit *Gnome*. *Carbonem ſane prunæ, & ligna ſane ignis* candefacit, & *vir contentioſus ſane candefacit*, vel, *eſt ut candefaciat, rixam*. פחם *carbo*, collective hic *congeriem* ſignat *carbonum*, qui admotis גחלים *prunis* ſubito *candeſcant*, atque *eodem igne correpti flammentur*. Hi depingunt ריב *litem*, proprie *concuſſionem*, i. e. *materiam contentionis* & *rixæ*. Ea hic concipitur ut *ſopita*, ſed facile *reſuſcitanda*. Ita apud *Arabes* فحوم *carbones*, a *radice* فحم *ater fuit*, conſignant *rixas* & *contentiones* jam *reſtinctas*; vel *quæ ſub cinerem conſederunt*. Inde *Proverbialiter* نفخ في فحم *ſufflavit in carbonem*; eſt *litem ſopitam exſufflavit*; apud *Gjeubar*. qui & IV. *ſpeciem* افحم אפחם *carbonem fecit aliquem*, exponit اسكت في خصومة او جدال او غيرة *ad ſilentium eum redegit in lite, aut contentione, aut ſimilibus*. Eodem pertinet *part. paſſ*. المفحم apud *Golium*, *qui nequit Carmina dicere*; q. d. *qui ab adverſario ad ſilentium redactus, & carbo factus eſt*; quum antea *prunæ inſtar flagraret*. Ita *Gjeubar*. iterum يقال هاجيناكم فما افحمناكم *Dicitur*, *Satyram quidem in vos exaſtuavimus; ſed non ad carbones vos redegimus*. In *Diw. Hud. Abulmutballemus* pulchre:

اصخر بن عبد الله ان
كنت شاعرا
فانك لا تهدي القريض
لمفحم ۞

> *O Tzachre Abdallæ fili! ſi Tu Poëta es,*
> *At neutiquam Carmen adducis Ei qui Carbo futurus ſit.*

In *Conſ*. 35. *Harir*. فصمتت صموت المفحم *In ſilentium redacti ad carbonem eſt defixus*. Iterum *Conſ*. 42. ان وقوفنا دون حدك ليفحمنا عن استيراء زندك *Profecto quod ſubſidimus infra aciem tuam, id nos ad carbonem redigit, ne poſſimus elicere ſcintillas tui igniarii*: i. e. *tuum ænigma penetrare*. Pendent omnia a *Proverbio* ſupra adducto, atque a *lite*, vel *ſopita*, vel *compreſſa* ſaltem, ad inſtar *carbonum*. His ſi admoveris *prunas*, fieri nequit quin ad *vehementiorem*, quam ante, *flagrantiam incandeſcant*. Apti ſſimum Emblema in איש מדון *virum con-*

23 כסף סיגים מצפה על חרש שפתים דלקים ולב רע׃

23 Argentum scoriarum inductum super testa; labia flagrantia, & cor nequam.

24 בשפתו

24 La-

contentionis, *valde contentiosum*; qui apud *Arabes* quoque *prunæ* titulo insignitus; quemadmodum & *exarsit pruna ejus*, in eum quadrat, qui *bella*, *rixasque fovet*, ac *suscitat*. In *Hist. Salad.* per *Ispahan.* p. 152. كانت فيها جمرة الاسبتارية *Erat ista in urbe pruna Hospitalariorum.* Et *pag.* 222. الداوية جمرة الكفر *Templarii pruna infidelitatis.* Et *pag.* 438. 439. انطفا جمرتهم *extincta fuit pruna eorum*: i. e. *repressa vis hostilis*, sive *flagrantia bellica.* Iterum *pag.* 676. ما كان عليه الكفر من الجمع الملتهم والجمر الملتهب *Quicquid haberet Infidelitas multitudinis deglutientis, & prunæ flagrantis.* Intelligit *copias in prælia ardentes.* Item جمر الغضا est genus, *prunarum ardentissimarum ex arbore* ita dicta, dura, spinosa, & flagrantiæ tenacissima. Inde in *Diw. Hud. Albarykus*:

ولكنني جمر الغضا يخفرني
سيفي اذا لم اخفر ☼

Sane pruna sum flagrantissima; Gladius me meus protegit a nemine protectum.

Hinc reliqua sponte clarescunt; neque necesse erit, ut *ligna materiam litis* utique, quæ ad ריב ultro recurrant, enucleatius pertractem; quum phrasis *ligna congerere*, aut *cremia*, omnem alium sensum repudiet, atque præc. *Vs.* eundem jam subjecerit; quo magis mirum, inde potuisse resiliri. Præstrinxit, ut dixi, structura exquisitior. Vel cum ל *Dativi* idem adspectus hinc potuisset elici; sic serie ducta, *Carbo ad prunas, & ligna ad ignem* incandescunt; sic *vir contentiosus* omnino candefacere *litem*. Illud *incandescunt*, in prioribus membris, vi orationis & rei ipsius suggeritur; sustinente id supplementi tertio colo, לחרחר *ad candefaciendum*; quod per *omnino candefacere*; *certissime faciet ut incandescat*, ex indole Linguæ sese patitur resolvi. Gravissime figuratum חרחר ריב *candefacere litem*; ut apud *Tacit. Hist.* III. 10. *seditio* dicitur *candescere.* Characterem viri *contentiosi* signatissimum efficit חרחר ריב, *carbonibus & lignis* usque & usque *suggestis irritare litem*, eamque ita *candefacere*, ut nunquam *sopiri* atque *extingui* queat.

Vs. 23. Major dissensio, quam quis heic loci expectet forte. *Merc.* I. per *labia ardentia* intelligit *procacia*; & *studio alios conviciis incessendi flagrantia.* Hæc *testæ* vili, *argento scoriarum obductæ*, assimilari censet, quod *etsi non animadvertentibus argentum videri possint*, *propius* tamen *inspicientibus fæx tantum sint argenti.* Subnotat דלק *ardere* pro *insequi*, *insectari*, venire. Verum; sed claudicat comparatio: nec *labia conviciorum sordibus oblita argento*, quantumvis *impuriore illo*, *obducta*, rite quis dixerit. Non immerito ergo inde recessum a *Junio* II. ad *Labia amica*, & *prosequentia*, hic attendente, ut *quæ inimico animo speciem* mentiantur *amicitiæ*, *simillima* dicantur *testæ scoriis deargentatæ.* Arrisit plerisque; ex eademque mente *Cocc. vociferantur* quidem *se argentum esse* labia illa, *sed per fucum illitum transparet cor malum.* Huic interpretamento se opponit *Gejer.* III. negans דלק *amico sensu* uspiam occurrere: atque eo fundamento urgens *labia urentia*, *quæ lites succendant*, *atque animos ad iram inflamment.* Sane paucula illa, quæ in *Sacris* adsunt, hujus *thematis* exempla, ferme in *noxam* & *læsionem* vergunt. Argumentum tamen inde ductum neminem inducet, qui Veteris Linguæ pomœria ante oculos sibi proponet. In universum octo vel novem sunt loca, in quibus דלק conspicitur. Si jam quis vel ex viginti, atque adeo centum & ultra *Latinis* exem-

exemplis, quæ ſua in Lectione ei occurriſſent, *ardendi*, in *malum* tendentibus, contenderet, nunquam verbum illud in *bonum* evenire potuiſſe, male firmos, nec valde eruditos, calculos ſubduxiſſe haud dubie cenſeretur. Idem ad verbum *flagrare*, ejusque fontem φλέγειν, in *præt. med.* πέφλαγα æque ac πέφλογα, dictum eſto. Huic non ſcrupulo, ſed ſcopulo fere *Lexicographorum*, adhæſit & *Guſſetius*, eo quoque progreſſus, ut *ardendi* notionem expungere ſuſtinuerit, retenta ſola illa *perſequendi*; tanquam *primaria*, quam omnes *ſecundariam* ab *ardendo* ſubſumtam crediderant. Inde *Ezech.* 24: 10. pro הדלק האש *fac flagrare ignem*, ingeritur, *fac ut ignis perſequatur carnes.* Similiter *Obad.* *Vſ.* 18. *Eritque Domus Jacobi ignis, & Domus Joſephi flamma; Domus vero Eſavi ſtipula*, ודלקו בהם *& flagrabunt in iis, eosque conſument*, extincto neceſſario non minus, quam nobili, ſenſu, obtruditur, *& perſequentur eos.* En aliud adhuc ſuaviludium; דלקת *Deut.* 28: 22. *febris ardens* amovetur, ut in textum illum immittatur *morbus, qui paſſim prompteque per omnes corporis partes diſcurrat inſtar perſecutoris.* Miræ illuſiones! quas *Methodus Metaphyſica* in *Hebræam Linguam* invexit: & quæ ubi lumina ſibi ſua obſtruxit, & *Dialectorum* excluſit radios, ſuam ſibi lucem, ad *primarias* & *ſecundarias virtutes* verborum juxta, ex officina imaginationis ſcintillulis ultro vanituris extundit. Sed, inquis, ſit vera ſignificatio, *ardere*; & per *metonymiam*, *ardenter perſequi*; id ſaltem concedatur neceſſe eſt, in *malum* id verbi ubique inclinare; ac proinde tutius Doct. *Gejero*, quam *Junio*, *Coccejo*, aliisque accedetur. Illiberalis, ut dixi, inſtantia! quam tamen graviore ictu configam. Non quadrant hanc in ſedem *Labia igne hoſtili ardentia.* Ea nunquam comparaſſet Sapiens *teſtæ fuco argenti illitæ.* Pugnant *aperte ardentia odio*, & *fucata.* Nunquam etiam hæc *Labia* לב רע *cordi malo* oppoſuiſſet *Parœmiaſtes*; ſed cum *eo* unum in ſcopum longe aliter direxiſſet. Fulcrum tamen ſubditur vacillanti ſenſui, atque כסף סיגים *argentum ſcoriarum* per *Hypallagen* ſonare dicitur *meras ſcorias.* Inde ergo *Labia ardentia teſtæ impuris ſcoriis oblitæ* rite conferentur; atque *os maledicum*, cum *corde maligno* pari paſſu procedent. At quorſum tunc illud מצפה *incruſtatum*, *nitore* quodam *illitum?* Obſervavit hoc ipſe *Gejer.* productis locis ubi צפה eſt *inducta cruſta auri*, vel *argenti*, *exornare*: atque cum *involutione*, *exornationem labiorum illorum* ſubinnui monens. Eſt etiam *Hypallage* iſta non precaria ſolum, ſed ſeriei repugnans, quæ exigit *nitorem argenti*, non tamen *ſinceri* illius, & *excocti*, ſed quod *multa fæce* ſit, & maneat, adulteratum. Iſtam imaginem *Salomo* nunquam *ori ſpurco* & *maledico* aptaviſſet. Eſt aliud, quod altiorem adhuc introſpectum *Gnomes* aperiet. חרש *teſta*, *vas* quidem, ſed *figulinum*, *vilius*, *fragile*, ſuggerit in genere *Emblématico* aliquid *elaboratum* illud quidem, ſed *nullius pretii*, *caducum*, & *ſubito diſſipandum*; quod tamen *argenti ſpecie illitum*, & *incruſtatum niteat.* Hoc minus perſpectum Cl. *Clerico* IV. *Vaſa* hic *murrbina* reſpicienti, quibus *ornamenta argentea addita ſint; quod nec moribus noſtris ſit ignotum; & Salomoni forte frequens, qui ex India talia vaſa ad ſe adferri curare potuerit.* Grande poſtulatum; in quod non excurro. Nego tantum iſtis deliciis *murrbinis* hic locum eſſe, ubi *magna vilitas* cum *fragilitate* intenditur. Sic נבלי חרש *lagenæ teſtaceæ*; *Thren.* 4: 2. & *Jeſ.* 30: 14. חרש לחתות אש *teſta ad ignem commarginandum* tanquam in *foculo.* Præcellenter *Jeſ.* 45: 9. *Væ contendenti cum ſuo Figulo*; חרש את חרשי אדמה *teſta cum teſtis terræ* contendat! Acris increpatio. *Vilis* cum *vili*, *fragilis cum fragili ſe collidat! non in Figulum omnipotentem inſurgat.* Sed pergamus. A ſemet ipſo etiam deſciſcit Vir Doctus, quum *Labia ardentia* in *malam partem* trahens, declarat *verba vehementiora contra inimicos eorum, quos alloquuntur homines fallaces, qui tamen iis, quibus adſentantur, male volunt.* Hæc qui cohæreant, non video. An *vaſa murrbina argento diſtincta* figurare poſſunt *verba vehementiora?* An forte *aſſentatio*, *vehementioribus verbis* interluſa, illis *vaſis* expicta? ut *verba ardentia*, ſint *vehementiora* hinc, & *vaſa murrbina*, illinc ſint *aſſentatoria.* Id ferme videtur: ſed incertior, ipſam verſionem Viri Docti oculis ſubjiciam. Quod eſt *argentum* cum *ſcoriis ſuperinductum teſtæ*; id ipſum ſunt *labia ardentia*, & *cor malum.* Si *labia ardentia* in *bonum* ſumta eſſent, vel ſaltem quæ *boni ſpeciem* præ ſe ferrent, aliquid luceret; jam mihi quidem nihil dilucet. In hoc conflictu ergo ſententia-

tiarum palmam haud dubiam aufert *num.* II. præsertim prout *Cocc.* in *Lex.* rem enucleavit, *labia flagrantia* exponens, *quæ Zelo pietatis & charitatis videntur ardere.* Eadem mens *Belgarum* in notis. Respondent characteres omnes. *Testa elaborata* quidem illa, sed *fictilis*, sive *figulina*, in se *vilissima*; & per quam sane *fragilis.* Illa *testa obducitur* כסף סיגים *argento scoriarum*, impuriore illo, & multis *scoriis mixto*, quod habeat *nitorem*, non *verum* illum, & *sincerum*, sed *fucatum* & *adulterinum*, quem mentitur *hypocrisis.* כסף *argentum* inducitur *Jesaj.* 1: 22. quod examinatum, coctumve, in סגים *scorias* abeat. Hæc complet nativa potentia verbi צפה, quam indicavi ad *Cap.* 15: 3. in *Kal nituit*; in *Pihh. nitidavit*, *nitida crusta obduxit*: de qua mox plura. Nil cumulatius, ad *Hypocrisin* expingendam. Nihil proinde hinc diffingo. Sed pro munere suscepto expromam V. quod prægressam explicationem adfirmet simul, simul patentiorem prospectum ex interiore natura Linguæ pandat. Dubitari videbamus a plerisque, possetne verbum דלק *flagrare* in *bonum*, ad *speciemque ardentis amicitiæ*, tramitti. Nunquam indubitassent homines Eruditi, si & Originem, & *amplitudinem* istius *flagrantiæ* adspexissent. Utrumque ex *Dialecto Arabum* hausissent, si, ut par erat, sua *Hebrææ Linguæ* jura reddidissent. Hæc ex *Camuso* ita adstruam, ut nihil dubitationis cuiquam relinquant.

ذَلَقَ ٱلسِّكِّينِ حَدَّدَهُ
كَذَلَّقَهُ وَذَلَقَ ٱللِّسَانَ
وَٱلسِّنَانَ ذَرِبَ فَهُوَ ذَلِقٌ
وَأَذْلَقَ وَذَلَّقَ وَذَلَقَ وَذَلُقَ
أَيْ بَلِيغٌ بَيِّنُ ٱلذَّلَاقَةِ
وَذَلَقُ كُلِّ شَيْءٍ وَذَلَقَتُهُ
وَذَوْلَقُهُ حَدُّهُ وَذَوْلَقُ ٱللِّسَانِ
وَٱلسِّنَانِ طَرَفُهُمَا وَٱلْحُرُوفُ
ٱلذُّلْقُ حُرُوفُ طَرَفِ ٱللِّسَانِ
وَٱلشَّفَةِ وَخَاطِبٌ ذَلِقٌ وَذَلِيقٌ
فَصِيحٌ وَذَلَقَ ٱلسِّرَاجُ ضَاءَ
وَأَذْلَقَ ٱلسِّرَاجَ أَضَاءَهُ وَأَوْقَدَهُ

Verbum דלק *in Kal*, *& Pihh. de cultro*, *est acuminavit illum. Intransitiva forma item de Lingua*, *& Cuspide*, *notat acuminari. Ejus partic.* דלק, *& comparativum* אדלק, *mucronatam sive Linguam*, *sive cuspidem: substantivum* דלק *trifariam enunciatum*, *designat eloquentem*, *in quo emineat Linguæ volubilitas acuminata. Formæ* דלק, *&* דלקה *&* דולק *omnis rei acuminatam extremitatem consignant; &* דָּלֶק *Linguæ*, *ac cuspidis*, *utriusque mucronem. Literæ* דלק *mucronatæ vocantur hinc in Grammatica Linguales*, *& Labiales. Porro orator* דלק *&* דליק, *est eloquentia præpollens. Usurpatur quoque* דלק *de lucerna*, *quum nitidius emicat; ut in IV.* אדלק *lucernam*, *est eam micantiorem & flagrantiorem reddidit.* Eant nunc, qui ad *Dialectorum* fontes uberes accedi nolunt, atque negent hanc veram esse lucem, ad quam verbum דלק dignitatem demum suam recuperet; atque omnes illæ cavillationes, quibus *Gnome* hæcce ferme oppressa jacebat, discuti, ac sopiri tandem, queant. Sed operæ fuerit hanc faculam ceteris quoque contextibus, quibus non parum ignoratione *Originis* decessit, accendisse. *Obad. VS.* 18. ודלקו בהם jam non *ardebunt*, vel *flagrabunt in iis*, sed *mucrone volubili & micante flagrabunt: ut igni & flammæ* addatur *acuminatissimus ille mucro Linguæ* quem *Arabes* vocitant דלק הלשון. Magnum quoque lumen orationis hinc adfulget *Ps.* 7: 14.

חציו לדלקים יפעל; vulgo, *sagittas suas in persecutores parat.* Jacet. Excitavit *Cocc.* dans; *Sagittas suas parat, ut sint ardentes.* Erectius adhuc, & animosius fuerit, *sagittas suas sane ardentes operatur*, i. e. *jaculatur:* cum accessione hacce gravissima *flagrantiæ in cuspidem acuminatæ.* In *Hiphh.* appositissime *Ezech.* 24: 10. *constipato ligna*, הדלק האש *facito efflagrare ignem*; *volubili illo & emicante mucrone Linguæ suæ.* Alia figura, non minus illustri, *Jesaj.* 5: 11. *Tardantes in crepusculum*, יין ידליקם *ut vinum eos faciat efflagrare.* Interpretes fere *accendat*, vel *incendat eos*, commode; non complete; quia cum *venis* vino *succensis* insinuatur *flagrantia mentis*, *flagrantia Linguæ*, *mucronem suum adversus Deum erigentis.* Duplicata ista potentia verbi הדליק *in Flamma* simul, simul *Lingua mucronem exerente*, hinc abesse nequit, sive rem spectes, sive seriem, quæ ad *illustres* religionis ac veritatis palam tendit. *Abulyäl* in *Diw. Hud.*

أَرْجِعْ مَنِيحَتَكَ ٱلَّتِي أَتْبَعْتَهَا

هَوْعًا وَحَدَّ مُذَلَّقٍ مُسْنُونِ ❀

Munus tuum reducito, quod comitatum voluisti
Vomitu inimico, & acie volubiliter flagrantis, cuspidati.

Miserat ei inimicus *Satyram.* Per حد مذلق *aciem volubiliter flagrantis* intelligitur *Lingua promta & volubilis*, monente *Succario.* Ad *metaphoram metonymicam*, quæ *ardentissimam* infert *persecutionem*, quomodo ventum sit, cernas ex 1 *Sam.* 17: 53. *& reversi sunt filii Israëlis* מדלק אחרי פלשתים *ab efflagrando post Philistæos*; i. e. *flagrantissimo impetu eos insequendo instar flammæ volubilis, & mucronem semper suum intendentis.* Similis ratio *Gen.* 31: 36. Sine אחרי item *Ps.* 10: 2. & *Thren.* 4: 19. His detextis, telam resumo, & *Gnomæ* nostræ ultimam impono manum. Nempe Lingua & res ipsa jam in id conspirant שפתים דלקים *labia flagrantia*, hac quidem in sede, non alia concipi posse, quam *volubiliter promta illa, & diserta*, cum *Lingua* דלק & ארלק, *flagrantissima illa*, quam *facundissimis oratoribus* supra vidimus attributam. *Harir. Cons.* 26. Principem laudans, غربه ذلق وشهبه تالق *acies ejus est flagrantissima, & flamma ejus fulgura mittit:* ubi *Schol.* monet, per *aciem* intelligi *promtitudinem Linguæ.* Ex interiore vena elegantiæ etiam illud *Hist. Tamerl.* 270.

فاستقبلهم بوجه

طلق ولسان بالحلاوة ذلق

& recepit eos vultu soluto, & lingua dulcissimam efflagrante gratiam. Amant duo hæcce, per alliterationem affinia, junctim quoque venire, atque *lingua promtus disertusque* appellatur طلق ذلق, & طليق ذليق *solutus idem flagransque mucronata ac volubili lingua.* Ex his efficio tandem, cum *flagranti* illo, ad speciem, *Zelo pietatis*, conjungendam *flagrantiam sermonis promti, volubilis, ornati*, qua quis pollet, potestque, ad aures animosque demulcendos. Sic *comparatio* cum *testa argento scoriarum incrustata ad nitorem* suis numeris completur. Non absimile adagium *Arabum*, quo روث مفضض *stercus deargentatum* teritur in *Hypocrita, multo paratu ornatuque verborum pietatem præferente.* Pulchre *Harir. Cons.* 11.

فقلت له بعدا لك يا شيخ

النار وزاملة العار فما

مثلك في طلاوة علانيتك

وخبثة نيتك الا مثل روث

مفضض وكنيف مبيض

Tum dixi Abizeydo: procul hinc, O senecio Gehennæ pabulum, opprobriorum vectabulum! non alia tui comparatio, cum nitore externa tuæ speciei, & spurcitia internæ intentionis, quam

quam illa protrita stercoris deargentati, & latrinæ dealbatæ. Declamaverat *Abuzeydus* in *crimina* mortalium, atque in *virtute*, *pietate*, *commeditatione mortis* commendanda volubilem & nitidam eloquentiam exercuerat strenue; ut pecuniis homines emungeret, mox spurcissime consumendis. In eundem usum emisere دمنة خضراء דמנה חצרא *fimetum vernans*, *viridans.* De eo *Nuweir.* in *Proverbiis Arabum:* قال النبي اياكم وخضراء الدمن قبل ما ذلك يا رسول الله قال المراة الحسناء في منبت سوء *Dicebat quandoque Propheta, cavete viridans fimetorum. Rogatum, quid hoc? O Legate Dei. Tum ille, mulier venusta, quæ malam habet indolem.* Ad *Hypocrisin* quoque, & *Hypocritas*, sese dictum extendit. *Harir. Conf.* 18.

قَالَ كَانَ لِي جَارٌ لِسَانُهُ يَتَغَرَّبُ وَقَلْبُهُ عَقْرَبٌ وَلَفْظُهُ شَهْدٌ يَنْقَعُ وَخَبْؤُهُ سَمٌّ مُنْقَعٌ فَمِلْتُ لِمُجَاوَرَتِهِ إِلَى مُحَاوَرَتِهِ وَاغْتَرَرْتُ بِمُكَاشَرَتِهِ فِي مُعَاشَرَتِهِ وَاسْتَهْوَتْنِي خَضْرَةُ دِمْنَتِهِ لِمُنَادَمَتِهِ وَأَغْرَتْنِي خُدْعَةُ سِمَتِهِ بِمُنَاسَمَتِهِ *Erat mihi, inquit, vicinus, cujus Lingua blande surrepebat, quum cor esset Scorpio; cujusque sermo mel esset quod sitim mulceret, quum intus venenum præsentissimum lateret. Inclinabam autem ob viciniam ejus ad ejus conversationem, & pellectus sum per renidentem ejus confabulationem ad intimam ejus familiaritatem; quin impulit me viror vernans fimeti ejus ad poculorum cum eo sodalitatem; & agglutinavit me fallacia venustatis ejus, ut per aurum demum ejus respirarem.* Habes tabellam magnifice variegatam, quæ לב רע *cor malum*, cum שפתים דלקים *labiis flagrantissimis*, vivis coloribus repræsentet, eorumque *fucatum nitorem virenti vernantique fimeto* comparet; pro quo & *testam* substituas licet *argenti crusta obductam*, خرس vel فخار مفضض, quod honestius quam روث *stercus deargentatum.* Summam *testæ vilitatem* ac *fragilitatem* cernas & in illo *Nawabig.*

كيف يثني عطف المرح الفخار ۞
من اصله من صلصال كالفخار ۞.

Quid latera flectit petulantis, superbi;
Cui origo ex luto instar testæ est?

Item ex hocce *Harir. Conf.* 25.

انما فخار الذي يبغي الفخار ۞

Utique Testa est is, qui appetit Gloriam.

Homo *gloriæ cupidus*, nil aliud quam *fragilis & vilissima testula est.* Sic *Gnome* nostra firmam tandem & fidam stationem occupat; quam permunitam dabit opposita sententia *Cap.* 20: 15. *Soliditas, aurum & spissa copia gemmarum; at vas pretii gravis, Labia scientiæ.*

Ibid. Liberandum mihi, quod supra *Cap.* 15: 3. contraxi, debitum: & dissonantes notiones verbi צפה unam ad *Originem* revocandæ. *Lexica* dant *speculari*, in *Kal* & *Pihhel*; itemque *obducere tectorio*, *incrustare.* Copulam quærens *Cocc.* subjecit, *Qui tectorium inducit, aspectum & vultum rei facit.* Vide quomodo maxima se ingenia consumant, quum ex angustioribus reliquiis omnem Linguæ formam, normam, amplitudinem commetiuntur. Deficit *Origo*; & *speculari* ipsum haud dubie *secundarium.* Frustra ergo & *Stock.* quum ponit generalem vim *intuendi*; unde hinc *accurata & sollicita*

24 Labiis suis personam dissimulat osor: at in medio sui apponit offendiculum fraudis.

24 בשפתו ינכר שונא ובקרבו ישית מרמה׃

25 Quum

25 כי

ta circumspectio emanarit; illinc *incrustatio*, quod qui *rem crusta obducit*, *facit*, *ut talem talemve adspectum præ se ferat*. Atquin & *intueri* haud dubie *metonymicum*, a veteri *tuo*, *tueo*, τύειν; unde apud Homerum τιτύσκεσθαι *tensim collineare sibi*. Hoc *Latinis* veteribus erat *tui*, *intui*; & mox *tueri*, *intueri*. Nil quæsitius prætcrea, nil frigidius, quam *incrustare*, quasi *facere intueri*. Non consulitur sic dignitati *Linguæ Hebrææ*. Præiverat ad hæcce Cl. *Gusset*. *Conveniunt*, inquit, *speculari in Kal*, & *obtegere in Pibbel*, *quasi facere ut videat talem colorem. Sic Hebraismus similis Teutonismo, quo verbum aspiciendi active dicitur de subjecto colorem aut speciem babente externam sub qua apparet*, *ut aspicere cæruleum*, *aspicere morbidum*. Indigesta omnia; qualia stylo Sacro affingere nunquam sustinere debuissent homines Eruditi, qui in profano ea neutiquam concoquerent. Sane צפה זהב *facere ut adspiciat materia aurum*, *argentum*, *marmora*, pro *incrustavit auro* &c. &c. omnem superat cruditatem; & tamen crudius adhuc; *facere speculari aurum*; hæc enim est strictior illa verbi potestas, unde altera *incrustandi* nullis fidiculis extorqueri potest. Quanto satius fuisset *Defectum* agnovisse lucis necessariæ, atque *Dialectorum* opem circumspexisse? Simplex ibi veritas sub צפה صفي ita renidescit, ut omnium sibi assensum, amplexumque, despondeat; est enim αὐγάζειν *splendere* proprie; & metonymice, *oculo splendido lustrare*, *nitidissima acie inspectare*, quod per *speculari* recte conversum. Instar omnium nobis sit *Apollon. Rhod.* 1: 153.

> - - - Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτῳ ἐκέκαστο
> Ὄμμασιν. εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος, ἀνέρα κεῖνον
> Ῥηϊδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Ait *Lynceos oculos* vel *sub terram sese penetrare*, atque *infera speculari*. In *Pibbel* צפה *fecit splendescere*, ultro suggessit, *splendida crusta auri*, *argenti*, *marmoris obduxit*; sive *nitidavit*. Decentissime ergo *Exod.* 36: 34. *Asseres* צפה זהב *nitidavit auro*, vel si mavis, *aurum*; ut *nitidare aurum*, sit *nitidissima auri crusta inducere*. Similiter *Exod.* 26: 32. *Num.* 17: 3. 1 *Reg.* 6: 22. *Jes.* 30: 22. 2 *Chron.* 3: 6. & 1 *Reg.* 6: 15. Etiam absolute *nitidavit*, *nitide incrustavit* 2 *Reg.* 18: 16. Hinc omnia satis lucebunt. Nostra חרש מצפה *testa incrustata argento scoriarum*, applicita *labiis splendide fallacibus*, & *flagranti volubilitate præstringentibus*, majus adhuc decus ac pondus acquiret ex 2 *Reg.* 17: 9. ויחפאו דברים אשר לא כן על יהוה *Et . . . . verba*, *quæ non-rectum*, *contra Jebovam*. Nostri, *palliarant*, ab *obtegendo*, ansa sic satis commoda. *Cocc.* alio flexu, *oneraverant*. Omnino *incrustaverant*, ut 2 *Chron.* 3: 8. 9. חפה זהב *incrustavit auro*: & *Ps.* 68: 14. נחפה כסף *incrustata argento*. Inde signantissima *metaphora*, *incrustare verba*, *quæ non-rectum*: i. e. *mendacia*, & *prava principia*, *specioso illinere tectorio*. His cumulum imponat, quod *Cap.* 17: 4. dedi, *pigmentis pollens nitorem inducit super labium vanitatis* &c. Quæ ibi in medium tuli, huc translata, nostram sententiam plenius illuminabunt.

Vs. 24. Aliquid dubii in verbo ינכר; ob ambiguam significationem *Thematis*, cujus *Hiphh.* הכיר valet *agnoscere*: item *Niph.* הנכר *agnosci*. At *Pihh.* נכר *ignorare*, tanquam *alienum*; *abnegare*: & התנכר *alienum se gerere*. Ex priore usu *Vulgat.* I. *in labiis suis intelligitur osor*; quem secutus *Luth.* quasi innueretur, *e sermone* ipso *æruginem occultam tralucere*, si diligentius attendatur. Nutat; nec ad sequens colon satis quadrat. Hinc *Jun.* II. maluit, *alium se simulat osor*; fugiens *alienum se simulat*, vel *præbet*; ut incommodiusculum in eo, qui nil minus quam *alienus* vult videri, quum *amicitiam* præ se ferat. Similiter *Cocc.* *alium se præbet*, nempe quam re vera est. Ausus tamen *Merc.* III. *Alienum sese exhibet*; quod declarat, *simulat sese amicum ac benevolum*. Idem Nostris placitum. Sensus certus. Locutio minus plana, & justa. Nodum expedire poterunt IV. quæ ad *Cap.* 20: 11. monui de usu

usu *Arabum* sub تنكّر speciatim trito pro *travestire sese*, & *transformare*; q. d. *ignotum*, quin *ignorabilem se facere*. Hinc figura non injucunda nascitur, *travestit sese labiis osor*. Id ultro trahit, *personam & habitum induit Amici*, quantumvis *odium corde foveat*, atque *obstinarit*. Apud *Hesych.* ξενίζειν est ξένῃ χρῆσθαι φωνῇ, ἢ ξένοις ἠθίζει. Id rite applices *Osori amicitiam commonstranti*; nihil enim *alienius ab ejus corde*, quam iste *habitus personatus*, *sonusque amicus labiorum*. Idem ξενίζεσθαι alia *metonymia* valet *hospitaliter excipere*: unde apud *Hesych.* iterum ξενίζει, ξενοδοχεῖ. Proprie in *Peregrino*; latius permittitur ad omnes: ut ipsa ξενία *peregrinitas*, & καταγώγιον ἢ καταγώγιον pro *peregrinis*, laxius dimissum; atque omnem ὑποδοχὴν, φιλοξενίαν, φιλίαν; quin & δῶρα amplectitur, sub eodem Auctore. Posterius magis *adjective* effertur ξένια, & ξείνια, quæ plenius ξείνια δῶρα *Homero*. Inde *Latini* adscivere *Xenia* sua, vario usu, per quæ spatiari haud lubet. Tentata ex his via, per quam נכר in *Pibb.* & הכיר *agnoscere*, in concordiam reduci queat cum *alienavit*, *ut alienum tractavit*, *improbavit*, *abnegavit*, *repudiavit*; quod & *Græcis* erat ξενίζεσθαι. Cl. *Gusset.* hanc *copulam* pugnantium notionum, quas ex *Antiphrasi* derivarant multi, ex conjectura depromsit haud infelici sane; *hospitalitatis officia* respiciens. Nimis anxie tantum *agnoscendi* vim ad solum *Hiphh.* restrinxit. Ex *Niphh.* habemus *Thren.* 4: 8. לא נכרו בחוצות ubi juncto calculo datur, *non agnoscuntur in plateis*: h. e. *ita confecti sunt fame*, *ut vix nosci queant*. Fortius, & elegantius, *non excipiuntur in plateis* abjecti, ac fame pereuntes: *non hospitaliter agnoscuntur*. Coacte *Gusset.* *non ignorantur in plateis*: in quo colorando oleum perdit. Iterum *Job.* 34: 19. לא נכר שוע לפני דל *Non agnoscitur Dives præ paupere*: vel, ex *Pibb.* *non agnoscit* Deus *Divitem præ paupere*. Jucunda imagine, *non excipit hospitali liberalitate* quasi, ut solent mortales. *Gusset.* denuo, *non ignoratur Dives præ paupere*; & hanc *partem esse virtutis omnem Prosopolepsiam fugientis* subdens. Sic loco frigus offundit Vir Doctus, quem ξενία mirifice animare potuisset. Ex *Hiphh.* *Deut.* 1: 17. לא תכירו פנים במשפט *non agnoscetis faciem in judicio*: quasi φιλοξένως & ἀφιλοξένως *accipere*, ξενίζεσθαι. Ita *Deut.* 16: 19. *Prov.* 24: 23. & 28: 21. itemque *Deut.* 33: 9. *Ruth.* 2: 10. 19. *Jesaj.* 63: 16. Signantissime quoque *Ps.* 142: 5. אין לי מכיר *non est mihi agnitor*; ξενιζόμενος, *qui me hospitaliter accipere dignetur*; quo aspectu subnexum, *periit mihi refugium*. Celsiore cothurno *Job.* 24: 17. יכיר בלהות צלמות de sceleratissimo genere hominum, quod *umbras mortis* ξενίζει, *hospitaliter* quasi *recipit*, *atque cum criminibus summis amicam exercet familiaritatem*. Habent hæc quidem, quo se commendare videantur; neutiquam tamen eo evecta sunt firmitatis, unde cadere nequeant. Certe multa sunt exempla, quæ minus respondent, atque *agnitionem* continent, quæ ex illo fonte non ita limpide defluat: *Gen.* 27: 23. ולא הכירו *& non agnovit eum Isaacus*. *Job.* 4: 16. ולא אכיר מראהו *& non agnoscebam speciem ejus*; & *Cap.* 34: 25. יכיר מעבדיהם *recognoscit opera eorum*, ea *accuratius notans*, *inspiciensque*. Hæc vis specialior pellucet *Gen.* 31: 32. & 37: 32. & 38: 25. 26. & 42: 7. qui locus per quam notabilis; *Viditque Josephus fratres suos*, ויכירם *& recognovit eos*; ויתנכר אליהם *& alienum se gessit. ipsis*, *alienam ipsis induit personam*. Venustus in gemino usu ejusdem *Thematis* lusus; unde percipere simul datur הכיר ibi quidem intra *distinctam agnitionem* sine *hospitali receptione* consistere. Adde ibid. *V.* 8. estque longior series locorum, ubi iidem fines; quos *hospitalitas* intrare nequeat. Incudi proinde hæc reddenda; atque ad molliorem subigenda flexum. Hæc ad *Cap.* 28: 21. remitto; ut spatium lucrer pro usibus, qui cum nostro contextu propius nexi. Hi ex *Dialecto Arabum* lucem recipiunt haud pœnitendam. *Gjeuh.*

أَلنَّكِرَةُ ضِدُّ ٱلْمَعْرِفَةِ وَقَدْ
نَكِرْتُ ٱلرَّجُلَ نُكْرًا وَنُكُورًا
وَأَنْكَرْتُهُ وَٱسْتَنْكَرْتُهُ كُلُّهُ
بِمَعْنًى قَالَ ٱلْأَعْشَى
وَأَنْكَرَتْنِي

25 Quum ſtridulam reddet vocem ſuam, ne credas ei: nam ſeptem abominationes in corde ejus.

26 Ve-

25 כי יחנן קולו אל תאמן בו כי שבע תועבות בלבו :

26 תכסה

وَأَنْكَرَتْنِي وَمَا كَانَ ٱلَّذِي نَكِرَتْ
مِنَ ٱلْحَوَادِثِ إِلَّا ٱلشَّيْبَ ٱلصَّلَعَا ✡

وَقَدْ نَكِرَهُ فَتَنَكَّرَ إِلَى مَجْهُولٍ وَٱلْمُنْكَرُ وَاحِدُ ٱلْمَنَاكِيرِ وَٱلنَّكِيرُ وَٱلْإِنْكَارُ تَغْيِيرُ ٱلْمُنْكَرِ وَرَجُلٌ نَكِرٌ وَنُكُرٌ أَيْ دَاهٍ مُنْكَرٌ وَكَذَلِكَ ٱلَّذِي يُنْكِرُ ٱلْمُنْكَرَ

Forma נכרה *ignotum ſignans, opponitur noto; atque verbum* נכר *in I. & IV. & X. eſt ut ignotum abnegavit, improbavit, repudiavit, eadem omnium poteſtate. Uſus Aasja:*

Illa quidem abnegavit me, ſed nil aliud eſt quod abneget,
De meis fortunis, calvam præter canitiem.

In II. ignoto induit habitu; & V. transformatus eſt in ignotum. Part. IV. paſſ. מנכר *eſt quod omnes reprobant, cujus collect.* מנכיר *inviſa & ingrata denotat, quæ ab omnibus abhorrentur. Formæ infinit.* נכיר *&* אנכור *valent, improbare ut ignotum, & unde abhorreas. Item vir* נכר *aſtutus, intelligens: nec non qui improbat quid inviſum, ignotumve.* Habes, quo minus de *conſanguinitate ſororia Dialectorum* addubites, *cognoſcere diſtinctius*, & contra, *non agnoſcere, improbare, repudiare ut ignotum.* De copula ad *Cap.* 28: 21. ut dixi. Hic tantum *improbationi* iſti inſiſtam, *qua quid ut alienum, inviſumque, abhorretur,* aut *repudiatur.* Eleganter *Job.* 21: 29. אתתם לא תנכרו *ſigna eorum non abnegabitis:* ſive, ut recte *Cocc. non alienabitis ut aliquid* נכר vel נכרי *peregrinum.* Dilutius, *ignorabitis.* Longius adhuc deflectit aliorum *non cognoſcitis?* ſub interrogatione. Graviter *Jer.* 19: 4. וינכרו את המקום הזה *& alienarunt locum huncce, atque adoleverunt in eo aliis Diis.* Apparet ſatis quid intendatur; ſed aculeus demum ſentitur ex uſu *repudiandi ut ignotum quid & inviſum.* Fruſtra eſt *Gusſet.* vertendum contendens, *& ignorarunt locum huncce.* Aculeatiſſime quoque 1 *Sam.* 23: 7. נכר אתו אלהים בידי *alienavit eum Deus in manum meam;* ut *Cocc.* iterum rectiſſime, pro precario *tradidit;* quod repudians *Guſſet.* quoque, ſubſtituit *ignoravit eum Deus in manu mea:* quaſi *Saulus* hoc impie dixiſſet, ac vere ſibi *ignorantiam* in Deo aliquam finxiſſet, hac in parte. Abſurdum. Linguæ Genius exigit, *Repudiavit eum Deus*, & tanquam *reprobavit in manum meam.* Interioris notæ eſt *Deut.* 32: 27. פן ינכרו צרימו *Ne .... hoſtes eorum.* Hæret aqua interpretibus. Plerique; *alienos ſe gerant.* Apud *Buxt.* in *Lex.* invenias, *ne aliene ſe oſtentent;* quod *Genevenſes* expresſerunt, *ſemet ignorare*, i. e. *inſoleſcere.* Hæc taxans *Guſſet.* reponit ſuum, *ne ignorent hoſtes.* Erectius *Cocc. ne alienent hoſtes:* i. e. *ſibi tribuant, aut non-Deo.* Amplexus Vener. *Vitr.* id declarat, *rem ſiniſtre & perverſe interpretari, atque ita alienare a ſcopo Auctoris.* Id foret, *transforment* id opus, *ac quaſi traveſtiant, ſibi id,* vel *idolis ſuis attribuendo.* Hoc Cl. *Venem.* ibi ſubnotavit. Eodem redibitur, ſi detur, *ne abnegent, ne inficientur;* nam

26 תכסה שנאה במשאון תגלה רעתו
בקהל :

26 Velet sese odium fragore acclamationis; malitia ejus in comitio revelabitur.

27 כרה

27 Ca-

nam نكر & انكر etiam valet absolute جحد *inficias ivit*, & *abnegavit prudens sciensque*. Indicatum jam ad *Conf.* 2. *Harir*. p. 91. Ita planissume in *Alcor. Sur.* 34: 44. فكذبوا رسلي فكيف كان نكير *Illi vero mendaces dixere Legatos meos; at qui existere potuit abnegatio?* Est *infinit*. speciei I. quæ perfrequens apud *Arabes*, pro *abnegavit ut ignotum*, aut *invisum*; unde in Sacris *Segolutæ* restant *formæ* נֵכֶר *Job*. 31: 3. si modo hæc vera Lectio, & נֹכֶר *Obad. Vs.* 12. Utrumque *Coccejo* est *alienatio*, sive *abjectio*; tanquam *invisi* scilicet; quod illustrem ubique *figuram* præbet. Inde propagatum נכרי *alienum* signat; quasi *quem abneges ut ignotum*, *invisumve*. Alia *forma* נֵכָר *peregrinus*; vel ut *Cocc*. maluit, *peregrinitas*: ex *specie Peihel*; quasi *conditio alienigenarum*, quos *abneges*, neque *ad gentem tuam pertinere censeas*. Eximendus restat scrupulus, quem movit Cl. *Cler*. emendandum videri in nostra *Gnome* יִתְנַכֵּר; vel saltem יִנָּכֵר, ex specie. *Hithpahh*. quod *Npph*. nuspiam alibi *dissimulandi* notionem exerat. Genus *Criseos* parum liberale, quod ubi *Analogiæ* facem sequi, & *Linguæ* indolem, priscamque amplitudinem, spectare deberet, fallacissimum init calculum. Significatio in *Pihh*. & *Hithpahh*. admissa, a *Niphhal* abesse non potuit, ubi הִנָּכֵר vel *passive* valuit *travestiri*, ac *persona indui*; vel *reciproce*, *semet travestire*. Hinc optio cuique libera; sive malit *personam induitur alienam*, sive *ea semet induit*.

Vs. 25. Habitus ille alienus, & larva, quam *osor*, *sese in Amicum travestiens*, induit, arctiore nexu indicatur; כי יחנן קולו. Minus nervose *Kimch*. *quum deprecabitur voce sua*: pro בקלו. Eadem sub *Ellipsi* alii, *quum gratificabitur voce sua*; vel &, *quum blandietur voce sua*. Id propius accedit. Pressius, & venustius *Cocc*. sine *Ellipsi*, *Quum ad gratiam formabit vocem suam*: vel ut in *Lex*. maluit, *ad miserationem flectet vocem suam*. Id unice tenendum; cum grata accessione, quam *Origo* subjicit, in *sono gutturis argutiore*, vel *stridulo*; quem sub חנן حن ὀνοματοποιΐα peperit. Ad *Job*. 19: 17. 21. id jam productum. Inde percipere dabitur חַנֵּן קולו quadrare, quum *eam ad argutiorem e gutture sonum* quis *flectit*; ad *commiserationem*, *gratiam*, στοργὴν, *pietatem*, & *tenerrimam affectionem* commonstrandam.

Vs. 26. Dissidium circa משאון, quæ tanquam axis est sententiæ. Hoc alii a נשא derivant; alii a שאה. Per primum canalem LXX. *Vulg*. Recentiores plurimi, I. exhibuerunt *Odium fraudulenter opertum*, vel *in deceptionem*: nam הִשִּׁיא est *decipere*. Διὰ λήμματος II. dans *Symm*. ad מַשָּׁא respexit. Id nihil. Prius paulo tenuius: nam *tegere* per se *fraudem* affert; & ubi *odium* dico *velatum*, id *ad deceptionem velatum* satis indico. Per alterum illum alveum *Merc*. III. *Tegit sese odium in vastitate*, i. e. *in loco vasto*; *in solitudine*; *quasi a nullo conspiciatur*. Argute; sed frigidule. Friget quoque IV. *Cum solus est*, quod *Cler*. exsculpsit, q. d. *multos quidem seorsim*, & *solos cum solis*, *præclare promittere*, *sed cum in cœtum convenerunt*, *nocere*, *quasi non possent cœtui consentienti obsistere*. Notæ artes: sed משאון a שאה *vastari*, *disrumpi cum fragore*, signare quidem potest *solitudinem penitus evastatam*; non autem simplicem illam, qua במשאון converti queat *cum solus est*. Accedit, quod קהל *comitium* hic aliquid *judiciale* spiret, cum *pœna ignominiosa* conjunctum. Fortius V. nonnulli *in vastitatem*; i. e.

27 Cavans foveam, in eam cadet: & lapis in volventem redibit.

27 כרה שחת בה יפל וגלל אבן אליו תשוב:

28 Lingua fuci odio habebit lævigationes ſuas; & os glabrum efficit impulſionem *ſui.*

28 לשן שקר ישנא דכיו ופה חלק יעשה מרחה:

i. e. *ut alios vaſtent:* ex notione vocis מַשּׁאוֹת *Pſ.* 74: 3. & 73: 18. ſed recurſat ſcrupulus *num.* I. obſtans, quum omne *odium* ad *vaſtationem* plus minusve feratur. Dicat quis, *graviſſimam ruinam* & *evaſtationem univerſam* ergo poſſe intelligi, ut ſenſus completior ſit. Sed ne id quidem ad rationis obruſſam: nec is *Salomon* qui diſtinguat inter *odium ad ruinam* tendens *univerſam*, & aliud, quod non eo ſe usque intendat. Apparet nihil allatum, in quo acquieſci poſſit. Implebit expectationem שׁאוֹן *fragor*, *tumultus fragoſus*, etiam *lætus*, & *exultans*; *Jeſ.* 24: 8. & תשׁאות *acclamationes publicæ*, ac *ſolemnes*; *Zach.* 4: 7. Inde offero, *Velet ſe odium* alicujus *fragore læto ſolemnis acclamationis*; *revelabitur malitia ejus in Comitio.* Idem ſenſus fere, qui mox *Cap.* 27: 14. Recinunt ſibi מַשּׁאוֹן *publica acclamatio gratulantis*, & קהל *comitium*, in quo *odium facinoroſum* tandem, ſcelere ſcelera trahente, plectatur, atque *publica infamia inuratur.* Illud *ejus*, relatum ad *fragorem*, hunc miniſtraret adſpectum; *Velabitur odium fragore læto, cujus malitia revelabitur in comitio.*

Vſ. 28. Præruptior Syntaxis; profunda *Gnome*; in qua conſtituenda mirifice variatur. *Merc.* I. cum *Pagn.* dat, *Lingua mendax odit attritum; & os blandum facit impulſionem:* hoc eſt, *hominem modeſtum quem attrivit.* דַכָּיו forma *Anomala* poſitum cenſebant pro דַכּוֹ vel דַכָּא, interſerto *Jod.* Paulo momento divergit *Jun.* II. Vir *lingua fallace odit, quos attriturus eſt; & ore blando perficit impulſionem.* Tutius judicavit דכיו in דַכִּים cum *adfixo* reſolviſſe, & *attritos ejus* convertiſſe in *atterendos.* Inverſa ſtructura *Ab. Eſra* III. *Linguam mendacem odit attritus; & os blandum* quod *facit impulſionem:* ἀπὸ κοινοῦ, *odit* nempe. *Attritus* iterum ut *num.* I. *modeſtus* exponitur. A *Cocc.* datum IV. *Linguam falſitatis odit quisque contritorum ejus; & os blandum facit lubricum.* Habes eandem *Analyſin*, quam *num.* II. A *Luth.* ingenioſe expreſſum V. *Lingua fallax odit, qui eam caſtigat;* q. *Caſtigatores ſuos*, qui *eam conterunt*, ac *contundunt.* Huc concedi poſſet cum *Gejer.* aliisque, ſi ſequens Colon annueret; miſſa tamen ſubtilitate illa *Cornelii a Lap.* quaſi alluderetur ad *nucem fractam*, *unde nucleus latens*, i. e. *fraus*, *exteratur.* De ſuo addidit *Gejer.* VI. דַכָּיו reddi poſſe *attritiones ſui:* ut conveniat cum דָכְיִ *Pſ.* 93: 3. Eæ tamen formæ ſatis diſconveniunt; & ſimplicius dixiſſet, ſuffragante *Analogia*, *ſingulare* ſtatui poſſe דַךְ *contritio*, a דָּכַךְ.

Longe diverſum iter capeſſivit *Clericus* VII. edens, *Lingua mendax odit veritatem.* Ita ſane LXX γλῶσσα ψευδὴς μισεῖ ἀλήθειαν; nec non *Vulgat.* & *Chald.* Firmari cenſet quoque hanc notionem ex *Chaldaiſmo*, ubi pro זכה *purus*, *verus fuit*, effertur דכא. Inde דַכְיוּ pro דַכְיוּת eſſet *puritas.* Tale quid a *Veteribus* captatum, haud inficias iverim: ſed hanc eſſe genuinam vel Lectionem loci noſtri, vel interpretationem, haud adducor. Faveo enimvero *Dialectis;* ſed cum ratione faveo, non refragante ratione. *Lingua mendax odit veritatem*, nihil habet quod ſententiam redoleat; & languidius adhuc eſt quam prægreſſa: ut eatenus ſaltem commendari nequeat. A nexu quoque ſe non inſinuat; hiantque duo Cola ſic concepta, *Lingua mendax odit veritatem; & os blandum lapſum creat:* circumcido alia, quæ hic congerere poſſem bene multa; nam duo hæc rem ita conficiunt, ut ſi vel דַכּוּת in textu extaret, ne ſic quidem via illa explorata cenſeri poſſet. Omnino Radix eſt دكّ דכך *attrivit*, quam & *Cocc.* ſub hac *propagine* ag-

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Verf. 1 אל תתהלל ביום מחר כי לא תדע מה ילד יום :

2 יהללך זר ולא פיך נכרי ואל שפתיך :

3 כבד אבן ונטל החול וכעס אויל כבד משניהם :

4 אכזריות

Verf. 1 Ne jactites temet in craſtinum; nam neſcis quid pariturus ſit dies.

2 Splendidum te faciat alienus, & non os tuum: peregrinus, & nequaquam tua labia.

3 Gravitas ſaxi; & onus arenæ; & ægritudo incraſſati gravior utrisque.

4 Vio-

agnoſcendam eſſe, jam commonuit. Apud *Arabes* ea late patentem tenet ditionem. In *Golio* habes *contrivit*, *comminuit*, *contudit.* Item, *complanavit*, *æquatis inter ſe partibus altis & depreſſis.* Mitto reliqua: habeo enim nunc, per quod aſperitas hujus *Gnomes* lævigetur. Nempe ſub דכך دك, æque, ac ſub *ſororio* דוך داك, reſidet *complanatio lævigans*, quam *Gloſſatores* per سحق *lævigavit terendo*, & سوي *æquavit* reddidere. Iſtam potentiam ſibi depoſcit noſtra ſententia, in qua פה חלק *os blandum*, proprie eſt *lævius glabrum*, ac *lubricum.* Ergo concinunt, O*s glabrum*, *lubricumve*, & דכים *lævigationes complanatiſſimæ*, quas circumfert *Lingua fuci.* En jam Dictum vere *Salomoneum*: *Lingua fuci odio babebit lævigationes ſuas*; *& os glabrum efficiet impulſionem*; nempe in *lapſum* & *gravem* auctoris *ruinam*: qui quantumvis ſibi placeat in *lubricitate* ſua *glabra*, & in *lævigationibus* illis *blandis*, quibus alios circumvenit; veniet tamen, veniet tempus illud, quando & *ſe* & *Linguam illam* ſuam *odio babebit*; cum tandem pœnas luens experietur eam *accenſam* fuiſſe *a Gebenna*, ἀκατάσχετον κακόν. & μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου *Jacob.* 3: 6. 8. iis vel maxime, qui *venena* ejus *fuco illinere* ſolebant. Eſt appoſitiſſima clauſula, qua ſeries ſuperior obſignatur.

AD CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM

NOTÆ.

Vſ. 3. Artificioſiſſima *comparatio. Gravitas ſaxi*, *& onus arenæ*; *& ægritudo Craſſi*, *gravior utroque.* Ut a *gravi lapide*, tranſeatur per *oneroſius* ac *moleſtius pondus arenæ*, ad *oneroſiſſimam* ac *intolerabilem plane ægritudinem*, *quam parit ſtolidus*; ex noſtra Origine *Craſſus*, *craſſitie* velut *ſtolida compactus* & *torpens*; & tamen vel *ſuperbe*, vel *veſane* ſe efferens, & ad omnia ingerens. Reſpicitur *bominis* illius *arrogantia*, *temeritas*, *importunitas*, atque *inſipidiſſima futilitas*, qua vitam, ac converſationem, onerat, ut vere appellari poſſit ἄχθος βίου, βάρυ φόρημα. atque adeo *odium tædiumque publicum.* Ab hoc proſpectu tam amplo, tamque eminenti, exciderunt omnes, quos inſpexi, præter *Cocc.* qui *ægritudinem ſtulti* declaravit, *quam facit ſtultus*; & *intolerabilem* eſſe *ſtultitiam* ſubnotavit. Ad Reliquorum mentem כעס אויל *indignatio ſtulti*, *ira ſtulti*, nil aliud inferet,

4 Violentia frangens, Excandescentia; & inundatio sulcans, Nasus *fastosus*: at quis stabit ante Invidiam?

4 אכזריות חמה ושטף אף ומי יעמד לפני קנאה׃

5 Bo-

5 תוכחת

quam *impotentiam* illam qua & *sine ratione irascitur*, nec *ratione placari* se patitur. Id, si ponderetur, levius, ac minutum: & *iram elumbis* magis risu, aut contemtu excipere solemus; quam ut *sub ea succumbendo fatiscamus*, ac *frangamur*. כעס *ægritudo molesta quæ alicui infertur*, a *corrugatione*, tam crebra, ut mirum sit, quemquam hic errare potuisse. *Job.* 6: 2. *Utinam ponderando ponderaretur* כעשי *ægritudo mea*: non utique *ira*. Ad *Originem* allusum *Eccl.* 7: 3. טוב כעס משחוק *melior est corrugatio* (ob rem quæ *ægre facit*) *quam lævigatio*, i. e. *risus vultus exporrecti*. Item *Ps.* 31: 10. *eroditur* מכעס *præ ægritudine*, objecta & illata, *oculus meus* &c. Ad *Syntaxin* nostram *Deut.* 32: 27. *Nisi formidarem* כעס אויב *ægritudinem inimici*; i. e. *ab inimico accipiendam*, ut recte iterum *Cocc. arrogante* nempe *illo*, & *fastosius se jactaturo*; ut series docet. Plerique & ibi *iram*, minus concinne.

VS. 4. Consimile artificium *comparationis* & *gradationis*, sic cola librans. *Violentia frangens*, est *excandescentia*; & *inundatio sulcans*, est *nasus* æstuabundus: & *quis stabit coram invidia?* Vel teretius adhuc: *Violentia frangens excandescentiæ* extat, & *inundatio sulcans Nasi* æstuabundi; & *ante invidiam quis stabit?* Tria membra; quæ ita *exæquant*, ut simul *discriminent*; quin tertium quasi *supra comparationem* evehant. Ante vero, quam hæc distinctius enucleem, attingenda mihi varietas opinionum, qua cola, qua vitia iisdem notata, spectans. Duo *cola* concepere plurimi, & duo *vitia*; non uno tamen calculo: quum alii *iram* & *invidiam* sive *livorem*; alii *iram* & *vindictæ cupiditatem*, hic inter se conferri decernant. Posterius placitum *Mercero* I. ita commentanti: *Sæva quidem iracundia, quum nil parcant iracundi iis quibus succensent, & inundet, aquarum more omnia perrumpentium, ira: sed ante Zelum*, i. e. *cupiditatem vindictæ, nemo potest consistere*. Priora duo in unum conflat sic, ut חמה *excandescentia*, & אף *ira*, *furor*, cohæreant; atque *iram flagrantissimam* consignent; itemque אכזריות *sævitia* coalescat cum שטף *inundatione*; ad *vehementissimum impetum aquarum* denotandum. Ita rationes subduxisse quoque videtur *Cocc.* dans, *Immanitas ardoris & inundatio iræ extat; sed quis stabit coram Zelotypia?* Ad hæc observo. Primo; sæpe quidem חמה & אף stylo sublimiore sejugata, in *unum* redire *affectum*; ut *Ps.* 6: 2. Sed in *Proverbiis*, ubi concisa, quin præcisa, omnia, isti *schemati* vix locum esse censerem. Secundo; קנאה haud dubie *Zelum*, *Zelotypiam inflammatam*, valet quam creberrime; sed ea hic quidem minus videtur quadrare; quum *iræ ardentis* vel *soror* sit, vel *mater*; ac propterea cum חמה *excandescentia* unam ferme sedem occupare soleat. Vide modo ad *Cap.* 3: 31. & confer *Cap.* 6: 34. Ipse *Merc.* hoc agnovit, subdens; קנאה *malim pro cupiditate vindictæ sumi, ad propulsandam a se & suis injuriam, quæ iram gignere solet; ut supra Cap.* 6: 34. Ita quidem *comparatio* hæcce uno in cardine versaretur, atque *iram flagrantissimam Zeli*, *iræ minus fervidæ*, & ut ita dicam *ordinariæ*, præponderare insinuaretur; quale quid a *Salomone* profectum, haud verisimile. Plurimis proinde non immerito II. arrisit *invidia*, ut *Pagn. Vatabl. Luth. Jun. Pisc. Gejer. Cler.* in eo simul conspirantibus, *Iram* gemino vocabulo efferri; adeoque *geminum* tantum *affectum* hic contendi *iracundiæ* & *invidentiæ*. Non uno interim modo verba trutinant, disponuntque. *Pagn. Crudelitas* est in *ira*, & *impetus* in *furore*; *at quis &c.?* Hiulcum. Sic & alii. His obstat scrupulus ex sejugatione vocum חמה & אף supra motus. Rotundius *Belgæ* nostri: *Excandescentia & exundatio iræ*, est *crudelitas: at quis &c?* Ad hanc *Syntaxin* non disjunguntur vocabula חמה & אף, sed uni jugo innectuntur satis molli;

5 טובה תוכחת מגלה מאהבת מסתרה׃

6 נאמנים

5 Bona redargutio revelata, præ dilectione velata.

6 Fi-

li; quin a חמה *ignitione candenti intus* proceditur veluti ad שטף אף *exundationem iræ*, vel *Nasi* potius *æstuantis*, quæ *extus* desæviat. Ergo si *duos* tantum *morbos* animorum comparaverit Sapiens, hic pedem figerem. Series tamen tria potius invitat membra, tresque adeo *morbos* multo gravissimos; *iracundiam*, *superbiam*, & *invidentiam*, ita *gradibus* distinctos, ut importuna pronuncietur *excandescentia*; importunior *arrogantia*; importunissima & damnosissima generi humano *invidentia*. Ad ampliorem hunc prospectum III. nemini utique per se displiciturum, in solido locandum; teneatur, primo, חמה *ignitionem candentem*, *excandescentiam*, universam amplecti ditionem *iræ*; ac proinde & *Zelotypiam* per se includere. Ei inesse dicitur אכזריות *effractio violenta*, sive *vis frangens*; quam *Cocc. immanitatem*, alii *crudelitatem*, vel *sævitiam*, alii aliter reddidere. Secundo אף *Nasus* jam non *iracundiam* pingit, meo quidem judicio, sed *superbiam*, *arrogantiam*, *fastum insolentem*, quam גבה אף *convexam Nasi altitudinem* vocat *Psaltes*, celsa non minus, quam venusta, figuratione *Ps.* 10: 4. Præclare *Cocc.* in *Lex.* dedit, *improbus juxta altitudinem Nasi sui, non curat*: addiditque; *dum Nasum suum in altum effert, ut solent facere animosi & contemtores.* Ad *Job. Cap.* 18. 4. reperies *Nasum elatum*, *inflatum*, *fumantem*, *qui superbum sævumque* simul *spiret.* Apud *Arabes* hicce *Nasus* omnem implet paginam. Ad Versiculum *Hamas.* editum in *Monum. Vetust. Arab.*

كانوا كانف الليث ۞

Naso extitere Leonino,

ita *Tauriz.* الاسد احمي الحيوان انفا ويبلغ من عجبه بنفسه انه لا ينال الصيد حتي يكون هو المعفر له

Leo ignitissimus est naso præ reliquis animalibus, eo progressus superbo sui amore, ut prædam nullam attingat nisi quam ipse straverit. Animose *Phakasæus* in *Hamas.* iterum, *Quantumvis nos infortunia incursarint*,

فَانَّ فِي أُنُوفِنَا وَأَعْنَاقِنَا

مِنَ آلْأَبَاءِ كَمَا هِيَا ۞

Attamen in Nasis nostris Cervicibusque idem, qui olim, fastus superbior.

Ubi *Tauriz. nominavit distincte Nasos & Cervices* لان يقال في انف فلان خنزوانة وفي عنقه صور *quoniam dicitur, in Naso illius fastus est, & in Cervice ejus torsio.* Huic *Naso fastiditori*, & *contemtori*, attribuitur שטף *inundatio*, & quidem *sulcans*, *sulcos imprimens*, ac *post se relinquens in terra*, *per quam se invexit.* Monui ad *Job.* 38: 25. & 24: 19. Gravissimæ tabellæ colores, & lineamenta, eminentius dilucere incipiunt; seque ultro ingerere. *Excandescentia* comparatur *turbini rotato*, omnia *frangenti*; sed & ubi *desævierit*, in se residenti. *Superbia fastosa*, *Nasum contemtorem* longe lateque circumferens, assimilatur *torrenti tumido*, *tumidissimas aquas vehenti quaquaversum*, & *graves sulcos post se linquenti.* His tamen *morbis* tam *sævis*, hisque vitæ *pestibus* tam *importunis*, *sævior*, *atrocior*, *importunior* pronunciatur קנאה *invidentia*; non *turbine frangens*, non *torrente impetu inundans*; sed *mordens*, *rodens*, *exedens*, & *livida* quadam *tabe* tanquam *malo veneno* omnia *afflans*, & *corrumpere* gestiens; quin ipsum florem virtutis serpentino ore, tanquam germanissima *Erinnys*, adsibilans; idque non aperte, sed ex insidiis, ac per cuniculos; ut tanto letalius sauciet, atque quicquid bonum, pulchrum, honestum, clandestino ictu perimat. Non tempero,

 quo

6 Fidelia vulnera amici; & virulenta sunt oscula osoris.

6 נאמנים פצעי אוהב ונעתרות נשיקות שונא׃

7 A-   7 נפש

quo minus hic apponam, quæ *Ovidii* fœcundior vena in hanc pestem, unam omnium pestilentissimam, profudit *Metam.* 2. omissis quæ *Vs.* 760. ad 775. præmisit; ita ibi filum continuans:

Pallor in ore sedet; macies in corpore toto.
Nusquam recta acies: livent rubigine dentes.
Pectora felle virent; lingua est suffusa veneno.
Risus abest; nisi quem visi movere dolores.
Nec fruitur somno vigilacibus excita curis;
Sed videt ingratos, intabescitque videndo,
Successus hominum, carpitque, & carpitur una,
Suppliciumque suum est - - - - - - -

Nil completius; ad figuram monstri, & indolem. En effectus ad quos *Salomo* collineabat, *Vs.* 791.

Quacumque ingreditur, florentia proterit arva,
Exurit herbas, & summa cacumina carpit;
Adflatuque suo populos, urbesque, domosque
Polluit. - - - - - - - - -

Hoc Nostro est, *ante invidiam quis stabit?* Phrasis est signantissima; quam habes quoque *Ps.* 147: 18. *Ante frigus ejus quis stabit?* Conferatur quoque *Nab.* 1: 6. *Mal.* 3: 2.

Vs. 6. Ad medullam sententiæ non penetratum defectu *Originis* verbi עתר; unde נעתרות exercitos distractosque habet Interpretes; dum alii *blanda* reddunt *oscula Osoris*; alii *densa*, *conferta*; alii *deprecanda*; alii alia adhuc procuderunt. Varietas orta ex vario usu *Thematis*, quod in *Kal* pro *instanter oravit* occurrit *Gen.* 25: 21. *Job.* 33: 26. & alibi. In *Niph.* נעתר *exoratus est. Gen.* 25: 21. & 1 *Chron.* 5: 20. &c. &c. In *Hiphh.* iterum alia facie העתיר *litavit, deprecatus est. Exod.* 8: 5. 25. *Job.* 22: 28. &c. At idem העתיר uno in loco *Ezech.* 35: 13. העתרתם עלי דבריכם; pro filo conversum, *multiplicastis contra me verba vestra.* Consimiliter עתר *multitudo densa, abundantia,* ut putatur, *Ezech.* 8: 11. & עתרת *Jer.* 33: 6. Id *primarium* censetur; atque inde *multiplicationem precum* extudit *Merc.* ut *multis orare, instantius petere, Cocc.* Atqui ista *multitudo* locis illis suam detrahit gratiam, ac dignitatem, & inde assumere *multiplicationem precum* cum fluxum est, tum ita dilutum, ut magnis ingeniis placere non debuisset. Ad *Job.* 22: 18. jam commonui *Ezech.* 8: 11. esse *nidorem*, sive *odorem rei adustæ*, κνίσσαν, ἀτμίδα, ut LXX reddidere. Verba sic habent; *Cuique thuribulum in manu suum;* ויעתר ענן הקטורת עולה & *nidor nubis suffimenti adscendebat.* Nativam ibi sedem occupat κνίσσα, vel κνίσα, *Hesychio* ἀτμὸς, καπνὸς τῶν θυσιῶν, καὶ τὸ λίπος τῶν ἱερῶν *vapor, fumus sacrificiorum, & pinguitudo victimæ, ardentis* scilicet. Vide *Iliad.* 1: 66. *Pind. Nem.* 11: 7. 8.

Πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρῶται Θεῶν
Πολλὰ δὲ κνίσσᾳ - - - - - -

Altiore cothurno; *Isthm.* 4: 111. 112.

Φλὸξ ἀνατελλομένα συνεχὲς
Παννυχίζει, αἰθέρα κνι-
σᾶεντι λακτίζοισα καπνῷ.

Flamma exorta perpetim
Pernoctat, æthera nidori-
fero calcitrans fumo.

Agitur de *victimis concrematis* totam noctem. Hoc adspectu *Gen.* 25: 21. ויעתר ליהוה & ἐκνίσησε *nidorem summisit Jacobus Jehovæ pro congressu fœcundo uxoris suæ; nam sterilis erat.* Absolute, ut in illo *Demosth. cont. Mid.* Χορὸς ἱστάναι κατὰ τὰ Πάτρια, καὶ κνισᾶν ἀγυιάς

Cho-

Choros instituere more Patrio, & nidorare vicorum Deos: i. e. *suffimenta ac victimas iis adolere;* ut *Schol.* declarat. Apud *Aristoph.* quoque *Equit. Vs.* 1317. *Quid boni affers nuncii, ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς; nidore perfundamus Deos?* ubi *Schol.* ἀντὶ τοῦ, θυσίας ἐπιτελῶμεν τοῖς Θεοῖς. *Pro eo quod est, victimas sacrificemus Diis.* Sic ergo & *Job.* 33: 34. יעתר אל אלוה *nidorem summittet ad Deum.* Additur eodem tenore וירצהו *& propitiabitur ei* ריח ניחוח ὀσμῇ εὐωδίας *odore acquiescentiæ permulsus;* quæ formula cum רצון ferme conjungi solet. Similiter in *Niphh.* נעתר κνισᾶσθαι *nidore suffuso exorari, propitiari Gen.* 25: 21. ubi *sacrificium intercessisse* res ipsa satis dictat. Expressa ejus mentio 2 *Sam.* 24: 25. *Et ædificavit David altare Domino, atque obtulit holocausta, & completoria pacis,* ויעתר יהוה, *& nidore isto propitiatus est Dominus* &c. Adjecta quoque eadem *Jes.* 19: 21. 22. Omissa 1 *Chron.* 5: 20. *Esr.* 8: 23. ultro videlicet intellecta. In *Hiphh. Job.* 22: 27. תעתיר אליו *nidorem acquiescentiæ ad eum summittes,* connexam habet *operationem* rei Divinæ in *votis persolutis,* & *pacem cœlestem complentibus.* Hinc percipias dignitatem, & amplitudinem hujus verbi *Exod.* 8: 5. 24. 25. & 9: 28. & 10: 17. quæ ob *Originem* altius retrusam non dilucebat. Designatur *intercessio,* & *deprecatio* tanquam *sub nidore litans;* ac *veniam cœlestem impetrans.* Sed quid jam longe hinc divertens illud *Ezech.* 35: 13. העתרתם עלי דבריכם. Jacet in ista gravi, & invidiosa plane, serie, qua protervi illusores Dei *Israëlis* perstringuntur, *multiplicastis contra me verba vestra.* LXX erectius, & pro vehementia debita, κατεφλυαρήσατε ἐμοῦ· *nugas adversus me ebullivistis.* Quis genuinus sit orationis color, nostra demum *Origo* figere ac finire potest. Vide interim, quid homines Eruditi, conjecturæ se tradentes, hic miscuerint. Apud *Stockium,* tanquam dubio vacuum ponitur עתר *generatim* significasse *copiam,* quam subinde *suavitas* comitetur. Inde speciatim adhiberi ab *Ezechiele* de *multiplicatione verborum, quæ dicentibus suavia videbantur per jactantiam de se, & spe occupandæ terræ Israëliticæ, quam suavissime conceperant.* Est suavissimus cinnus, quo *multiplicatio* vetus cum novicia *suavitate* in unam massam subigitur. Inventor Cl. *Gusset.* qui sub עתר *Metaphysicum* hoc φύραμα conspersit, suspensior tamen, *Ad quam,* inquit, *reduci omnia sub hac Radice contenta queant notionem nullam video; nisi* suavitatis. *Qui orat, se* suavem *exhibet orato: quod Kal innuit. Idem eidem verba sua* suavia *reddit, quod Hiphh. denotat. Qui vero exoratur,* suavitatem *illam admittit* &c. &c. *In diversum abit Ezech.* 35. 13. *quia hostile & superbum est* &c. *accipit ergo significationem malam. Interim tamen* suavitatis *notionem servat,* reddidistis verba vestra suavia contra me, *dicentes ea quæ vobis* suavia *sunt per jactantiam, & spem occupandæ meæ terræ.* An non longe satius fuisset tam male responsurum abjicere tentamen, quam mordicus ei adhærescere; atque sub illis fidiculis Sacrum textum vexare? Agnoscit *Gusset.* abesse a *Lexicis* copulam dissidentium notionum, id est, *Originem:* atque, se *nullam videre* per quam conciliari queant, nisi *suavitatis* illam. Methodus enim vero omnium plausu dignissima, quæ vexillum erigit *imaginationi* cujusque, *vistræ* quid excogitare valeat, & specie aliqua colorare. Quid si alius *aliud videat* multo speciosius? Numquid unquam vel subtilissima conjectura demonstrationem poterit præstare? Numquid *veritati* ita ab ullo Scripturarum reverente litatum censebitur? Et tamen duce *Stock.* illa *suavitas* commenticia regnum ferme tenet, veteri *multitudini* quasi condimentum addens. Etiam *Forsterum* jam longe antea auram quandam *suavitatis* adflasse reperio; qui idem illud ῥῆμα, *suavibus verbis orare* propinaverat seculo XVI. in *acerbitatem* mox commutandum ad *Ezech.* 35. per *Antiphrasin;* ut sit, *Et exacerbavistis contra me verba vestra.* Ejus æmulus *Avenar.* eandem *exacerbationem verborum* alia in fornacula conflavit, עתר conferens cum ὀτρύνειν *hortari;* unde *inhortati estis verba vestra contra me,* valeat, *ea acerbastis.* Quis non adstupeat huic tantæ licentiæ, qua in Sacrum Codicem id juris sumitur, quod in profanum nemo sibi arrogaret? Omnis hæc collisio inde orta, quod præclusis, vel & opinione præjudicata exclusis, *Veris Fontibus,* vilis quisque suis eo decurrere maluerint, unde ne guttulam quidem aquæ unquam possent exprimere. Ut lumen præsigne Orationis, quo *Ezechiel* ibi usus, se ingerat, resumam filum meum *Homerico* hocce *Iliad.* 1.

Κνίσση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ.

Nidor autem in cœlum venit volutus circa fumum.

Hoc ibi quidem de *Hecatombis*; & *nidore pingui* ac *grato*; licet tamen & *ingrato* applices; quum quis *tumida verba emittens*, αἰθέρα λακτίζει κνισᾶντι καπνῷ *Æthera nidorifero fumo calcitrat*; ut illud *Pindaricum* quoque huc in omni Emphasi τὸ λακτίζειν accommodem. Nempe est & *nidor fœtidus*, apud *Apul.* L. 4. Itemque *Liv.* L. 38: 7. *Non solum magna vis fumi, sed acrior etiam, fœdo quodam nidore ex adusta pluma.* Similiter *Æneid.* 12: 300. *Occupat os flammis, olli ingens barba reluxit; nidoremque ambusta dedit:* ubi *Serv. Nidorem*, *putorem* exponit. Absolute etiam *nidorem impudicitiæ* dixit *Salvian.* ansa sumta a *popinis*, quæ *libidinum* officinæ. *Cic.* vehementissime in *Pison. Cap.* 6. *Meministine, Cœnum! nescio quo e gurgustio te prodire involuto capite, soleatum? & cum illo ore fœtido tæterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis quibusdam medicaminibus te solere curari? stetimus*, dein, *in illo ganearum tuarum nidore atque fumo; unde tu nos cum improbe respondendo, tum turpissime eructando, ejecisti.* Hoc *Hebræus* concise extulisset, העתרת עלי דברים *verba nidorosa adversus me halasti*: unde pro *Ezechiele* jam hocce aculeatissimum ultro emergit, *inhalastis mihi*, vel *super me*, *contra me*, *nidorem fumidum*, *verba vestra*: per appositionem: in qua exquisitissima phrasi haud dubie spectatur *ructus*, & *ructatio oris*, contra Deum *se efferentis*, quod proxime præcesserat; spectatur forte & *popina*, *cum* omnibus *suis vitiis*, *ac nequitiis*, quam fastus in Deum insolentissimus redolebat. In *bonum* iterum fertur גליתי להם עתרת שלום ואמת *Jer.* 33: 6. *manifestabo ipsis .... pacis & veritatis.* Filum aliquid promittit multo magnificentissimum: illud גליתי non est simpliciter *manifestabo*, sed *faciam enitescere*, velut *auroram*; ut جلي *nitidum clarumque fuit.* Non impleas, *multitudinem* inferens, vel *copiam*: *abundantiam* quam *suavitas comitetur*, vidimus esse *suaviludium* imaginationis. Repone fidenter *nidorem*, *auram renidentem* & *fragrantissimam pacis & veritatis.* Hoc verbo גליתי *faciam enitescere* pulchre succinit. Respondet huic significationi in *Arabum* fontibus quod *Gjeubar.* annotavit عتر 8 عתרת الاسنان اشرها *dentium*, *vocatur eorum renidescentia*, sive *splendens & renidens decus*: itemque عتر 8 المسك *renidescentia musci*; & אליעתרת العتر 8 absolute *renidescentia* قلادة تعجن بالمسك والافاويه *Sphærula quæ imbuitur musco & aromatibus fragrantissimis.* Ea hic aptissime sederet. Utinam *res Hebræa* foret opulentior, & exemplorum copia *specialior* iste usus sese non commendaret solum, sed & approbaret! Nunc pedetentim eundum: quum *generalis* notio sensum explere possit. Forte etiam luculentius adhuc judicabitur, & cumulatius, quod jam dabo. עתרת exambire videtur hac in sede potentiam *nidoris fragrantissimi*, quem *exhalant sacrificia*, *oblata* לריח ניחוח εἰς ὀσμὴν εὐωδίας *in odorem acquiescentiæ*, & *summæ placationis*, quam supra *Themati* nostro vidimus subjunctam. Hunc prospectum propius admovebit *Musa Attica*, in *Avib. Vs.* 1717.

Ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλου
Χωρεῖ. καλὸν θέαμα. Θυμιαμάτων
Αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ.

Odor autem ineffabilis in profundum Cœli
Concedit. Pulchrum spectaculum! suffituum
Auræ ludendo perflant cincinnum fumi.

Venustius gratiosiusque nihil, ad *nidorem sacrificationis perlitantis*, *qui inter volumina fumi*, *fragrantibus suffituum auris interlusa*, *supremum cœlum penetrat*, circumscribendum. Illud καλὸν θέαμα *pulcherrimum* sane *spectaculum* præbere potest formula עתרת שלום ואמת *activo* sensu sumta, ut innuatur *sacrificatio* & *litatio fragrantissima*, qua *pax* & *venia cœlestis* cum *veritate* & *firmitate promissionum Divinarum* impetretur. Hoc *enitescere faceret* Deus, Populo in Patrias sedes reducto propitiatus, eique *Gratiam* suam in *Messia*, *reserato ad litationes recipiendas Cœlo*, denuo obsignans. Confer *Thren.* 3: 40. ubi ha-

habes *Cœlum transversa nube præseptum* מעבור תפלה *quo minus pertransire queat precatio.* Hanc loci faciem illustrare & commendare videtur *Zeph.* 3: 10. *Inde ultra flumina Cuschææ* עתרי בת פוצי יובילון מנחתי. Calculi variant. Nostri, *Adoratores mei*, cum *Filia dispersorum meorum*, *adferent munus meum.* At *Cocc. multitudines*, sive *copiæ meæ*, *filiam dispersorum meorum adferent munus meum*: ut בת פוצי מנחתי per *appositionem* enuncientur, & signentur *fideles e gentibus colligendi in gratum Deo munus.* Mitto alia, & conjecturam mihi quoque subnatam appono; *Nidores meos*, *filiam exuberantiarum mearum*, *adducent munus.* עֲתָרִים haud dubie κνίσαι, & ὁρμαὶ ὠδίνας cujus *sing.* עָתָר, *Ezech.* 8: 11. Illas *auras nidoriferas* per *Periphrasin* protritam בת פוצי *filiam exuberantiarum suarum* vocat is, qui solus donat *Spiritum precum.* Sic *sagittæ* بنات الحنايا *filiæ arcuum*, & بنات الكنايين *filiæ pharetrarum*, ut *Thren.* 3: 13. & بنات الافكار *Filiæ ingeniorum*, sunt *carmina*; & *filiæ oculi* sunt *lacrymæ*; & propius adhuc, بنت شفة *filia labii* בנת שפה est *vox* aut *oratio.* *Pindarus* Orientalem scandere solitus cothurnum ἁμέραν παῖδ' ἀελίου *diem filium solis* dixit: ut *Arabibus* ابن ذكاء *Filius solis*, item pro *nascente die*, sive *aurora* celebratur. פוץ *exuberantiam* consignasse, adstructum *Tom.* I. *Orig. Cap.* IV. Vide modo *Zach.* 1: 17. מנחה *donarium*, hic intellige idem illud quod *Mal.* 1: 11. מנחה טהורה *donarium nitidum*, *nidoriferos inter suffitus oblatum*: ut ibidem cernere est. Hac ratione cohærebunt voces עתרי בת פוצי: quæ *Vs.* 9. annexæ, limpidissimam seriem ministrant, atque ad שפה ברורה *labium purum*, *gentibus addendum*, *ut Nomen Jehovæ invocent*, *eique uno serviant humero*, pulcherrime quadrabunt; quippe *officium* eorundem & *juge sacrificium* clarissima *imagine* expingentes. Ex constructione *Cocc.* idem sensus enitebit, sic ducto filo: *Inde ultra fluvios Cuschææ nidores meos*, *filiam exuberantiarum mearum adducent munus meum.* Sive hoc, sive illud, quis mavelit, continens fuerit *appositio*, & עתרים *nidores* per בת פוצי מנחה *filiam exuberantiarum*, *munus sacrum*, sustinebuntur, atque illuminabuntur.

Ibid. His præmunitis, sibique restituta *Radice* עתר, ad nostram *Gnomen* accedo. Collabitur jam ultro I. quod *Kimch.* aliique sub נעתרות obtrudebant, *multa*, *copiosa*, *conferta oscula.* Non magnopere etiam adblandiri possint II. *Deprecanda oscula osoris*, quamvis non injucundus forte adspergi posset color, ut sint *suffienda*, *nidore & suffitu procuranda*, atque *amolienda.* Neutiquam quoque in solido locata III. *Oscula blanda* quasi *placata*, quæ *Mercero* arridebant, a נעתר *exoratus est*; processu valde precario, *exorari*, *placari*, *blandum se præbere.* Ea tamen defendit *Gejer. Oscula exorata* fingens, *quæ instar Numinis exorati meram spirant gratiam*: quum tamen *insidiosa* sint, & *perfidiosa.* Durum. Quæ *Forst.* IV. per *Antiphrasin* ex fictitia *suavitate* sua oggerebat *aspera oscula*, non uno nomine ablegari merentur. *Blanda oscula* V. placuere *Gussetio* item ex *suavitate*, quam vel *Forstero*, vel suomet ingenio debebat; ut sit; *firma sunt vulnera amici*, *oscula autem inimici suavitate quadam peculiari condita sunt.* Habet adspectus ille, quo imponat; sed si attenderis, *fraus*, *dolus*, *pestis occulta* tibi supplenda. Hac de causa *Stock.* VI. adjiciendum sibi duxit insuper, *qua propter deprecanda sunt*, *ne nobis contingant.* Quid opus ergo erat *suavitate* ista, quam ex *Guss.* adscivit? certe *suavia* non *deprecamur.* Monebam in *Observ. Juvenil.* quum נאמנים *vera*, *fidelia vulnera* vocentur, quæ *infliguntur ad firmandum*, & *emendandum*, oppositionem *osculorum* נעתרות requirere *impulsionem in fraudem*, quam *osoris blandimenta* intendant. Hoc nemo non mecum agnoscit: sed nemo id expediebat, nisi per circuitum, & supplementum. Illud ut evitarem, ex عثر *Cæspitavit*, *lapsus est*, per *Tbse*, directam *Antithesin* eruere conabar, atque VII. *oscula ad lapsum impulsura* offerebam: ut נעתרות sonet *offensa*, *ad quæ offendatur*, sive *impingatur*, *ad ruinam.* Paulo diversius, quod in mentem fuerat *Capello* in *Not. Crit.* VIII. danti ab hoc عثر *oscula offensiva*, i. e. *ingrata*, *molesta*; opposita *vulneribus* נאמנים *fide-*

fidelibus, & *grata mente recipiendis*. Utrumque tamen nimis divergit a reliquis usibus nostri עתר, qua *bonis*, qua in *malum* declinante *Ezech.* 35: 17. Differunt quoque apud *Arabes* עתר عتر per *Te*, & عثر per *Thse*; ut in alterutro horum conatuum pedem figere minus tutum sit. Sæpius inculcavi, idque hac occasione repeto, fidi haud posse iis, quæ hinc inde ex *Dialectis*, ut fit, adferuntur, nisi omnia exempla examussim respondeant, ac per *Originem* in solidam undique *concordiam* revinciantur. Ad hanc præstandam studia tunc temporis necdum maturuerant. Eam nunc sancire conabor IX. *Amici vulnera* ipsa dicuntur נאמנים *fidelia*, quod ex אמונה *fide sincera* proficiscantur, & *vero* ac *pio affectu* infligantur; ad *emendationem*, & *sanationem*. Sic *Ps.* 119: 75. אמונה עניתני *per fidem afflixisti me*: i. e. ex *fida* ac *vera cura me sanandi*, ac *servandi*. Talia *vulnera pia* & *officiosa*, quæ חסד ואמת *caritatem* & *fidem meram spirent*, comparantur *oleo capitali*, quod *castigati caput* neutiquam *crudum reddat Ps.* 141: 5. His opposita *oscula*, i. e. *blandimenta externa*, quæ sint נעתרות, non utique sunt vel *crebra*, vel *blanda*, vel *suavitate condita*, vel quicquam eorum, per quæ ivimus; sed vi *Antithesєos* inferre debent *characterem* quendam *odiosissimum*, quem quivis confestim sentiet, si *virulenta oscula* convertero; quæ videlicet spirent *merum rancorem*, atque adeo *pus* illud, & *venenum*, *quo pectus inimici obsitum*, atque *imbutum*. Licet quoque *nidorosa* reddere *oscula*; ut *Tertull. Lib.* V. contra *Marcion.* p. 585. *Sacrificia cruenta*, *& nidorosa holocaustomata*, dixit; quæ *spurcis verberent nidoribus*, ejusdem phrasi ad *Martyr.* p. 156. Cognata sunt, & finitima, *virus* & *nidor*; utrumque enim *acrem* signat *odorem*, utramque in partem *bonam* & *malam* juxta. Ad *Georg.* 1: 129.

Ille malum virus serpentibus addidit atris,

Nota extat *Serv. Bene ad discretionem*, *nam virus & bonum & malum est*: *sicut venenum & φάρμακον.* Est hoc: sed probatio hinc ducta, male claudicat; nam & *malam pestem*, *malum ulcus*, & similia extulere, non ut *discernerent* utique, sed ut augerent. Vere tamen vocabulum ἰὸς est *virus*, unde *Stat.* 1. *Silv.* 4: 103. *Benignum virus*, *odoriferis in arvis Arabum carptum.* Commode, quod *virus* sit proprie *gravis odor.* In *malam* partem incubuit potissimum; atque inde *anseris herbilis virus*, est *gravis odor*, *fætor*; ut recte *Serv. ibid.* ex *Lucil.* Apud *Plin. H. N.* L. 9: 50. reperies *Vitale virus piscium* pro *semine*; quod *Tertull.* est *virus genitale.* Apud *Gell.* 13: 30. id absolute positum defendit ἐπάνω *Gron.* Nota apud Poëtam *Virosa Castorea*, idque genus complura. *Virus alarum*, pro earundem *hirco* ac *fætore* iterum *Plin.* L. 34: 15. aliaque in *Fabro* reperiunda. Apud *Horat.* II. *Epist.* 1: 158. habes *grave virus carminis agrestis*; ubi *Bentl.* plura dedit. Addere liceat propius ad nostram *Gnomen*, præter tritissimum illud *Ciceronis* de *Amic. C.* 23. *acerbitatis virus evomere*, ex *Silio* 2: 288. *Virus ingenitum*; & 9: 476. *Virus mentis*: itemque mox *ibid.* 569. *Virus linguæ.* Omitti par non est hocce *Claud.* de *Bel. Gildon.*

. . . . *Removete bilingues*
Insidias, *& verba doli spirantia virus.*

Hinc *virulentus* proprie apud *Gell.* 16: 11. *Marsi serpentium virulentorum domitores*; quod scilicet *venenum & virus eorum exsugerent*, ut *Suet.* in *Aug. C.* 17. notat. Inde magno cursu admissa *pectora virulenta*, *odia virulenta.* Omnem vero elegantiam exsuperant, quæ *Solomon* figuravit, *oscula virulenta osoris*; quæ non alium in finem figuntur, quam ut *malum virus* mittant, spargantque: quemadmodum *vulnera amici* non alium in finem *imponuntur*, quam ut *bonam medicinam* præstent. *Oscula*, ut dicebam, haud dubie hic sunt *blandimenta*, sunt *gratulationes*, sunt *laudes*, quæque alia sive publice, sive privatim, proficiscuntur a *maligno*, & *osore*, qui *dum osculatur*, *mordet*, & serpentis ore, ac more, *virus* suum diffundit. Hanc *malignam virulentiam* sub *Themate* עתר admissam fuisse, evidentissimum est ex *Ezech.* 35: 17. superius hinc declarato. *Nidor* & *virus* affinia sunt, atque *acerrimum odorem*, proprie, ut vidimus, consignant. Utrumque sub עתר regnasse, vivente Lingua, ambigi nequit. Certe *Arabibus* قتار *nidor ollæ*, & *odor carnis tostæ* a قتر *nidorem exhalavit assa caro*, vel *odorem sui dum coqueretur*, quin & *extra coctionem*, ut est apud *Golium* nostrum. Ejus derivatum aliud قُتْرٌ signat

fer-

serpentis virulentioris genus, qui & ابن قترة, quasi dicas *nidorem*, & *filium nidoris*: i. e. *fœtoris virulenti*: ea figura qua *Plaut. Most.* 1: 1. 5. *Exi e culina nidor*: intelligens *nidorosum*; *fœtidum.* Sic tandem *oscula nidorosa* pro *virulentis* facile se tuebuntur, ipsa *Gnome* eadem ita deposcente, ut inde demum lumen atque acumen suum recuperet. Forma נעתר sonat *nidore perfusum*, quod ut *metonymice* dare potuit *nidore sacro placatum*; ita *metaphorice* se præbuit ad ea, quæ *tætro odore tincta* sunt, atque *imbuta*. Illa divergia, quæ dissidentes fundunt usus, non turbant Linguas, sed ornant, & ditant. Hoc in *Græcis Latinisque* nemo non agnoscit. In *Hebraicis* ut idem agnoscatur, elaborandum; ut quæ defectu *Originum* nitere non poterant, in nativum splendorem vindicentur.

Ibid. Quum ad *Job.* 22: 27. hanc *nidoris Originem* nostro *Themati* reponerem ex قتر, subdebam; me nihil dum finire; sed rem tempori maturandam tradere. Quod עתר in قتر transiret, nil relinquebat scrupuli; nam sic פשע *erupit ex cortice, defecit a fide*; & فسق, aliaque id genus, ex *Dialecto*, satis limpida. Confer *Clavim pag.* 270. 271. Sed magnopere officiebat ipsum עתר عتر apud *Golium* ex *Gjeubario*, longiuscule tribus *Glossis* hinc, ut videbatur, recedens; quarum 1. *mactavit* victimam; 2. *tremuit concussa* hasta; 3. στύειν. Hæc quomodo cum *nidore* consisterent, nec dum satis pervidebam. Expedivit nodum *Camus.* العتر اشتداد الريح وغيرة واضطرابه واهتزازة كالعتران وانعاظ الذكر والعتر كل ما ذبح وشاة كانوا يذبحون لالهتهم كالعتيرة *Vox* עָתַר *notat vehementiam odoris, ejusve, & aliarum rerum, concussionem, & agitationem mobilissimam, quæ &* עתרן. *Itemque tentigine affici.* עָתַר *autem appellatur quicquid mactatur, & speciatim ovis quam Deæ suæ immolabant; quæ &* עתירה. Nempe *Arabes* Gentiles, ante *Muhammedem.* Hoc *Gjeubari* plenius. العتر والعتيرة شاة كانوا يذبحونها في رجب لالهتهم وقد عتر الرجل يعتر عترا اذا ذبح العتيرة *Formæ* עתר *&* עתירה *notant ovem quam solebant mense Resjeb Deæ suæ sacrificare. Verbum* עתר *cum fut.* יעתר, *& infin.* עתר, *est mactavit* עתירה *victimam istam.* Subjungitur, *solennitatem istam vocari* ايام ترجيب وتعتار *Dies sacri mensis celebrandi, &* העתור *sacrificationis religiosissimæ* τῆ עתירה. Lucere incipit solennius illud κνισᾶν *nidoriferas victimas immolare, quibus litetur*; plane ut in *Hebræo* supra visum. Usus hoc verbo *Harith Ibn Helza* in *Moallek. Non sternimus innoxios*,

بَاطِلًا وَظُلْمًا كَمَا
تُعْتَرُ
عَنْ حَجْرَةِ ٱلرَّبِيضِ
ٱلظِّبَاءُ

Per nefas & injuriam, ut sacrificantur,
Pro ovibus e stabulo captis, Dorcades.

Ubi *Schol.* روي اهل اللغة ان العرب كانت تنذر النذور فيقول احدهم ان رزقني الله مية شاة ذبحت عن كل عشرة شاة في رجب ويقال ذلك الذبح العتيرة فربما يبخل احدهم بما نذر فيصيد الظباء فذبحها عوضا عن الشياه *Ajunt Linguæ periti Arabes* (ante *Muhamme-*

7 Anima satura proculcat florem mellis: at appetitu cavum hiante, omne amarum dulce.

8 Sicut avicula *pipiens* quæ e nido suo palatur; ita vir palabundus e loco suo.

9 Un-

7 נפש שבעה התבוס נפת ונפש רעבה כל מר מתוק׃

8 כצפור נודדת מן קנה כן איש נודד ממקומו׃

9 שמן

medem, qui interdixit עתירה) *solitos vovere vota; &, exempli causa, aliquem dixisse, si Deus mihi largiatur centum oves, sacrificabo de singulis decadibus ovem, mense Resjeb. Ea hostia vocabatur* עתירה. *Sæpe autem fiebat ut qui sic voverat, votum suum eluderet; atque Dorcades venatus eas pro ovibus immolaret.* Apparet עתירה esse *victimæ sanctioris* indigitamentum, *sanctissimo mensi* reservatæ, ad concepta solemniter vota exsolvenda. Idem character consignatus *Job.* 22: 27. תעתיר אליו ונדריך תשלם *nidorosam ei immolabis victimam, & vota tua persolves.* Hoc omnem dubitationem dirimit; & *Harmoniam* usus *Hebræi* atque *Arabici* pervincit. Eandem emunit illa *vehementia odoris fragrantissimi*, quæ residet sub عترة עתרה in *Camuso* القطعة من المسك الخالص *Particula musci sincerissimi.* Hoc ad *virus* etiam convergit, est enim *odoramentum virosissimum*. Hinc ansa porrecta sententiæ in *Nawabig.*

انتم كبنات الوردان يتمرغن في
ابي المسك
ويقلن ما اطيب ريح
المسك ☼

Vos estis ut lumbrici qui volutantur in sordibus,
Et dicunt, o quam fragrans est muscus!

Pro *in sordibus* periphrasis *Arabica* dat, *in patre musci*; i. e. *in oleto, in stercore:* ut *Schol.* notavit. Quid, quod עתרה عترة etiam ad *virus genitale* se extendisse videatur? nam & significare dicitur *progeniem alicujus & semen proximum.* Hinc pendere suspicor τὸ σύειν, quum ut *Tertull.* de *Pudic.* p. 721. loquitur *inhæret usquequaque libidinis virus.* Huc revocandum denique عتر, quatenus *malam indolem* designat in *Proverbio* رجعت الى عترها لميس *rediit ad virus suum mollicula Lamisa.* Id *Gjeub.* frigidius الى اصلها *ad stirpem, Originem, principium suum*, ut in *Golio* extat. Rectius, quod subjicitur مثل يضرب لمن رجع الى خلقه *Adagium frequentatum de eo qui ad indolem suam redit:* nempe *pravam* illam, quod tanquam *virus* alte insedit; neque exui potest. Habes *Radicis* libertatem, habes ubertatem, dotes eminentes, quibus omnis *Lingua* pollentior dotata. Hæc neminem offendent, qui non *olere* tantum, sed & *fragrare* in deteriorem partem inclinasse attenderit. *Mart.* 1: 87.

Ne gravis besterno fragres, Fescennia, vino
Pastillos Cosmi luxuriosa voras.

Quænam sit *fragrantia* ista, plenius percipias ex iis, quæ subnexa,

Ista linunt dentes jentacula; sed nihil obstant
Extremo ructus cum venit a barathro.
Quid, quod olet gravius mistum diapasmate virus,
Atque duplex animæ longius exit odor?

Habes *virus* de *fœtida anima*, quæ nasum oppugnet. Et hinc *Virosis osculis osoris*, pro li-

9 שמן וקטרת ישמח לב ומתק רעהו מעצת נפש׃

9 Unguentum & thymiama *quod* levigat cor; & dulcedo amici cuique sui, ne constrictio sit nodosa animæ.

10 רעך

10 A-

litera; itemque *virulentis*, pro *figura*, haud pœnitenda lux accrescit.

Vf. 9. Postremum colon non adeo expeditum; sive *Syntaxis* spectetur, sive sententia. In *Syntaxi* geminus nodus; alter quem nectit רעהו *amici sui*, alter quem, מעצת נפש quod aliis *a consilio animæ*, aliis *præ consilio animæ*. In omnibus aliquid minus teres. Anceps præsertim, quorsum redeat *animæ*. Non mirum ergo si in sententia nutante, varient & vacillent calculi. *Merc.* I. *Exhilarant quidem cor, & internos sensus suavissime afficiunt, unguentum & suffitus fragrantia sua*; non secus dulcedo amici sui; *id est, amici cujusque dulcis consuetudo cor exhilarat, præ quam consilium animæ*, hoc est, *proprium*. Ita *Jun. Cocc.* alii; sensu non valde plano. Id videtur intendi, *dulcis amici sincerum consilium magis quem delectare, quam suum ipsius, & proprium: quum tamen suo quisque consilio oblectari soleat.* Aliis II. commodius visum, *& dulcedo amici sui* cuique *a* vel *ex consilio animæ*; i. e. *ob consilium quod ei dat, animæ ejus consulens.* Diverso adspectu *Gejer.* III. *a consilio*, vel *ob consilium animæ*, exponit, *ob consilium sincerum*, *ex imo pectore profectum* &c. Consimiliter *Cler. propter consilium ex animo datum.* Nihil horum tale, quod hæsitationem queat perimere, quum omnibus ferme idem jus, vel potius nulli sat juris, sit comparatum. Certe עצת נפש IV. si *consilium animæ* sit vertendum, hac in *Gnome* omnino signare deberet *commercium mutuum animæ*, atque sensus ita ordinari; *oleum suffimentumque* quod *lævigat cor; & dulcedo amici ex mutuo animæ commercio*: nempe *unum tenent gradum*; *quam simillima sunt.* Vide *Cap.* 26: 6. &c. &c. עצה *consilium* pro *commercio interiore Ps.* 1: 1. nec abludit *Zach.* 6: 13. עצת שלום *consilium pacis inter ambos*, i. e. *communis voluntas.* Sic quidem ratio apparet, cur עצת נפש præcise positum sit, ut *anima* ad utrumque recurreret, & *consilium animæ* exprimeret *conspiratissimam* utrimque *voluntatem.* Qui tali gaudet amico, is & *oleo* & *suffimento* gaudet jugiter mulcente; quin *cor curis enodatum levigante*; secundum *Originem* verbi שמח. Apparet quoque, cur רעהו item præcisim potuerit poni; ut *adfixum* utrimque valeret; *& dulcedo amici cuique sui, ex intimo animæ commercio.* Blanditur. Habeo tamen aliud adhuc V. quod supprimere non licet. עֵצָה cum עֵצָה non tantum a יעץ *consuluit* descendere potest, verum etiam a עצה *stipavit*; & *stipatus fuit* in duritiem. Id *Arabibus* عصا; indeque عصا עֵצָה *lignum*, *baculus*, *stipes*; & mox עֵץ. In plerisque *Lexicis* istud *lignum* fine *Radice* crevit. Cl. *Majus* in medium dedit عص עצץ *dura & firma fuit radix*, nec non عض *dentibus prehendit*; *mordicus adhæsit*; quod *arbores alte fixas* habeant *radices*, & terræ *mordicus adhæreant.* Hoc a simplicitate recedit, quæ suadet *stipitem* a *stipando*; ut עֹצֶה עֵינָיו *Prov.* 16: 30. dedimus *stipans oculos suos.* Illuc redeatur, ut *Arabum* عصا genuinam esse *radicem* ף עץ mecum agnoscas; quod ex עֵצָה *fœminino Jer.* 6: 6. & עֵצִים *plur.* itemque perpetua *adfixione* sine *Dagesh*, dubio exemtum. Sunt tamen sororia ejusdem *Themata* عص & عض, in quibus τὸ *stipare* similiter *primarium*; nam *stipare dentibus* est *mordere*; itemque *mordicus adfigi* & *stipari* dicuntur *radices*, quum *validiores fiunt*, atque *edurescunt.* Ut ergo duplex עֵדָה in fundo *Hebræo* crevit, alterum a יעד, qua notat *cœtum*; alterum a עיד, qua valet *testimonium*; ita ambigi par non est, quin duplex fuerit עֵצָה, alterum a יעץ, *consilium*; alterum a עצה, *stipatio*, *constipatio*; *constrictio dura & nodosa.* Inde עֲצַת נֶפֶשׁ converti potest,

10 Amicum tuum, & amicum ſane patris tui ne miſſum facias: & domum fratris tui ne intres in die calamitatis tuæ. Bonus vicinus propinquus præ fratre longinquo.

11 Sapiens eſto, fili mi, & hilarato cor meum: & habebo quod reponam carptori meo.

12 So-

10 רעך ורעה אביך אל תעזב ובית אחיך אל תבוא ביום אידך טוב שכן קרוב מאח רחוק :

11 חכם בני ושמח לבי ואשיבה חרפי דבר :

12 ערום

conſtipatio, ſive *conſtrictio animæ*; atque *Gnome* noſtra hac facie indui; *Oleum ac ſuffimentum* ut *lævigat cor*; ita *dulcedo amici* quemque *ſui*, *a conſtrictione* nodoſa *animæ*: nempe ישמח *lævigat*, ἀπὸ κοινῦ. In priori membro attenditur *ſuavitas mollis*, *blanda*, *fragrans*, quæ *ſenſus permulcens*, *vigorem* addat *corpori*, atque *laſſitudinem* expellens, *animos collapſos* ſuſcitet. Ita ſupra *Cap.* 15: 30. *Lumen oculorum lævigat*, *jucunde mulcet cor*. Item *Eccleſ.* 10: 19. יין ישמח החיים *vinum lævigat viventes*. Cum iſta potentiſſima efficacia *olei* & *ſuffimenti* in *ſenſus*, pulchre confertur מתק *dulcedo amici* in ipſam *mentem* permanans, eandemque *commulcens*, *lævigans*, *exhilarans*, מעצת נפש *a conſtrictione animæ*, *ab* omni *aſperitate curarum*, & *anxietatum*; *omnes* in univerſum *nodos expellens*. Hanc vim ſæpiſſime ſub particula מן ſeſe exerere, non eſt quod moneatur. שמח מעצת נפש *Lævigare a conſtrictione animæ* habet luſum tam jucundum, ut illuc ferme inclinarem; quamvis, quod *num.* IV. propoſui, me identidem ad ſe majore momento niſuque retrahat. Rem in medio depoſitam trutinabunt, qui judicio præpollent.

Vſ. 10. Commendatur vetus & probatus amicus, qui fide Fratrem longe antecellat. Id artificioſe, quin & latente ſub aculeo inculcatur. Primum mollius, *ne derelinquas amicum*, ורעה אביך *& amicum ecce Patris tui*. Ita vertendum eſſe, infra dabitur. Digitus intenditur in *amicitiæ veterem*; qui multa ſui experimenta dedit. *Ne deſeras*, per μείωσιν, pro *ſtudioſiſſime* eum *obſerves*, ac *conſerves tibi*. Secundum aſperius; *& domum fratris tui ne ingrediare in die afflictionis tuæ*. Cave *Fratri* ulli, aut *conſanguineo*, *fidas*, ubi *res* tuæ *afflictæ* ac *ſubverſæ* fuerint; omnes *te deſerent*, ut ſupra *Cap.* 19: 7. Aſt הרע *Amicus ille*, *verus* & *vetus* בכל עת אהב *omni in tempore ſe amicum præſtabit*; quin *calamitas* tua *amicitiam* ejus novo vigore animabit: ut *Cap.* 17: 17. habuimus. Tertium aculeatiſſimum, *melior vicinus propinquus*, *quam frater longinquus*. Non ſenſere Viri Docti quid ſubeſſet acuminis, quum frigidule ſubnotant, *vicinum propinquum*, *cujus tibi fides ſpectata ſit*, *potiorem eſſe fratre remoto*, *qui etſi juvare forſan velit*, *tamen interea dum ad te accurrit*, *graviſſime pericliteris*. Ita *Merc.* Adjecit *Cocc.* *Vicinum bonum in majori habendum eſſe bonore*, *quam quemvis cognatum longe habitantem*. שכן *vicinus* hic nec *bonum* ſignat, nec *malum*, ſed tantummodo *ædibus contiguum*, ut *Exod.* 12: 4. & 3: 22. Is venuſtiſſime vocatur קרוב, non *habitatione* utique; nam hoc ipſo vocabulo שכן *vicini* jam comprenſum, ſed *mente*, *voluntate*, *affectione civili*, qui *vicinitatis jura* & *officia* ſaltem non detrectet. Venuſtiſſime quoque *frater longinquus*, non *habitatione* iterum, ſed *mente*, *voluntate*, *affectu*, qui *fraternitatis jura* & *officia* haud revereatur, nedum ut ea tueatur. Nil tritius hiſce uſibus *propinqui* & *longinqui*, ut mirum ſit tantas acies in re manifeſtiſſima connixiſſe.

Ibid. Criſis *Maſorethica* ſuſpicionem movit mendi, quum vocibus רֵעֵה אָבִיךָ ceram miniatulam addidit, atque *He* יתיר *redundans* pronunciavit. *Merc.* *Gejer.* alii, ne illuc devenire neceſſe ſit, mallent correctis punctis רֵעֲךָ. Atqui multa talia in *Sacro*

Co-

12 ערום ראה רעה נסתר פתאים עברו
נענשו :
13 קח בגדו כי ערב זר ובעד נכריה
הבלהו :
14 מברך רעהו בקול גדול בבקר
השכים קללה תחשב לו :
15 דלף

12 Solers videt malum, occultans ſeſe; fatui pergunt, mulctantur.
13 Cape veſtem ejus, nam ſpopondit pro alieno: & pro peregrina *re* pignora ejus cædito.
14 Qui benedicit amico ſuo voce magna, mane ſurgendo: maledictio reputabitur *id* ei.
15 Stil-

Codice, quæ immerito ſuſpecta; quum gemmulæ ſint Veteris Linguæ, & Pronunciationis. Ea enitere demum poteſt, ſi non ignoretur *Dialectus Arabum*, ibique regnans illa, quæ vocatur, *Wesla*, ſive *Conjunctio*, qua duo vocabula, quorum poſterius *articulo* inſignitum, in unum coaleſcunt, articulo quaſi manducato, ejusque vocali ad primam vocem remiſſa. Ad hanc legem רֵעֲה אָבִיךָ *Rebba abicba*, enunciatum celerius & compreſſius pro *Reabb ba-abicba*, quod eſt, *amicus ille patris tui*, vel, quia illud הַ etiam pro *ecce* frequentatur, *amicus ecce patris tui.* Sic *Lev.* 27: 23. הערכך *ipſa æſtimatio tua;* vel *ecce æſtimatio tua:* & *Jud.* 7: 21. *in medio* האהלי *ecce tentorii mei.* Eadem compreſſio & celeritas conſignata 2 *Sam.* 5: 2. הָיִיתָה מוֹצִיא, ubi *Maſoretbæ* margini appinxere הָיִיתָ הַמּוֹצִיא. Sonetur *Hajytbammotzy*, pro *Hajytba bammotzy*; & genuinum os *Hebræum* attingetur. Apparet *articulum* in medio eſſe abſorptum. Inde extricabis nodos inſolubiles alias 1 *Reg.* 7: 20. & 15: 17. & 2 *Reg.* 11: 20. & 15: 25. *Jeſaj.* 29: 11. *Eſech.* 42: 8. Abſtruſius quid *Neb.* 9: 34. הֵעִידֹתָ בָּהֶם *conteſtatus fuiſti ecce in illos.* Non intellectum defectu lucis, & a *Criticis* divexatum. Hinc pendet quoque בְּהַשָּׂדֶה *in agro*, pro בְּהַשָּׂדֶה; eſtque *Orthographia* vetus, repræſentans nobis omnia, quæ poſt *præpoſitionem* per *He* manducatum conformantur. Quantivis pretii Lectio eſt גֵּיא הַמֶּלַח *Geim-melahb* 2 *Reg.* 14: 7. pro גֵּיא הַמֶּלַח *Gei-hammelahb*, *vallis ſalis;* toto *articulo* cum ſua ſibi vocali abſorpto, & ſub *Tzeiri* colliquefacto. Hæc nebulas omnes hac in parte a *Sacro Codice* diſpellunt; ejusque *integritati* invictum adſtituunt munimentum. Eam qui ſine cognitione *Dialectorum* defenſare nituntur, ſibimet oculos eruunt, manusque ac pedes præcidunt.

Vſ. 11. Exiguum eſt, & forte non neceſſarium, quod hic ſubmonebo. Prius חכם *compactus*, *ſapiens eſto*, hortantis eſt ad officium. Poſterius שמח item *imperative* enunciatum per quam graviter, ac venuſte, reſolvi debet in *effectum futuri*, ut *lævigato*, *bilarato*, valeat, *tum exbilarabis cor meum.* Extrema illa, *& reſponſum conviciatoribus meis reddam;* vel, *babebo quod opprobratori reſpondeam*, ſic ferme video explanari, *non accuſabor me diſciplinam neglexiſſe; ſed taxatores meos bac in parte potero refutare.* Ita *Merc.* quoque, *ſæpe cauſa ſtultitiæ filiorum in parentem confertur.* Adjecit *Cler. Qui babet filium maculoſum vix quicquam reponere audet conviciatori, ne exprobrentur ei mores filii.* Latius patet phraſis, immittenda in omnem illam amplitudinem, quam aperit excellentiſſima *Allegoria Pſ.* 127: 4. 5. *Qualis ſagittæ in manu viri fortis, tales filii adoleſcentiæ. Beatus, qui pharetram iis ſuam referſerit! non perplexi fient*, כי ידברו *quum cauſſam agent cum inimicis in porta.* Hoc κατ' ἐξοχὴν eſt *adverſario* lites intentanti, & *opprobria intorquenti*, *reſponſum reddere;* eumque *confutare.*

Vſ. 13. Minoris iterum momenti, nec prætereundum tamen, quod attigi *Cap.* 20: 16.

15 Stillicidium propellens in die imbris vehementis; & uxor rixarum, hyemale.

טו דלף טורד ביום סגריר ואשת מדונים נשתוה׃

16 Qui

16 צפניה 16

16. Forma נכריה scilicet hic dari solet *aliena mulier*, quam alii simpliciter *peregrinam*, alii *adulteram* interpretantur. Posterior illa hic plane precaria; adeo nil addens *Gnomæ*, ut ei multum potius deterat. Ne *peregrina femina* quidem *quæcumque* hic pondus adfert; sed omnino vel *res* requiritur, vel *multitudo*; eadem illa quæ *Cap.* 20: 16. erat נכרים. Alterum ex altero corrigere velle, nimis scrupulosum. In multis *parallelis* id genus leviculæ varietates deprenduntur.

Vs. 15. Haud solens verbum נשתוה. Ad שוה *æquavit*, reducitur fere ab omnibus; sive per *Anomaliam*, quæ *species Niphh.* & *Hithpahh.* conflaverit, sive, ut *Cocc.* malebat ex *Dialecto Chald.* quæ *præformans* הת in נת nonnunquam convertat. *Buxt.* *Nun* pro *Mem partic.* משתוה venire censet. Inde I. versiones insedit tantum non omnes, *stillicidium assiduum in die imbris; & mulier contentiosa*, *æquatur*; i. e. *æquantur* per *Hypozeugma*, ut ajunt. Hoc scrupulis exemtum nemo asseveret. Propius certe jus creatum *Themati* שתה *bibere*, ad quod propterea *Guss.* II. decurrit; autumans esse 1. *plur. fut.* atque pro נשתה *bibemus*, inserto *Waw* processisse נשתוה, ad imitationem formæ השתחוה; sensu sic concepto: *stillicidium abigit die nimbi, mulierem autem rixosam bibemus*; tanquam *poculum fellis*. Subdit: *ratio antitheseos hæc est, quod stillicidium liquor est quem fugere licet, mutando locum; sed non licet fugere mulierem rixosam, quæ nos omnes in angulos sequetur ut acetum suum propinet --- idque non sola corporis superficie, verum etiam intimis visceribus accipiemus.* Illud *bibemus* in 1. *plur.* ita enunciatum, valde coactum; minusque sententiosum. Potuisset multo commodius, & pro *Grammatica*, & pro stylo adagioso, adscivisse III. *præterit. Niphh.* cum *Waw* radicali, *mulier autem rixosa bibitur, bibenda est*; a שתו, in 3. *fæm. præt.* illius *speciei*. Sed ne sic quidem complanata asperitas, & gratis assumta *Antithesis*, quam nullam, patet ex *Cap.* 19: 13. ubi *uxor rixosa* directe vocatur דלף טורד *stillicidium propellens*. Ergo IV. ad hanc potius faciem; *stillicidium propellens in die nimbi, & uxor rixosa, bibendum.* Ita malim, quam *bibitur*; quod & commodius sit pro *Syntaxi*, & grandius pro ipsa *Gnome*: sive enim, prout *MSS.* hic variant, *acute* enuncietur נִשְׁתָּוָה, sive *penacute* נִשְׁתָּוֶה, illud *bibendum quid* inde emicabit. Respicitur autem, in hac phrasi signantissima, ad formulam *Bibere calicem*; *Ps.* 75: 9. *Job.* 21: 20. &c. collato *Prov.* 26: 6. שתה חמס *bibere cruditatem*; quæ *extus* & *intus torqueat*. Hec forte verum; in eoque, nisi melior lux fulserit, acquiesci posset: nec tamen subticere possum, quod V. se mihi insinuarat ex *Arabico* شتا שתו χειμάζειν *hyemare*; cum derivato شتوة שתוה *hyems*; & شتي שתיי, ac شتوي שתוי *imber hyemalis*. Inde suspicabar, *stillicidium propellens in die nimbi; & uxor rixosa, hyemale.* Nota figura *hyemis* apud *Latinos*, & *Græcos*. Exempla aggessi ad *Job.* 16: 16. Adde χειμαθλῶαι ἀπειλαῖς *Soph. Antigon.* 401. & *Pind. Pyth.* 9. κεχείμανται φρένες *hyeme vexantur præcordia*: & *mentis* χειμῶνα *hyemem*, passim. Cum *uxore rixosa* ex *Arruntio* apud *Senec. Ep.* 114. vere dixeris *totum annum hyemare.* Imago proinde appositissima; quam unice tenerem, si נִסְתָּוָה vel נִשְׁתָּוָה foret exaratum: nam סְתָו *hyems* est *Cant.* 2: 11. quæ *Chaldæis* סִתְוָא. Creditur vulgo esse *Aramæum* magis, quam *Hebræum*; nam & *Syris* ܣܬܘܐ contritum. Anxii nimis calculi; inde in angustum coacti, quod *Hyemem* potius חרף appellari autumaretur. Atquin id vocabuli *Autumnum* consignat, citra ullam dubitationem: ac proinde סתו, שתו, genuine *Hebræum*, æque ac *Aramæum*. Pro *Samech* in *Dialecto Arabum* adhibetur *Schin*, & شتا, ac شتوة exaratur. Vix ambigendum quoque, quin שָׁתוּ *bibere*, & שָׁתוּ

vel

16 צפניה צפן רוח ושמן ימינו יקרא׃

16 Qui recondit eas, recondit ventum; & unguentum dexteræ ejus præconem agit.

17 ברזל

17 Fer-

vel סָתָו *hyemare*, unam teneant *Originem*, in *madescendo* sitam; quatenus *corpus rigatur potu*; & *terra aquis pluviis*. Ita certe *Hyems* ὑετὸς ἀπὸ τοῦ ὕειν *rigando*, & χειμὼν, item ἀπὸ τοῦ χέειν *fundendo*. Attamen ne sic quidem נִשְׁתָּוֶה *bibendum* rejicere sustinuerim, quantumvis ad *hyemale* illud mea quidem lanx magno momento propendeat, est enim & planius per se, & utrique malo pingendo accommodatius. Suspendo interim, quod procrastinatione maturescet.

Vs. 16. Nescio an operæ pretium daturus, laturusque sim, annotatiuncula circa verbum צפן, quod signatiore suo usu venit de *iis*, quæ in *loculo* vel *sacculo*, vel *involucro crassiore*, *reconduntur* Vide ad *Job.* 17: 4. Hinc etiam valet *recondere* tanquam *thesaurum*, ac *possessionem*; ut *Prov.* 2: 1. 13: 22. *Job.* 23: 12. &c. unde nonnulli & hic arripuere I. lusum, argutum illum quidem, sed minus dextre nunc locatum, *mulierem rixosam* qui *possidet*, & *domi inclusam habet*, eum *turbinem* domi *habere inclusum*, *thesaurum* malorum. Posterius *Colon* suffragatur plurimorum opinioni, reddentium II. *Occultantium eam* quisque *occultat ventum*: &c. cui succinit; *& oleum*, vel *unguentum*, *dextræ ejus clamat*. Pervenustæ & graves imagines. Qui *ventum abscondere* nititur, quin *loculo* veluti *inclusum recondere*; operam ludit, atque adeo stolidum & vesanum quid molitur. Iste *ventus* simul *allegoriam* præbet aptissimam *Rixatricis*; ad quam vehementiam, & amplitudinem non adspirat, quod *Cler.* III. existimat *odorem*, potius vocabulo רוח designari; qui alias ריח. Invitabat hunc sensum שמן *unguentum* in sequenti membro: speciosius, quam solidius; quia in *unguento* utique *odor* ultro includitur. Sed, inquit Vir Doctus, *occultare ventum nihil significat*. Quid audio? Significat sane per quam gravissime ipsum illud, quod hic requiritur, *nihil agere*; & *commoliri*, quod *naturæ rerum adversetur*. Adde *ventum* in *mulierem rixarum plenam*, & *buccis totis sævire* solitam, mirifice quadrare; non item *odorem* & *tenuem auram*. Est tamen IV. quod & mihi nonnihil scrupuli injecit ad צפניה *abscondentes eam*; nam non adeo concinnum forte, *occultare mulierem rixosam*, & quidem tanquam in *loculo*; pro *rixas* illas *domesticas* comprimere. Rotundius fuerit *adf.* ה ad ipsas מְדָוִנִים *lites* & *rixas* retulisse, *syntaxi* illa solenniore *Arabum* ac *Hebræorum* juxta, qua *plurali mascul.* subnectitur *adf. fœm. singulare*. Ita *Job.* 14: 19. תשטף ספיחיה *sulcatim inundant effusiones ejus*, recurrit ad מים *aquas*. Seges talium extat. Inde subnascitur, *recondentium illas* quisque, *recondit ventum*: citius quis *ventum* quaquaversum *summo impetu diffusum condiderit in loculo*, quam *ut rixas quotidianas*, quibus talis mulier *domum* quatit, *& viciniam* implet, compresserit, atque occultarit.

Ibid. Alterum quoque incisum pressius subigendum. In eo constituendo variatur. *Merc.* I. *Et unguentum dextræ ejus clamabit.* Subjungit II. vel repete צפניה צפן רוח ומינו *qui eam abscondit*, *abscondit unguentum dextræ suæ*, אשר *quod clamat*. Utrique seriei hunc sensum contribuit: *Perinde est ac si unguentum quo dextram suam perfudit, occultare vellet*; *quod suo se ipsum odore prodit*, *ac velut clamat*, *ut latere non possit*; *sicut mulier suo se clamore prodit*, *ac contentiositate*. Ad *num.* II. Nostri, & reliquus fere chorus. Subtiliore structura *Cocc.* III. *Et unguentum* recondit, *quod dextram suam præconiat*. In eandem id exponitur mentem, auctam figura *præconii* peropportuna; de qua mox plura. Non æque teres hocce *Pagnin.* IV. *& ut unguentum quod est in dextra sua*, *clamabit*. Pro mente sua satis rotunde *Cler.* V. *Abdens eam abdit odorem*, *dum oleum dextræ ejus clamat*, i. e. *eum prodit*. Non extra oleas, quod subdit; *Oleum dex-*

dextræ videtur esse, *quo palma manus dextræ illita fuisset probandi ejus causa ante*, *quam emeretur*; *& cujus odor*, *licet contracta in pugnum esset manus*, *sese proderet.* In omnibus hisce non video id, quod præcipuum est, declarari; nempe quodnam sit *vinculum comparationis*; id est, cur *oleum dextræ* hic adhibitum sit, & quid *oleo* commune sit cum *rixis*, vel *muliere rixarum*; non enim is *Salomon*, qui *similitudines* spargat, atque in medium projiciat. Dicat quis, *unguento* nihil esse *fragrantius*, & post *ventum* nil tam late, atque intime, penetrare: quin ipso *vento* penetrabilius esse *unguentum*, ac proinde nihil esse quod minus *occultari*, ac *comprimi* queat. Recte vero: sed quæro denuo, quodnam sit *vinculum* istius *comparationis*. Illud in *vento* vidimus per sane quam appositum. In *unguento fragrantiore* nihil video, quod in *Jurgatricem* quadret. Si *graveolens* & *fœtidum unguentum* adsciscì posse quis censuerit; vereor ne *Lingua* refragetur, quæ שמן *oleum unguentumve* sic absolute poni abnuit. Hoc *Ab. Esram* impulisse videtur, ad diversius quid extundendum VI. *Et unguentum dextræ ejus*, *quo eam perfundere*, *& ad se allicere conatur*, רוח *ventus*, erit, *in ventum abibit.* Reperiebat nempe שמן *oleum*, *unguentum*, in *bonum* potius ferri, quam in *malum:* sed quam frigidus sit, quamque contortus, hicce sensus, nil dicere attinet. Nihil quoque satis integri solidique VII. exsculpi potest ex Veteribus. In LXX quicquid tangas, ulcus est: Βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται. Ex צפניה צפן edolarunt *Boream* & quidem *Borealem* quasi, ac *rigidum*, pro moribus sævæ Latratricis: atque ex שמן ימינו *oleo dextræ* eliquarunt שם ימיני *nomen dextrum*, quo illa tamen sese prætexat. *Syrus* & *Arabs*; quin, quod miror, & *Chald. Paraphrastes* secuti. *Aquil.* & *Symm.* κεκρυμμένος Βορέας ἄνεμος, καὶ ἔλαιον δεξιᾶς αὐτοῦ καλέσει. Nihilo sanius. *Vulgat.* utcumque intra lineas: *Qui retinet eam quasi qui ventum teneat*, *& oleum dextræ suæ vocabit.* Posterius illud a quibusdam exponitur, *ac si oleum e dextra præ lubricitate diffluens revocare vellet.* Color est: cui tamen vis verbi קרא repugnat. Manet quoque difficultas ex vi *comparationis* superius mota; quæ nisi tollatur, portus teneri haud poterit. Eum capessere conabor VIII. aura secundiore, quæ mihi adflare incipit ex *Proverbiali* nostra *formula* generatim spectata, *Oleum dextræ ejus clamat.* Hanc existimo provulgatam fuisse inter *Hebræos*, quum *significationem* præbere vellent *rei manifestissimæ*, quam *frustra* quis *omni nisu opprimere* atque *extinguere* laboraret, *odore* eo ipso vehementius didito atque diffuso. Dices, me ad idem recurrere, quod *Merc.* aliique jam dederant. Non recurro. En discrimen. In generali adspectu *Proverbii*, quod huic nostræ *Gnomæ* intextum, *Oleum dextræ ejus* יקרא *clamat*, vel, quod *Cocc.* sagaciter odoratus est, *præconem agit*, *præconium facit*, שמן *oleum* est anceps, geminamque ultro porrigit ansam; usu vocabuli ita non invito, ut utrumque invitet, & *grave-olens* æque ac *suave-olens* subjiciat. *Emerit* quis *oleum fragrantissimum*, quod ut ἀκρι-βῶς hic *Cler.* annotavit, prius *palmæ dextræ illeverat*, frustra negabit se istud mercimonii comparasse, aut attigisse. Contra, *emerit* quis *oleum rancidum*, item *manui* ante *affusum*, quantumvis malam mercem a se tactam neget, ipso rancore nasos feriente confutabitur. Utramque hanc sedem ingredi, & suo jure occupare illud, *Oleum dextræ clamat*, nemo in dubium devocaverit. Hoc jam *generale Proverbium* in dextram, in sinistram, ut mille talia pronum, venuste ac graviter in sententiam hancce illigatur, atque admirabili acumine ad *infelix* applicatur *conjugium*; cujus *quotidiana mala* maritus frustra celare, ac supprimere annitatur, *oleo dextræ ejus* quotidie *clamante*, & *longe lateque præconium faciente rancoris* illius, quo pax domestica conturbatur. Non lubet argutari in ימין *dextra*, quæ apta nata ad *pactum conjugale* signandum. Non etiam in שמן *oleo*, quod *auspicia* figurare posset, sub quibus *matrimonium* contractum. Et ea vel *fausta* sunt, vel *infausta*, indeque a principio *malo rancore suffusa.* Sed, ut dicebam, subtilitatibus illis me non committo; multo minus permitto, ad colores pro iis conquirendos. Dabo potius latiorem adhuc conspectum *Adagionis*, generatim spectati, *oleum dextræ ejus præconem agit.* Hoc non quadrat solum in *Emtores*, verum etiam in ipsos *Seplasiarios*, qui *unguentariam faciunt*, atque *pigmenta* & *pharmaca* divendunt. Neget

Phar-

Pharmacopola, se hoc vel illud miscuisse *unguenti*, *boni*, *mali*; *fragrantis*, *fœtidi*; ejus *dextra*, *hoc* vel *illo odore imbuta*, alta velut voce *clamabit*, atque contrarium arguet. Habes diversam iterum ansam, qua id dicti in dexteriorem, sinisterioremve, partem, ut hic, materia trahente, adstringas. Qui *jurgia perpetua malæ mulieris*, & *odorem* inde *diffusum recondere* vellet, ac *publicæ notitiæ subtrahere*; idem faceret quod *tabernarius*, qui *rancidas* quotidie *merces* miscens, tractansve, id tamen pernegaret; quippe quem *unguentum suæmet dextræ* confestim proditurum esset. Huc transferas licet, quæ ad verbum רגן *rancescere* copiose deduxi supra *Cap.* 18: 8. speciatim in *conturbata pace domestica*, & *exacerbatione animorum*, veniens. Vicinum quoque quod in *Hamas.* Vetus Poëta dixit, *uxorem* increpans *male morigeram*,

فَانْ كُنْتِ مِنِّي اَنْ تُرِيدِينَ صُحْبَتِي
فَكُونِي لَهُ كَالسَّمْنِ رُبَّتْ لَهُ ٱلْاَدَمْ ۞

Quod si de mea es familia, meamque colis societatem,
At tu ipsi sis ut oleum, cui bene spissati utres sunt.

Jubet eam *privigno*, cui se nimis *novercam* gerebat, benigniorem se dare, similemque esse *oleo* quod *nullum contraxit rancorem.* Hoc innuitur per *Utres bene spissatos*; qui *succo dactylorum* solent *condiri*, ne indita *olea rancescant.* Habes سمن שמן *oleum*, *unguentumve* nostrum, eadem ferme *figuratione* auctum: atque ad *mores indolemque* translatum; cum *Proverbiis* hinc in usum publicum emissis, *Oleum referre nunquam rancescens*; & contra *rancore contactum*, vel & penitus *corruptum.* Ad posteriorem classem *Gnome* nostra pertinet. Ad medium genus ducit protritum *Adagium*, ex eodem fonte oriundum, طويت فلانا علي بلته وبلالته وبلولته وبللته اذا احتملته علي ما فيه من الشر والعيب ودارينه وفيه بقية من الود *Complicui illum super madore suo, quadruplici forma, quum suffers eum, quantumvis malignum ac vitiosum, propter tenues quasdam amoris in eo reliquias.* Ita *Gjeubar.* citans ex Poëta *Rhythmico*,

وصاحب مرامق داجيته ۞
علي بلال نفسه طويته ۞

Sæpe socium, cujus amor expirabat, blandus excepi;
Et super madorem ipsius ipsum complicui.

Hoc est, *pertuli & occului injurias ejus*, *ob tenues reliquias melioris indolis.* Est *Allegoria* desumta ab *utribus*, in quibus adhuc aliquid boni *succi* residuum, quod vocant *madorem.* Talis *uter* dicitur *complicari super madore suo*, quum *non abjicitur*, ut *rancore*, vel *putore penitus correptus*, sed in spem meliorem reponitur, atque asservatur, ob reliquias *boni* in eo *odoris* ac *vigoris.* Hoc Allegorice *indoli* & *moribus* applicatur, *rancore* quidem aliquo jam suffusis, sed necdum plane corruptis, ac desperatis. Ex *Hamasa* plurimorum vicem expleat hocce;

وَلَقَدْ طَوَيْتُكُمْ عَلَي بُلَلَاتِكُمْ
وَعَلِمْتُ مَا فِيكُمْ مِنَ ٱلْاَذْرَابِ ۞
كَيْمَا اَعُدُّكُمْ لِاَبْعَدَ مِنْكُمْ
وَلَقَدْ يُجَاءُ إِلَي ذَوِي ٱلْاَنْسَابِ ۞

17 Ferrum ferro hilaratur, & vir exhilarat vultum ſodalis ſui.

18 Cuſ-

יז ברזל בברזל יחד ואיש יחד פני רעהו׃

18 נצר

Et ſane complicui vos veſtris ſuper madoribus,
Quamvis notaverim, quid ſit in vobis corruptionum:
Ne vos inſtrumenta parem pro iis, qui vobis remotiores ſunt;
Namque veniri ſolet ad cognatione proximos.

Id eſt, *toleravi*, quin *occului*, veſtras *injurias*, propter *tenues reliquias* melioris *indolis*; quamvis *rancida* veſtra *pectora* probe *ſentirem*; ne *veſtrum patefaciens rancorem*, *anſam darem* noſtris *boſtibus*, qui *remotiores* adhuc, id eſt, *inimiciores ſunt*, *quam vos* eſtis, ut *ad vos recurrerent*, *cognatorum*, ut fere fit, *opibus nos impugnaturi*. Hinc cum *Origo*, tum *natura Proverbii* abunde elucet. Qui *rancore* aliquo *attactum utrem* ſuper *madore melioris indolis* & *ſpei complicat*, prudens eſt: at *utrem rancore penitus corruptum* qui *complicare* nititur, fruſtra laborat, quum *oleum dextræ ejus clamaturum* ſit, ac *præconio* veluti *teſtaturum*, inſanabile eſſe malum. Hoc ad *rem uxoriam*, & *ſeditiones domeſticas*, applicare cuivis promtum.

Vſ. 17. Si quis communi ferme omnium calculo ſancitam ſpectet Verſionem, nil planius hac ſententia, *Ferrum ferro acuitur, & vir acuit faciem ſodalis ſui.* Sed ubi quis fundamenta inſpicit illius Verſionis, atque diverſas luſtrat expoſitiones huic ſententiæ additas, nutare incipit, & effluere, quod in ſolido locatum videbatur. *Merc.* I. refert ad *mutuam ſtudiorum & conſiliorum communicationem*, *per quam ingenia alacriora & vivaciora reddantur.* Hoc in *bonum* tendit. In *malum* flexit *Ab. Eſra* II. *Iram excitare iram*, & *contentiones acuere*. Utrumque adſpectum amplexus *Gejer*. III. ſpatia quoque ampliat, atque hinc *mutuos congreſſus* offert, *quibus homines ad virtutem ſe invicem acuant*; illinc *conſortia quæ mutuo frictu trituve nequitiam augeant*. Adjecit פָּנִים *facies* hoc in dicto ſignare *aciem*, ut *Eccleſ.* 10: 10. de *ferro* vel *ſecuri*. His omnibus fere ſedet, prius יָחַד in *pauſa* pro יָחַד *fut. Kal*; poſterius *Hiphh.*, *formam* traxiſſe a חָדָה, *lætari*; ſignificationem autem a חדד *acutum eſſe* aſſumſiſſe. *Cler. Prius* יָחַד ait *eſſe fut. in Kal pro* יָחוֹד, *quia ſic viſum Maſorethis: ſed ſequens* יַחַד *eſſe fut. in Hiphh. pro* יַחֲדֶה, *ut* יַעַל *pro* יַעֲלֶה. *Eſt nempe, a* חדה, *quod idem ſonat ac* חדד. Hæc a *Grammatica* laborant, & ſibimet adverſantur: ut enim יַעַל *adſcendit* & *adſcendere fecit*, ab una *radice* עלה procedit, ita יַחַד utroque in Colo ab uno חדה proficiſci poteſt; nec erat cur ſuſpicionis quid adverſus *Maſorethas* moveretur. Cl. *Cocc.* IV. ſolam tenens radicem חדד, prius יָחַד poſitum cenſet pro יֵחַד *fut. Niphh.* ad molliorem pronunciationem, *acuitur*: poſterius יַחַד pro יָחֵד *fut. Hiphh.* quod ſit *acuet*: hoc ſenſui, *præſentia*, *auctoritas*, *teſtimonium alterius facit*, *ut cujusque facies ſit acutior*; id eſt, *ſtudioſius & majori cum induſtria pergat in incepto.* Vocabulum פנים *facies* ἀντὶ τοῦ κοινοῦ ſic multa cum gratia ac dignitate reluceret: ſed non e ſolido fulget, quod ſub tantis demum mutationibus vocalium adfulget. Longiuſcule receſſit Cl. *Erpen.* V. ad *Scal. Prov. Arab. Centuria* II. *num.* LXII. الحديد بالحديد يفلح *ferrum ferro finditur*: i. e. *vis vi demum frangitur*, *ac retunditur*: ut in illo *ibid.* لا يفل الحديد الا الحديد *non refringit*, crenis inciſis, *ferrum niſi ferrum.* Initium iſtius *Proverbii* ſic emendes; كل شي افته من جنسه حتي الحديد سطا عليه بالمبرد الحديد *cuique rei ſua ſuo e genere noxa eſt*, *ad ipſum usque ferrum*, *in quod vim demum infert per limam ferrum.* Eodem colli-

18 נצר תאנה יאכל פריה ושמר אדניו
יכבד׃

18 Custos fici comedet fructum ejus: & observans Dominum suum, honorabitur.

19 כמים

19 Ut

lineare censet Vir Summus nostram *Gnomen*; pro *acuere* substituens *cudere*; in hanc mentem: *ferrum cudit ferrum, & vir cudit faciem socii sui* i. e. *contundit*. Istam notionem extudit ex ipso *ferro* حديد חָרִיד dicto, unde حَدَّادٌ חָרָד *faber ferrarius*; utrumque a *cudendo*, ut putabat. Fallitur; nam حد *Arabibus*, æque ac *Hebræis*, est, *acutum esse*, unde *ferrum* חריד appellatum, quod *solum* ex metallis *acuatur*. Stare proinde nequit sententia sic concepta; cui & *Analysis* iterum officit, a חרה per obliquum canalem deducta. Conferri debuisset Proverbium apud *Jerem.* 15: 12. הירע ברזל ברזל מצפון ונחשת *An infringet ferrum ferrum e septentrione, & æs?* i. e. *an ferrum vulgare Chalybem, & æs retundet?* Inde liquido cernere est, *Salomonem* longe aliud intendisse. Hoc a חרד minus procedere sentiens Cl. *de Dieu* VI. recurrit ad Radicem יחד, & particulam inde protritam יחד *una*, *pariter*: ut sit: *Ferrum cum ferro pariter, & vir pariter cum facie sodalis sui.* Hoc est: *Similes jungendi similibus: par pari sociandum.* Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. *Olla ferrea & figulina non bene conveniunt.* Mentionem similis interpretationis, *ferrum ferro unitur, sic inter se homines jungendi*, fecerat *Merc.* & tanquam *frigidius* removerat. Merito; nam etsi prius Colon se utcumque sustineat; posterius tamen plane isto sensu torpet. Aliquid ridens & nitidum dedit *Gusset.* VII. ex *radice* חרה *lætatus fuit*, quam poscere justam *Analysin* plerique agnoverunt, eliciens, *Ferrum in ferro lætatur; & virum lætificant ora sodalis sui.* Respici censet ad *ferri ferro attriti splendorem*, qui designet *serenitatem & hilaritatem ex amici conspectu oriundam.* Plausum id meretur publicum; nec durior censenda *metaphora ferri læti*, atque adeo *lætantis*; quod tamen ipsemet verebatur, subjungens aliud, quod ad *Magnetem* feratur. Id suppressum mallem. *Lætum* sive *lætatum ferrum* adblanditur; atque huc quadrat quodammodo *Ciceronis* illud de *Nat. D.* L. 2. *Sol binas in singulis annis reversiones facit contrarias, quarum intervallo tum tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur.* Nempe *triste cælum* est *nubibus obductum*, *constrictumve*: & contra *lætum*, *hilare*, quod *disserenatum* est. Hac *figura* nitet illud *Prov.* 13: 9. *Lumen justorum* ישמח *lætabitur.* Hinc proclivis translatio ad *ferrum*, ad *frontemque*, utique apud *Orientales*. Pulchre *Apul. Miles.* L. 3. ex genio *Latii* vetustioris; *frontem tuam serena venustate lætabit.* Est imitatio *Livii Andron.* in *Ægistho*: *Jamne oculos specie lætavisti optabili?* Alia adhuc dabit *Non. Marc.* Est lusus ex *Origine*, quæ adfert *lævigationem*, sive *lævem nitorem*. In verbo *renidescere* concursus iste *ferri* & *frontis nitidæ* eminentior; nam & *æra*, *oricbalca*, *renidescunt*; & *ora*, *frontesque*. Sub γελᾷν *ridere*, cujus *Origo* est *nitere*, eadem amica consensio. *Iliad.* 19: 362.

- - - Ἐγέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν
Χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς - - -

- - - *Risit autem omnis terra circumsita*
Æris a splendore - - -

Non mirabere ergo si ipsa *æra* dicantur γελᾷν *ridere*, sive *renidere*: itemque γάνυσθαι. Apud *Hesych.* γάνυμαι est χαίρω. & γανύμενος, χαίρων. Itemque γάνυται, χαίρει, λαμπρύνεται, καὶ γελᾷ, ἥδεται. Apud *Homer. Iliad.* 13: 265. Θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες, *Thoraces splendidum ridentes, renidentes*, inducuntur. Amplitudinem jucundam pandit *Hesych.* in γάνος, quod est ἐπιφάδειος. χάρμα. φῶς. αὐγή. λευκότης. λαμπηδών. ἡδονή. Plura nemo desideret; & jam satis se, credo, commendabit, quod VIII. hinc ultro efflorescit: *Ferrum ferro hilaratur, & vir hilarat faciem sui sodalis.* Prius יחד ex *fut. Kal* a חרה *hilaratur*, valet *nitescit*, *renidescit*, atque *politum* vel *redditur*, vel *retinetur*. Posterius ex *fut. Hiphh.* item *ni-*

tidat; facit renidescere faciem, γάνος *splendorem ei addit hilaritatis*; omnisque *jucunditatis*, & *liberalitatis*. Respicitur haud dubie ad *rubiginem ferro detersam* ex mutuo *frictu attrituve*; ad quam similitudinem *rubigo* mentium, *rubigo frontium*, dicitur *detergeri commercio trituve* quasi *sodalitatis*. Pulchre *Hariri Conf.* 24. فكشف حينيذ من اسرار الغازه وبدايع اعجازه ما جلا صداء الاذهان وجلي مطلعه بنور البرهان *Tum destrinxit ex thesauris ænigmatum suorum, & miraculis inimitabilium dictorum, quod detergeret rubiginem mentium, & auroram ejus renidescere faceret lumine demonstrationis.* Iterum *Conf.* 37. ان ابني هذا كالقلم الرديُّ والسيف الصديُّ *Sane filius hicce meus est ut calamus vitiosus, & ut gladius rubiginosus.* Item, *ibid.* صديُ ذهني مذ صديت *rubiginem traxit ingenium meum, ex quo siti arui.* Propius, *ex quo rubiginosis faucibus extiti.* Cothurno solito *Ispahan. Hist. Sal.* فجلا حريق هذه الدبابة صداء قلوبنا المغتمة *Et detersit incendium hujus machinæ bellicæ rubiginem cordium mœrore obnubilatorum.* Eleganter *Hieron. tom.* I. *Velut quandam rubiginem linguæ abstergere*: & *Sidon.* 2: 10. *Linguam de rubigine vindicare.* Idem 6: 6. *Ne vester affectus quandam duceret, ut gladius impolitus, rubiginem.* Multum figura hacce delectatus *Senec.* ut *Epist.* 7. *Malignus comes quamvis candido & simplici rubiginem suam affricuit.* Contra *Epist.* 95. *At illis aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est.* Iterum *Hieron.* de *Mul. Septies icta*: *Otium quasi quædam ingenii rubigo*: ubi *Erasm.* annotavit; *Cato contulit ingenium cum ferro, quod si exerceas, usu atteritur, si non exerceas rubigine consumitur.* Definam in hocce *Apul. Florid.* L. 3. *Ut gladius usu splendescit, situ rubiginat, sic ingenium* &c. Hæc in rem præsentem, atque nostræ *Gnomes* meditullium ipsum, deducunt. Eodem collineat quoque dictum Philosophi, apud *Laërt.* p. 319. Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτως ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι τοὺς φθονερούς. *Ut ferrum a rubigine, ita a propriis moribus exedi invidos.* His addas licet tristes, asperos, morosos omnes, quibus mala *rubigo* insedit, haud aliter *effricanda*, & *detergenda*, quam *usu*, *tritu*ve multo, *politioris humaniorisque conversationis*, ut sic *melior indoles enitescat.* Hoc adspectu converti quoque posset IX. *Ferrum ferro hilarescit; & vir hilarescit facie sodalis sui*: ut utrumque יִחַר *intransitive* sit positum, in *fut. Kal.* Sive hanc, sive illam optes *syntaxin*, quam in medio relictam velim, illuc evecta videtur sententia, unde suis radiis jucundissime sese insinuare queat. Quid, si adhuc altius aliquid, venustiusque, ex interiore Linguæ vena eruere detur? *Hilarescere* & *hilaris*, *hilarus*, ab ἱλαρὸς, quod ab ἱλάω, propagata sunt. *Gaudere*, a γάω, γανόω, *nitere*, descendit. *Lætari*, *lætiscere*, verbum vetus apud *Sisennam*, inde fluxere, unde *lævis*, quod *lætitia cor*, & *frons lævigentur.* Quid jam nostrum חדה intus clausum habeat, unde *lætitia*, *gaudium*, *hilaritas*, notiones haud dubie *metonymicæ*, emanarint, anquiri meretur. Ejus *synonymum* שמח *lævigationem* quoque consignat, ut sæpiuscule vidimus. Unam sedem intrarunt *Ps.* 21: 7. תְּחַדֵּהוּ בְשִׂמְחָה אֶת פָּנֶיךָ *exhilaras eum in lætitia lævigante cum facie tua.* Sed *hilaris* non potest *Originem Hebræam* præstare. Ea sita fuisse videtur in *effricando*, sive in *frictu titillante*; huc enim tendit tum חדא, apud *Chald.* & *Syros*, in *vehementi motu lætitiæ*; tum apud *Arab.* خدي, quod in *Camuso* exponitur اسرع وفرح بقوايمه *properavit exultabundus*, sive *concussis pedibus*; itemque ساق بغناء حدا quod est *incitavit cantu.* Nil differunt, nisi quod prius *intransit.* Posterius sit *transitivum.* Ista *effricatio ad agilitatem*, *hilaritatemque*, utrumque *Colon* gratissimo lumine perfundit. *Ferrum ferro effricatur ad vigorem nitoremve hilarem*; & *vir jucundissime effricatus nitescit facie sodalis sui*; vel, *ad nitorem hilarem effricat faciem sodalis sui.* Hæc certe multo tutiora, quam quæ *Forst.* sibi permisit, ad *Originem* nostri חדה constituendam usus collatione *radicum* יחד *uniri*, & חדד, quod ei hinc valet *Acutus fuit unitione*,

seu

19 כמים הפנים לפנים כן לב האדם לאדם׃

19 Ut aquæ, faciem hanc ad faciem illam; sic cor, hominem hunc ad hominem illum.

20 שאול

20 Or-

seu collisione duarum rerum. Inde sub חדה nobis conflat *exhilarari*, *quod fit unitione seu consensione animi*, *per actionem qua animus ceu a ferrugine expolitur.* Hoc est *torturam* dare verbis, ut significationes contortissimæ exsculpantur.

Vs. 19. Undabunda facies aquarum, cordisque humani, quam hic mirifice expinxit Sapiens, etiam quodammodo in commentationibus ad sententiam hancce cernitur. In ea enucleanda dum nimis eruditum quid & profundum captarunt homines ingeniosi, genuinum nucleum amisisse videntur. Ingeniosum certe quod *Vulgat.* I. dedit; *Ut in aquis resplendent vultus prospicientium*, *sic hominum corda manifesta sunt prudentibus.* הפנים לפנים per sane quam acute; nec minori acumine לב האדם לאדם; ut posterius לאדם *homini* per excellentiam *prudentes* designet, quemadmodum לפנים in priori membro *prospicientes.* Est tamen liberius quam Lingua patitur. Hinc *Merc.* II. maluit eodem fere adspectu, *sicut in aquis facies faciei* respondet, *sic cor hominis homini* innotescit. *Alterius animum apud se potest quis velut in speculo prospicere.* In vicinia degit *Cocc.* III. *Ut in aquis facies ad faciem* est, *sic cor hominis ad hominem.* Exponitur; *non prodest homini fucus & simulatio; animus tegi non potest. Nemo putet, quod ipse cogitat alteri non venire in mentem. Eadem in hominibus & conscientia & mens.* Latius adhuc extendit *Cler.* IV. cujus summa longiuscule deducta huc redit: *aliorum indoles est speculum nostræ*, *atque ex nostra alienam vicissim noscere possumus. Agitur non tantum de aliorum*, *sed etiam de nostri ipsorum cognitione.* Contrario sensu *Chald.* V. *Ut aquæ & facies in eis non sunt similes; sic corda hominum ad homines dissimilia.* Præiverant LXX omissis *aquis*; ὥσπερ οὐχ ὅμοια πρόσωπα προσώποις, οὕτως οὐδὲ αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων. Pro כמים legisse videntur כמו. Negatio gratis inserta. Sine ea in eandem fere mentem *Jun.* VI. *Ut in aquis facies faciei* obversatur, *ita animus hominis unius alteri*, i. e. *quemadmodum in aqua fluctuante & instabili imago humanæ faciei variis & contortis tantum modis effingitur; sic multiplex & instabilis vultus animi quodammodo tantum internosci potest.* Id amplexi Nostri. Alii VII. diversa Syntaxi, *facies ad facies instar habent aquarum &c.* & *vultus humani fere similes*, *ut aquæ aquis:* & *corda* item *assimilia*, & *eadem impuritate contacta.* Commodius retulissent ad *lineamenta vultuum dissimillima;* quibusque nihil *fluentius*, i. e. *diffidentius:* quod *magis* adhuc *in cordibus*, eorumque quasi *lineis*, & *ductibus*, notare sit. Tabella esset perpulchra, quæ prægressis palmam, meo quidem judicio, præriperet, nec tamen in ea acquiesco, quod structura non faveat in כמים. *Gejer.* VIII. vestigia premens *Luth.* hinc elicuit *faciem faciei respondentem in aquis*, tanquam in speculo naturali, *ut ridenti imago sua arrideat*, *subsannanti sannam*, *mœrenti* suum reponat *mœrorem:* ad quam rationem etiam *corda cordibus* quasi *reddant*, ac *refundant*, quem excepere *affectum;* ut si *comes* & *benignos* nos monstremus, *comem experiamur* & *benignum* alium; sin *morosos*, atque *austeros*, itidem *morosum* atque *austerum* sese ostendat. Signum huc sustulerat *Jarchius*, *Prout quis videt se a socio tractari*, *ita eidem sese exhibet.* Longe *diversus* IX. *Ab. Esra*, *Sicut aquæ* crescunt aquis, sic *vultus ad vultum*, i. e. *ira ad iram* accrescit alterius; *& cor unius* repletur odio *ad cor alterius.* Est arbitrarium plane. Vereor ab omnibus ne præter casam sit itum, quæsitumque. Certe simplicitas Linguæ X. suggerit, & suadet, hunc adspectum: *Ut aquæ*, *facies has ad facies illas; sic cor hominem hunc*, *ad hominem illum:* nempe *mutat*, *demutat*, subitario motu *invertit.* Concisa granditas. פנים *facies*, centies notat *superficiem;* ut in פני הארץ & פני האדמה *facies terræ*, פני השדה *facies agri;* פני תהום *facies abyssi;* פני המים *facies aquarum*, *Gen.* 1: 2. & 7: 18. *Exod.* 32: 20. *Hos.* 10: 7. &c. &c. Non erat proinde, cur dimissa *facie aquarum*, quibus in hanc vocem proximum jus est, ad *faciem hominis*, qui hoc in

Co-

20 Orcus & destructio ejus non exsaturantur: & non exsaturantur oculi hominis.

21 Con-

20 שאול ואבדה לא תשבענה ועיני האדם לא תשבענה׃

21 מצרף

Colo non expressus, respiceretur. Phrasis lectissima הפנים לפנים *facies has ad facies illas.* Ista enim præpositio tum *successionem* affert proximam, tum *mutationem*, & *conversionem* in contrarium. Plene *Thren.* 5: 15. נהפך לאבל מחולנו *Conversus est ad luctum chorus noster:* & *Joël.* 3: 4. *Sol convertetur* לחשך *ad horrorem tenebrarum;* & *luna* לדם *ad sanguinem.* Brevius *Job.* 30: 31. *fuitque* לאבל *ad luctum cithara mea;* & *organum meum*, לקול *ad vocem plorantium*: id est, subito *in luctum*, *in* talem *vocem* abierunt. Est *character* nativus *aquarum*, *quibus ne ad momentum* quidem *una* eademque constat *facies*; & quibus nihil *mobilius*, in omnemque formam *mutabilius*, tum interiore æstu per se, tum per auras ventosque, qui easdem impellunt, ac circumagunt. Habes speculum *cordis*, quod item האדם לאדם *hominem hunc ad hominem illum* exhibet, tum interiore æstu, tum impulsu exteriore, concitatum. *Cic. pro Dom. Cap.* 2. *Itane vero? quod est in imperita multitudine vitiosissimum, varietas & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia certum & definitum jus religionum - - - deterret?* Huc tendunt *Proverbia* Τυχὴ Εὔριπος; & Εὔριπος ὁ ἄνθρωπος; *Euripus est homo:* nam in singulos quadrat, quod de turba *Cic. pro Muren. Cap.* 17. *Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias, habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? quorum totam opinionem parva sæpe commutat aura rumoris.* Nemo plura desideret. Sinus cuique suus, quotidianus testis est, & commentator. Non officit huic sensui, voces לב־האדם per *Mackaph* esse religatas: nam primo, *emphasin* habet & gratiam, *sic cor-hominem hunc, ad hominem illum.* Secundo, si quis malit, *Sic cor-hominis hujus, ad hominem illum*, non alium id admittat sensum, quam *invertitur*, desubito *immutatur*, ut ex *placido* in *conturbatum*, ex *commoto* item & *procelloso* in *tranquillum* & *serenum* transeat. Non præsens fuit Eruditis hominibus, quum hunc locum tractarent, sublimior illa figuratio, qua *Homo* ponitur pro *hominis indole*, vel *affectu*: ut quum dicitur *hominem in homine quærere: hominem exuere*, ac similia, generatim; & speciatim, *exuere*, vel *induere*, *Patrem*, *Matrem*, *Sororem* &c. Hujus argutæ dictionis, qua stylus sententiosus ac gravis in primis delectatur, exempla congessit Summus *Gronov. Obs.* L. 1. C. 6. ubi ex *Ovid.* de *Agamemn.* habes; *Pietatem publica causa, Rexque Patrem vicit*, i. e. *Regiæ dignitatis cogitatio affectum paternum in Iphigeniam.* Item de *Althæa* divisa ac distracta inter Filium & Fratrem, *Pugnat Materque Sororque.* Iterum *Sen. Tragicus* de *Medea: Materque tota conjuge expulsa redit.* Addere liceat geminum germanum ex *Quintil. Decl.* 19: 5. *Matre seposita complorat tantum uxorem:* & *Cap.* 11. *revertor in Patrem:* nec non jucunde temperatum hocce *Claud.* 1. *Stil.* 121.

- - - Patris stimulos, ignesque Mariti
Vincit cura Ducis - - - - - - - -

Id mutare non debuisset magnum illud *Nic. Heinsii* ingenium in

- - - Patrios stimulos, ignesque maritos

nam alterum istud multo grandius venustiusque: præsertim quum tam multa hujus saporis fercula nobis apposuisset ad *Metam.* 6: 629. *Matrem labare sensit*, ibi felicissime reponens pro *mentem*; atque *adfectum maternum* designari monens. Eadem fulget dignitate, האדם לאדם *hominem hunc ad hominem illum*, pro *affectum hunc*, *ad affectum illum* commutat *cor*; & quidem *mobilissimo* illo *æstu* quo *aqua* versari, & *faciem ad faciem*

21 מצרף לכסף וכור לזהב ואיש לפי מהללו׃

21 Conflatorium argento; & catinus auro: & vir ori splendidæ suæ laudationis.

22 אם

22 Si

ciem transformare videmus. *Aquas* מים *figuram* præbere *affectuum*, vel ex *Jesaj.* 57: 20. abunde notum.

Vs. 20. Non assentio *Mercero*, aliisque, sententiam hanc tam *in bonum*, quam *in malum* inclinare sciscentibus, quasi insinuaretur *oculos* qua *corporis*, qua *mentis* esse insatiabiles. Omnino *cupiditas oculorum*, quæ & aliis obversata jam, hic attenditur, in quam solam expetit & quadrat *comparatio* cum שאול ואבדה *orco* & *destructione ejus.* Non video etiam cur *Merc.* quem plerique secuti, שאול *sepulcrum* hic potius, quam *orcum* سلو sonare velit; nusquam enim istam notionem exerit. Videntur effugere voluisse incommodum, quod adhæret eorum interpretationi, qui de *Gebenna* & *Statu damnatorum* hic cogitarunt. Huc quidem vocabulum nostrum semet, materia cogente, crebro restringit. Attamen & laxiorem obtinet ditionem; ut ex *Ps.* 16: 10. & *Gen.* 37: 35. nemini non notissimum. Semper interim tristior subest relatio, & dirior adspectus, ex *dissolutione per mortem* oriundus: ut *Job.* 17: 14. & 7: 9. 1 *Sam.* 2: 6. &c. &c. Heic loci consignat *voraginem*, ut sic dicam, *mortis*, *omnia* nata *absorbentis*, ac *destruentis*. Ista nobis *vorago*, sed in celsam traducta *figuram*, expingitur *Jesaj.* 5: 14. & *Hab.* 2: 5. Eodem collineat *Ps.* 141: 7. Ei adjungitur אֲבַדֹּה, quod pro אֲבַדּוֹן positum volunt, ut *Prov.* 15: 11. abjecto *Nun*, & *He* pro *Waw* substituto. Eodem tendere creditur virgula *Masoræ*, אֲבַדּוֹ margini addentis. Mihi potius hæcce lectio suggerit *adfixum*, duplici modo exarari solitum: alias אבדון apposuissent. Ergo, *Orcus & destructio ejus non exsatiantur.* Vastissima illa *vorago* omnia *sorbens*, ac *consumens*, nunquam expletur. Sic *cupiditas oculorum nunquam* dicitur *expleri.* Nempe ingestione ipsa malum irritatur; atque acrius exardescit. Idem inculcatum *Eccles.* 4: 8. Grave *Schema*, quo *insatiabilis cupiditas* comparatur *orco destructori.* In locis adductis, *Jesaj.* 5: 14. & *Hab.* 2: 5. etiam *cupiditas opum*, ac *divitiarum*, cum *ambitione inexplebili*, qua *magna flagrant imperia*, attenditur.

Vs. 21. Subtili acumine pollens dictum; ad quod non penetrarunt eruditæ acies. *Merc.* I. & *Piscat.* *Ut conflatorio argentum exploratur, & fornace aurum purgatur a scoriis; sic ex operibus suis, quæ laudabilia facit, probatur unusquisque, & dignoscitur qualis sit.* Luxatur structura, quæ ad hanc mentem ita concepta fuisset, ופי מהללו לאיש *& modulus laudis ejus pro viro explorando.* Hoc tamen ne sic quidem enunciasset *Salomon.* Subnexuit *Mercerus*, *R. Levi* II. vocem איש non pro *viro*, sed pro *unaquaque re* sumere, ut sit, *rem quamque sua laude ac dignitate probari*, *atque a scoriis discerni*, quod in *stulto* secus se habeat. Nectit nempe cum *Vs. seq.* Id *nonnihil absurdum* vocat; nec immerito; nam *Hebraismus* quidem permittit איש אל אחיו *virum ad fratrem suum*, pro, *unum ad alterum*; & אשה אל אחותה *fæminam ad sororem suam*, pro, *unam ad alteram:* sed nunquam vel איש *vir*, vel אשה *fæmina*, absolute sic venire possunt. Eodem usu & nexu tamen, *Jun. denique res quæque ex præscripto laudationis ejus:* nec non *Cocc.* III. *Et quodque secundum gloriationem suam* est. Sensus hicce. *Cum multa ad multos usus instrumenta sint*, *quæ feliciter usum sui præstent*, *juxta professionem suam*, *ac nomen quod gerunt*; *nullum instrumentum reperiri quo stulti liberari possint a stultitia.* Acute: sed nec structura, nec Lingua, annuente. Nexus quoque gratis suppositus. Sub eodem tamen & *de Dieu* IV. ex alio significatu exsculpsit, *& vir secundum stultitiam suam* castigandus est. Est longius adductum; & הולל *insanivit* potius ad הול referendum. Doctiss. *Belgæ* misso nexu V. *Ita vir secundum laudationem suam*, nempe *probatur*, *exploratur*: hoc est, *prout accipit famam de se spar-*

22 Si tutuderis craſſum pilo contuſore inter freſſum ervum in mortario: craſſities illius de ſuper eo haud deceſſerit.

22 אם תכתוש את האויל במכתש בתוך הריפות בעלי לא תסור מעליו אולתו׃

23 Nos-

23 ידע

ſparſam; ita internoſcitur qualis ſit. Vicinum eſt, & paulo plenius, quod LXX & *Vulgat.* VI. expreſſere, *Sic probatur homo ore laudantis* pro מְהַלְלוֹ legentes מְהַלֵּל.

Hinc emergit; *quum coram quis dilaudatur*, *facile diſcerni*, *ſitne gravis*, *an levis*; *argentum an ſcoria? aurum an plumbum? modeſtus*, an *vanus*, & *arrogans?* Idem ſenſus ex *Lectione* noſtra ſe porrigit, quæ converti poteſt, *& vir ad os laudationis ſuæ*, atque iterum reſolvi, *ad os ipſum dilaudans.* Sane nil æque lubricum, quam *in os laudari:* ut qui iſtud *conflatorium ſuſtinere* valuerit, *ſolide ſapiens* judicari mercatur. Huc proinde cum *Gejer.* inclinarem, niſi *Syntaxis* refragaretur, quæ hic iterum poſtulaſſet ופי מהללו לאיש *& os laudationis ejus viro*, nempe *inſtar habet conflatorii* ac *fornacis.* Longius abit, & alienum eſt, quod adjecit *Gejer.* VII. etiam *os laudationis ſuæ* referri poſſe ad *eum*, *qui ſuæ laudis præco ſit & buccinator.* Hoc ſi intendiſſet Sapiens, *folles* nobis *inflatos* pinxiſſet, ſecundum illud *Horat.*

At tu concluſas hircinis follibus auras,
Ut mavis, imitare.

Conſtructioni preſſius inſiſtens, ſerviensque *Cler.* VIII. dedit, Quod eſt *conflator argento*, *& catinus auro*, id ipſum eſt *vir ori laudatoris ſui.* Filum eſt ſat molle. Ei hanc ſubjungit mentem: *hominem laudatum facile explorare poſſe*, *an qui eum laudat*, *ſerio laudet*, *an animo adulandi.* Sane vero! ſi *craſſa* ſit *adulatio:* ſin *ſubtilior*, nil forte difficilius. Senſit Vir Doctus, ac propterea rite ſubmonuit, *hominem ut ſecernere poſſit vera præconia a falſis*, *ſapientem eſſe oportere; nec nimio ſui amore laborare.* Ita ſane res habet: ac proinde ſi לפי מהללו pertineat ad *laudatum*, erigenda erit *Gnome* IX. tribus colis ſic digeſta, *Conflatorium argento*, *& catinus auro; & vir ori laudationis ejus*, *quod eum dilaudat:* ut ſcil. ſe *ad laudes* illas *præſtet conflatorium* ſimul & *catinum:* ut *eas* non temere admittat, non facile pro genuinis recipiat; ſed, ſine affectatione, repudiet, tanquam ſcoria multa ſuffuſam adulteratamque *monetam*, vel ſaltem nunquam ſine ſerio & ſevero examine ſibi quicquam hoc in genere ingeri patiatur. Vides *grave officium*, quale eſt *Aurificis*; in *metallis* conflandis, excoquendisque. Hic pedem fixiſſem, niſi ponderoſius adhuc judicaſſem X. quod לפי מהללו *active* ſumtum miniſtrat: *& vir ori laudationis ſuæ*; ſit ſcil. quod *conflatorium argento*, quod *catinus auro:* cavendum ſcil. viro ſapienti, ut *laudes ſuas* non *ſpargat*, non leviter *profundat;* ſed *parcus* ſit, ut ait ille, *laudator;* ne *præconia* ejus *vileſcant*, ac impuri inſtar metalli omne pretium amittant. מהלל eſt *laudatio ſplendida*, vel ea *laus*, qua *quis* ut *ſplendidus* celebratur, ac commendatur, præſertim *in publico.* פי מהללו *os ſplendidæ laudationis ſuæ*; eſt, *publica celebratio*, & *commendatio*, qua *Laudator* aliquem *omni verborum honore ornat.* Hæc *ornamenta laudum* habere debent *pondus* æque ac *ſplendorem*; ac propterea *ab omnibus ſcoriis vanitatis* debent eſſe *excocta*, & *expurgata*; inſtar *auri* vel *argenti* ad *obruſſam* explorandi. Cumulatiſſima ergo, & omnibus numeris exactiſſima emicat *Gnome:* quod *conflatorium argento*, & *catinus auro*, id *vir* ſit *ori ſplendidæ ſuæ laudationis.*

Vſ. 22. Vehemens dictum, atque amentatum veluti telum, in אויל *ſtolidum.* In eo conſtituendo nonnihil variatur ob tria vocabula rariora מכתש, עלי, & ריפות. Ad ea divinari, arguit diſſenſio Veterum & Recentiorum. *Alexandrini* I. Ἐὰν μαστιγοῖς ἄφρονα ἐν μέσῳ συνεδρίου ἀτιμάζων, οὐ μὴ ἀφέλῃς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ. Verbum כתש *tundere* per μαστιγοῦν ſe reddi patitur: at συνέδριον illud unde arreptum ſit ſub הריפות, nullus expu-

puto; ut nec sub בעלי istud ἀτιμάζων. Nempe, ut dicebam, divinarunt; atque id dederunt, quod videbatur convenire. Consimiliter *Chald.* II. *Si percusseris stolidum plagis* בנו סיעתא *in medio cœtuum*; nisi quod pro בעלי exhibeat באודרא *in area.* Obscure. Speciosius divinarunt *Aquila* & *Theodot.* III. Ἐὰν κόπτῃς τὸν ἄφρονα ἐν ὅλμῳ ἐν μέσῳ ἐμπτισσομένων ἐν ὑπέρῳ. Plane ut *Vulgat. Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo.* Est jucunda figuratio; in qua מכתש ὅλμος *pila, mortarium, a tundendo* non incommode exsculpitur. Illa *pila* traxit *pilum* sive *pistillum* sub voce עלי: cum quibus *ptisanas*, pro הריפות substitutas, pulchre constare judicatum. *Aquila* in ὑπέρῳ *Etymon* quoque captavit solens: idemque aucupium cernere est in *desuper feriente pilo.* Est nempe ἅπαξ λεγόμενον, ad quod divinationi indultum; atque inde *Lexica* nostra obsedit עלי *pistillum*, quod subinde *adscendat & attollatur.* Alterum הריפות adhuc semel occurrit 2 *Sam.* 17: 19. ubi LXX ignari quid esset, ἀραφὼθ retinuere: *Aquil.* & *Symm.* edidere πτισάνας; nec non *ptisanas*, *Vulgat.* at *Theodot.* παλάθας *palathas ficuum.* In *Lexicis* fere *grana contusa* redditur, a רוף *quassari, contundi*, ut volunt *Job.* 26: 11. Atqui illud ירופפו a רף رف potius propagatum; & diversa ibi potestas *coruscationis tremulæ* obtinet: ut proinde *Ptisanis* istis nihil aliud juris sit, quam quod *pila* & *pilum* ei vindicarunt. Huc interim magno consensu descensum a *Recentioribus*, quod imago, ut sane est, peropportuna videretur; nec melius quicquam sese offerret. Non omne tamen opportunum, eo ipso verum, & a Spiritu S. intentum. Non temere proinde dicam receptissimæ opinioni scripsit *Gusset.* IV. sub Radice עלה; atque vocabula מכתש, עלי, & הריפות ignota esse urgens, satis ingeniose infert, si utique tenenda figura hæcce, מכתש potius capiendum esse pro *pistillo*, & עלי pro *mortario*; sic dicto *quod res contentas sustineat altiores solo telluris* &c. Inde ulterius progressus, & ipse *divinationem* strenue exercet, atque geminam nobis excudit conjecturam. Prima V. supponit ריפות a רוף *quassari, tundi*, notare *quassam cannabim*, quæ quadret 2 *Sam.* 17: 19. collato *Jos.* 2: 6. Hinc sub מכתש assumit *machinam serratam, qua teratur cannabis*; cujus *superior pars* עלי vocitetur. Id ita applicatur: *illo quidem instrumento cannabin mundari stipulis; stultorum autem stultitiam nequaquam purgari.* Altera conjectura VI. argutius quod scrutans, ex ריפות extundit *remedia*; תרופה dicta *Ezech.* 47: 12. *Eorum multa*, inquit, *parantur clibano, nunc alembico dicto. Illi congruit nomen* עלי, *ac præsertim summitati ejus; quia adscendere facit* &c. *Eidem competere debebit* מכתש *sive toti, sive loco ejus inferiori* &c. Applicatio iterum sic habet. *Si expanderes stultum in* Alembico, *non tamen ex eo stultitiam secerneres.* Hanc ingenii sui filiolam exosculans Vir Doctus, subdit: *applicatio evidens est, nam a simplicibus separatur* alembico *id, quod ita substantiæ eorum innexum est, ut & essentia eorum nuncupetur; sed simili conatu stultitiam non separares a stulto, adeo est ipsi inolita.* Hoc quidem est *cerebrum* suum *in alembicum immittere*, ut habet phrasis, *alembiquer sa cervelle:* & tamen nihil hic commissum a Cl. *Gussetio*, nisi quod methodus *Metaphysica* & commendat, & exercet; quodque sibi, omnibusque adeo, permittunt, qui pugnant sine luce *Dialectorum* ex ipsis *Sacri textus* visceribus genuinam verborum significationem erui posse. Hæc fundi *Hebræi* calamitas. Hinc illa non neglectio solum, sed contemtio, sed impugnatio, sed criminatio etiam *Dialectorum*; qua juventus *Academica* clam, palam, ab earundem studio proterretur a multis, qui ne limina quidem earum unquam salutarunt. Prætexitur enimvero reverentia *Linguæ Sanctæ*; sed eam irreverentiam potius esse sacratissimi Verbi judicabunt, qui rem ad trutinam veritatis mecum exigent. Nihil irreverentius sane, nihil a vera ratione alienius, vel in profanis Auctoribus tractandis, quam pro arbitrio sibi notiones confingere, indeque precarios sensus consarcinare: nedum ut ista fornacula imaginationis, vivæ forte, & ardentis, sed tamen imaginationis, *Sacro Codici* enucleando admoveatur. Sed in viam. *Alembicum* istud ריפות per *remedia* conversum conflavit; quæ a רוף *quassari* nomen invenerint. Et hoc imaginarium. ירופפו

 Job.

Job. 26: 11. a רפף, ut monui, ducendum potius. תרופה *Ezech.* 47: 12. infra illustrabo. *Remediis* certe illis nihil loci relictum 2 *Sam.* 17: 19. *Lini-frangibulo*, & *cannabi*, ex eadem officina profectis, non immorabor, quum ultro nunc dilabantur. Quid ergo? & quorsum tandem jactatus hicce lembus dirigetur, ut firmam intret stationem? Sæpe dixi, idque repetere non verecundabor, multo reverentius esse, & nobilius, fateri *defectum lucis*, & *cognitionis*, quam aliquid ex ingenio cudere, & pro vero venditare. Altero publica industria acuitur, & inflammatur; altero hebetatur ac restinguitur. Si nihil auctoritate *Dialectorum* suffultum expromere valerem, istam confessionem edere haud reformidarem. Sed bonum factum, quod Fontes nostri hic non areant. Inde ut *Harmoniam* jucundissimam *Thematis* علی cum עלה *Hebræo* haurire datur, ita percipere est, VII. עלי fuisse aliquid simile *mortario*; nam علا *masc.* & *fœm.* علاة frequentatur pro *lapide præduro super quo intrita parantur:* unde & *Latinis* dictum *mortarium* quasi *moretarium*, sive *instrumentum moreto terendo.* Erat τρίμμα, *intritum* ex *allio*, *caseo*, *oleo*, *aceto*, aliisque: qualia bene multa recensent Philologi *Arabes*, quibus omnibus terendis inserviat علاة vel עלי علا. Apponunt pro specimine اقط *Lac acidum*, sive potius *Lactis acetosi offa siccata*; qua *intritas* temperare solent. *Camus.*

العلا السندان وحجر يجعل عليه الاقط *Vox* עלי *signat incudem*, & *Lapidem super quo paratur intrita lactis acetosi.* Ea vocatur بسيسة, apud *Golium*, & عبيثة *miscella butyri & lactis acetosi, adspersa etiam polenta, vel ptisana.* Usus forma *fœmin.* علاة *Tarapha* in *Moallek.* Vs. 29.

وجمجمة مثل العلاة كانما
وعي الملتقي الى حرف مبرد ❁

Et cranium instar mortarii, tanquam si consolidata essent
Commissuræ ejus ad aciem usque limæ.

Licet quoque *incudis instar* reddas: nam *Lapis super quo teritur massa*, & *incus*, ferme unum idemque sunt; ab *altitudine* & *eminentia* appellationem trahentes. Sic vocabulo עלי nativa facies redit; sive jam *incudem* signet, *ferro terendo*, sive *mortarium*, *intrita paranda.* Hoc a vocabulo הריפות dependet. *Grana contusa*, *Ptisanas*, *molas*, ex *radice* רוף derivare, est aquam ex pumice evocare. Ad *Job.* 26: 11. indicavi jam רפת رفت *confregit*, *contrivit*; unde ריפות forma *singulari* processerit, ad legem קיטור, קימוש, similiumque. *Camus.*

رفته يرفته ويرفته كسره ودقه وانكسر واندق لازم متعد وانقطع وارفتّ ارفتاتا في الكل والرفات الحطام والرفت التبن والذي يرفت كل شيء *Verbum* רפת, *cum gemino fut. per Damma & Kesra, est fregit quid & contrivit; nec non fractus ac contritus fuit; intransitivum & transitivum simul. Itemque conscissus fuit: quod in IX.* רפתת, *cum infin.* רפתות. *Iterum* רפות *sunt fragmina collective*; & רפת *est stramen: ut &, qui omnia frangit ac conterit.* Suspicor tamen ante posterius كل excidisse من, ut fit, & *quicquid de omni re frangitur, teriturve.* Habes ip- [illegible] *ptisanas*, si velis; itemque *fabas fressas*, *cicera fressa*; quas speciatim hoc vocabulo designatas valde verisimile. Certe *articulus* הריפות signantissimum aliquid digito veluti demonstrat; illaque forma sic enunciata ultro vim collectivam, sive numerum pluralem, amplectitur. Egregie quadrat 2 *Sam.* 17: 19. *& expandit super puteo* ve-

velum, *eique superinjecit* הריפות *fabam fressam*; vel *ervum ciceroe fressum*; pabulum scilicet bubus; *Colum.* 2: 11. & 6: 3. & alibi. Ab eadem radice רפת *Segolatum* semel mansit *Hab.* 3: 17. אין בקר ברפתים *non est bos in ervis fresis.* Hoc pro *stabulis* substitui, nemo nunc improbabit. *Fruges*, *legumina*, *cicera frendebant*, i. e. *frangebant* Veteres, *adhibito Lapide* plano, paululum cavato, tanquam *mortario.* Id intendi per הריפות בעלי *cicer fresum in mortario* undique dilucet; & promtior adhuc ansa porrigitur, ad *comparationis* vim enucleandam. Respondet omnibus hisce מכתש, cum suo sibi *Themate* כתש. Id nuspiam alibi in *Sacris* extat. *Tundendi*, *contundendi* potestas ex *Dialecto Aramæa* innotuit generatim; speciatim quoque inde hauriri potuisset *metaphora* aliquem *contundendi plagis*, *verberibus* &c. Hoc attendens *Chaldæus* dederat אין מחית ליה לשטיא במכתשי *si percusseris stolidum verberibus contundentibus.* Semet tamen prætercurrit, & מכתש haud dubie hic notat primo adspectu, *instrumentum quo quid tunditur*; sive *contusorium*; cujus *ictu tundente* aliquid *frangitur.* Apud *Arabes* كدش exaratur, ex *Dialecto*, qua *Thaw* in *Dhal* transsilit. Exempla in *Clavi* congesta, p. 206. & 314. 315. In *Appendice Golii* tantum comparet, ex *Camuso*, cujus copiam hic dedisse juvabit:

كدشه خدشه وضربه بسيف
او رمح ودفعه دفعا وقطعه
وساقه وطرده وبعياله كدح
وكسب والمكدش المكوي

Verbum كدش *est excoriare scalpendo; & ferire gladio aut hasta; & tundere, scindere, trudere, propellere, expellere; item corradere & lucrum extundere pro familia: denique part. pass. II. excoriatus tundendo, est cauterio inustus.* Vides, quid cum *Mem instrumenti* valere debeat מכתש, nil aliud utique quam *contusorium*: id est, *pilum*, *pistillum*, aliudve, quo quid *excoriatur tundendo.* Illa *excoriatio* hic neutiquam e manibus amittenda. Ei nempe succinit אויל proprie *crassus* παχύς, *crasse stolidus*; &, *non recederet ab ipso* אולתו *crassities ejus*, quæ veluti *cortex* est & *corium*, totam ejus mentem obsidens. Hoc vinculum *comparationis*; hic nervus. *Crassissima* quæque *legumina* possunt liberari putamine suo, ac cortice; non item *crasse stolidus*, quantumvis *plagis excorietur*, quin & מכתש *contusorio* gravi *inter* הריפות *cicer fressum tundatur* בעלי *in mortario*, in *Lapide præduro.* Tenacius isti homini *crassities* sua inhærescit, quam ut ulla castigatione vel acerrima ab ipso sese divelli patiatur. Verbulum addendum de מכתש אשר בלחי *Jud.* 15: 12. quod לחי aliis *appellativum*, nomen est, aliis *proprium.* Si *appellativum dentem molarem*, *quæ in maxilla*, designet necesse est, non *loculamentum* vel *alveolum*; ut volebant *Rabbini*, quos *Boch. Hieroz.* T. I. p. 203. nimis acriter defensat: non etiam latiore usu *lacunam*; quorsum *Cocc.* tendit, cui לחי est nomen *proprium.* Ego *dentem molarem*, *qui in Lechi*, tunc præferrem, explicandum de *Petra* ibidem *se obtusius exerente.* Aliud etiam מכתש *Zeph.* 1: 11. attingendum; ubi nescio quæ nimia mira ex *mortario*, gratis adscito, inducta. Omnino *Petra*, & quidem *planior obtusiorque*, a similitudine *dentis molaris* nomen indepta, sensum explere videtur.

Ibid. Digredi hinc nequeo ante, quam solitariæ voci תרופה *Ezech.* 47: 12. aliquid etiam lucis adspersero. De *arboribus Sanctuarii* dicitur ibi, *fructum fore in cibum*, & *folium*, vel verius *ramos*, לתרופה. Εἰς ὑγίειαν LXX. itemque *Apocal.* 22: 2. Εἰς θεραπείαν. Inde assumta *sanatio*, *medicina*: & ad רפא *sanavit* pertinere, vel saltem notionem ab ea transsumtam esse, judicatum. Id *Analogiæ* adversatur. *Stock.* a precaria vi *quassandi* sub רוף dat *medicamentum quod confringat vim morbi.* Violentum, ut quod maxime, *quassationem* in tale *remedium* converti. Sic quidem præferenda foret *fractura*, quam *Genevens.* adsciscere ausi, ut *ad fracturam*, sit, *adversus eam*, εἰς θεραπείαν. Ad *remedium* etiam inclinabat *Gusset.* sub עלה; inde progressurus sub רוף ad *incorruptibilitatem.* Genus, ut quisque cernit, non *arbitrarium*, sed *illusorium.* Verbum ירופפו ad *Job.* 26: 11. ex רפף رف ab hallucinationibus vin-

 di-

23 Noſcendo noſces faciem pecoris tui; apponere cor ad greges.

23 ידע תדע פני צאנך שית לבך לעדרים׃

24 Nam

24 כי

dicatum. Ibidem תרופה vel a תרף ترف, vel a רוף راف & ריף, adferre dixi *amœnitatem*, & *fruitionem jucundam*, *viroris* ac *vigoris vernantis*. Ita in *Camuſ.* الريف ارض فيها زرع وخصب والسعة في المال والماكل والمشرب وما قارب الماء من ارض العرب اى حيث الخضر والمياه والزرع وراف البدوي يريف اتاه كاريف وتريف والماشية رعته وارض ريفة خصبة وارافت الارض واريفت اخصبت *Forma* ריף *notat terram ſatis & proventu uberi lætam: nec non laxitatem uberem opum, & paſtus, & potus. Item quicquid aquis adjacet terrarum Arabiæ, aut ubi viriditas cum copia aquarum & ſementi. Verbum* רוף *cum fut.* יריף *adhibetur in deſerticola ad terram ita vernantem veniente; ut & IV. ac V. Etiam in pecude uſurpatur talibus paſcuis gaudente, &* ארץ ריפה *eſt terra læto proventu abundans: itemque* in IV. media *quieſcente*, & *mobili*, *terra proventu læto exuberavit.* In *Hamaſa* Poëta vetus

جَوَّابُ بَيْدَاءَ بِهَا عَرُوفٌ ❀
لَا يَأْكُلُ ٱلْبَقْلَ وَلَا يَرِيفُ ❀

Trajector deſerti, eique familiariſſimus;
Nil edit oleris; nil paſcit viroris.

Pulchre *Harir. Conſ.* 26. فلبثت بضع سنين انعم في نعم ضيافته وارتع في ريف رافته

Diverſatusque ſum ibi aliquot annos, amœniſſime fruens deliciis hoſpitalitatis ejus, atque libere paſtum incedens per ריף *uberantem proventum benignitatis ejus.* Ex hoc fonte תרופה derives licet, ad *vernantem amœnitatem* ſignandam, qua quidem nihil iſta in ſede lætius, completiusque. Eadem gratia ac dignitas eluceſcet, ſi a *Themate* תרף ترف deducatur. *Camuſ.* اَلتُّرْفَةُ ٱلنِّعْمَةُ وَٱلطَّعَامُ ٱلطَّيِّبُ وَٱلشَّيْءُ ٱلطَّرِيفُ تَخُصُّ بِهِ صَاحِبَكَ وَتَرِفَ تَنَعَّمَ وَأَتْرَفَتْهُ ٱلنِّعْمَةُ أَطْغَتْهُ أَوْ نَعَّمَتْهُ كَتَرَّفَتْهُ تَتْرِيفًا وَٱلْمُتْرَفُ ٱلْمَتْرُوكُ يَصْنَعُ مَا يَشَاءُ لَا يُمْنَعُ وَٱلْمُتَنَعِّمُ لَا يُمْنَعُ مِنْ تَنَعُّمِهِ *Forma* תרפה *Turpha*, (*quæ &* תרופה) *eſt idem quod* נעמה *amœnitas omnis, & cibus delicatior, & res quævis elegantior, quam amico deſtinas donandam. Verbum* תרף *eſt* תנעם *amœnitate omni gaviſus eſt. In IV.* אתרפתה נעמה *delicatiorem eum reddidit amœnitas, in malum, corrupit; in bonum, jucunda fruitione permulſit. Idem in II. obtinet. Et part. IV.* מְתְרַף *abſolute, ſibi relictus qui patrat quod ei volupe, nemine compeſcente. Item amœnitate omni abundans, quem nemo a deliciis ſuis probibeat.* Jam perdifficilis, credo, fuerit optio. Quodcumque eligas, habes quod te ſuavi imagine demulceat, quum *celſi rami* iſtarum *arborum* dicuntur fore

24 כי לא לעולם חסן ואם נזר לדור
דור׃

25 ולה

24 Nam non in seculum opulentia vel munitissima: & num corona in generationem generationis?

25 Mi-

fore לתרופה in *delicatissimam amœnitatem.* Hanc amplitudinem etiam Θεογνωσία *Johannis* amplectitur.

Vf. 23. Quinque extremi Versus, unam Pericopam conficientes, exhibent præceptum *Oeconomicum*, sive *Pastorale*, de gregibus attentissime curandis, ut res opesque constabiliantur, atque magis magisque florescant. *Allegoriam* resipit speciosissima pictura, ad quam tamen hic abiri, intempestivum censet *Mercer.* Fateor enimvero, *intempestivum* esse quod nec justis coloribus temperatum, nec maturum satis. Intempestivum quoque, quum abjecta *litera*, velut inutili putamine, in *nucleum* aliquem *imaginarium* acies intenditur, qui *Literæ* suæ parum, aut nihil, respondeat. Hoc genus amputare malo, ac circumcidere, quam recensere. Adfirmare interim non verebor, omnino *Allegoricam* esse hanc *tabellam*, quæ *a cura rei privatæ* adscendat *ad procurationem rei publicæ*, & munia virorum *principum*, qui Ποιμένες λαῶν salutati inde ab ævo. *Literalis* sensus hujus *Vf.* commendat *diligentem* subinde *inspectionem gregum*, quæ vel a *locupletissimis agro*, & *pecore*, sit *obeunda.* Hoc venuste appellatur, *noscendo noscere faciem sui pecoris.* Solent fere opulenti possessores curam istam in *villicos*, & *mercenarias operas* transmovere; atque statum, habitumque, gregum suorum plerumque ignorant. *Frons* tamen *occipitio prior est*, ut acute *Cato* de R. R. monet, & *fertilissimus in agro, in grege, est oculus Domini*; ut aliud Oraculum in eundem sensum inculcat. Apud *Aristot. in Oecon.* 1: 6. vetus *Apophthegma* laudatur, τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη μάλιστα πιαίνει τὸν ἵππον. Inde *Colum.* L. 4: 18. *Oculos & vestigia Domini res agro saluberrimas*, traxit. Idem L. 1: 1. insinuat, *Nihil tantum pollere* in re rustica, *quantum vel una præsentia Domini*, *quæ nisi frequens intervenerit*, *ut in exercitu cum abest Imperator*, *cuncta cessare officia.* Hæc ad sublimiorem sensum prælucent, quem complebit pulcherrima comparatio *Theocr. Idyl.* 25: 56.

Χθιζὸς γ' εἰλήλουθεν ἀπ' ἄστεος, ἤμασι πολλοῖς
Κτῆσιν ἐποψόμενος, ἥ οἱ νήριθμος ἐπ' ἀγρῶν·
Ὡς που καὶ βασιλεῦσιν ἐΐσκεται ἐν φρεσὶν ᾗσι,
Αὐτοῖς κηδομένοισι σαώτερος ἔμμεναι οἶκος.

Habes *innumeri gregis possessorem*, qui *pecus suum inspecturus* per multos dies accesserit, id est, *faciem ejus nosciturus:* ad quod exemplum *laudabiles Reges* non *per oculos* videant *ministrorum*, sed ipsi per se *negotia Regni* introspiciant; atque procurent, ut ea quam florentissima sint. Hoc *Regi* sapientissimo obversatum hac in serie, jucundissime pertexta, pondera rerum ac sententiarum arguunt.

Vf. 24. Celsiorem huncce adspectum cum litera conjungendum, illustres porro characteres sustinent & commendant, ita temperati, ut a fortunis privatis, ad regias opes, & Diadema, mentem efferant. Subtilius concepto sensu *Salomonis* excidisse mihi videntur Interpretes, quum hic *oppositionem* institui censuere inter חסן *divitias*, annexumque נזר *diadema*, *coronamentum*, & inter *pecorum greges*; quasi innueretur, *thesauros non esse stabiles*, & *coronam*, i. e. *dignitatem* quantumvis *magnam*, non in omnem ætatem perdurare: at *pecorum certam esse & firmam possessionem*, *quæ reditus summos afferat.* Ita *Mercerus*, cum plerisque. *Castalio* hic apposuit: *Ceteræ divitiæ consumuntur; sed pecora & herbæ prole perpetuantur.* Hæc amplificans *Cler.* annotavit, *voce* חסן *divitiæ in pecuniis sitæ significantur, quum iis opponantur greges &c. Divitiæ negantur esse perpetuæ, quia si parata utimur pecunia, brevi exhauritur: nummus enim in arca non parit nummum. Contra greges fœtura perpetua conservantur & augentur* &c. Subdit per נזר *insigne regium*, *hic intelligi eximiam pecuniæ magnitudinem & copiam, qua quis præ ceteris civibus emineat; quia superiora non magis ad Regem pertinent, quam ad quemlibet privatum.* Apparet, non penetratum ad lumen, & acumen, *Allegoriæ*, quæ ideo verba חסן *opulentiæ emunitæ,* &

25 Nituit gramen virescens, & conspecta fuit herba luxurians; & pabula montium comportata sunt. | 25 נגלה חציר ונראה דשא ונאספו עשבות הרים׃

26 Agni | 26 כבשים

& נזר *diadematis*, hic intexuit, quia a *florentissimo statu privati*, his figuris insignito, adscendi volebat ad *Reges*, *regalemque* cum *opulentiam*, tum *Majestatem*. Non dimittenda erga vis *diadematis*; quamvis eo hic *eximiam* & *eminentem copiam divitiarum* in *privatis* hominibus figurari lubentissime concedam. Nulla hic *oppositio*, ut dixi, qua *instabili pecuniæ paratæ*, *stabiliores proventus fructusque gregum* anteponantur. Multa ad istam *Antithesin* sustentandam supponi video, de quibus nihil in contextu: agi de *pecunia parata*, agi item de *sterili*, quæ *non exerceatur*; sed in *arca* jaceat. Adjecit *Gejer*. insuper, *quæ furtis*, *incendiis*, *aliisque calamitatibus*, *possint decrescere atque interire*. An ergo *greges* nullis *calamitatibus*, *rapinisque* obnoxii? Quid? *greges ipsi*, summa veterum opulentia, nonne חסן *arx* quædam *munita divitiarum*, & נזר *coronamentum* familiæ locupletissimæ, appellitari merentur? Hoc clarum: oculi tantum ad *Jobum* referantur. Progredior ulterius, & liquido asseverare possum ipsos illos *greges*, *Vs. præced.* inductos, hic titulis decorari חסן *opulentiæ munitæ*, & נזר *coronamenti*. Nempe hoc versu adstringitur necessitas *pecoris sui noscitandi*, & *cor ad greges apponendi*, tanquam in acie, & statione quotidiana; *quia opulentia* vel *munitissima non sit in æternum*, per se scilicet, *sine cura ei* conservandæ *impertita*: sed contra *fluxa* sit admodum, & sensim sine sensu *dilapsura*, vel & præcipiti impetu *elapsura*, nisi *oculi vigiles*, & ad rem attenti, *pro ea excubent*, fidamque ei ac firmam *custodiam* circumdent. Eundem in scopum collineat interrogatio vehementius negans; *& num coronamentum* לדור דור *in seculum seculi?* Iterum, *per se*, *suomet* quasi *vigore* ac *splendore*; quo *sese* vel sine *inspectione possessoris*, *pervigilique attentione*, tueri valeat. Hoc nemo sanus dixerit de *privata re*; multo minus de *Republica*, ac *Regno*, haud sane staturis si *Rex*, aut *Princeps*, se deliciis ac voluptatibus immergens, istius inspiciendi curam abjiciat, idque negotii totum in ministros devolvat, ita ut *faciem pecoris sui*, & *statum habitumque gregum suorum* penitus ignoret. Sic jam *Allegoria* pleno in die relucet, simulque percipere datur, quam dextre eidem intertexta sint vocabula חסן *opulentiæ munitæ*, & נזר *coronamenti*, *diadematis*, quæ *rei privatæ* accommodata per jucundam figurationem, in *Regno*, & *fortunis regalibus*, genuinam suam potentiam demum consequuntur. *Opulentissima* etiam *regna* sub *Domino* vecorde, ac dissipato, dissipantur: & si nomen *Regum* forte *hæreditarium* sit, *coronamentum* tamen, id est, *splendor vigorque illibatus Imperii* ad *hæredem* non transmittet, nisi fida pro *ejus incolumitate* cura perpetim excubuerit.

Vs. 25. Vel maxime hic ab omnibus obhæretur; & filum ab initio minus dextre susceptum, hic perplexim intricatur. *Merc.* monens *connexionem esse subobscuram*, geminum affert sensum ex *Kabvenaki*; unum, *ut afferatur in similitudinem ejus*, *quod dixerat*, *instabiles esse thesauros*, *qui ut fœnum prodeant*, *& ut germina emicent*, *sed mox arescant*, *atque deficiant*. Alterum, *ut sit præceptum de colligendis herbis ad pecus alendum* &c. Posterius ipsi, reliquisque fere, arrisit, hoc sensu, *simul ac emerserunt herbæ a diligenti patre-familias colligentur*. His נגלה est *patuit*, *conspicua fuit*. Ex alia notione verbi *Cocc.* *Migrat gramen*, & *apparet herbascens viriditas*, *& colliguntur herbæ montium*. Refert ad *benedictionem Dei*, *quæ studium agri & pecoris præcipue prosequatur*, *& quotidie occasionem præbeat hujus curationis*; *quum enim defectum fuerit gramen*, *novum mox virorem emicare*, *& tandem herbas montium comportari in horrea ad hyemem*. Eundem scopum, nexumque intendit *Cler.* *Ostenditur quam facile alantur greges*, *cum sine semente*, *manibus hominum facta*, *quotannis nascatur pabulum*. Non

26 כבשים ללבושך ומחיר שרה עתודים׃

27 ודי חלב עזים ללחמך ללחם ביתך וחיים ל.ערותיך׃

26 Agni in vestitum tuum; & arietes pretium agri.

27 Et affatim lactis caprarum in cibum tuum: in cibum domus tuæ; & victum puellis tuis.

Non hoc *Salomoni* obversatum. Series *Parabolæ* exigit effectum *oculi inspectoris*, & *vigilis*, *per se greges*, *agrosque*, *obeuntis*, ut *Vs.* 23. inculcatum. גלה hic omnino valet *prodit*, vel potius *promicat*; proprie *nitet*, جلا. Habes ipsum illud *Oraculum* rei rusticæ quod supra ex *Colum.* adductum, *Oculum & vestigia Domini esse res agro saluberrimas.* Hoc ita sententiose ac pervenuste enunciatum; *Nituit viror; & apparuit herba densior; & collecta sunt pabula montium.* Pingitur *verna*, primum, & *æstiva facies agrorum*, *præsentiam domini sentientium:* subjungiturque, pro *autumno* & *hyeme*, undique *collecti* atque in horrea comportati *pabuli copia.* His coloribus, sublimiore adspectu, *florentissimum Rei-publicæ* aut *Regni statum* repræsentari autumo; quod ubi *gregum suorum faciem noscit*, *inspectatque* Princeps, non potest non *nitere lætus* ubique *viror*, ac *vigor* familiarum; & *densior herba*, i. e. *abundantia* omnis & *prosperitas conspici*: *montium* quoque, i. e. *urbium florentium*, vel & *aliarum regionum germinibus* & *pabulis* undique orarum *convectis* in horrea publica, per commercia, aliosque canales.

Vs. 26. Subnectitur alter effectus *Oculi gregum suorum faciem noscitantis.* Litera satis promta; indicatur enim *velleris* ac *lanæ copiam*, ab *agnis* redundantem, *vestimenta suffecturam*: itemque *hircos* suppeditaturos *pretium agri*; quippe qui & ipsi læte provenientes, atque multiplicantes simul, simul multiplicati, Dominum vigilem ditaturi sint, largumque pecuniarum modum ei refusuri, unde modus agri accrescere, & nova latifundia parari queant. Quid jam *Allegoria?* Haud dubie id, quod *agni* & *hirci* stylo Emblematico adferre solent. *Agni* sunt *mites pacis cultores*, ad quorum classem pertinent omnes, qui vel *mercaturam*, vel *artes*, quascumque tandem, exercent. *Hirci* sunt *viri militares*, ad *bellica officia* acres & parati. Utriusque *classis* character ultro hinc se ingerit. Prior *lanas molles* & *vestimenta* ministrat: omnia commoda, adjumenta, fomenta, vitæ pacatæ. Posterior *agrum Domini* & proprium *armis* defendit, & alienum *eidem* acquirere ac parare valet.

Vs. 27. *Emolumentum* ex *gregibus* probe *noscitatis inspectatisque* exuberans, jucundissima clausula obsignatur. *Litera* in omnium oculos incurrit. Dispiciamus ergo, quid *Allegoria* suggerat. *Proletariam turbam*, & *vulgus infimum* ea figurari existimem. Faciunt huc, quæ tangit *Colum.* L. 7. C. 6. *Caprinum genus dumeta potius*, *quam campestrem situm desiderat*; *asperisque etiam locis ac sylvestribus optime pascitur. Nam nec rubos aversatur*, *nec vepribus offenditur*, *& arbusculis frutetisque maxime gaudet* &c. &c. Cernis *plebem* aspero victu, asperis utentem fortunis. Accedit *genus caprinum* fere *deformius* esse, & *depile*; & *scabiei obnoxium.* Huc fertur Proverbiale illud 1 *Reg.* 20: 27. *& castra metati sunt Israëlitæ coram Syris* כשני חשיפי עזים. Fluctuatur, in formula abstrusiore, ut ex *Hieroz.* T. I. p. 621. 622. percipies. Proxime verum, *ut duo nudi greges.* Substitue, *ut duo descalpti*, depilati, *greges caprarum*: tanquam *vilis*, *inermis*, & *scabiosa* quædam *plebs.* Hæc tamen *multitudo proletaria*, & *contemtior* in *Republica*, aut *Regno* bene admistrato, *copiam* suppeditat *lactis*, & *panis*, dum *opificia* exercens *viliora* largos aperit canales, unde *publici reditus* sufficiantur; qui fine istis manibus, operisque, arescerent. Hoc intenditur phrasibus ללחמך ללחם ביתך *ad panem Tuum*, *Tuæque Domus.* Oἶκος *Domus*, est *Regia familia*, ut in *Theocriteo* illo supra laudato

- - - - - - - σκάπτρῳ ὕμβρας οἶκος.

Dan. Heins. ni memoria fallit, ad *Theocr.* alio loco id executus. Subseritur חיים לנערותיך *& vitam*, id est, *victum copiosum puel-*

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Vers. 1 Fugiunt, quamvis nullus sit qui persequatur, improbus *quisque* : & justi, ut Leo planissime securus *quisque*.
2 Pro-

Vers. 1 נסו ואין רדף רשע וצדיקים
ככפיר יבטח :
2 בפשע

puellis tuis. Cave cogites de *Gynæceo.* In *literali* sensu *puellæ* sunt *famulæ patrisfamilias.* Figuratior ducit ad *administros Regios*, omnesque adeo, quibus pars quædam curæ publicæ mandatur. Amat stylus *Hebræus* hanc enunciationem : atque inde נערות *puellæ* pro *ministris* & *Doctoribus* veritatis *Prov.* 9: 2. Confer *Ps.* 68: 12. 26. Qui aliquid concinnius elimarit, palmam suo sibi jure ferat.

AD CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM

NOTÆ.

Vs. 2. Impedit nonnihil phrasis כן יאריך in posteriori colo. *Merc.* I. *at propter hominem intelligentem scientem, sic producit*, scilicet, *vitam* vel *dies* suos Princeps. Ita & Nostri, *similiter proregatio erit* Vitæ Principis. *De Dieu* II. ex alia notione utriusque vocis, *recte sanabitur.* ארכה *Jer.* 8: 22. & alibi, *sanatio* redditur. In priori membro פשע quoque retulit ad *defectionem* & *rebellionem* adversus Regem. Addit etiam III. *At homo intelligens, sciens, recte sanabit* : ut ב sit *nominativi.* Hoc tamen ב nunquam *subjecto* præmittitur, sed *prædicato* tantum, cujus *conditionem*, & *vim internam*, declaret. Non procul hinc *Cocc.* IV. *rectum producitur, durat.* Circumcido reliqua. Omnino V. כן si a כון descendat, *rectum* sonare & ego autumem. Malim tamen a כנן *fovit calore*; unde כן *incolumitas*, *status bene tectus & custoditus* : *Gen.* 40: 13. *Jesaj.* 33: 23. &c. Lubenter quoque יאריך reducerem ad vim *sanationis.* Ea pulchre nitet *Jesaj.* 58: 8. וארכתך מהרה תצמח *& sanatio tua citissime emicabit.* Similiter *Jer.* 8: 22. 30: 17. 33: 6. nec non *Neh.* 4: 1. in *mœnibus resarcitis* : itemque 2 *Chron.* 24: 13. Intime usui signatiori succinit *Arabum* أريكة *coalitus & obductio vulneris*, & quidem cum *rubedine molli*, quæ *sanationis maturantis sit index.* Ipsum verbum ארך أرك apud *Golium* exponitur *detumuit*, & *mitigato dolore sanatum fuit vulnus*, *æquabili ac rubicunda carne coalescens.* Est *Glossa secundaria* virtutis, subnata ex *primaria* illa *lentoris*, & *lentescendi*, unde & *longitudo* tracta est. Nitidissima phrasi hinc emergit, *In defectione regionis, multi ejus principes; at per hominem prudentem peritum incolumitas reflorescet* : יאריך *capiet sibi* ארכה *persanationem vulnerum*, *quibus* Respublica *conscissa* & *distracta* erat. Insignis titulus מבין ידע *prudens expertus*, vel *peritus* : qui *prudentia* simul, simul *experientia* præpollet, in negotiis publicis, animisque hominum, tractandis; ut *ex dissidio pax coalescat.*

Vs. 3. Non e limpido manat, quod hic dari solet, *vir pauper, & opprimens tenues, est ut pluvia averrens* &c. Mirum *Phænomenon*, רש *pauper*, proprie *lacer*, *ad pannos & laceramenta redactus*; qui tamen דלים *tenues*,

2 בפשע ארץ רבים שריה ובאדם מבין ידע כן יאריך׃

2 Per prævaricationem terræ, multi ſunt principes ejus: & per hominem prudentem, peritum, incolumitas reflorefcet.

3 גבר רש ועשק דלים מטר סחף ואין לחם׃

3 Vir ampliſſimarum hæreditatum & opprimens tenues, pluvia eſt radens, ita ut nullus ſit panis.

4 עזבי

4 De-

nues, *tenuioris fortunæ homines*, *opprimat.* Hoc qui fieri queat, haud exputo. Et tamen in eo ipſo nervum *Gnomes* collocat *Merc.* I. *De* paupere *dicit*, *non de* divite *opprimente*; *quod ille longe intolerabilior ſit*, *quum quos oppreſſit*, *ſublevare non poſſit*, *quia pauper eſt*; *quod Dives opprimens poſſit*, *ſi velit.* Hoc quam male hæreat, quivis ſentit. Comparatio quoque talis *indigi* cum *pluvia verrente* omnia, plane abſona. Tolerabilius II. quod alii *pauperem* exponant de eo qui, quum ſit *in re tenui*, occaſionem tamen nanciſcatur, admotus a principe ad muneris aliquid obeundum, ut *tenuioris fortunæ homines opprimat*, *expiletque.* Sic monerentur principes, ne tales *hirudines* rei publicæ tractandæ imponant, cutim non miſſuras, niſi cruoris ſint plenæ. Eſt ſupplementum neceſſarium quidem, ad commodi quid ſenſus conſtituendum, ſed gratuitum plane, ac precarium. Rogare etiam liceat, cur רש *pauper* tantummodo nominetur *oppreſſor?* quum utique in *divitem* æque quadret ſimilitudo *imbris* omnia *verrentis.* Scrupulo huic occurſum jam a quibuſdam, notantibus *pauperem* inductum, quod *paupertatem* & ipſe expertus, tanto magis *commiſeratione pauperum tangi* debuiſſet. Hæc ſpecioſe dici poſſunt. Non tamen video cur מטר סחף *pluvia verrens* in *indigum* potius expetat, quam in *divitem concuſſorem tenuium.* Reponi poſſet, talem plerumque eſſe acerbiorem, & ferme inexplebilem: qualia difficultates levare utcumque forte poſſunt, in totum tollere non poſſunt. Manent nempe præcipuæ; altera quod רש a רוש vel רשש *pannoſum* ſignet; altera quod ſuppleri debeat *munus publicum* tali *indigo mandatum:* ut *Gejer.* prolixius executus; etiam aliquid ex גבר exſculpens, *a viribus quibus polleat*, & *quas ei ſuperior conceſſerit.* Poſtremum illud iterum gratis adſciſcitur; ut jam multimodis *vir* ille *paupertinus* laboret, & vix ac ne vix quidem gradum hic tueri queat. Hoc *J. Brunium*, aliosque III. impuliſſe videtur, ut ſub *paupere* ſibi proponerent *avarum*, *in mediis* nempe *opibus egenum*, qui non ceſſet *nummos corradere* vel *tenuiſſimis extortos.* Acutius, quam ſolidius. His diſcutiendis ſuperſedere non potui; quod boni interpretis officium ſit, nil palliare. Veteres inſpiciens IV. video LXX lectione nonnihil immutata ſibi viam aperuiſſe: Ἀνδρεῖος ἐν ἀσεβείαις συκοφαντεῖ πτωχοὺς, ὥσπερ ὑετὸς λάβρος &c. Id eſſet גבר ברשע. Eos ſecutus *Arabs* dedit المتشجع بالنفاقات *Fortis in improbitatibus* &c. Cave credas eſſe melioris notæ. Iſtæ *impietates* hic parum roboris addunt. Reliqui a noſtra lectione non divergunt; nam *Chald.* & *Syrus* מסכנא *pauperem* edidere, quem & *Vulgat.* expreſſit. Circumſpicienti mihi V. expeditius aliquid, occurrit רש a *rad.* ירש *Hæreditario jure poſſedit* ſecundum *Analogiam* defluens in *infinit. maſcul.* cujus *fœmin.* רשת *poſſidere hæreditario* in *Sacris* frequentatiſſimum, & quidem cum *dignitate* & *amplitudine lautioris fortunæ.* Ea ſibi reponi poſtulat antiquum רַשׁ, רֵשׁ, רָשׁ, & רוּשׁ. Ita רֵד *deſcendere* a ירד *Jud.* 19: 11. שׁוּב *ſedere Jer.* 42: 10. & ſecundum *Alting.* כל pro יְכֹל. In *imper.* ubi eadem *aphæreſis* regnat, item רֵשׁ *poſſide Deut.* 1: 21. & 1 *Reg.* 21: 15. nec non רָשׁ *Deut.* 2: 24. הָחֵל רָשׁ *incipe*, *poſſide hæres:* vel potius *infinitive*, *incipere*, *poſſidere*, quod ibi elegantius. Conſimiliter *Vſ.* 31. Liquida proinde jura hinc novum emolienti adſpectum, גבר רש *vir poſſidendi; vir* pos-

4 עזבי תורה יהללו רשע ושמרי תורה יתגרו בם :

4 Desertores legis splendide celebrant improbus quisque; & quod ad observatores legis, in illos sese agglutinant mordicus.

5 אנשי

5 Vi-

possessionibus patritis & avitis abundans, idemque *tenues opprimens*, est מטר סחף. Edecumata phrasis, גבר ריש *vir possidendi*, ut alibi *vir roboris*, *vir divitiarum* &c. unde si *Originem*, quæ in ista voce sæpiuscule attenditur, & hic premere velimus, & quidni velimus? exsurget *potens Hæreditatum* ac *possessionum*. Edecumata item *comparatio* מטר סחף *pluviæ radentis* omnia, & *verrentis*; ita ut *sata* & *segetes*, quas *rigare* debuisset, *funditus extirpentur*, atque *spes coloni* torrente impetu *asportetur*. Hæc unice quadrat in eum, qui

> *Dives agris, dives positis in fœnore nummis*,

instar habet *pluviæ*, & *nubis* largiter *recreare* valentis. Redeatur ad *Cap.* 11: 25. supra. In *pauperem* ista quidem imago aptari nequit: quum tamen *Gnomes* & decus, & pondus, in eo vel maxime consistat: *pluvia* quæ *irrigare* debuisset, *abradens* & *asportans* cuncta. *Thema* סחף ex rarissimis; nam inde semel modo recurrit *Niphh.* נסחף *Jer.* 46: 15. Qui proin negaret subsidiis opus esse, ad ejus genuinam potentiam enucleandam, inter Eruditos nomen suum frustra profiteretur; quum nihil ineruditius & absurdius dici possit. *Notionem* necdum fixam esse, & finitam, testantur ipsi *Lexicographi*, & *Commentatores*, dum alii *trahere*, alii *verrere*, alii *prosternere*, alii *inundare*, alii aliud adhibent; *Cocc.* omnium tenuissime *auferre*: credo, quod *proprietatem* enucleatius exprimere non sustineret. Subseruit tantum, *ut vento vel torrente flumine.* Hoc vero, pro copia Linguarum, admittit ex æquo *vellere*, *sternere*, *verrere*, *trahere*, *rapere*, & alia bene multa, quæ nemo dixerit *sua Origine* eadem, quamvis in *secundariam virtutem* consentire queant. Succurrent & hic *Arabes*, atque ambiguitatem periment. *Gjeubar.*

السحيفة المطرة تجرف ما مرت به وسحف راسه اي حلقه وسمعت سحيف الرحا وسحيفها قال ابو يوسف هو صوتها اذا طحنت والسحاف السل يقال رجل مسحوف

Epitheton סחופה *signat absolute* מטרה *pluviam quæ* תגרף *radendo averrit omne per quod transit. Dicitur nempe* סחף ראשה *rasit caput suum. Phrasis est, audivi strepitum molæ & ejus* סחיף *rasionem, id est, auctore Abu Jousuph, radentem stridorem quum molit. Forma* סחוף *tabem signat; unde vir* מסחוף *tabe consumtus, quasi derasus.* Judica jam, an *Arabum Dialectus* degenerarit a prisca integritate, ut identidem imperitis ingeminant imperiti. Copiosius adhuc *Camus.* ubi ca *pluvia eradens* omnia سحيفة, סחיפה, sive مطر ساحف, quæ est מטר סוחף, radicem tenet سحف, ita pressius declaratam,

أَلسَّحْفُ كَشْطُكَ ٱلشَّعْرَ
عَنِ ٱلْجِلْدِ حَتَّي لَا يَبْقَي
مِنْهُ شَيْءٌ وَسَحَفَ ٱلشَّحْمَ
مِنْ ظَهْرِ ٱلنَّاقَةِ قَشَرَهَا
وَٱلرِّيحُ ٱلسَّحَابَ ذَهَبَتْ بِهِ
كَأَسْحَفَتْهُ وَرَاسَهُ حَلَقَهُ

Vocem סחף *adhibes, quum descalpis pilos a pelle, sic ut nihil omnino remaneat. Item* סחף *adi-*

5 אנשי רע לא יבינו משפט ומבקשי יהוה יבינו כל׃

5 Viri malo dediti non intelligunt æquitatem juris: at ſtudioſe quærentes Jehovam, intelligunt omnia.

6 טוב

6 Me-

adipem de dorſo cameli, *eſt deſcalpſit radendo. Dicitur etiam ventus deſcalpere nubes*, *quas penitus aufert. In IV. eadem obtinet poteſtas; denique* כחף ראשה *eſt deraſit caput ſuum.* Hinc jam enucleatius diſcernetur quid נסחף valeat *Jer.* 46: 15. & quænam potiſſimum figuratio ibi ſit attendenda, cum *ſtrage*, quæ omnes *bellatores* fortiſſimos, אבירים, *occidione univerſa*, tanquam *torrente*, *deraſerit.* Hic quidem, pro materia, ſpectatur quod de *Verre Cic.* luſit, quem omnem *Siciliam* violentiſſimis ſuis *exactionibus*, & *extorſionibus*, *everriſſe* dicit, atque *exterſam* quaſi reliquiſſe. Huc fertur illud extremum אין לחם *vacuitas panis*; ne *ſpe* quidem ulla *famis ſolandæ* relicta. Hoc & pro *litera* in *imbre raſore*, &, *altiore ſenſu*, in *oppreſſore* & *expilatore acerbiſſimo*, ultro jam lucet. Utrumque verbo *deſcalpendi cum raſura cutis* admirabiliter configuratum.

Vſ. 4. Ambigitur circa conſtructionem. Plerique I. cum *Merc. Deſertores legis celebrant improbum: at obſervantes Legis cum illis contendunt*: ut בם redeat ad רשע *improbum collective* ſumtum. Addit alios II. ſic malle; *& obſervatores legis* quod attinet, *contendunt cum illis. Ut de deſertoribus utrumque dicatur*, *& quod improbos laudent*; *& quod Legis obſervatoribus bellum indicant.* Subdit, *priorem ſenſum efficaciorem præbere Antitheſin.* Forte tamen III. nervoſius & luculentius fuerit, *Deſertores Legis celebrant improbi*; רשע *quisque improborum*: ut *Vſ.* 1. נסו רשע *Fugiunt improbus* quisque. *Collective* & *diſtributive.* Alterum colon huic ita ſubnecto: & *Obſervatores Legis* quod attinet, *acriter cum iis contendunt*; nempe *quisque improbus.* Sic tota *Gnome* inſignem *characterem* conſtitueret *improborum*; qui hinc *improbos Legis deſertores* יהללו *ſplendide celebrent*; *illinc in obſervatores Legis dentes deſtringant*, *eosque admordeant*, *vellicent*, *in circulisque lacerent.* Verbum גרה in *Pihh.* tantum & *Hithpahh.* aſſervatum, *Originis* eſt abſtruſioris; *ſecundaria* notio aliis eſt *contendere*, quod a *tendendo* ſuccrevit: aliis *miſcere* manus, bellum; *Vulgat.* hic dedit *ſuccendi*; alibi aliud, pro copia & elegantia *Latina.* Ex *Cocc.* ingenio ſagaciore habemus *irritare* ſe & *exaſperare*: nam loca ubique præ ſe ferunt *aſperiorem* quandam *contentionem.* Nullus tamen fundus pro iſta *aſperitate* in *Dialectis*; ut nec pro *conflictu*, a *fligendo*, quem præoptavit *Guſſet.* nec item *Colliſu*, quem *mixtioni* adjunxit *Stock.* Palpatur *defectus* veteris copiæ: & qui talia ſine ope *Dialecti* ſororiæ decidi poſſe cenſent, repugnantia loquuntur, atque tenebras lucem dare poſſe contendunt. *Proprietatem* ſitam fuiſſe in *glutinando*, *agglutinando*, ſubmonui ad *Harir. Conſ.* 2. p. 66. Attigi quoque in *Clavi*, p. 199. ubi ג a غ ſæpe excipi reperies. Diſtincte *Gjeubar.*

الغراء الذي يلصق به
الشيء يكون من السمك
وغيره تقول غروت السهم
اذا الصقته بالغراء وقوس
مغروة ومغرية واغريت
الكلب بالصيد واغريت
بينهم والاسم الغراة وغري
به اي اولع به والاسم الغراء
وغري فلان اذا تمادي في غضبه

גרו *vocatur id quo glutinatur aliquid ſive ichthyocolla*, *ſive alio glutine. Inde dicis*, גרות *glutinavi ſagittam*, *quam glutine aptas*; *nec non arcus* מגרוה & מגריה *glutinatus. Item in IV.* אגריה אלכלב באלציד *ag-*

 glu-

6 Melior pannosus ambulans in integritate sua: quam gemina via tortuosus & idem dives.

6 טוב רש הולך בתמו מעקש דרכים והוא עשיר׃

7 Qui servat legem, *est* filius intelligens: at qui pascit lurcones, ignominia frangit patrem suam.

7 נוצר תורה בן מבין ורעה זוללים יכלים אביו׃

8 Qui conspissat opulentiam suam per usuram & fœnus, gratificaturo tenuibus eam colligit.

8 מרבה הונו בנשך ובתרבית לחונן דלים יקבצנו׃

9 Removens aurem suam, ne audiat legem, etiam precatio ejus abominamentum.

9 מסיר אזנו משמע תורה גם תפלתו תועבה׃

10 Im-

10 משנה

glutinavi canem in prædam: & אגרית בינהם *agglutinavi inter eos, i. e. discordiam excitavi acriorem. Ejus nomen* גרות. *Intransitive* גרי *agglutinatus fuit, est, incitatus fuit in eum, cum nomine* גרן; *valet etiam* גרי *agglutinari, obstinatissime irasci; sive in ira sua perseverare.* Hanc insignem, appositissimamque figuram, sedibus suis immitti nemo improbabit. Infra *Vs.* 25. hujus *Capitis*, *vastus cupiditatis* יגרה מרון *agglutinat litem*: & *Cap.* 29: 22. *vir nasi*, i. e. superbus, & *fastosus*, *agglutinat litem*. In *Hithpahh. Deut.* 2: 19. 24. התגר בו מלחמה *agglutinato in eum prælium*; vel *agglutinato temet in eum prælio*. Cum *præpos. Dan.* 11: 25. יתגרה למלחמה בחיל גדול *agglutinabitur in prælium exercitu magno*. Exquisite 2 *Reg.* 14: 10. & 2 *Chron.* 25: 19. למה תתגרה ברעה *quare agglutinares temet in malum; malo mordicus affixus veluti hæreres temet perditurus.* Postrema hæc, quin & reliqua loca, qui coticulæ *Criticæ* propius admoverit, nihil aptius intimiusque sentiet pro eorundem serie. Par ratio interioris elegantiæ *Jer.* 50: 24. כי ביהוה התגרית *nam in Jehovam agglutinasti te, obstinatius temet incitasti omni ira & odio*: nec non *Dan.* 11: 10. ובניו יתגרו *& filii ejus agglutinabunt se, & colligent multitudinem copiarum*: & mox eodem *Vs.* יתגרה *agglutinabit se usque ad arcem ejus*; id est, *obstinatius semet instigabit* ad bellum *internecivo odio* persequendum. Ita in *Diw. Hud.*

فَأَغْرِيهِمْ وَلَا أُغْرِي ٱلْبُطَّا
فِدًى لِصَحَابَةِ ٱلْمُغْرِيْنَ نَفْسِي ☼

Et agglutinavi ipsos, nec sane tardos agglutinavi;
Redemtio sit pro cœtu mordicus pugnæ agglutinatorum mea ipsius anima.

Item *Ispahan. Hist. Salad.* وغري بعمل قدور النفط وتركيب عقاقيره *& agglutinatus fuit*, mordicus adhæsit, *parandis lebetibus Naphtæ, ejusque elementis componendis, ad incendia* nempe excitanda. Exquisitius quid captatum ab eodem in phrasi غَرِيَتْ ٱلسُّمْرُ بِٱلْكُلَى *agglutinatæ fuerunt fuscæ hastæ renibus*; i. e. *mordicus affixæ*, sic *ut revelli non possent*. Patet jam omnis ambitus Linguæ, hac quidem

10 משנה ישרים בדרך רע בשחותו הוא יפול ותמימים ינחלו טוב׃

11 חכם בעיניו איש עשיר ודל מבין יחקרנו׃

12 בעלץ צדיקים רבה תפארת ובקום רשעים יחפש אדם׃

13 מכסה פשעיו לא יצליח ומודה ועזב ירחם׃

14 אשרי

10 Implicans rectos in viam malam, in foveam suam ipsemet cadet: at integri hæreditatem cernent ubertatem boni.

11 Sapiens in oculis suis vir opulentus: at tenuis intelligens elimabit illum.

12 Quum exultant justi, increscit decus, at quum stant improbi, dissimulatur homo.

13 Obvelans prævaricationes suas, non prosperabitur: at confitens, & missas faciens, misericordia afficietur.

14 O

dem in parte; atque hinc dijudicare est, quam aptum sit sedi huic verbum יתגרו *agglutinant sese mordicus* improbi *in observatores Legis*. Est certe *proprius* & *signatissimus* hicce *character improbi* cujusque, qui quanto *profligatior*, tanto fere *obstinatior* est, ad *malignum dentem* in Cultores *Legis figendum*: contra cujusque *improbi* eminens est *nota*, ut *desertores Legis*, qui se ad *similem vitam* & *vitia componunt*, dilaudent, & splendidis etiam titulis ornent, *cordatorum*, verbi gratia, & *fortium pectorum*, qui a *superstitionibus* intacti, fæci se eripiant, & vulgo; atque viri inter viros concelebrari mereantur.

Vs. 11. Subtilissime tornata *Gnome*. Nempe *Divitias* fere comitatur *opinio sapientiæ*, earumque fulgor plerumque infatuat, etiam non plane fatuum, saltem ita præstringit, suo ut se modulo non satis metiatur Dives. Hunc tamen, quantumvis magnos sibi spiritus, magnam sumat arrogantiam, *elimat* דל *tenuis*, vel tenuissimæ fortunæ homuncio, qui *intelligentia* polleat, *admota* velut *lima* eum *explorat*; atque non *aurum* esse quicquid *fulgeat*, coarguit. Hæc sensui *generatim* spectato id luminis addunt, quod *speciatim* quisque facile deducet. *Elimationem* ל׳ חקר vindicavi ad *Cap.* 23: 30. Aliquid etiam ad h. l. tentavi juvenis, necdum gnarus *Originis*; quod hinc limari velim.

Vs. 12. Peculiarem hic vim exercere videntur verba עלץ *exultare*, & קום *stare*; atque *imperium* ac *summam rerum* consignare. Ratio utriusque usus aperta. Non fefellit quoque plurimos Interpretes. Non æque promtum, quid valeat יחפש אדם. Aliquid in *Juvenil.* & hic conatus fui; suspicans referendum esse ad *delaturas*, *quæ* sub malis principibus *fervent*. Verbum חפש *scrutari*, *rimari*, *vestigando perquirere*, huic sensui perquam accommodatum; ut *Ps.* 64: 7. Hoc certe commodius, pleniusque, quam quod *vestigari* hic positum velint pro *latitare*; ut conveniat examussim cum *Vs.* 28. Non opus est, ut utrobique idem per omnia sit sensus. *Cocc.* aliquid subtilius & pervenustum dedit, ad sensum *Vs.* 28. ferme; ut יחפש valeat *persona induitur*, *dissimulatur*, *sese dissimulat homo*. Ita התחפש est *mutare habitum*, *dissimulare sese mutato schemate*; 1 *Sam.* 28: 8. 1 *Reg.* 20: 38. *Job.* 30: 18. Nempe ubi *improbi rerum potiuntur*, *infirmiores* personam sumunt, *dissimulant sensus suos*, *& in multis assimilantur improbis*. Eodem ferri videtur illud infra recursurum, *Quum extolluntur improbi*, *occultat sese homo*; *personam* videlicet *induens*, & *veros sensus alto sinu recondens*. Hoc acutius, & sententiosius, quam simplex *latitare*. Quid hic præferendum sit, judicent alii. Mihi quidem quicquam constituere minus tutum; nam *Originem* verbi חפש nondum ita pervestigare potui, ut omni scrupulo ac cura sim levatus.

 Vs. 15.

14 O beatitates hominis paventis jugiter! at qui obdurat cor suum, cadet in malum.

15 Leo vorabundus cum fremitu & ursus famelicus, dominator improbus super populo tenui.

16 Prin-

14 אשרי אדם מפחד תמיד ומקשה לבו יפול ברעה :

15 ארי נהם ודב שוקק מושל רשע על עם דל :

16 נגיד

Vs. 15. Gravissima imago, quæ principi *oppressori* induit similitudinem *Leonis* נהם *super præda incubantis*, eique præ *vorandi aviditate immurmurantis*. Hanc amplitudinem indicavi ad *Cap.* 5: 15. *Ursus* שוקק *discursans*, *circumcursans* plerisque, *Bocharto Hier.* T. I. p. 815. est *esuriens*. Radix שוק شاق *appetivit*; & quidem *vehementius*: ut *Jes.* 29: 8. *Ps.* 107: 9. *Origo* nondum satis explorata. Eam discutere nunc non vacat. *Appetitus* cum maxime *flagrans*, & inter vorandum semet irritans, hic cumulatiorem præbet adspectum, quam *circumcursatio*: pingitur enim *Dominator* על *super populo tenui*; i. e. *attenuato*, & *exsorbto* quasi *incubans*; ejusque *sanguinem* & *medullas haurire* non cessans.

Vs. 16. Scrupulus levandus, quem movet varians *Masoræ* lectio, pro שׂנאי in *textu*, substituens שׂנא. Hinc *Jod* illud in textum surrepsisse, suspicantur, qui istam in *Crisin* inclinatiores. Alii *Jod redundans* vocitasse contenti sunt. Hoc palliat, non sanat. *Mercer.* existimat esse *formam pluralem* pro שׂנאי, *osores*, & יאריך *distributive* reddendum; ut sit, *unusquisque eorum prorogabit dies.* Talem *Syntaxin* habebamus supra *Vs.* 1. & 3. pro שׂנאי per *quietem* ꝯ *Aleph*, in *Dialecto Syra* perpetuam, recte exit שׂנאי *Jod* ultimo in *Diphthongum* resonante. Nil proinde vitii tinnit. Permittit quoque *Analogia* ut *singulare* teneatur, contractum ad eandem legem *Syriasmi* pro שׂנאי *osor mibi*, cum *Jod Pleonastico* quidem illo, sed tamen vim *adfixi* in *Dativo* subjiciente. Id forte *Masorethica* virgula innuit. Certe *Emphasin* habet non spernendam, & *osor mibi exsectionis*, i. e. *turpis lucri*, unde unde *exsecetur*, *propagabit dies.*

Vs. 17. Altius retrusa sententia. Tenue est, quod *Merc.* I. dedit; *bomo opprimens sanguinem animæ*, qui alterius sanguinem fudit, *usque ad fossam fugiet*; *eum non apprehendent*: i. e. *accidit ut præ metu nusquam se tutum putans*, *in fossam incidat*; *unde a nemine liberetur*, *vel prebendatur ne in eam incidat. Nempe omnes effusorem sanguinis oderunt.* אל *ne*, *pro* לא *non*: & עשוק *passive*, pro עושק *active.* Duo postulata; quorum prius utcumque, posterius neutiquam concedi potest. Hoc jam executus *Gejer.* Utrumque evitans *Cler.* II. in medium tulit, *Oppressor*, *qui cæde bominum sævit*, *ad sepulcrum fugit*, *ne eum* cædis ultores *adprebendant.* Subnotavit 1. *Masoretbas* עשק *passivum potuisse scribere* עשק, ut *Jer.* 22: 3. *oppressor.* 2. בור *sepulcrum* sive *fossam subterraneam* declarat *latebram immundam & ominosam*, *in quas non perfugiebant nisi omni alio perfugio destituti.* 3. אל *ne*, nativa virtute, cum supplemento isto non incommodo, si עשק firmiora haberet jura. Ea non sancit, qui dicit, ita *potuisse scribere Masoretbas*; nam & עשק *scribere potuissent.* Dedere pro sua fide, quod invenere. Stare nequit *Hypothesis*, quæ *nulla* olim *puncta* adfuisse pugnat; & *Masoretbas* pro arbitrio ea posuisse. Sic veritati non litatur; quemadmodum nec ab altera parte, quum ne tantillum quidem eos sibi in *punctis* apponendis permisisse contenditur; atque etiam manifesti errores, ex certo tamen fonte vel *superstitionis*, vel igno-

16 נגיד חסר תבונות ורב מעשקות

שנאי בצע יאריך ימים׃

17 אדם עשק בדם נפש עד בור ינוס

אל יתמכו בו׃

18 הולך

16 Princeps defectus intelligentia, etiam multus est oppressionibus; aversans mihi turpe lucrum, prorogabit dies.

17 Vir oppressus propter sanguinem animæ, ad foveam fugiet; ne prehendant illum.

18 Qui

ignorantiæ Veteris Linguæ, profecti consecrantur. Hic nil tale. עָשֻׁק corrigi par non est; & potuisset Vir Doctus ad suum quoque sensum sub hac ipsa Lectione pervenisse, III. *Oppressus*, i. e. *conscientiæ stimulo vexatus ob sanguinem a se fusum* &c. Id cum aculeo gravem dare posset *figuram*; ut עֹשֵׁק *oppressor* miserorum, ipse verso stylo inducatur עָשׁוּק *a semet oppressus*. Talia sunt נבלעו מיין *absorpti sunt a vino*: *Jesaj.* 28: 7. & *Prov.* 19: 28. *Os improborum absorbebit iniquitas.* Non absimile quid obversatum, ex priori parte, *Jos. Kimchio* IV. *Homo qui opprimitur* a malo suo genio, *atque ab eo incitatur ut cædem patret, usque ad gehennam descendet; nec erit qui eum inde retrahat.* Non intra σκάμματα cucurrit. *Jun.* V. *Homo oppressus propter sanguinem alterius, ad foveam usque fugiet; ne sustentent eum*: cum hoc Scholio: *nemo homicidæ miseretor.* Istum sensum premens cum Nostris, aliisque, *Gejer. Oppressum* exponit *violentiam passum* vel *afflictum*, puta, *ab occisi amicis, ministris publicis*, & *inprimis interno conscientiæ latratu, atque a Dæmone jam triumphante agitato.* In altero colo אל pro לא capiens, ita versatur: *non sustinebunt ipsum; nemo ei suppetias feret - - - vel ad lacum, foveam, sepulcrum, specusque subterraneos fugienti; quippe qui invisus, horrorem omnibus incutiat.* Potuisset vel sic אל *ne*, tanquam fortius, retineri. Sed עשוק *oppressus*, & *violentiam passus* isti *Exegesi* haud sane favet; quum *jure* omnia illa in *homicidam incumbant*: neque ista, simpliciter saltem, vocari possit *oppressio violenta.* Istis incommodis minus gravaretur, quod *num.* III. proposui, *a semet oppressus*: *quemque sanguis fusus agitat* ultro. Diversissimum ab omnibus iter ingressus *Coccejus* VI. ita vertens: *Homo qui rapitur violenter propter sanguinem animæ, ad foveam fugiat: ne prehendant illum.* Capit ut monitum, *cives non debere ministrare injustæ dominationi, aut injuriæ dominantium, sed effugium saltem præbere, & non prehendere aut sistere eos, qui fugiunt propter vim injustam, qua quis rapitur innocens, ut contumelia vel pœna afficiatur.* Per בור *foveam* intelligit *caveam subterraneam, vel locum aliquem tutum; ut in puteo latuisse leguntur filii Tsadoci* 2 *Sam.* 17: 19. Habet frons prima, quod feriat. עשוק *oppressus, violenta manu raptus*, sua in sede primum. Secundo, בדם נפש *in sanguinem animæ* huc satis pronum; certe non abludit הכהו נפש *Deut.* 19: 6. 11. *percussit eum animam.* Commodius tamen fuisset לדם; ut *Mich.* 7: 2. לדמים יארבו *ad sanguines nectunt insidias: ad cædes patrandas.* Reliqua etiam minus expedita; nam, *ad foveam fugiat*, pro *finatur fugere vel ad puteum, fossamve subterraneam*, non e limpido manat, nec apparet, quid ibi בור *fossa* illa efficiat. *Ne prehendant illum si vel ad puteum fugerit*, pro, *ne sistant eum*, item haud adeo quadrat; quin, si recte reputemus, paucissimi in Civitate reperientur, qui *tyrannica violentia oppressum* velint *e fuga reprehendere*; concursaturis potius omnibus ad eum ex injustis manibus eripiendum. Quid, quod etiam *in sanguinem animæ*, isto sensu, remissius sit? nam עשוק *oppressus violenter* istam vel *contumeliam*, vel *cædem*, ultro includit: *Job.* 35: 9. *Amos.* 3: 9. *Eccl.* 4: 1. Cum genio *Linguæ* proinde conjunctius censendum *in sanguine animæ*, pro *in crimine cædis.* Graves formulæ sunt *Deut.* 22: 26. רצחו

רצחו נפ׳ש *trucidaverit eum animam*: & 27: 25. *Maledictus capiens munus* להכות נפ׳ש דם נקי *ad percutiendam animam sanguinis innocentis*; vel per *appositionem* potius, *sanguinem innocentem*. Ad istam rationem בדם נפ׳ש *in sanguine animæ* est *ob cædem violentius patratam*. ב דג hic positum ea *Syntaxi*, qua 2 *Sam.* 3: 27. *Percussit Joabus Abnerum*, *& mortuus est* בדם *in sanguine fratris ejus Asaëlis*; i. e. *ob cædem ejus*. Hinc resolvendus nodus 1 *Reg.* 2: 9. *Ne eum insontem habeas*, *nam vir sapiens es*; *& scies quid facturus sis illi*, *& canitiem ejus* בדם *in sanguine orco demiseris*. Id valet ibi, *in reatu sanguinis quo tenetur constrictus*; qui *Regi* suo *maledixerit*, qui *lapidibus* eum *impetiverit*, qui *sanguinem* ejus *profundere* appetiverit. Ad ipsius *Simei sanguinem* id referri video, quin in *Davidem* censorium quorundam supercilium erigi, quod *cædem* directe imperaverit Filio. Temperari potuisset isti censuræ, nam דם hic *cædem* notat quidem, sed *ab* ipso *Simei patratam*; non *in eo patrandam*. Id ex prægressis adeo liquidum, ut si vel Linguæ usus promtior defuisset, ipsum filum suffecisset. *Simei* pronunciatur *homicida*, quin *Regicida*, ipso *regio sanguine coöpertus*; ac propterea dignus exscidio. Modus Sapientiæ *Salomonis* permittitur. Ejusdem *Cap. Vs.* 5. figuræ congestæ, quæ quid valeat בדם *in sanguine*, pressius adhuc indicabunt: *Posuit* Joabus *sanguinem in cingulo*, *quod in lumbis*, *& in calceamento*, *quod in pedibus*: id est, *a summo ad imum cruore*, *quem effudit*, *ipsemet perfusus est*; *& cædes a se patratas in publico circumfert*. Hinc jam superiorem meum conatum, *num.* III. expositum, resumens VI. hunc conspectum depromo: *Homo oppressus in sanguine animæ*, *ad foveam* ultro *fugiet*; *ne prehendant eum*: supervacua ea opera, ut *Lictores* eum *arripiant*; suum vel *carnificem aget*, *sibimet manus afferens*; vel *Lictorem*, *semet magistratui sistens plectendum*. Distinctius considerata & expensa verba huncce sensum ita suadebunt, ut eundem persuadeant. בדם נפ׳ש *in sanguine animæ*, 1. hic non simpliciter sonat *ob cædem commissam*, sed sententioso acumine *hominem* repræsentat, istius *reatus nexu* ac *vinculis* ita *constrictum*, ut *fusus* ei *sanguis* jugiter *ante oculos obversetur*. Eodem collineat 2. עשוק *oppressus in sanguine animæ*. Respicitur *gravis moles criminis in hominem* illum *incumbens*, eumque velut *elidens*: & quidem cum reciprocata illa virtute, quam supra attigi, ut qui *cædem patrans*, esset עֹשֵׁק *oppressor*, *ipse* jam reperiatur *isto sanguine* עָשׁוּק *oppressus*, *onere ineluctabili*, *quod* eum usque & usque *mergat*. Affinis usus verbi *Job.* 40: 18. הן יעשק נהר *ecce oppressor* quasi *sævit fluvius*; i. e. *violentia multa incumbit*. Affinius adhuc *Jesaj.* 38: 14. עשקה לי ערבני *vis mihi fit*; *sponde pro me*. Id quadrare negat *Gusset.* & vertendum contendit, *injustitia est mihi*, *reus sum injustitiæ*. Multo gravius, & venustius, dare potuisset, *oppressio fit mihi*: *a mole criminum meorum opprimor*, *quæ mihi violentiam* quasi *inferunt*. Hæc grandem stylum decent. Talis homo, quem intestinus vexat terror, atque *profusus sanguis* dies noctesque *angit*, velut sub furiarum verbere eum *agitans*, 3. *ad foveam fugiet*. Verbum נוס *fugere* impense quadrat in *improbum*, quem domesticus territat & judex, & tortor, flagellum incutiens, ac surdo verbere cædens. Sic *Vs.* 1. hujus *Capitis* habemus, *Fugiunt improbus quisque*, *nullo persequente*. Est idem *Schema*. Nuspiam consistens, nedum conquiescens; sed sibimet identidem excussus, ad ipsam בור *fossam* propellitur; ista potestate capiendam, quæ in formula ירד בור *descendit foveam*, regnat; non *sepulcrum* utique, sed *exitium gravius*; *Jesaj.* 14: 15. & 24: 22. *Ps.* 28: 1. & 30: 4. *Prov.* 1: 12. Complura talia prostant. Consignat & *carcerem*, in quem *conduntur mortis rei*: *Exod.* 12: 29. *Jer.* 37: 16. & 38: 6. 7. 9. 10. eique annexum *supplicium ignominiosum*, *Ps.* 88: 7. & 40: 3. *Ezech.* 26: 20. & 31: 14. & 32: 24. 25. 29. &c. &c. Vides quid sit *fugere ad fossam*, in eo, quem *stimulus conscientiæ respirare* non patitur: eo usque *a semet ipso oppressum*, ut vel *supplicio publico* se *mactandum* ipse tradat, vel *violentas* sibimet *manus admoveat*. Eandem scenam sustinet, 4. אל יתמכו בו *ne prehendant eum*: usu *judiciali*, ut *Prov.* 5: 22. *Suæ pravitates capient ipsum sibi improbum*; *peccati sui vinculis prehendetur*, יִתָּמֵךְ, sive *constrictus attinebitur*. Duplex ibi *figuratio*, nam a *captura*, quæ fit *laqueo* & *reti*, adscenditur ad *nexus* & *nodos* quo *reatus* aliquem *obstringit*, & meritis *irretit* suppliciis. Mira gravitate *Job.*

36:

18 הולך תמים יושע ונעקש דרכים יפול באחת׃

18 Qui incedit integer, laxo gradu utetur; at intortus duarum viarum, corruet semel.

19 עבר

19 Qui

36: 17. *At tu* דין *Litem improbi implevisti*; i. e. litigasti cum Deo, ut improbus; *ergo* דין ומשפט יתמכו *jus atque judicium tenent.* In *notis* exposui, *hactenus Te vinctum attinent*, *& velut catenis Justitiæ Divinæ constrictum.* Ad hanc imaginem & hic; *non opus est ut eum apprehendant, ac vinciant, Lictores; a se ipso jam vinctus* quasi, *ac constrictus tenetur*; vel *carnifici semet oblaturus*, vel *carnificis negotium* in sese *repræsentaturus.* Sententia sic exit undique corrotundata; summa cum severitate & dignitate fusi sanguinis sanciens religionem, atque *Parricidiorum ultrices Erinnyas* denuncians; *Gnomes* libratissimæ terrore, ac tormento, ut sic dicam, incusso, quo nil sane *derogatur officio* Judicis, quo minus facinorosos in vincula compingat; sed quo *domesticus* & *Lictor*, & *Tortor* jam ante *irrogatur*, atque *intentatur* omni *homini*, qui *hominis cæde semet maculet*; & *reatum gravissimum* בדם נפש *in sanguine animæ contrahat.* Magnus locus, quem magnis documentis & exemplis sibi quivis instruere poterit. Specimina dabunt *Cic.* pro *Rosc. Amerin. Cap.* 24. & in *Pison. Cap.* 20. *Suet. Ner. Cap.* 34. & *Oth.* 7. Instar multorum erit hocce *Horat. Epod.* 5: 88.

Diris agam vos: dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin ubi perire jussus expiravero,
Nocturnus occurram furor:
Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quæ vis Deorum est Manium:
Et inquietis adsidens præcordiis,
Pavore somnos auferam.

Vs. 18. Nihil admodum sententiosi, quantumvis veri, sonat; *qui ambulat integer, salvus erit.* Decus sententiæ ad Originem demum splendet, quæ habet, *ambulans integer, laxitate gressuum augebitur.* Ei resonat, *& duplici via tortuosus, in una cadet.* יושע *fut.* in *Niphh.* a Radice ישע وسع *laxus, spatiosus fuit*, proprie; improprie, *salvus fuit*, *omni laxitate & copia gavisus est.* Hoc alibi late adstructum, vindicatumque, non repeto. Moneo tantum hic *speciatim* obtinere usum illum signatiorem, quem *Arabum* Critici indicarunt, situm in *gradu passuve laxissimo.* Apud *Golium* hinc ויושע الواسع in *partic. præs.* habes, *amplo distentoque laxius passu incedens*: nec non, alia forma, وساع; unde *Proverbium* a *Tauriz.* laudatum in *Comment.* ad *Hamas.* لالحقن قطوفها بالوساع *efficiam ut attingant qui brevem carpunt gressum laxissimo gressu gaudentes.* Appositissime *Ispahan. Hist. Salad.* صالحوهم وصانعوهم واخلوا لهم الطريق ووسعوا لهم في المضايق وسعوا في امن طرقهم من الطوارق *Pacem cum ipsis & amicitiam composuere, ipsisque viam liberam aperientes, laxum ipsis passum dedere in angustiis; ita ut incederent securis itineribus securi a malis infestantibus.* Elucet jam suavissima *figuratio*, qua sententia hæcce magnifice, ut sic dicam, procedit: atque in *illo gressu laxissimo*, *laxissima* simul *salus*, & *prosperrimus eventus* ultro includitur. Protriti in Sacris *gressus angusti*, & contra *laxi*, *ampli*; ad *statum* & *fortunas* signandas. Exempla congessi ad *Job.* 18: 7. His adjicere liceat 2 *Sam.* 22: 37. תרחיב צעדי תחתני *amplos reddis gressus meos sub me*: ubi *Arabs* substituit verbum وسّع *laxum reddere.* In altero colo עקש וישע דרכים *tortuosus duplicem viam* pulchre opponitur תמים *integro, simplici.* Pingitur *vafrities* & *duplicitas vulpina*; de qua *Proverbium* apud *Arabes* اروغ من الثعلب *obliquior* vel *tortuosior vulpe.* Confer *Boch. Hier.* I. 856. Apud *Nonium Vulpinari*, valet *fraudibus & mendaciis vera pervertere*; *ab in-*

tor-

19 Qui subigit terram suam, saturabitur pane; & qui affectatur otiosos, saturabitur lacera paupertate.
20 Vir

19 עבד ארמתו ישבע לחם ומרדף ריקים ישבע ריש :
20 איש

torto Vulpium cursu. Istis *anfractibus tortuosis* currens, meretur sane *cadere* באחת *in una*, viarum, dari solet; dilutiuscule. Alii in *alterutra.* Ne id quidem satis erectum. אחת *unicum* pro *malo gravissimo*, extat *Ezech.* 7: 5. quo usu احدي apud *Arabes* frequentari, dixi ad *Job.* 9: 22. Hinc ausim, *cadet in unica:* non jam *via*, sed *calamitate.* Venustus lusus inter *duplicem viam*, & *unicam calamitatem*, quæ *vulpem* nec opinato *oppressura* sit, & *elisura.* Idem obversatum *Vulgato*, danti *concidet semel.* Acute non minus, quam eleganter, ad usum *Latii;* quo *semel fieri* dicitur, quod nec *iterari* necesse sit, nec regressum habet. Ita *semel exbalare*, apud *Senec. Ep.* 101. & apud *Poëtam Æneid.* 11: 418.

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Ita באחת valeret *una vice.* Hoc plenius expressum 1 *Sam.* 26: 9. *Percutiam, age, eum hasta, & quidem terræ affigendum,* פעם אחת *vice unica*, ולו אשנה לו *neque iterabo illi.* Ejusdem coloris est illud *Tarapha* in *Moallek. Vs.* 82.

حُسَامٌ إِذَا مَا قُمْتُ بِهِ مُنْتَصِرًا
كَفَى ٱلْعَوْدَ مِنْهُ ٱلْبَدْءُ

Gladius sector, qui quum consurgo vindex,
Penset iterandum ictum primus. . . .

Talem *gladium* dicunt proverbialiter *pollere ictu virgine* ضربة بكر. Sic באחת pro *unica vice* sub *ellipsi* structum *Job.* 33: 14. Res eodem recidit: & idem lusus, quem modo indicabam, vel sic vigebit.

Vs. 19. Præcellens *Oxymorum; qui adsectatur inanes, satiabitur egestate.* Id oppositum priori colo, *Qui colet agrum suum, satiabitur pane.* Non penetrant in acumen, qui subnotant, *satiari* apud *Hebræos* adhiberi pro *abundare:* quasi nihil aliud diceretur, quam *Assectatorem* hominum *inanium*, & *ignavorum*, in quibus *nil frugis*, fore *egentissimum.* Atqui enunciatio est, *contraria*, quin *contradictoria*, copulans: prout directis frontibus pugnant *satiari* & *egere.* Ergo *satiari indigentia*, & quidem *summa* illa, qualis est *mendicabuli* ad *laceros pannos* redacti, ita est conceptum, ut *oppleri inaniis* & *araneis* apud *Comicum.* Delicias facit isto in genere stylus argutior, ac concisior. Talia sunt in *Cons.* 3. *Haririi*, *calceari nuditate* pedes *urente;* & *nutriri angore guttur præfocante;* quæque alia adducta ad *Job. Cap.* 3: 14. Ibi magnificum lucet *Oxymoron* in profundissima phrasi, *Reges* הבנים חרבות למו, *qui struunt sibi destructiones*, i. e. *qui ipsam destructionem mortis sibi splendidis monumentis extruunt* quasi & *erigunt:* ut in *iis decumbant;* & quodammodo *vivere in memoria posteritatis* videantur. Multa constipavit *Ispahan. Hist. Salad.* p. 479. يتحركون في سكون ويتظاهرون في كمون ويتطلعون في غروب ويتذوبون في جمود ويتلهبون في خمود *Movebantur ipsa quiete, & conspicui erant occultatione; & emicabant semet condendo, & liquabantur congelatione, & flammabantur extinctione.* Habes omnia e diametro sibi opposita; & mirifice depingitur *virtus bellica*, *quæ dum nihil agere videretur*, *cuncta ageret*, & *efficeret*, *quibus victoria compararetur.* Quo ardentius ingenium, eo fœcundius in hæc *luminosa acumina* reperitur. Apud eundem extat *vestiri nuditate;* *ditari paupertate;* *inopia opulentari;* ad quam normam & hic, *inedia saturari.* Ex illo fonte ma-

20 איש אמונות רב ברכות ואץ להעשיר לא ינקה :

21 הכר פנים לא טוב ועל פת לחם יפשע גבר :

22 נבהל

20 Vir multæ fidei copiosas feret benedictiones; at qui festinat ad ditandum sese, non erit innocens.

21 Accipere personam, non-bonum; & *tamen* propter frustum panis prævaricabitur vir.

22 Ex-

manavit *Ænigma* celebratissimum *Simsonis*; quod tamen sub diserta explanatione non satis penetratur. *Cibus emicuit ex voratore, & dulcedo ab acerbo.* In *Oxymoro* ingeniosissimo fundata omnia, pugnant enim *vorare omnia*, & *cibum dare*: pugnant item *dulcem esse*, & *amarum esse*, vel *acerbum*. Non mirum ergo sodales tam intricatum illud filum extricare non valuisse; haud gnaros, *Simsonem* ex *ambiguo* lusisse; atque per *voratorem* designasse *Leonem*, ex cujus cadavere *cibus*, *mellis copia*, *emicuerit*: itemque per *acerbum*, eundem *Leonem*, cujus id *Epitheton*; ex quo eadem *dulcedo emanarit.* Excellentissime conformatum quoque *Jesaj.* 34: 11. ונטה עליה קו תהו ואבני בהו & *extendet super Babyloniam amussim Tohu, & lapides*, i. e. *perpendicula*, *Bohu*: ut nempe *exactissimum*, ac tanquam *elibratissimum Chaos*, ipsum illud *Tohu* & *Bohu Mosis*, *Gen.* 1: 2. constituatur *superbum* illud *Regnum*, quod *æternis se sedibus fundatum*, *substructumque* gloriabatur. Compendiosius dicam; *Babylon* Divinitus *reddenda esset structissima destructio.* Hoc sufficit peritis, qui jam omne pondus & decus eminentis *figuræ* persentiscunt. Pro imperitioribus adjicere liceat, *eam* fore *confusionem ordinatissimam*; & *ruinam exædificatam* ad *amussim*, & *libellam Justitiæ* Divinæ, adeo ut *consummatissima vastitas* hanc *Regionem civitatemque obrueret*, *obtereret*, *consepeliret.* Ὀξύμωρα hic subesse etiam *Cocc.* in *Lex.* sub קוה annotavit; idque solide exposuit *Vitr.* in *Comment.* quæ conferri velim. Hinc sustinetur, & illustratur simul, grande illud & vere *Tragicum Job.* 10: 22. *Terra vertiginis caligantis, qualis est tenebrarum umbræ mortis: cui* JUBAR sit ipsa CALIGO. Altius adhuc, si altius scandi queat, hocce *Haririi Conf.* 31.

ازدري زخرف الحياة فوجدانه
عدم ✿

Temne bracteatum vitæ fulgorem; cujus existentia ipsum Nihil est.

Apud Philosophos عدم *non esse*, & وجود vel وجدان *esse*, *existere*, opposita sunt. Mirifice hinc conformatum, *existentiam* omnium eorum quæ *hac in vita* vel maxime *vigere*, *florere*, *eminere* censentur, esse *ipsum non-existere.* Hoc tamen supergreditur illud *Jobi Cap.* 4: 21. הלא נסע יתרם בם. *Ecce Nihil convulsum est Nervus eorum.* יתר *nervus*, *vigor existendi & eminendi*, *qui est vel in præstantissimis hominum*, est לא τὸ μηδὲν, ipsum *Nihil*; & quidem נסע *convulsum*; per se, & in se, *funditus revulsum* quasi. Hoc supremum culmen ὀξύμωρα. Eo delectatum *Salomonem*, subinde vidimus. Redeatur ad *Cap.* 1: 13. & 3: 35. *Elumbes nobilitat infamia.* Iterum 7: 25. & 15: 21. & 17: 8. & 21: 4. *Lucerna improborum lapsatio*; ist est, *culmen fortunæ*, *ruina ipsa.* Finiam in subtili non minus, quam gravi *schemate Job.* 38: 10. ואשבר עליו חקי & *fregi super eo mari fixum meum terminum.* Directe adversantur invicem *figere terminum*, & *frangere terminum.* Hæc interim venustissima copula ὀξύμωρα ita revincit, ut nihil arctius, aptiusque, excogitari queat: nempe *terminus mari fixus* ibi est, ubi *vis fluctuum ejus refringitur*, & *in se collisa residit.* Hoc Creatore dignissima *phrasi* enunciatum, *Fregi terminum meum*, i. e. *per fractionem* ipsam *fixi* & *præfinivi eum* עליו *super ipso*, ut ipsi fluctus semet *collidere* & *confringere* cogantur, atque ita ultro tanquam *ad* חק *terminum* ipsis assignatum *expirare.*

Vs. 21. Variatur nonnihil in *copula* postremi membri, cum priore. *Agnoscere faciem*,

 pro-

prosopolepsia uti, *non-bonum; & ob buccellam panis prævaricatur vir.* Supplent nonnulli *ejusmodi*, vel *talis vir*, *qui semel in animam induxerit potentiori favere.* Ita *Merc.* Alii maluere, *nam*; quod paulo incommodius. *Cocc.* distinguit *personas*; prius referens ad *principem*, posterius *ad alios*, qui isto exemplo proliciantur ad nefas. Acutum quod *Grotius* adfert; *&*, pro *etiam* positum, hoc sensu: *qui prius magno pretio inductus jura violavit, consuetudine peccandi eo devenit, ut minima data lucrandi occasione idem faciat.* Sic notaretur *progressus criminis crimen trabentis*; atque *ad istam* quoque *vilitatem propellentis.* Adblanditur: atque cum genio Linguæ satis congruit *copulativam* in *& tandem* resolvi. Videtur fortius adhuc exiturum, *&* tamen *ob buccellam panis prævaricatur* גבר *vir*, *καὶ ἰσχύω vir potens.* Nervose. לא טוב *non-bonum; pessimum est*, & *perniciosum; gravi reatu obstringit. Et tamen vir* potens, *ob buccellam panis*, *ob lucrum vilissimum*, *se tanti criminis alligat.* Illud פת לחם *frustum panis* est *adagiale*: quo usus *Ezech. Cap.* 13: 19. *Et profanatis me ad populum meum* בשעלי שעורים *ob pugillos bordei*, ובפתותי לחם *& ob frusta panis*; *ut occidatis animas* &c. Apud *Latinos* quoque *frusto panis conduci posse* dicitur *judex*. Particula *Vau* istam amplitudinem induit, *Jer.* 2: 27. ובעת רעתם *& tamen in tempore calamitatis dicunt*, *surge, atque in laxitatem assere nos.* Sic *Mich.* 3: 11. *Principes eorum pro munere judicant*, &c. ועל יהוה ישענו *& tamen super Jebova nituntur.* Iterum *Ezech.* 16: 20. וזכרתי *& tamen recordabor Ego fœderis mei* &c. Segetem talium comportavit *Nold.* in *Concord.* sub ו. *num.* 65. ut liquidissima hic sint jura.

Ibid. Ad *Cap.* 26: 24. nodum attigi, quem injicit anceps usus verbi נכר *notum* adferens & *ignotum*, *peregrinum.* Ex priore classe formula הכיר פנים *agnovit vultum*, in *Prosopolepsia*, defluxit: ut *Deut.* 1: 17. & 16: 19. *Prov.* 24: 23. Laudavi quoque conjecturam *Gussetii* a ξένος *peregrinus*, *alienus*, *extraneus*, & ξενίζω, *concordiam* tentantis *ignoti* & *noti*, prout verbum apud *Græcos* hinc valere potest *non agnoscere*, illinc *agnoscere & bospitaliter accipere.* Si ubique illa *bospitalis receptio* & *agnitio* vigeret, ab ista quidem parte res sic satis foret plausibilis; & tamen investigatio *Originis* pro ipso *peregrino*, aut *extraneo*, restaret. Sed illud הכיר sæpissime adhibetur in tali *agnitione*, quæ cum τῷ ξενίζω nihil habeat commune. *Gen.* 27: 23. *Et non* הכירו *agnovit eum Isaäcus*, *nam manus ejus erant ut manus Esavi.* Est simpliciter *dignovit*, *internovit.* Iterum והמה הכירו *& illi internoverunt vocem juvenis Levitæ.* Par ratio *Gen.* 31: 32. & 37: 32. & 38: 25. & 42: 8. aliisque locis complusculis, unde elucet fere *distinctior notatio*; ubi quid clare cernas; *Job.* 2: 12. לא הכירוהו *non agnoscebant eum* Amici, utpote *deformatum* plane: & *Job.* 4: 16. *stetit* לא אכיר מראהו, *cujus non agnovi faciem*: id est, *distincte notavi*, *internovi.* Adde 1 *Sam.* 26: 17. & 20: 41. 1 *Reg.* 18: 7. &c. Hæc a ξενίζω derivat *Gusset.* per canalem *curiositatis*, qua *peregrini* solent *notari.* Id paucis placebit; estque longius circumductum. Sciri quoque debet, unde *peregrino* nomen נכרי sit inditum, ante, quam aliquid rotundi solidique effici queat. Notiones *Arabicæ* quas produxi ad *Cap.* 26: *non agnoscere*, *pro suo non censere*, *improbare*, *abnegare* &c. &c. omnes haud dubie *Metonymicæ* sunt, & *secundariæ.* Has a *pungendo*, *punctim notando*, *dispungendo*, ortas esse, magna me *suspicio* tenet; *suspicio* inquam; ultra quam necdum progredior, quamvis adsit *probabilitatis* is gradus, qui *veritatem* ferme contingat. In نكر *intelligentia*, *acies subtilior ingenii*, certe τὸ *pungere* distincte elucet. *Distinguere* illud *Latinorum* tali pollens *Origine*, ad *subtiliorem* inde *intelligentiam* & *perceptionem* tramissum. Simplex ejus στιγ & στίζω, unde *stigare*, & *stigere*, mox *stingere* & *stinguere*, profluxit, proprie est *pungere*; inde *interstinguere*, est *interpungere*; & *instinguere* ferme idem quod *instigare*, usu tamen paullum distincto. *Distinguere* item, secundum nativam virtutem, est *dispungere.* Allusit *Cic. de Prov. Consul. Provincia castris Thraciis distincta ac notata:* nec non *Lact. de Ira.* L. 2. *Cap.* 5. *Qui cœlum distinxit astris fulgentibus*: i. e. *dispunxit* quasi *notis* & *signis* ei *affixis.* Planius adhuc *de Orat.* 14. *distincta & interpuncta intervalla orationis.* Idem *distinguere* est, vel *oculo*, vel *mente*, *notare*, & *discernere.* Sic natum verisimiliter הכיר *agnovit*, *internovit*, *distinxit*, *discrevit*, quod omnibus locis ita aptum, nexumque, ut naturam & rem ipsam videatur exprimere. Idem ad-

22 נבהל להון איש רע עין ולא ידע
כי חסר יבאנו :

22 Exsternatus fertur ad opulentiam vir malus oculo; & non sentit, rasam sibi egestatem provenire.

23 מוכיח

23 Qui

adfirmare licet de nostra *formula* הכיר פנים *distinguere facies*, hoc est, prout vulgo dici solet, *distinctione uti personarum;* alterum alteri præferre, & *distinctius accipere* vel *tractare.* Reliqua, quæ ad *Cap.* 26. pro *prima hac Classe*, attigi ex *Deut.* 33: 9. & *Jesaj.* 63: 16. aliisque locis, huc prono non minus, quam limpido, alveo feruntur. *Altera Classis*, quæ *contrarium* ferme adfert, *non agnoscere*, *pro suo non censere* &c. item a *distinguendo* & *dispungendo* proclivi cursu sese præbet. Certe *distinctus* pro *diverso*, *separato*, passim occurrit. *Dispunctæ* quidem *rationes*, alia *metalepsi*, venire assolent; quatenus *dispungere* est *accepti*, *expensique*, *conferre summulas*, atque *hinc* & *hinc puncto apposito notare*, ut *summa summarum conficiatur.* Inde *Senec. de Brev. Vit. Cap.* 7. *Dispunge ac recense vitæ tuæ dies.* Familiarissimum est *Tertulliano* verbum, ut *pag.* 39. *Nos qui sub Deo omnium speculatore dispungimur:* id est, *examinamur boni simus an mali.* Nempe Deus ei est *Judex & dispunctor meritorum.* Iterum *pag.* 424. de *Resurrect. Deo indignum est aliam substantiam operari*, *aliam mercede dispungi.* Item *pag.* 18. *Ad dispunctionem utriusque meriti:* i. e. *præmii* & *pœnæ assignationem.* Hæc, & alia, ut dicebam, variant quidem nonnihil *tropo*; dubitari tamen nequit, quin idem illud *dispungi* in *militibus*, *civibusve*, obtinuerit, quum *ratio iniretur* quinam in *matriculis retinendi* essent, & quinam *removendi.* Id etiam *expungere.* Hinc ductum illud *Suet. Claud. Cap.* 15. *Cum decurias rerum actu expungeret:* ubi *Torr. Expungere decurias dicit pro dispungere. Verbum in rationibus usurpatum; unde eleganti translatione Sen.* 4. *Benef. Munus munere expungere: & Paulus l. penult. Expungere stipendiis militem.* Hinc in oculos se ingerit, quinam, ad *proprietatem Hebraicam*, stante hac *Origine*, sint בני נכר *filii peregrinitatis*, nempe *filii expunctionis*, vel potius *dispunctionis*, qui *e matricula civitatis* velut *dispuncti*, ac *in aliud latus sepositi:* itemque quis נכרי *peregrinus*, *alienigena*; *e genere* nostro *dispunctus*, sub *nota extranei; non nostri census:* i. e. *non nostræ punctionis:* nam & *censere* a *pungendo* κέντειν, κεντεῖν, emanavit. Ex eodem quoque fonte notiones ceteræ cum gratia & dignitate scaturire potuerunt: ut *dispungere aliquem* valeat *pro suo non agnoscere*, *improbare:* item *abnegare*, *pro alieno repudiare:* quæque alia ex *Pibbel* ad *Cap.* 26. discussa. Ea hic resumi haud necesse est. Etiam התנכר *dispungere sese*, ut notet, *habitu immutato se gerere pro alieno*, *& non nostri census*, insignem sane *metonymiam* exereret, qua nil venustius cogitari possit hoc in genere. Cuncta tamen hæcce, quantumvis speciosa, hactenus quidem ultra *magnam*, ut dixi, *suspicionem*, quæ *magnos* habeat *gradus probabilitatis*, evalere nolim; tum demum vim *veritatis* & *demonstrationis* obtentura, quum *Origo pungendi* sub نكر adhuc disertiore auctoritate constabilita erit.

Vs. 22. Non admodum viget, quod hic dari solet; *Festinat ad opulentiam vir mali oculi*, *nec cognoscit inopiam obventuram sibi.* Non sentitur nervus ille *Salomonis.* Vide modo vulgarem expositionem, *frustra festinare avarum ad divitias comparandas*, *quum eas amittere queat*, *& in egestatem prolabi.* Hoc, credo, in omnem quadrat *opulentum*, ac proinde non erat, cur in רע עין *malum oculo* hocce telum torqueretur. Ne quidem pondus *Gnomes* implebit, etiamsi cum *Cocc.* animosius efferas, *præceps fertur ad opes vir malo oculo*, *& non novit quod egestas immineat ei.* Rogo iterum, cur speciatim *malus oculo?* Sensit ὁ πάνυ, atque ita scrupulum levare conatur. *Tales sibi pessime consulunt: nam ab illis omnium animi alienantur*, *neque benignitatem cujusquam experiuntur*, *& in adflictione positi*, digni *videntur*, *ac deseruntur; atque ita pro opibus* egestatem *inveniunt.* Hanc expositionem roborare posset Origo & חסר in *rasa egestate:* quæ cum *execratione publica* fere conjuncta est. Sed non in longum distulit Sapiens, quod hic intentat, quasi *venturum* sit, aut *immineat:* id quod *præsentissimum* est, & quod *cum maxime avarum premit*, ac proinde ab ipso *sentiri* de-

 be-

beret, ei denunciatur, atque illustri *figuratione* hic pro cæcitate, & stupore, *non sentienti* inculcatur. *Præceps fertur ad opulentiam vir malus oculo; & non sentit egestatem rasam provenire ipsi.* Nempe בוא nunc usum illum significantissimum exerit, qui conspicitur in תבואה *proventus, messis domum & borrea intrans.* Ita *Jesaj.* 32: 10. *Finita est vindemia* ואסף לא יבוא *& collectio non intrat:* i. e. *non comportatur domum.* Hinc explicabam *Cap.* 10: 24. מגורת רשע היא תבואנו *Formido improbi ipsa proveniet illi, proventu largo intrabit*, ubi plura. *Ibid. Vs.* 16. תבואת רשע לחטאת *Proventus improbi ipsa sane lapsatio*, ipsa *infelicitas.* Est species *Oxymori.* Eo & *sententia* nostra animatur; ut *rasa egestas provenire* dicatur alicui, eodem plane colore, eodemque aculeo, quo *Vs.* 19. hujus *Cap.* habuimus *saturari egestate.* Est *Paradoxum Salomoneum*: quum *avarus ditescit, pauperatur*; quin *præceps eunti, & per* omne *nefas grassanti ad opulentiam*, יבוא חסר *intrat, largiore proventu* veluti, *rasa egestas.* Id bifariam explicari potest. *Primo*, confluunt, & conspirant huc omnia, quæ *Cic. Parad.* VI. disputat in *Crassum*, *Solusne Tu dives? quid si ne dives quidem? quid si pauper etiam?* &c. Deinde porro, *jam fateris igitur non esse te divitem, cui tantum desit. Itaque istam* paupertatem, *vel potius* egestatem, *ac* mendicitatem *tuam nunquam obscure tulisti.* Reliqua non exsequor; quæ notissima. Hæc enotavi, quia *rasam* illam *egestatem*, quam sub חסר indicavi, disertim consignant. Nempe quo *affluentius haurit* avaritia, eo *ardentius sitit*; & quanto *plus nummorum in arca strangulat* avarus, tanto *magis* ipse *strangulatur*, atque *miseria contabescit.* Animose *Sen. de Benef.* II. *Cap.* 27. *Eo majora capimus, quo majora venerunt; multoque concitatior est avaritia, in magnarum opum congestu collocata: ut flammæ infinito acrior vis est, quo ex majore incendio emicuit.* Hoc unum. Alterum est, quod qui נבהל *consternatus fertur*, πτοῆται *ad opulentiam*, per fas, per nefas, corradens quicquid vel capere, vel rapere detur, atque *rapinis* suis, ut draco thesauris, incubat, *malus oculo*, avidissimus idem & avarissimus *lucripeta*, cum *bona mente* omnes perdat *virtutes*, quæ sunt *veræ*, quin *unicæ*, hominis *divitiæ*, atque *rasa* vere *egestate* eo ipso momento sese mergat, omnibus vitiis obsessum, & oppressum, per omnem vitam. Hoc a mente *Salomonis* abesse non potest, quum ne a *Ciceronis* quidem afuerit. Illustria sunt quæ in *Parad.* VI. hunc in scopum directa. *Si censenda nobis atque æstimanda res sit, utrum tandem pluris æstimamus pecuniam Pyrrbi, quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricii, qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum Samnitum, an responsum M. Curii?* &c. &c. *Hæc profecto, quæ sunt summarum virtutum, pluris æstimanda sunt, quam quæ sunt pecuniæ.* Deinceps porro: *Quis igitur (siquidem, ut quisque quod plurimi sit, possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet, quin* IN VIRTUTE DIVITIÆ *sint? quoniam nulla possessio, nulla vis auri & argenti, pluris quam virtus æstimanda est.* Conferri velim, quæ ad Cap. 24: 3. hunc in sensum tacta: itemque *Vs.* 2. alia licet sub figura, similiter in *præsentissimam pœnam*, & *calamitatem*, improbi tendente. Hic est *cumulatissimus*, ut ita dicam, *proventus detrimenti* תבואת חסר; nam חסר *deficere, diminui*; itemque *egere*; ex Origine valet *deteri, terendo radi.* Usibus *secundariis* respondet *Arabum* خسر *jacturam fecit, damnum passus est*; apud Golium. In *Gjeubario* erat نقص *deteri, defringi*; frequentatum in *pondere* ac *mensura* de qua *decerpitur* multum, ac *deteritur.* Ita *Alcor. Sur.* 55: 8. اقيموا الوزن بالقسط ولا تخسروا الميزان *Pondera rigide examinate, neque lanci quicquam deteratis.* Consimiliter in *mensura Sur.* 83: 1. 2. 3. واذا كالوهم او وزنوهم يخسرون *Et quum admetiuntur ipsis, aut appendunt aliquid, deterunt.* יחסירו in IV. *specie*: ut *Jes.* 32: 6. *potum sitientis* יחסיר *deterit; de ejusque mensura defraudat.* Iterum in *mensura*, *Exod.* 16: 18. Inde illustri *metaphora Eccles.* 4: 8. מחסר נפשי מטובה *defraudans animam meam bono.* Et *Ps.* 34: 11. לא יחסרו כל טוב *non deterentur ullo bono; defraudabuntur, decrescente & deficiente mensura.* Sic *Deut.* 2: 7. & 15: 8. *Ps.* 23: 1. *Jer.* 44: 18. חסרנו כל *detriti, derasi sumus omnia.* Tali *detrimento affectus* absolute خاسر חוסר vel חָסֵר

vo-

vocitatur. *Alcor. Sur.* 58: 20. الا ان حزب الشيطان هم الخاسرون *An non est, ut Satanæ sodales, ipsi sint* חסרין *qui omnis boni detrimentum patiantur.* Qui dum *sibi* videntur *vigere*, *florere*, *beati* esse, eo ipso *omni bono carent*, & *salutis faciunt jacturam.* Hoc intendit *Glossa* illa, qua خاسر exponitur *amissa via errans*; sive *re*, *spe*, *mente* ipsa *carens.* Plenius *Surat.* 63: 9. *O vos qui creditis, ne relaxent vos opes vestræ a recordatione Dei; nam qui id fecerint* فاولئك هم الخاسرون *sane vero illi sunt qui detrimentum patiuntur.* Idem ferme aculeus. *Hi in media opulentia* sunt *inopes*; & *omnium rerum*, *salutis* quoque *spe* omni sunt *defecti*; ad *rasamque* veluti *egestatem redacti.* Ita חסר לחם 2 *Sam.* 3: 29. *Omni pane destitutus*, *ad rasuram* usque: 2 *Sam.* 3: 29. & חסר לב *vecors*, *omni corde defectus*, *Prov.* 6: 32. ubi aliquid jam submonere cœpi. Adde *Cap.* 10: 21. ubi in illo אוילים בחסר לב ימותו *crasse stolidi in rasa quasi indigentia cordis emoriuntur*, singularis *Emphasis*, ut quivis sentit, sese exerit. Signatissime *Job.* 30: 3. בחסר ובכפן גלמוד *in rasa egestate*, & *inedia*, *durus silex*: i. e. *ad conditionem nudi silicis redacti.* Ex hisce distinctius adhuc dilucet, quanta dignitas insit in phrasi nostra חסר יבואנו *rasa egestas proveniet ei*; ejus *proventus*, & *copia*, erit ipsa *inopia*: præ qua facile caremus, quod ex altera *lectione* חסד exsculptum a nonnullis, quasi foret, & *nescit opprobrium ipsi venturum*; vel ut alii per *Antiphrasin* maluere, *immisericordiam.* Hæc non nauci. De cetero illa *derasio damnosa*, & *detrimentum* illud, *Originem* suam asservavit sub חסר حسر cum *Hba*; cujus indoles & potentia late fusa ita in *Camuso* stringitur حسره كشفه والبصر كل وانقطع من طول مدي والغصن قشره والبعير ساقه حتي اعيا والبيت كنسه والحسرة المكنسة والتحسير سقوط ريش الطاير *Verbum* חסר *est destrinxit*, *vel denudavit aliquem*; quasi *derasit*; *de acie visus*, *est præstringi*, *hebetari*, *infringi præ nimio intervallo*: & *cum ramo*, *corticem stringendo detrivit.* *Item detrivit* בעיר *jumentum*, *est propulit usque dum elassaretur*; *de* בית *domo*, *notat verrere*, *everrere*; *unde* מחסרת *vocantur scopæ.* תחסיר *est defluvium plumarum in voluceri.* Hæc faculam allucebunt, ad *Glossas Golianas* ex *Gjeubar.* concinnius ordinandas, atque sub *Originem* hancce redigendas.

Ibid. Grave est verbum בהל, hic quoque *speciatim* gravissimam exerens figuram. Notiones quæ in *Lexicis* comparent, omnes *secundariæ.* In *Kal* nuspiam occurrit. In *Niphhal* duæ Classes; quarum sub prima locatur, *turbari*, *terreri*, *percelli*, *consternari*, de *mente.* Sub altera, *festinare*, *accelerare*, *præcipitare*, *praeceps ferri*, de *corpore.* Hæc unam tenere *Originem* vel imperitior intelligat facile; sed quid primum gradum occupet, non æque promte intelligat. Sunt qui a *terrore* & *consternatione* ad *festinationem præcipitem*; & contra, qui a *festinatione præcipiti* ad *consternationem* deventum velint. Est in hisce, quod hinc & hinc trahat, retrahatque. Legitima est progressio in plerisque Linguis a *consternato* ad *præceps* & *festinum*; &, vicibus inversis, a *præcipiti* ad *consternatum* & *exterritum.* Hinc minus firmi ad hæcce, ac propterea minus quoque favorabiles, opinantur, totum hocce genus esse arbitrarium; falluntur; nam statim atque *Origo* reluxit, omnis dubitatio diremta. Innotescat homini *Literato* ex Dialecto *Arabum*, בהל *primariam* possidere vim *quatiendi*, *excutiendi*, continuo & *discernit*, & liquido *decernit*, נבהל *Excussus fuit sibi*, afferre *secundario*, *præcipitem cursum* ac *festinationem* corporis; atque inde ad *terrorem consternantem* vel *consternatum* mentis processum fuisse. *Consternatio* ipsa apud *Latinos* etiam primitus *affectio* est *corporis*, qualis *equi sternacis*, *sese erigentis*, & *sessorem excutientis.* Hinc apud *Liv.* L. 37: 41. *consternatio quadrigarum*: nec non L. 21: 33. *icti forte*, *aut convulnerati*, *equi adeo consternabantur*, *ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum facerent.* Est hæc antiquissima *verbi* illius virtus; in quam digitum intendit *Non. Marc.* de *Varia Signif.* ad

ad τὸ *consternari* monens, significare *dejici*; significare rursum *erigi*, apposito exemplo *Pacuv.* in *Duloreste*; *unde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus? quo consilio consternatur? qua vi? cujus copiis.* Valet ibi *consternari*, non sane *dejici*, sed *erigi* & *excitari in arma*. Alter locus ex *Peribœa Pacuvii* in mendo cubat: satis tamen liquet illud *consterna te anime*, vel forte *consternare anime*, valere, *erigitor* & *excitator ferocius.* Hunc veterem usum attendit ipse *Liv.* L. 7: 42. *eam multitudinem conjuratorum ad arma consternatam esse.* Iterum L. 8: 27. *circumstantes concilium, bellum in Romanos poscunt; alii ad concitandam in arma multitudinem agrestium discurrunt; tumultuque etiam sanos consternante animos, decernitur, ut societas cum Samnitibus renovetur* &c. Ex interioris elegantiæ vena est illud *consternante*, pro *stimulante in arma*, & *erigente*: plane ut *Lib.* 21: 24. *Metu servitutis ad arma consternati.* Similia apud *Sall. Tac.* aliosque reperiunda. In omnibus hisce viget potestas *impetus animi*, non utique *dejecti*, sed *arrecti* & *stimulati* ad *vehementiorem motum*, *cursumve.* Ad hos calculos *consternari* נבהל לִי per omnia respondet quoad usus *secundarios. Primaria* quoque non eadem quidem, sed affinis tamen, sita in *quatiendo*, *excutiendo*, ut quum *jumentum excusso vinculo*, *frenove*, *ruit*, & *solutius fertur.* Clarius percipias ex *Gjeubar.* cui *camelus* بـاهـل בוהל est النبي لا صرار عليها ولا عران ولا سمة *quæ non stringitur vinculo uberum*, *nec capistro ligatur*, *nec ullo signo notatur*: quasi dicas, *excussam*, & *sibi permissam*, *ut eat quo velit.* Transfertur ad *hominem*, & بهله *excussit eum* valet, *suo jure & arbitrio sivit ferri*, vel *vagari.* In IV. item ابهلته אבהלתה *excussi eum* exponitur تركته بـاهـل *dimisi eum ut vagaretur quo vellet.* Et X. adducitur de *Sjeibanitarum gente* ex Poëta استبهلتها السواحل *excussam eam fecere tractus litorei*, لانهم كانوا نازلين بسيف البحر لا يصل اليهم السلطان يفعلون ما شاءوا *quoniam quum litus maris sedibus suis obtinerent*, *ad eos pervenire non poterat Sultanus*, *ita ut pro arbitrio agerent quicquid vellent*, *vinculis velut exsoluti.* Illustris etiam formula enotatur ضلال بن بهلل *errator filius excussi*, pro *vagabundo* & *erroribus acto.* Ex hoc fonte per *metonymiam* emanavit بهله الله اي لعنه *excussit eum Deus*, pro *execratione* & *diris percussit*; *in malam rem abire jussit*: quod *Terentiana* phrasi efferas, *quatere foras.* Istam potentiam exerit בֶּהָלָה *Jesaj.* 65: 23. לא ילדו לבהלה *non parient in . . . . quia semen benedictorum Jehovæ illi*, *& propagines eorum cum iis.* LXX sensu duce, εἰς κατάραν, *in execrationem*: quod unice seriem istam implet; proprie *ad excussionem*; *sub diris irisque cœlestibus scilicet.* Languet *præpropere*, vel *præcipitanter*; quasi *abortus* significaretur. Fortius alii, *in consternationem*; quod retineri poterit, si modo hanc in amplitudinem emittatur. Gravissime etiam enunciatum *Ps.* 78: 33. *Et consumsit annos eorum* בבהלה *in excussione*, qualis eorum quos *diræ* & *iræ cœlestes exterrent*, atque sibimet velut *excussos agunt.* Et hic *consternationem* adhibeas licet, vel *exsternationem*: nam & *exsternari* apud *Latinos* istam vim receptat. Eodem tendit *Lev.* 26: 16. & *Jer.* 15: 8. ubi *execrationem qua mens sibimet excussa consternetur*, palpare est. Confer quæ de hac ipsa potestate libavi ad *Cap.* 20: 21. secundum Lectionem *Masorethicam* נחלה מבהלת *Hæreditas diris percussa*, & *excussa* veluti. מבחלת tamen, quod textum occupat, ibi non deseruerim. Supervacaneam insumerem operam, si in illud *excuti sibimet*, ad *consternationem* & *dejectionem mentis* tendens, immorarer; nam & *pavor membra* dicitur *excutere*, apud *Sen. in Agam. Vs.* 5. quod vehementius quam *quatere*; & *mente consilioque excuti* apud Auctores passim occurrit. Eadem dignitate *Ps.* 6: 3. 4. נבהלו עצמי *excussa sibi sunt ossa mea*; & נבהלה נפשי *excussa sibimet mea anima.* Signan-

23 מוכיח אדם אחרי חן ימצא ממחליק לשון׃

24 גוזל

23 Qui redarguit hominem, postea mihi gratiam inventurus est; præ glabram faciente linguam.

24 Qui

gnantissime *Jes.* 21: 3. נבהלתי מראות *excussus sum mihimet, ut videre nequeam.* Item *Jes.* 13: 8. ונבהלו *& excutientur sibimet, tormina eos apprehendent.* Ad hanc amussim facile exigentur 1 *Sam.* 28: 21. 2 *Sam.* 4: 1. *Job*: 21: 6. *Jer.* 51: 32. *Ps.* 90: 7. quæque alia ad hanc classem reduci solent. Altera classis, quæ *festinationem præcipitem* adfert, item ab *excutiendo* ducta, insigni pollet gravitate. *Ecclef.* 5: 1. אל תבהל על פיך *Ne præcipites ore tuo*: proprie, *ne excussus ruas super ore tuo*; ut *jumentum* videlicet quod *capistrum excussit.* Iterum *Ecclef.* 7: 9. אל תבהל ברוחך *ne excussus ruas in spiritu tuo ad irascendum* &c. Et *Cap.* 8: 3. אל תבהל מפניו תלך *ne excussus tibimet a facie abeas Regis*: cave *præcipiti & contumaci impetu resilias ab ejus mandatis.* Subest *detrectatio obedientiæ*, & *excussio freni*; instar *equi sternacis.* Hoc supra erat *consternari ad arma.* Signanter 2 *Chron.* 26: 20. de *Uzzia lepra percusso*, dum adoleret in Templo, ויבהילוהו משם *& excusserunt eum inde* sacerdotes; i. e. *præcipitem ejecerunt*; quo sensu subnexum, וגם הוא נדחף לצאת *quin & ipsemet impulsus ultro ad exeundum, quia percusserat eum Dominus.* Jugum hocce verborum מבהל *excussus*, & דחוף *impulsus*, habes quoque *Est.* 8: 14. ad *præcipitem & velut effrenem festinationem* exprimendam: unde & *Cap.* 6: 14. ויבהילו להביא את המן *& excusso*, i. e. *præcipiti impetu celerarunt adducere Hamanum.* Sentias hinc nervum simul & colorem, quo insignitum illud 2 *Chron.* 35: 22. אלהים אמר לבהלני *Deus jussit ut excussa uterer festinatione*; ut *tanquam effreni celeritate iter meum præcipitarem.* Completissima imago; & dehortatio potentissima, ne vel minimum moræ a *Josia* objiceretur. Nostra quoque *Gnome* perinsignis, in qua נבהל להון non simpliciter est, *festinans ad opes*: non *præceps ad eas*; nisi ex *Origine* adjunxeris, *excussus sibimet*; ut sine *freno*, sine *repagulo*, ad illas ruat, earum splendore *attonitus*, ac velut *externatus.* Hoc *Græcis* erat πτοεῖσθαι, & πτοιᾶσθαι, non tantum *exterreri* instar *equi sternacis*, sed etiam *attonari admiratione*, & *tota mente exsternari*, ac *sibimet excuti*, *ad aliquid vehementius appetendum.* Amat hoc verbum *Chrysost.* ut T. I. *edit. Savil.* p. 5. Τοὺς περὶ τὸ πλοῦτον ἐπτοημένους, *circa divitias externatos* habes, & p. 7. Τοὺς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένους· & p. 29. Τὸ περὶ τὴν δόξαν ἐπτοῆσθαι τὴν ἀνθρωπίνην, *circa gloriam humanam exsternatum esse*: & p. 30. Περὶ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπτοημένοι, *circa mundi negotia exsternati.* Adde p. 46. 50. 67. 96. &c. &c. *Hesych.* adduxit πτοιώμενον, a πτοιᾶσθαι, τὸ παρορμᾶσθαι περὶ τὰ Ἀφροδίσια, quale *animal* מְבֹהָל مُبْهَل vocitant *Arabes*, & מְבוּהָל مُبَاهَل; quum *effreni cupiditate consternatum*, & *sibi excussum*, *in Aphrodisia ruit.*

Vs. 23. Magna *Emphasi* enunciatum אַחֲרַי: Qui *redarguit hominem*, *postea mihi gratiam inveniet* &c. Sic per *Pleonasmum* subnecti solet *pronomen* in *dativo* reddendum, ut in אָזַי *tunc mihi*, aliisque monui in *Instit. Grammat.* In simpulo fluctus commoti, quum alii hinc exsculpsere *retrocedentem*; alii *post me*, i. e. *mea præcepta*: alii *seorsim*; alii etiam, אַחֲרֵי כֵן emendandum suspicati sunt. Verbulo solemnem *Hebraismum* indico; ne quis obhærescat in plano. *Colon* posterius, *præ eo qui blanditur lingua*, ad proprietatem verbi חלק pressius & vividius convertendum, *præ eo qui glabrat linguam suam.* Hoc supra adstructum.

 Vs. 24.

24 Qui ſpoliat patrem ſuum, & matrem ſuam, & dicit, nulla eſt prævaricatio, ſodalis ille ſicario.

25 Vaſtus cupiditatis agglutinabit contentionem; at ſecure recumbens in Dominum opimabitur.

26 Secure recumbens in cor ſuum, is ſtolidus eſt: at ambulans cum ſapientia, is evadet.

27 Dans

24 גזל אביו ואמו ואמר אין פשע חבר הוא לאיש משחית׃

25 רחב נפש יגרה מדון ובטח על יהוה ידשן׃

26 בוטח בלבו הוא כסיל והולך בחכמה הוא ימלט׃

27 נותן

Vſ. 24. Formula איש משחית *vir perditionis*, vel *perditor*, ſupra *Cap.* 18: 9. deſignat *decoctorem*. Eundem & hic tenent nonnulli. Hic tamen gravius quid requiri, collatæ *Gnomæ* evincunt. Acceſſerim proinde iis qui hic *Graſſatorem*, *Latrocinatorem*, *Sicarium* expreſſere; quem & *Arabes* ساحت שוחת *Perditorem* κατ' ἐξοχὴν appellitant. Sic *Cap.* 6: 32. dedimus משחית נפשו *animæ ſuæ ſicarium*. Huic ſane profligatiſſimo generi aggregari meretur, qui *patrem* & *matrem ſpolians*, eo ipſo *animum* gerit *parricidam*; & *Sicariis* ſeſe inſerens, cum iisdem ſcelerum ſuorum cumulum implebit, debitasque tandem pœnas expendet.

Vſ. 25. Non uno in loco, cum alibi, tum in *Proverbiis* noſtris, prætervisa fuit peculiaris notio, quam induere amat vox נפש *anima*, pro *appetitu* & *cupiditate anhelante*. Replicetur modo *Cap.* 23: 7. & 21: 10. & 13: 2. 4. Hanc vim ſpirat רחב נפש *amplus*, *latus animæ*, i. e. *cupiditatis*; qui *inſatiabilis* eſt *opum*, ac *divitiarum*: cujusque *appetitum* illum *late patentem*, ac *vaſtum*, nihil explere valeat. Nemini hic ambigere integrum, qui modo adſpexerit tabellam hancce *Jeſ.* 5: 14. הרחיבה שאול נפשה ופערה פיה לבלי חק *Dilatavit orcus animam ſuam, & diſpandit os ſuum immodice.* Habes eandem *phraſin*, & liquido cernere eſt, *Orcum* ipſum *Epitheto* hocce רחב נפש *lati*, *ampli*, *vaſti animam*, i. e. *appetitu vorandi*, poſſe inſigniri. Recurrit imago eadem *Hab.* 2: 5. cum inſigni acceſſione, הרחיב כשאול נפשו *dilatavit tanquam orcus ſuam animam*, ולא ישבע *& non exſaturatur.* Eſt ergo רחב נפש *latus animam* haud dubie, *qui nunquam exſaturari poteſt*; atque in quo

- - - - Furit ardor edendi,
Perque avidas fauces, immenſaque viſcera, regnat.

Huc unice collineatum, admonere potuiſſet *Antitheſis* verbi ידשן, *at qui ſecurus recumbit ſuper Dominum, opimus reddetur*; *ad opimitatem* usque *ſaturabitur*. Non abſimilis *Gnome Prov.* 13: 21. *Juſtus comedit* לשבע נפשו *ad ſaturitatem animæ ſuæ; at venter improborum indigebit.* Eſt *Allegoria*, in eundem tendens ſcopum. מלא נפש *implere animam*, pro *appetitum edendi ſatiare*, habemus *Cap.* 6: 30. Eodem colore דשן נפש *opimare animam*, *Jer.* 31: 14. *Pſ.* 63: 6. *Prov.* 13: 4. Hinc lucem fœneratur *Prov.*

27 נותן לרש אין מחסור ומעלים עיניו רב מארות׃

28 בקום רשעים יסתר אדם ובאבדם ירבו צדיקים׃

27 Dans pannoſo, nullam patietur inopiam; at obſignans oculos ſuos, copioſus erit execrationibus.

28 Quum ſtant improbi, occultat ſeſe homo: at quum pereunt illi, juſti florent.

11: 25. נפש ברכה תרשן *anima benedictionis*, id eſt, *liberali dedita largitioni*, & pauperibus de *appetitu* ſuo erogans, *ad opimitatem ſaturabitur*. Hoc ſuo ordine inſertum velim. Unice hanc in ſedem quadrat ille *Inſatiabilis*, *vaſta* ſemper *anima inhians*, & *imminens* in aliena. Hujus character eſt, *agglutinare lites*, atque inde *pabulum* quærere ſuæ *cupiditati*; quæ tamen adeo non expleatur, ut inde vehementius exardeſcat, omni vera felicitate tandem privandus. Contra qui *ſuis contentus*, nil appetit, liteſque fugitat, Domino ſe ſuaque omnia tradens, & præſentem habet fructum tranquillitatis, & omni in perpetuum ſuavitate cumulabitur. In alia omnia abiere Interpretes; quorum aliis רחב נפש *latus anima*, eſt *magnanimus*: aliis *elatus animo*, *faſtoſus*, *arrogans*. Prius plane alienum, niſi per *magnanimum* intelligatur idem ille *arrogans*, & *inſolentiſſime ſuperbus*: quod tamen uſus ſermonis *Latini*, itemque *Belgici*, non patitur. Ad *arrogantiam* pertrahere potuit רחב לבב *latitudo cordis* ſic poſita *Prov.* 21: 4. & *Pſ.* 101: 5. & ferri poteſt, quatenus *arrogantis* item eſt, *agglutinare contentionem*. Infeliciore calculo Cl. *Guſſet.* nobis *ſapientem* hic obtulit, ex 1 *Reg.* 4: 29. ubi data dicitur *Salomoni ſapientia*, & *intelligentia*, ורחב לב & *latitudo cordis*, *ſicut arena quæ in litore maris*. Colorare nititur, quod hic nemo expectaſſet, ex eo quod detur etiam *ſapientia* ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης, *Jacob.* 3: 15. & quod *ſcientia* dicatur *inflare* 1 *Cor.* 8: 1. Nil indigeſtius. Aliud *Hebræis* erat רחב לב *latitudo cordis*, aliud רחב נפש *latitudo animæ*; quæ ut ex locis adductis patet, *cupiditatem vaſtiſſimam* conſignat. Sic apud *Sall. Cap.* 5. *Catilinæ* datur *animus vaſtus*, qui *immoderata*, *incredibilia*, *ſemper cupiebat*. Hinc ne latum quidem unguem hic deflexerim. רחב לב *latitudinem cordis*, ejuſque varios uſus hic diſcutere, nimis longum foret. Verbulo ſubnotaſſe ſuffecerit, ea apud *Arabes* figurari tum *ſcientiam vaſtiſſimam*, tam *vaſte diffuſam*, quam *vaſtum mare* aliquod: tum *animos* ad *ardua* quæque *paratiſſimos*, *iiſque exantlandis capaces*; tum *pavorem*, quo *mens in ſtuporem vaſtum* defigatur; tum denique *ferociam* quandam *vaſtam*, qua *animus tumeſcat*, atque *inſoleſcat*. Poſterius *Pſ.* 101: 5. & *Prov.* 21: 4. intenditur. *Pavorem adſtupentem rei alicui*, reperies *Jeſ.* 60: 5. *Et pavebit*, *ac dilatabitur cor tuum* &c. Ad *animoſitatem* referendum videtur *Pſ.* 25: 14. & 119: 32. Omnia hæc ad unam eandemque vim reducere velle, eſt *Linguarum* vim, & genium, ſub anxium ſecum jugum mittere.

Vſ. 27. Præſignis *figuratio* in מעלים עיניו, *occultans oculos ſuos*. Ex *Origine* nempe ſonat, *obſignans oculos ſuos*, i. e. *ſigillo* veluti *impreſſo* eos *occludens*, & *obfirmans*. Hoc in *Opuſc.* de *Defect. Hodiern.* late adſtructum, nos attinere non debet. De יסתר אדם *abſcondit ſe homo Vſ. ſeq.* jam *Vſ.* 12. id dictum, quod mentem noſtram declaret; iſta enim *perſona*, qua ſe quiſque *velare* ſtudet ſub *Tyrannis*, & Linguæ congruit, & ſententiæ lumen ac pondus addit.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Verf. 1 Vir redargutionum obdurans cervicem, defubito confringetur, nec erit qui farciat.
2 Quum florent jufti, hilaria agit populus: at quum dominatur improbus, populus ingemifcit.
3 Vir

Verf. 1 איש תוכחות מקשה ערף פתע ישבר ואין מרפא׃
2 ברבות צדיקים ישמח העם ובמשל רשע יאנח עם׃
3 איש

Vf. 6. Non aptiffime nexa membra hujus *Gnomes*, fic conftitutæ, *in prævaricatione viri mali laqueus, at juftus cantat & lætatur.* Id ita exponi folet, *juftum*, *qui* religiofe *cavet peccatum*, *perpetua gaudere ferenitate mentis tranquillæ*, atque *nullo laqueo confcientiæ fefe implicare*; quæ fit *materia jugis triumphi.* Hoc fi intendiffet *Paræmiaftes*, prius membrum aliter concepiffet; ad juftiorem *Antithefin* efficiendam: verbi gratia; *vir malus perpetuis* confcientiæ *ftimulis vexatur*, vel *compungitur*; ut *Job.* 15: 20. & *feq.* ubi illa conditio graviffimis coloribus expingitur. Hic incipiens a פשע *prævaricatione viri mali*, in eaque *laqueum* ei *necti* pronuncians, quo *in perniciem irretiatur*, unde *eluctari* nequeat, alium omnino fcopum fibi præfixiffe videtur; qui etiam פשע *prævaricationem jufti*, ut fane *juftus lapfibus* hac in vita non exemtus, *includat*; atque infinuet *juftum* ex *prævaricatione*, in quam prolapfus fit, confeftim *emergere*, quin *fortiorem* & *animofiorem* adverfus omnem *tentationem*, cui forte fuccubuerit, *affurgere.* Senfit hoc *Coccejus* nofter, fic commentans: *Peccata cavenda funt. Nam fi homo malus fit, illaqueatur peccato fuo: cogitur enim peccatum fuum defendere, & peccatum peccato tegulam facere, ne perpluat; ut ita ex uno in aliud, itemque in aliud progrediatur. Sed* Juftus, *qui veritatem amat, & peccatum fugit, femper* cantat & lætatur. *Non timet enim reprehendi, non confunditur coram ullo; quin etiam,* fi lapfus fuerit, *vel ipfe fe corrigit, vel monenti gratias agit; neque ea re lætitia ejus turbatur.* Cernis virum fummum, ad *fententiam* firmiore ancora revinciendam, adfciviffe conditionem, *fi lapfus fuerit juftus*, quam hic requiri monebam. Refumendum ad hunc calculum foret בפשע ἀπὸ κοινοῦ, ut pofterius Colon fic fonet; *at juftus in prævaricatione* ipfa *cantat & lætatur:* h. e. inde *materiam* quoque fibi parat *triumphi*, adverfus *peccatum* femet *armans*; idque diligentius in fefe *debellare* ftudens. Infignis locus *Practicus*, quem Magni Theologi, ad gloriam Gratiæ cœleftis, *venena* in *remedia* potentiffima convertentis, pleno in die collocarunt. Enimvero nihil ifta repetitio, בפשע *in prævaricatione*, habet incommodi; atque ab ifta quidem parte omnia tuta; fed non æque tutum, ut יָרוֹן habeatur pro *fut.* *verbi* רנן *cantillare*; atque a *Defect. med.* talem *formam* duci *Analogia* minus patitur. Hinc alii corrigendam cenfuere vocalem poftremam; alii novum *Thema* induxere רון *med. Waw*, quod tamen eadem poteftate *cantillandi* donarunt. Gratis: quippe quod fola *alliteratione* nitatur. Quid, quod illa notio non adeo opportuna fit huic fedi? Certe ירון ושמח *cantillabit & lætus*, non rotundum. Mollius exiffet ירון וישמח *cantillabit, & lætabitur.* Aliud quid defiderari perfenfit iterum *Cocc.* noftrum ירון *cantillat* in *Lexico* declarans, *loquitur cum fiducia*, *παῤῥησιάζει*). Id accommodatum *commentationi* Ejus.

3 איש אהב חכמה ישמח אביו ורעה
זונות יאבר הון :

4 מלך במשפט יעמיד ארץ ואיש
תרומות יהרסנה :

5 גבר מחליק על רעהו רשת פורש
על פעמיו :

6 בפשע איש רע מוקש וצדיק ירון
ושמח :

7 ידע

3 Vir amans ſapientiam hilarabit patrem ſuum: & qui paſcit meretrices, opulentiam diſperdet.

4 Rex per æquitatem juris terram conſtabiliet; at vir oblationum eam diruet.

5 Vir glabris utens blanditiis erga ſocium ſuum; rete ad greſſus ejus expandit.

6 In prævaricatione viri mali *eſt* laqueus; at juſtus vel ſuccumbens triumphabit.

7 Co-

jusdem ſupra expoſitæ: ut *Syntaxis* hæc ſit; *at juſtus*, in prævaricationem incidens, *loquetur cum fiducia*, & quidem *lætus*: i. e. ut videbamus *lætitia ejus non turbatur*. Hoc voluiſſe *Salomonem*, non perſuadeor; & jam omnes qui hæc curatius trutinabuntur, mihi facile conſciſcent, ad cola rite libranda ſub ירון requiri, quod פשע בו *prævaricationi* recinat; hoc adſpectu: *In prævaricatione viri mali, laqueus*; perniciei ſcil. *at justus ſuccumbet*, & tamen *lætabundus*: i. e. *vel victus vincet ac triumphabit*. Celſam eſſe, & *Salomone* dignam *Gnomen*, nemo neget. Eam ſubjicit *Dialecti Arabicæ* auctoritas, in qua ران רון & רין valet *ſubigi*, & quidem ſpeciatim *a peccato*; eique *ſuccumbere*. Ita dicunt رون כהוה ران بالهوي *ſuccubuit affectui*; itemque *tranſitive* ران الهوي علي قلبه *ſubegit affectus cor ejus*. Sic *Harir. Conſ.* 10. Non eſſe *primarium*, ſed per *metaphoram* invectum, facile cernet qui *Golium* inſpexerit. Ibi principe loco comparet, *vicit*, *prævaluit animo* peccatum; *obvelavit*, *obſignavit*: item, *ſordibus inquinatus*, *contaminatus*, & *impurus fuit*. *Imbutus fuit colore*. *Defecit*, *ſive deliquium paſſa fuit* anima. *In paſſivo* قد رين بالانسان *impar fuit*, *ſuccubuit*. Omnia hæc *ſecundarium* tenent gradum; atque una ex *Origine* pullularunt. Ad eam præit Commentator *Haririi* ران اي غلب وغطا قال تعالي بل ران علي قلوبهم ما كانوا يكسبون قال في الكشاف ركبها كما تركب الصداء وغلب عليها ويقال ران عليه الذنب وغان رينا وغينا يقال ران فيه النوم اي رسخ فيه *Verbum* רן *med. quieſc. eſt ſubegit*, & *involvit tenebris*. *In Alcorano extat*, *imo vero* רן *ſuper corda eorum*, *quod lucrati ſunt*. *In Kesjaf* (commentario *Alcoran.*) *exponitur*, *objedit*, *prout obſidet ærugo*, *eademque ſubegit*. *Dicitur quoque*, רן *ſuper eo crimen*, & גן *cum inſin.* רין & גין; *obduxit* & *obnubilavit mentem ejus*. *Item*, רן *in eo ſomnolentia* נום, *pro oppreſſit eum*. Locus *Alcorani* extat *Sur.* 83: 14. *ubi* רון noſtrum ab aliis *tranſitive* redditur *vicit*, *ſubegit*, *obſedit*, *oppreſſit*; quod pro ſenſu *plebejo* ſufficit; ab aliis *intranſitive*, tanquam *ſordes*, & *ærugo*, *concrevit ſuper corda eorum*, *quod lucrati ſunt*. Id elimatius, & ad palatum eruditum; illuſtri *figura* pingens *æruginem lucri*, *qua* ipſum cor veluti *infectum*, *obſeſſum*, *oppreſſum*. Eodem collineabat *Gjeubar*. ad *Alcorani* locum, (*Surat.* 83: 14.) بل ران علي قلوبهم ما كانوا يكسبون

7 Cognoscit justus litem tenuium: improbus non intelligit scientiam.

7 ידע צדיק דין דלים רשע לא יבין דעת:

8 Vi-

8 אנשי

يكسبون *Imo vero* רן *super corda eorum, quod lucrati sunt*, apponens قال آلحسن هو آلذنب علي آلذنب حتي يسود آلقلب

Auctor est Hasenus, significari crimen super crimine, ita ut cor quasi nigredine infuscetur. Insinuat *proprie* illud רן signare *fuscatum, infuscatum est: nigredine offudit.* Vides unde scaturierint *Glossemata* ex *Golio* superius adducta; ubi pro *obvelare* & *obsignare* commodius dari potuisset *nigredine* aut *sordibus fuscare.* Sic omnia pulchre copulata, atque in primis ultimum illud, *deliquium animi pati*, quasi *fuscari, offuscari*, σκοτῶ, nativam resumit faciem. Eandem *Originem* sancit triga *Glossarum* apud *Gjeubar.* quas *Golius* non enotavit ورآن النعاس في العين ورانت الخمر ترين علي عقل السكران غلبته والموت يرين علي الميت فيذهب به *Dicitur etiam, somnus offuscat oculum; & vinum offuscat mentem ebrii; & mors offuscat moribundum; quum eum rapit.* Eadem omnia mediam *Waw* quoque obtinuisse, tum *Analogia* arguit, tum expressa auctoritas *Camusi*, sub رون citantis مرون به اي מרון בה *Dicitur* مغلوب ومقهور *de eo qui oppressus est, & subactus.* Hinc jam luculentior adhuc adspectus exoritur, *justus autem offuscabitur*, & tamen *lætabundus* est. ירון *offuscabitur peccato*, primum, eodemque *attaminabitur* subinde; ita tamen, ut mox adjutante Gratia τὸ πονηρὸν *malum exsuperet*; atque ita ex *malo* ipso ad incrementum *boni*, & ad *robur Vitæ Spiritualis* proficiat. Secundo ירון *offuscabitur* subinde *ærumnis, miseriis*, omni *malo tristi*; וישמח & tamen *lætabundus*: quippe cui & *in adversis gloriari* concessum; ex iisdemque *Fidei* ac *Virtutis triumphum* ducit. Hic est usus ille, quem phrasis مرون رين به *succubuit*, cum suo מרון *subactus* & *oppressus gravi mole*, offerebat: nam apud *Gjeubar.* est, وقع فيما لا يستطيع الخروج منه ولا قبل له به *Incidit in aliquid unde emergere, aut cui resistere nequeat.* Vides *ærumnas*, & *moles molestiarum ineluctabiles* quasi, quæ *caliginem offundere* solent menti. Eodem pertinet, quod sub IV. *specie* annotatur a *Glossographis* اران ארון *calamitatem* & *jacturam subiit omnium pecorum*: quasi *malum ineluctabile.* Cumulum hisce, tertio, imponere posset signatius illud nostri *Thematis* in *morte* ipsa; ut ירון *offuscabitur justus*, valeat, *Mortis subibit tenebras*, וישמח & tamen *tum vel maxime lætabundus*, atque *victus ab* extrema *necessitate*, splendidissime *vincens*, ac *triumphans.* Conferri debet in hanc amplitudinem *Gnomes Cap.* 13: 9. אור צדיקים ישמח *Lux justorum lætabitur*, i. e. *læte enitescet: at lucerna improborum nigrescens extinguetur.* Istam sententiam iidem demum *gradus* consummant. In מוקש *Laqueo*, quem *homini malo* sua *nectat prævaricatio*, hunc processum nemo repudiarit.

Ibid. Magnos sensus, quos *Thema* רן civitati *Hebrææ* redditum, aperit, supprimere non potui. Idem forte gravissimum resolvet nodum, qui interpretes constringit *Ps.* 78: 65. *Et excussus est, instar somnolenti Dominus*; כגבור מתרונן מן היין *sicut Heros.... a vino*, vel *præ vino.* Versiones insedit ibi, *cantillans, jubilans.* Mira comparatio; ad quam nil mirum si judicia varient. Plurimi, *sicut*

8 אנשי לצון יפיחו קריה וחכמים ישיבו אף׃

8 Viri irrisores exsufflant civitatem: at sapientes sedant nasum accensum.

9 איש

9 Vir

sicut Heros, qui largius hausto mero sese animosissime infert in prælium. Ita voluisse videtur *Cocc.* conferre jubens *Zach.* 9: 15. Alii, quia ישן *dormiens* præcessit, *ex vino* maluere, ut pingatur Heros, *qui quum vinum edormiit, jubilat*; ad illud *Ovid. Metam.* 3: 631.

- - *Eque mero redeunt in pectora vires.*

Diverso multum adspectu *Jun.* duo concipiens membra, quorum alterum aptat *dormienti*, alterum *vigili*; tanquam *si scommata* forent *Philistæorum*, Deo *Israëlis* illudentium, quasi vel *dormiret & se ab exantlato ante labore recrearet*; vel si *vigil* esset, *vino obrutus* & *in præsentia sui compos non foret.* Illuc *cantillans* ita detorquet, ut valeat, *nihil agens, sed tantum vino actus.* Id nemo facile concoxerit, quamvis *Sarcasmos* hostiles hic expressos lubens admiserim. Ex illa acerbitate longe molliore flexu מתרונן מן היין resonabit, *offuscatus a vino*: quem *vinum vicit*, atque adeo *mersit.* Hoc non *vigili* applicem, sed *cum maxime dormienti*, tanquam sub *soporifera potione*, quem *soporem* vocitat *Nepos.* Jactasse videntur *Philistæi*, se Numini *Israëlitarum*, quum eos *fœda clade stravissent*, atque ipsam *Arcam* avexissent, misscuisse *soporem*, כוס תרעלה *poculum tremoris*, quale repræsentatur *Ps.* 75: 9. Hoc etiam כוס חמת *poculum venenatum* appellitatur in *Sacris*, atque יין *vinum*, pro *tali potione* sat crebrum. Non abludit hinc imago simili in argumento *Jerem.* 14: 9. *Quare esses* כאיש נדהם *sicut vir atra mole obrutus*, כגבור *sicut Heros, qui non valet salutem præstare?* Posteriori in colo *Oxymoron*: in utroque *mimesis scommatis* hostilis: *Quid Tibi dicteria illa* ab insolentibus inimicis *Zionis impingi* sinis? In *Psalmo* illusio illusione rependitur: atque inde illud mox subnexum; *percussitque æmulos suos* אחור *ad posteriora*; *fœdis* scilicet, & *ignominiosis* illis *mariscis*; *opprobrium æternum inflixit illis.* Multa hunc sensum commendant, quin deposcere videntur. Primo mollius est *schema* sub illo conceptum *sarcasmo.* Secundo, imago *dormientis* ex *alto* tandem *sopore excussi*, se magis sustinet. Tertio, *Themati* ישן *somnolentiam* signanti, & *vetustatem*, notiones illæ *metonymicæ* additæ sunt a *suscitate*; cui proinde מתרונן *offuscatus*, rite continuata gravi figuratione, pulchre succinit. Quarto, si *scomma* subsit hostile, quod vix ac ne vix quidem hinc abesse potest, *cantillans*, vel *jubilans*, hic minime quadraret, nisi ad frigidum & contortum illud *Junii* quis ire vellet: at *obnubilatus*, *offuscatus potione soporifera*, dicterium istud cumularet. Quinto, disertissima illa *Glossa* ex *Camuso* adducta رانت عليه الخمر רונת עליה אלחמר *offuscavit eum vinum*, ne ambigi quidem permittit. Sexto denique, LXX. quos secutus *Arabs*, nec non *Vulgat.* eundem hunc sensum adscivere, sive ex serie, sive ex notione necdum plane deperdita, tunc tempestatis, atque extincta: ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου, *crapulatus a vino*, سكران من الخمر. Apud *Hesych.* quidem κεκραιπαληκὼς exponitus εὐφρανθεὶς *exhilaratus*; sed dubitari nequit, quin *Glossema* illud haustum sit ex fontibus eorum, qui ad LXX commentantes, verbum illud durius ita emollitum iverint, ad *Hebraicum*, ut credebant, רנן, quum de רון nihil satis comperti haberent.

Vs. 8. Minus commode *Merc.* aliique, *Viri irrisores illaqueant civitatem; at sapientes avertunt iram.* Duo obstant. Primum, quod יפיחו ad פח *laqueum*, cujus *Thema* פחח, invita *Analogia* reducatur. Alterum, quod *illaqueare* illud non respondeat *figuræ* per אף *Nasum*, *succensum* nempe, & *inflammatum*, susceptæ. Insignite *Ezech.* 21: 36. באש עברתי אפיח עליך *ignem effervescentiæ*

9 Vir ſapiens diſceptans cum viro craſſe ſtolido, ſive infremat, ſive renideat, nulla tamen erit requies.

10 Viri ſanguinum oderunt integrum; & æquorum cujusque quærunt animam.

11 Omnem ſpiritum ſuum profert ſtolidus: at ſapiens retrorſum remulcet eum.

12 Do-

9 איש חכם נשפט את איש אויל ורגז ושחק ואין נחת :

10 אנשי דמים ישנאו תם וישרים יבקשו נפשו :

11 כל רוחו יוציא כסיל וחכם באחור ישבחנה :

12 משל

tiæ ſufflabo contra te: vel potius, *igne effervescentiam meam ſuper te ſufflabo*, i. e. *eam faciam ebullire*, & *exundare*. Eodem adſpectu & hic; *viri ſanniones exſufflant civitatem*; eamque *ſeditionibus* & *tumultibus miscent*: at *ſapientes* ישיבו אף *ſedant Naſum æſtuantem*, *bullientem*; *ſeditioſos motus efflantem*. Hæc genuina *Gnomes* noſtræ facies. Formula eſt ſolennis שב אף, *ſedatus eſt naſus*, quaſi *rediit in ſe*, & *reſedit ab æſtu*: *Gen.* 26: 45. cui oppoſitum עלה אף *adſcendit*, i. e. *ebulliit naſus*, *Prov.* 15: 1. & חרה אף *excanduit naſus*, centenis in locis.

Vſ. 11. Grave & pervenuſtum eſt verbum שבח, *mulſit*, *permulſit*; unde gemina enituit *metonymia*, altera *plauſum* inferens, quum *quis mulcetur*; altera quum *commitigatur*, atque *ſedatur*. Hæc in *Opuſculo* de *Defect. Hodiern.* abunde adſtructa. Grande *ſchema Pſ.* 65: 8. משביח שאון ימים *mulcens fragorem colliſum marium*: & *Pſ.* 89: 10. *Quum tollit fluctus ſuos*, אתה תשבחם *Tu eos remulces*: ut Poëta

Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

Hoc *Græcis* eſt πραΰνειν τὰ κύματα, & καταπραΰνειν; quo verbo appoſitiſſime uſus *Theodot. Pſ.* 65: 8. nec non θέλγειν, καταθέλγειν· unde *Heſych.* καταθελγόμενος, καταπραϋνόμενος. Illuſtri quoque *metaphora* hinc ductum, θέλγειν, καταθέλγειν, πραΰνειν, καταπραΰνειν θυμὸν, ὀργὴν, *mulcere iram*, pro *ſedare*. Flos honosque digniſſimæ *figurationis* etiam hic renidet: *omnem ſpiritum ſuum emittit Elumbis*; *at ſapiens mulcet eum retrorſum*. רוח *ſpiritus* paſſim θυμὸν *iram* conſignat. Limpidiſſima *Gnome*; ad quam tamen turbatum; occaſione vocis באחור. LXX dedere, ὁ δὲ σοφὸς ταμιεύεται κατὰ μέρος, nempe τὸν θυμὸν, quod *Vulgat.* expreſſit, *reſervat eum in poſterum*. Character parum laudabilis, in quo obtineret illud, *manet alta mente repoſtum*. Hoc induxit *Mercer.* aliosque, ut רוח ſimpliciter *mentem* exponerent, quam *ſtolidus effundat*, ſed *ſapiens retro compeſcat*, ut eam *ſuo loco* & *tempore expromat*. Nec hoc, nec priora illa, ad vim & dignitatem verbi ישבחנה *mulcet eum*, *mulcente* velut *manu eum ſedat*. Cl. *Cocc.* ſcrupulo ad באחור concepto, malebat, *in receſſu*, *ſeorſum*; atque רוח *ſpiritum* ad כסיל *ſtolidum* retrahit, *quem dicatur ſapiens in receſſu*, in ſecreto, *comprimere* ac *ſedare*; ne aperte eum increpans, hominem irritet ac confundat. Adjecit שבח eſſe *laudando ſedare*; atque huic adſpectui ferviens, in *Lexico* quoque poſuit, *ſedat eum laudibus* & *excuſationibus adhibitis*. Non hanc eſſe rationem *Metonymiæ*, ſatis liquido conſtat; nec is *Salomoni* כסיל *Elumbis*, quem ita voluerit ſanari. Omnino *adfixum* ad ipſum *ſapientis ſpiritum* redit; *quem remulceat* באחור *retrorſum*, ſtatim atque *eum commoveri* perſentiſcit: neutiquam ſe *æſtui* iſti permittens. Non infitebor interim באחור nuſpiam alibi ſic conſtructum, ſed vel אחור, vel לאחור enunciari. Inde conjectura mihi ſubnata, אחור hic forte a *Themate* חרר *excanduit* va-

12 משל מקשיב על דבר שקר כל משרתיו רשעים׃

13 רש ואיש תככים נפגשו מאיר עיני שניהם יהוה׃

14 מלך שופט באמת דלים כסאו לעד יכון׃

15 שבט

12 Dominator aurem purgatam præbens ad verbum fuci, omnes ministri ejus improbi.

13 Pannosus, & vir amplas fascias gerens, occurſant ſibi: illuminans oculos amborum Jehova.

14 Rex qui judicat in veritate tenues; ſolium ejus in perpetuum ſtabilietur.

15 Vir-

valere, *candefactum*; pro pleno אַחְרִר, forma *comparat.* & *ſuperlat.* illa, quæ in אכזב *mendaciſſimus*, & ſimilibus, ſe exerit. Sic emergeret, *at ſapiens, vel candefactus valde, eum* ſpiritum *remulcet.* Manet *potens* & *imperioſus ſui*, etiam vel majore gradu irritatus, nec ſe *impotenti fervori* tradit auferendum. באחור *in candefacto*, tum, quum *vehementius* etiam *incanduit.* أَحَس pro أَحْرَى *calidior, calidiſſimus*, apud *Golium* reperietur. Ad *fervidiſſimos motus iræ* ſe præbuiſſe verbum noſtrum, etiam apud *Hebræos*, addubitare non patietur *Cap.* 26: 21. ſupra, ubi habuimus חרחר ריב *candefacere litem.* Eſt conatus; quem ſupprimere, piaculum duxi. *Retrorſum* tamen dimittere non ſuſtineo.

Vſ. 13. Non teres & rotunda *Antitheſis*, ſic concepta: *Pauper & vir fraudulentus occurſant ſibi invicem.* Ut unguem ferre poſſit, adſciſcuntur ab interpretibus *artes fraudulentæ, uſuræ, fænerationes, oppreſſiones*, quibus quis *graſſetur* ad *divitias.* Certe *Divitem* hoc charactere conſignari, cum res ipſa docet, tum *Cap.* 22: 2. ſupra, ubi habuimus עשיר ורש נפגשו *Dives & pannoſus ſibi invicem occurſant.* Tam invidioſo tamen nomine omnem *Divitem* circumſcriptum, non adducor: multo minus adſtipulari velim iis, qui תוך *fraudem*, conferunt cum τόκος *fænus*; illud *Græcum* ex hoc ipſo fonte *Hebræo* derivantes. A τίκτω *pario*, ejusque *præt. Med.* τέτοκα, haud dubie τόκος proceſſit; quod jam a תוך *fraude* nimium quantum abludit. *Jun.* hic exitum dari non poſſe videns, ſepta tranſſiluit, reddens, *Rudis & induſtrius*: qua-

ſi *pauper ingenio*, & *callidus.* Eſt aliud adhuc תוֹךְ, vel תָּוֶךְ *medium* notans. Inde *virum mediocris fortunæ* cum *Chald.* arripuere nonnulli; quod ut forma, ita ſenſu, claudicat. Noſtrum תְּכָכִים, nuspiam alibi reperiundum, uberiorem requirit lucem, & Veteris Linguæ copiam. Eam miniſtrat Radix تك תכך apud *Arabes* quæ in *Camuſo* declaratur per قطع *ſecuit.* Inde تكة תִּכָּה contractum ex תככה valet *ſegmentum, faſciam, qua veſtes ſuperbiores, femoralia* &c. *ornantur.* Ejus *collectivum* eſt تكك תכך. In *Hiſt. Sarac.* p. 81. narratur *Chalypham Hiſjamum* habuiſſe *veſtes phrygionici operis ea copia, ut ſexcentos camelos iisdem oneraſſe perhibeatur: ac reliquiſſe decem mille tunicas, & mille* تكة للسراويلات *faſcias braccis voluminoſe ſubnectendis.* Apparet ad *ſplendorem cultus* & *veſtitus* pertinere. Inde ſuſpicor איש תככים eſſe *virum veſtibus faſciatis* ſuperbientem, *Divitem* utique, qui opponatur ריש *pannoſo, lacero, ad laceramenta, redacto.* Etiam forma תֹּךְ, *fraus, dolus*, a *ſecando* fluxiſſe videtur, ea via, qua *ſectori Zonario* nomen additum. *Secare* quin imo *Arabibus* abſolute eſt, *latrocinari, graſſari furtis* & *rapinis.* Omitti hic nequit طَرَّار apud *Golium* a طر *ſecuit, fidit*, pro eo qui *Zonas ſecat*, & *crumenas*; indeque latius pro omni *impoſtore*, & *technarum ſtructo-*

15 Virga & redargutio dat sapientiam; at puer, cui frenum laxatum, conturbator matris suæ.

16 Quum crescunt fortunis improbi, crescit prævaricatio; at justi ruinam illorum inspectabunt.

17 Castiga filium tuum, & præbebit tibi quietem; dabitque delicias animæ tuæ.

18 Quum nulla est visio, populus filo disjecto dissipatur: idemque substricte custodiens Legem, quam beatissimus.

19 Ver-

15 שבט ותוכחת יתן חכמה ונער משלח מביש אמו:

16 ברבות רשעים ירבה פשע וצדיקים במפלתם יראו:

17 יסר בנך ויניחך ויתן מעדנים לנפשך:

18 באין חזון יפרע עם ושמר תורה אשרהו:

19 בדברים

ctore. Ita voculæ תֹּךְ, cum luculenta *Origine*, pondus haud pœnitendum accesserit *Ps.* 55: 12. *Non exterget se ex plateis ejus* תך ומרמה *grassatio & jaculatio fraudis:* itemque *Ps.* 72: 14. מתוך ומחמס יגאל נפשם *a grassatione & cruditate violenta vindicabit animam eorum.* Quid, quod תּוֹךְ & תָּוֶךְ *Waw quiescente*, *τὸ μέσον medium* designans, *a secando* quoque ultro sese ingerat? Inde תיכון *μέσος*, *medius:* quod deposcit *Thema* תיך, تاك; apud *Arabes* quoque asservatum: idemque valens, quod تك unde in *Camuso* احمق تايك; *stolidus scissor*, *secans*, *scindens* omnia, תויך, qui alias תוכך تاك itidem *scissor.* Inde jam *medium*, quasi *scindens*, *secans*, *dividens.* Longissime hinc diversum solitarium תכו *Deut.* 33: 3. והם תכו ברגלך Quum nihil ad manus foret, itum ad תוך *medium*, datumque a multis, *& illi medii facti inter pedes tuos.* Hoc refellens *Cocc.* in *Lex.* malebat, *& illi medii perambulati sunt pede tuo:* quasi תכו contractum foret ex תוככו. Hæc *Analogiæ* parum congrua, quivis cernit. *Kimch.* novam *Radicem* adscivit תכה, *ex serie*, ut ait, explicandam. Hanc premens, adoptavit vim *adjungendi*, redditque, *adjuncti sunt pedibus tuis*, *vestigia tua secuti*, videlicet: ex specie *Pyhbal.* Istam *speciem*, istamque *Radicem* ita sancit *Analogia*, ut ea de re nihil cuiquam dubii relinquatur. Notio interim *adjungendi* plane precaria; & tenuior, quam ut granditatem istius loci sustinere queat. Eam unice implere potest, quod sub تكا ultimis *Aleph*, *Waw*, *Je*, תכא & תכה pro תכו, תכי, *Dialectus Arab.* asservat, *fulcire*, *suffulcire*, speciatim *recumbentem* ad mensam, vel *reclinatum* in consessu. Hinc splendida imago se ingerit, *effulti sunt ad pedem tuum:* i. e. *ad eos assident discipuli*, *accumbunt convivæ.*

Vs. 18. Excellenter figuratum illud יפרע עם *dissipatur*, *dissolvitur populus*, velut *sphærula*, vel *linea baccarum discissa:* i. e. *veritate*, *virtute*, *disciplina* omni *disjecta.* Redeatur ad *Cap.* 1: 25. supra. His adjici velim gravissimum illud, *Exod.* 32: 25. post turpissimam Fœderis violationem vitulo Aureo commissam, *viditque Moses populum*, כי פרוע הוא, *quod disturbatus esset*, *ad modum sphærulæ* videlicet *disjectæ.* Eadem hac imagine summa *Reipublicæ* confusio describitur in *Historia Persiæ MS.* تفرقوا كعقد خانه النظم لم يلوي احد على صاحبه *dissipati sunt ut linea bac-*

19 בדברים לא יוסר עבד כי יבין ואין מענה׃

20 חזית איש אץ בדבריו תקוה לכסיל ממנו׃

21 מפנק מנער עבדו ואחריתו יהיה מנון׃

22 איש

19 Verbis neutiquam castigabitur servus: equidem intelligit, at responsum nullum.

20 Vidisti virum festinantem in verbis suis! expectatio de Elumbi, præ quam de illo.

21 Delicate nutriens ut admissarium a pueritia servum suum; etiam posteritas ejus erit fœtura.

22 Vir

baccarum, quam sua destituit junctura ac series; altero alterum haud respiciente. In sequenti שמר *custodiens substrictius Legem*, cum *diligentissima adstrictione sui* ad *observantiam* & *officium* omne, pulcherrima cernitur oppositio; ad quam digitum intendisse suffecerit.

Vs. 19. Plus acuminis subest *Gnomæ* huic, quam prima fronte videtur; *verbis non castigatur servus: nam intelligit, at nullum est responsum.* Est character *contumaciæ obstinatissimæ*, cum *perfricta impudentia* conjunctæ; qua quis eo usque *obduruit*, ut *compellatus* a superiore, eumque *intelligens*, nihil tamen ei *respondere* dignetur, sed in præfractum sese *silentium* configat, malitiam desperatam ac plane conclamatam commonstans. Operam ludit qui *tali verba adhibet*, *verbera* ei *admovenda*.

Vs. 21. Ambiguum est, & non uno nodo intricatum dictum. Nempe מָנוֹן solitarium est vocabulum, variisque propterea opinionibus tractum, ac circumactum. Affinitas ei cum נִין *Filius Job.* 18: 19. *Jes.* 14: 22. *Gen.* 21: 23. unde & יִנּוֹן *Ps.* 72: 17. *propagabitur, Filii titulo florescet.* Hoc suggessit & hic *Filium*, atque inde plurimis placuit, I. *Qui delicate nutrit inde a pueritia servum suum; & ad postremum erit filius*, i. e. *faciet ut jura sibi filii arroget.* Id non una salebra intercisum. Complanatius foret, si מפנק præfixo ל auctum fuisset, *Delicate nutrienti inde a puero servum suum, & ad extremum suum is erit Filius.* Hinc ansa porrecta *Junio* II. ad liberius hocce exsculpendum, *Qui delicate educat a pueritia servum suum, tandem erit orbus liberis.* Præiverat *R. Juda*, מנון *destitutum filio*, vel *prosapia*, declarans. Judicium laudo; nam severum sic aculeum reconderet *Gnome*, destrictum adversus fatuum dominum, in cujus *hæredes legitimos* occultis artibus grassaturum sit sceleratum mancipium. Sed nil aliud fundamenti subjectum scias huic sensui, quam *Antiphrasin* ruinosam, qua *filiis auctus* detorquetur in *filiis orbatum.* Mollius quoque aliquid extundere conatus *Cocc.* III. dedit, *Qui delicate habet præ pueritia servum suum, ei tandem erit Filius:* i. e. *pupillus; obnoxius.* Acutum. מנער *præ pueritia, præ stultitia puerili*, *παιδιότητι*; atque jure merito propterea tanquam sub *pædagogiam* redactus *fuimet servuli*, atque vere מנון *filiolus* fuismet in ædibus. Est jucundus lusus, qui ferme assensum extorquet; nisi quod מנון tunc mallem IV. pro *statu* & *conditione filioli* accipere, quam *Mem* illud *præformativum* sæpe importat; ita filo texto; *Qui delicate nutrit præ pueritia servum suum, etiam extremum ejus, erit status filioli.* Pulchre sibi succinerent אחריתו מנון *Extremitas ejus, talis conditio erit.* Scrupulum interim haud levem relinquit מנער, quod *a pueritia* conversum, dimittere vix ausim; & melius quadrare videtur in *vernulam* delicatius habitum *a puero;* quam in *Dominum* qui *puerili stoliditate servum* corrumpat. Certe מפנק *delicate nutriens* per se *fatuitatem Domini* satis affert; ut contra מנער *a pueritia delicatius haberi*, in *servo* nervum habet, quo innuatur, jam *inde a teneris* indulgentia herili *corruptum* servile ingenium, in om-

omnem insolentiam, ubi adoleverit, prorupturum. Altius proinde scrutandum, videndumque, num forte ex מפנק aliquid erui queat, unde majus lumen sententiæ infundatur. Observo itaque V. Thema פנק nuspiam alibi in *Sacro Codice* occurrere. Significatio *delicate nutriendi* ex *Chaldaica Dialecto* hausta a *Rabbinis*: inde colligentibus non tam *Hebræum* esse, quam *Chaldæum* verbum. Calculus, si quisquam, frustrator, & qui nimios dedit in re *Hebraica* ludos. Omnibus ea *Dialectis* haud dubie communis fuit. Apud *Arabes* quoque amplissimam obtinet ditionem; ex qua præter id, quod jam ex *Aramæo* fundo innotuit, aliquid pressius & signatius expromam, *Camusi* fontibus reclusis.

أَلْفَنِيقُ ٱلْفَحْلُ ٱلْمُكْرَمُ
لَا يُوذَي لِكَرَامَتِهِ عَلَي
أَهْلِهِ وَلَا يُرْكَبُ وَمُفَنَّقٌ
مُنَعَّمَةٌ وَنَاقَةٌ فُنُقٌ
فَتِيَّةٌ سَمِينَةٌ وَأَفْنَقَ تَنَعَّمَ
بَعْدَ بُوسٍ وَٱلتَّفْنِيقُ
ٱلتَّنْعِيمُ وَتَفَنَّقَ تَنَعَّمَ
وَعَيْشٌ مُفَانِقٌ نَاعِمٌ

Forma פניק *designat admissarium in honore habitum, cui nihil oneris imponitur, quod summo in pretio sit suis; ita ut ne quidem insideatur.* מפנוק *vocatur delicatula mulier; &* *camelus* פנק, *est junior pinguiorque. Verbum* אפנק *in IV. valet delicatius vixit*, תנעם, *post miseriam. In II.* תפניק *idem quod* תניעם, *delicatius molliusve enutrire. In V.* הפנק *item est* תנעם *delicatissime educari. In III. denique, vita* מפונק, *est* נועם *delicata.* Iste فنيق פניק *admissarius camelus*, omnem paginam implet apud *Poëtas*. In *Diw. Hud. Abu Debba* fortem describens bellatorem;

لَيْثٌ يُغَامِرُ لِلطِّعَانِ كَأَنَّمَا
يَقِمُ ٱلرِّجَالَ فَنِيقُ مُلْبِدُ ۞

Leo, gurgites intrans ad prælia; veluti
Conculcat viros Admissarius caudam quassans.

Ex *Hamasa* appono hocce tantum;

يَعْتَلُونَهُ مِثْلَ ٱلْفَنِيقِ ٱلْمُسَدَّمِ ۞

Trahebant eum instar Admissarii cui os præligatum.

Ibi *Tauriz.* يقودونه بعنف كانه فحل مشدود الفم خوفا من صياله الفنيق الفحل المعنق وهو المنعم لان الفحل يصنع للفحلة

Eum ait violenter fuisse raptum, tanquam si foret admissarius camelus, cui os præligatum metu libidinosi furoris. פניק *autem absolute est admissarius delicate nutritus:* מְפֻנָּק, *idem quod* מְנֻעָם, *mollissime habitus; quoniam soli admissuræ destinatur.* Elucet *ferocia libidinosa* ex *delicato & molli pastu*; in quam & hic si insistatur, gravissima oborietur figura *Domini servum mollius & lascivius nutrientis*, cui haud secus ac si *soli admissuræ destinatus* foret, nihil unquam oneris injungat; cujusque *petulantem ferociam nullis verberibus compe-*

22 איש אף יגרה מדון ובעל חמה רב פשע :

22 Vir nasi *superbi* agglutinat contentionem; & turgidus æstu spissat transgressionem.

23 גאות

23 Ela-

pescat. Hic ita habitus מנער *inde a puero*, non poterit non tandem *subsessor* fieri *tori herilis*; ejusdemque *violator*, quem *multo fætu* contaminet. מָנוֹן proprie *fætificatio*, *fætatio*; honestissimum in se vocabulum; a נין & נון non *Filius*, sed *fœtus copiosior*. unde نـون *genus piscinum* nomen duxisse videtur. *Fœtum* illum pro *filio* substitui, nemo improbabit, qui loca superius adducta inspexerit; *prolem*, *sobolemve* ibi non solum quadrare, sed omnino requiri, facile deprehensurus. *Ps.* 72: 17. ינון שמו *sobolescet nomen ejus*, jam multi reddidere. מָנוֹן pro sua forma *fœturam* potius sonare, vel *fœtationem*, nemo negaverit. Hinc satis rotunde tandem prodire posset, *Qui delicatius nutrit a pueritia servum suum*, haud secus atque admissarium in stabulo, *etiam posteritas ejus*, *erit fœtura.* Hoc adspectu אחרית non *postremum* sonaret, sed *posteritatem*, sive *posteros*, ut *Ps.* 109: 13. *Amos.* 4: 2. & 9: 2. &c. *Fœtura* per se honesta, hic inhonesti aliquid trahit. Rem verecunda & sententiosa gravitate convelatam, sibi quisque facile evolvet. Aliquid non multum abludens reperio apud *Syrachid. Cap.* 36. vel secundum alios *Cap.* 33: 6. Ἵππος εἰς ὀχείαν ὡς φίλος μωκὸς, ὑποκάτω πάντος ἐπικαθημένου χρεμετίζει. *Equus admissarius ut amicus subsannator*; *sub omni insidente binniet.* Planius fuisset, ὡς ἵππος εἰς ὀχείαν *ut equus in admissuram*, *bene pastus*, *petulans*, *lascivus*; est *amicus irrisor.* Nullum cum *coërcere* potest *frenum*; quo minus, conspectæ *adbinniat* equæ, atque *sessorem excutiat*: hoc est, quo minus *intemperanti* se *libidini* permittat, vel in ipsum *Amicum*, ubi occasio invitaverit, & petulantiam irritaverit, illusurus. Potuisset ad Exemplum nostrum *Gnome* quoque sic concinnari; *ut equus admissarius est amicus petulans & lascivus: vel ad uxorem intimi Amici sui adbinniet.* Comparatione hac usus *Jerem. Cap.* 5: 9. *Equi sunt pasti* (vel potius *probe vasati*) *quisque ad uxorem sodalis sui adbinniunt.* Gravissime Orator in *Pisonem Cap.* 28. *Audistis Epicureos omnes res voluptate metiri; lubricum genus orationis, & præceps: itaque Admissarius iste, simulatque audivit, a Philosopho voluptatem laudari, sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius orationem hanc adbinniit, ut auctorem libidinis a se inventum illum arbitraretur.* Item *Prud.* in *Symm.* L. 1: 56. de *Saturno* agens, Diisque ab eo proseminatis:

Advena quos profugus gignens, & equina libido
Intulit Italiæ; Tuscis namque ille puellis
Primus adbinnivit simulato Numine mæchus.

Vides quid ferat, *Admissarium domi* enutrire.

Vs. 22. Brevitati, quæ in *Proverbiis* regnare debet, non consulitur, quum *duo membra unum* modo *vitium* consignare statuitur; quasi אף *Nasus* hic *iram* sonaret, quam solo *gradu* vincat חמה *iracundia*, *excandescentia*, *furor*, ut vehementior, & perniciosior. *Ira furor brevis est*, ait Philosophus; sed & illa haud dubie *multiplicat transgressionem*; æque ac *excandescentia*, ut hoc quidem nullo modo intendi queat. Asseverare etiam liquido possum איש אף *virum Nasi*, æque *grave* esse in stilo *Hebræo*, si non gravius, quam בעל חמה *dominum excandescentiæ*; ut hac quidem via hinc exiri nequeat. Evadere quærens *Cocc.* edidit, *Vir iracundus concitabit litem: sed homo ardens abundat defectione* vel *delicto.* Non video quicquam profectum; manentque eadem incommoda. Omnino *duo* hic *vitia* denotari autumem; ut איש אף *vir Nasi* signet *superbum*, & *fastosum*; cujus hic perpetuus fere character apud *Orientales*, quod *altum Nasum*, id est, *altos* gerat *spiritus*: ut ad *Cap.* 27: 4. submonui. Idem ibi admissus

 fue-

23 Elatio hominis dejicit eum; at ſubmiſſus ſpiritu apprehendit gloriam.

24 Qui partitur cum fure, odit animam ſuam: execrationem audit & non indicat.

25 Trepidatio hominis ponit laqueum; at ſecure complanatus in Jehova, celſa in arce locabitur.

26 Mul-

23 גאות אדם תשפילנו ושפל רוח
יתמך כבוד :

24 חולק עם גנב שונא נפשו אלה
ישמע ולא יגיד :

25 חרדת אדם יתן מוקש ובוטח ביהוה
ישגב :

26 רבים

fuerat error. Quum autem *altum naſum gerens* dicitur יגרה מדון *litem agglutinare ſolere*, cave ſequens רב פשע *multus transgreſſionis* ad eum non pertinere cenſeas; nam & בעל חמה *turgens excandeſcentia*, *iracundus* utique, in priori quoque colo ſuam poſſidet partem, ut ſupra 15: 18. reperies; atque utrique *vitioſo*, tum *ſuperbo*, tum *iracundo* utrumque ex æquo competit, *agglutinare litem*, atque *multiplicare transgreſſionem*. Hæc divellere, eſt univerſam *Gnomen* convellere.

Vſ. 23. Firmo ſtat talo, quod datur, *ſuperbia hominis deprimet eum; & qui demiſſus eſt ſpiritu apprehendet gloriam.* Hoc gemina *Gnome* conſignatum, *Cap.* 16: 18. & 15: 24. Expendi tamen velim, an non erectius nunc & vividius quid voluerit *Paræmiaſtes*; ita enunciatum, *Elatio hominis deprimit eum*; i. e. *ipſa elatio*, & *inflatio ſuperbiæ*, eſt *animi dejecti ſignum*, & *character*; ut quicumque *ſemet attollat*, eo ipſo *ſemet depreſſum* & *abjectum eat* apud omnes, qui judicare poſſunt. Contra, *demiſſus ſpiritu apprehendit gloriam*, non tantum *præſentiſſimam laudem conſequitur* a veris arbitris, ſed etiam *veram gloriam* quaſi *injecta manu tenet*, ejusque *arcem* velut *occupat*, ſitam *in demiſſione ſui*. Licet quoque inverſa *Syntaxi* reddas; *& demiſſum ſpiritu apprehendit*, *ſuſtentat*, ut *ſuum* ſibi *vindicat* & *occupat Gloria*. Prius prætulerim.

Vſ. 24. Poſterius colon animoſe non minus, quam ſententioſe, enunciatum. Ejus vigori non reſpondet, quod *Merc.* ſubnotavit; *audit execrationem adjurantium* num quis furem viderit, *nec indicat*. Hoc adjecto crimine *perjurii* augent alii, aſſumto *Magiſtratu*, qui indicem *jusjurandum adigat*; quod *perjurium* trahat *indicare* non audentis *furtum*, cujus conſcius ſit & particeps. Alii novum concipiunt membrum, *ita etiam qui execrationem audivit*, *nec indicat*; ex ſanctione *Lev.* 5: 1. Repetunt ἀπὸ κοινοῦ, *odit animam ſuam.* Hoc *Gejer.* latius executus. *Cocc.* immutato ordine *commendari* hic cenſet *fidem & religionem circa veritatis indicationem; quod interſit Reipublicæ*, *ut ea non lateat*, quaſi ſenſus foret, *eum qui adjuratus circa aliquid delicti*, *quod commiſſum ſciat*, *indicium detre-*

Aet,

26 רבים מבקשים פני מושל ומיהוה משפט איש׃

26 Multi quærunt faciem dominatoris: at a Jehova eſt æquum jus viri.

27 תועבת צדיקים איש על ותועבת רשע ישר דרך׃

27 Abominamentum juſtorum, vir injuſtitiæ; & abominamentum improbi planam tenens viam.

ctet, *perinde facere atque ſi cum fure partiatur*. Abruptum ſententiæ implicuit. Res & ſeries haud dubie directa in *celatores* & *participes furti*, omnisque *turpis lucelli*: qui dicuntur *eodem ſe reatu illigare*; haud ſecus atque is, *qui execrationem audivit*, *eamque non indicat Lev.* 5: 1. Is ibi *ejusdem criminis*, *ejusdemque pœnæ reus* pronunciatur. Cum illo contenditur *celator furti*, omiſſa particula *comparationis* ad majus pondus. *Qui partitur cum fure odit animam ſuam*; *execrationem audivit*, *nec indicavit*. Si inſertum fuiſſet, *haud ſecus ac qui audivit* &c. clarius fuiſſet, ſed non æque vehemens atque animoſum. Illa vehementia telum altius figit.

Vſ. 25. Diſquiritur, num חרדת אדם *pavor hominis* hic *ſubjective* veniat, de *homine pavente*, an *objective*, de *pavore ob hominem concepto*, vel *quum quis hominem pavet.* Prius urgent *Mercer. Gejer.* alii. Poſterius a *Vulgat.* expreſſum, *qui timet hominem.* Idem tenuere LXX. φοβηθέντες καὶ αἰσχυνθέντες ἀνθρώπους ὑπεσκελίσθησαν. Eſt gravius, & concinnius. Sed potentius fuerit, ni me fallit, חרדת אדם reddidiſſe *pavor ab homine incuſſus*; ubi jam preſſius adhuc אדם *homo*, oppoſitus hic *Domino*; cujus ſolius *Numen* nos debeat *pavefacere*, ac religioſo metu *perfigere*, ad vim & *Originem Thematis* חרד, in *transfigendo* ſitam. חרדת אדם *pavor hominis*, poteſtate *activa*, ut חרדת אלהים *pavor Numinis* 1 *Sam.* 14: 15. eſt *pavor Divinitus incuſſus*. Hoc ſuperiora illa ultro ſecum trahit, & iſti adſpectui *activo* alter ille *paſſivus* per ſe incluſus. Per אדם *hominem* deſignatur potens, & auctoritate pollens; cujus *Numen pavorem inferiori incutere aptum.* Is vere *Laqueus*, quo plurimi mortales ſeſe opprimi patiuntur: haud firmi in immoto illo *veritatis*, & *virtutis*, *fundamento*, quod mox ſubnexum, *& planiſſume ſecurus in Domino in Arcem evectus eſt.* Examuſſim huc quadrat illud *Jeſaj.* 2: 22. *Abſiſtite vobis* מן האדם אשר נשמה באפו *ab Homine cui flatus in naſo* &c. *Cujus vita*, *vis*, *potentia omnis tenuiſſimo illo filo pendet.* Verſus ſequens hunc ſenſum permunit. In eo vocabulum משפט *judicium* proprie *æquationem* notans, *æquam* illam *ſortem* eleganter conſignat, quam ſolus Deus diſtribuit; cujus ſolius *Nutus* proinde & Numen in omnibus ſuſpiciendum; ſive mali quid propulſatum, ſive boni quid impetratum, cupimus. Enimvero *ſpiſſiſſimus* mortalium *numerus* hos ad fines *quæritat faciem Dominatoris*; ſed משפט איש *æqua*, *competens*, *conveniens cujusque ſors* ac *portio*, *a Domino eſt.* Is ſolus mala & bona diſpenſat.

CA-

CAPUT TRIGESIMUM.

Verf. 1 Verba *Aguri* filii *Jake.* Sententiofa oratio; infpiratum viri, pro *Itbiële* & *Ucbalo.*
2 Sane brutus ego, præ viro; & non intelligentia mihi eft hominis.
3 Et non didici fapientiam, ut cognitionem fanctorum teneam.
4 Quis efcendit in cœlum, & defcendit? quis collegit ventum in pugillis fuis? quis conftrinxit aquas in veftimento? quis ftabilivit omnes fines terræ? quod Nomen ejus, & quod Nomen Filii ejus, fi nofti?

5 Om-

Verf. 1 דברי אגור בן יקה המשא נאם הגבר לאיתיאל לאיתיאל ואכל:
2 כי בער אנכי מאיש ולא בינת אדם לי:
3 ולא למדתי חכמה ודעת קדשים ארע:
4 מי עלה שמים וירד מי אסף רוח בחפניו מי צרר מים בשמלה מי הקים כל אפסי ארץ מה שמו ומה שם בנו כי תדע:

5 כל

Vf. 10. Nil magnum fonat *Gnome*, *Ne calumnieris fervum apud dominum fuum, ne forte maledicat tibi, & delinquas.* Illa *maledictio* ad *fervum* trahitur; cujus *imprecatio* in *delatorem* jure conjecta, a Deo exaudienda fit, ut vel *alio delicto*, vel *hoc ipfo conftrictus teneatur*, atque *pœnas* propterea *meritiffimas* ipfemet *luat.* Ita *Merc.* aliique. Adjecit *Gejer.* alterum fenfum, quo, *maledicat tibi*, valeat, *conviciis te profcindat, famamque commaculet.* Hoc longiufcule abit; & minus adhuc fcopum ferit. *Rabbini*, ut preffius aliquid exfculperent, refpexere ad fanctionem *Deut.* 23: 15. 16. *de fugitivo peregrino, in terra Ifraëlis afylum quærente*, jure profelyti, *qui Hero reddendus non fit.* Eft procul arceffitum, nec refpondet verbo תלשן *calumnieris.* Exiftimem עבד *fervum* latiore hic ufu donandum, ac fignare *generatim* omnem *miniftrum*, *officio*, *muneri*, *provinciæ* alicui a *fuperiore* præpofitum. Tales quo *majoribus negotiis* curandis funt admoti, eo plures reperiunt invidos, maligno eos dente petentes, &, fi occafio detur, finiftris eos fufpicionibus apud principem, vel dominum, adfpergentes. Huc ducit verbum לשן *lingua maledica appetere, pungere more ferpentis*; quod fub لسن frequentant *Arabes*; atque ad *fcorpionis ictum* quoque extendunt. Eadem vis fub III. لاسن לושן regnat: forma etiam in *Bibliis* affervata: *Pf.* 101: 5. מלושני בסתר רעהו אותו אצמית *Qui Lingua pungit mihi focium fuum, eum exfcindam.* Eft character boni principis, quem nemo copiofius executus quam *Plin.* in *Panegyr. Trajani.* Eodem & huc collineari

5 כל אמרת אלוה צרופה מגן הוא לחסים בו :

6 אל תוסף על דבריו פן יוכיח בך ונכזבת :

7 שתים שאלתי מאתך אל תמנע ממני בטרם אמות :

8 שוא ודבר כזב הרחק ממני ראש ועשר אל תתן לי הטריפני לחם חקי :

9 פן אשבע וכחשתי ואמרתי מי יהוה ופן אורש וגנבתי ותפשתי שם אלהי :

10 אל תלשן עבד אל אדניו פן יקללך ואשמת :

11 דור אביו יקלל ואת אמו לא יברך :

12 דור

5 Omne dictum Dei conflatum: Clypeus ille clientelæ Ejus se dedentibus.

6 Ne addas super verba Ejus; ut ne coarguat te, & mendax reddaris.

7 Duo petii abs Te; ne a me subtrahas, ante quam moriar. *Quoad vixero.*

8 Vanitatem, & sermonem mendacis, procul facessere jube a me; inopiam, & opulentiam, ne des mihi; carpendum mihi præbe panem demensi mei.

9 Ut ne satier, & abnegem, & dicam, quis Dominus? & ut ne hæreditate exuar, & furer; atque arripiam nomen Dei mei.

10 Ne obtrectes servo ad dominum suum; ut ne execretur te, & reus ipse peragaris.

11 Generatio *est* quæ patri suo maledicit; & matri suæ non benedicit.

12 Ge-

neari videtur; ac proinde illud פן יקללך *ut ne execretur te*, ad *dominum* reduxerim, *ne servi illius dominus*, idemque tuus, *te* vel *corde*, vel & *ore detestetur*, ut *serpentem*, aut *scorpionem virulentum*; ואשמת *& reus peragaris*, qui *alium reatu implicare* moliebaris, principis gratia penitus exclusus, quin justissima pœna, pro natura calumniæ, plectendus, ad exemplum e *Psalmo* adductum: Suspicio quoque mihi suborta, ex sententia sic constituta non valde quæsitum forte nexum inveniri posse cum quatuor Versiculis sequentibus, qui depingunt quatuor hominum genera, qui *Lingua* vel maxime *grassari*, & sanctissima quæque jura violare solent. Huc digitum intendisse in præsenti suffecerit. Est aliud adhuc quod mentem pepulit, etiam obiter modo attingendum. Recipit hæc *Gnome* sublimiorem adspectum; atque *dominus* & *servus* se accommodari patiuntur ad *Deum*, & *Cultores* ejus; in *statione* quosque sua collocatos a supremo rerum Arbitro, ac Dispensatore. Qui *superbia Pharisaica*, *invidia*, aliisque malis pestibus contactus, *servo fido*, *sincero*, *religioso*, obtrectat, ejusque *fidem* ac *religionem* criminatur, veluti *calumniatorem* ejus & *delatorem* agit, ad *communem Dominum*: nil aliud reportaturus, quam justissimam *indignationem*, & *execrationem* Ejus, qui *corda* & *renes scrutatur*; seque *gravissimo reatu* hoc ipso nomine obstricturus. *Tu quis es*, inquit Apostolus, *qui alienum servum judicas? proprio Domino stat aut cadit: Rom.* 14: 4. Id simillimum huic argumentum; quamvis nostrum hocce latius pateat; *Pharisæi* quoque & *Publicani* exemplum amplectens, & magna

12 Generatio *est* nitida fuis in oculis; & a fordibus fuis non eft eluta.

12 דור טהור בעיניו ומצאתו לא רחץ׃

13 Generatio *est*, o quam alti funt oculi ejus! & palpebræ ejus fublatæ funt!

13 דור מה רמו עיניו ועפעפיו ינשאו׃

14 Ge-

14 דור

gna fpatia altius meditanti aperiens. Cl. *Cocc.* eandem tenens *Syntaxin*, *Allegorico* huic fenfui preffius inftitit, atque *Prophetiam* hic contineri cenfet, quæ directa fit in *Judæos*, *qui Christi discipulos essent calumniaturi.* Quatuor fubnexos item Verficulos, cum characteribus fibi fuis, diftinctis temporibus, hominibusque, *Prophetice* adaptat. Hæc ex *Commentario* ejus huc transferre non patitur ratio inftituti noftri. Contenti fumus eo, quod generatim præftruxit *ἄνω*; *Nostrum non esse, judicare de illis qui Deo serviunt in bona conscientia, etiamsi fortassis non faciant, quod nobis arrideat.* Quatuor illæ *generationes*, five *nationes*, quæ deinceps fubnotantur, ad nexum, quem pro tenore *literæ* indicavi, etiam pro fublimiore hocce adfpectu fefe fatis commode præbent: nam *Vs.* 11. ad eos applicari poteft, qui *sacratissima* quæque *vincula* abrumpunt, Divina & humana juxta violantes. *Vs.* 12. fignatiffime depingit *hypocritas*. *Vs.* 13. *justitia* propria *inflatos* ac *tumentes*: *Vs.* 14. denique bonorum *Oppressores*, & *cruentos persecutores*, qui, *ferarum* inftar, virtutis & veritatis cultores *commolere*, *conculcare*, ac *devorare* geftiunt.

Vs. 14. Non fatis eminet in *Versionibus* vocabulum מתלעית per *molares dentes* converfum. Referri folet ad *Radicem* לתע *commoluit*; cujus derivatum מלתעות *molares* fignat *Ps.* 58: 7. Apud *Arabes* לתע لتغ *tundere*, *contundere*, iftis *molaribus* nativam fuam vim refundit. Longe aliud iisdem תלע تلع *eminuit dens*, *caput*, *collum.* Hinc מתלעות *dentes eminuli*; *vægrandes*, *qui ex ore prominent*, quales *aprorum*. Ipfa comparatio cum *cultris* huc fertur. Admonui jam ad *Job.* 29: 17. Hinc תולעה & תולעת forma *participiali*, *vermis* quoque fluxit, a *collo* aut *capite eminulo*, & femper *exerto*. Hanc ei *Radicem* ftatuendam patet ex מְתֻלָּעִים *vermiculati*, *cocco tincti*: *Nah.* 2: 4. Aliter quidem calculos fubduxit *Boch. Hieroz. Part.* II. p. 619. 620. a לוע *vorare*, *deglutire*: fed nec commodum *Etymon* illud, nec bene fultum, quum לוע valeat *æstu aduri*, ut لاع. Hæc difcutere, non hujus eft loci.

Vs. 15. Ænigma per quam intricatum; quod nodavit folitarium עלוקה. Hoc per *Hirudinem* a plerisque converfum; fignificationem iftam fulciente *Dialecto Arabica*, ubi עלקה علقة & עלק علق vocitatur, a *Themate* עלק علق *appensus*, & *affixus fuit*; & quidem fpeciatim *summa folia carpens* camelus *inter pascendum*, atque ita *quasi ore pendens.* Huc refpiciebat *Damirius* de *Animal.* eam fic defcribens دود اسود او احمر يكون في الماء يعلق بالبدن ويمص الدم *est vermis niger*, *aut ruber*, *in aqua degens*, *qui suspensus a corpore sanguinem sugit.* Hæc, & alia, quibus *Etymon* hocce adfirmetur, dedit jam *Boch. Hieroz. Part.* II. p. 797. adeo tamen non fubfcribens receptæ opinioni, ut eam penitus explofam velit; fubftituta poteftate *Fati*, *quod* mortalibus *appensum veluti adfixumque*; five *Mortis*, quæ *Arabibus* hinc dicta עלוק علوق. Ut pedetentim quid Lingua & feries noftra poftulet fefe evolvat, incipio I. a LXX qui mirifice turbarunt. Τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι κ. τ. λ. *Sanguisugæ tres erant filiæ multum dilectæ* &c. ut & *Arabs* habet. Ifta di-

li-

14 דור חרבות שניו ומאכלות מתלעתיו
לאכל עניים מארץ ואביונים מאדם :

15 לעלוקה שתי בנות הב הב שלש
הנה לא תשבענה ארבע לא אמרו הון :

16 שאול

14 Generatio *est*, cujus dentes gladii, & canini prominuli, sunt cultri, ad comedendum pauperes e terra, & egenos ex hominibus.

15 Monstrosissimo malorum duæ sunt Filiæ; cedo, cedo, *dicentes:* Tres illæ non saturantur; quatuor non dicunt, sat est.

16 Or-

lectio ex הב הב, tanquam ab אהב *amavit*, arrepta. Quid intenderint, non disquiro. Commodius cum reliquis Veteribus *Vulgat.* II. *sanguisugæ duæ sunt filiæ* dicentes *affer affer* &c. Hoc cum præcedenti *Vs.* connectens *Merc.* pro *litera* monet, nonnullos *duas filias* trahere ad *bisulcam* & *bifurcatam* animalculi *linguam; se* vero *simpliciter referre ad insatiabilem sitim, per quam si vel satura deciderit, iterum admota sanguinem bibere pergat.* Pro sublimiore sensu adjungit, *sic insatiabiles esse pauperum oppressores; qui non contenti semel bausisse, eodem subinde redeant, more birudinum* &c. Eodem collineasse videtur *Grot.* πλεονεξίαν depingi censens *imagine birudinis, quæ duobus linguæ ramis sanguinem sugat:* nec non *Cler.* isti *rapacitati* & ἀπληστίᾳ *duas* addens *filias*, hinc *prodigalitatem*, illinc *avaritiam.* Ad hæc observare liceat, minus concinne *oppressori rapaci, Leonis* aut *Apri* more *omnia devoranti*, subjungi eundem in scopum *birudinem*, quæ *sugat* tantum *sanguinem.* Liberiore flexu, & nexu, cum sequentibus *Jun.* III. *Præter birudinem cui duo sunt rami, præbe, præbe, tria sunt insatiabilia; imo quatuor non dicentia, Obe!* Respicit quoque ad *bisulcam* illam *linguam*, de qua *Plinium* loqui autumat L. 32: 10. Ad tacitam autem *comparationem* cum iis quæ subserta, ex *præpos.* ל exsculpsit *præter*, atque inseruit *cui*, quod fuisset אשר לה. Durior *Syntaxis* paucos invenit admiratores. Connexio tamen illa, cum specie *comparationis*, plurimis IV. arrisit: ut *quatuor insatiabilia* recenseantur, quæ tanquam *filiæ censeri queant birudinis, inexplebiliter sitientis:* ac primo quidem *Paræmiastæ* obversata duo *sepulcbrum*, vel *orcum* potius, & *vulvam;* sed mox materia invitante adjectum *tertium*, adjectum & *quartum*, *terram* nempe *siticulosum*, & *ignem.*

In *quaternionem* autem huncce *quadrare*, quod in *birudinem*, *clamantem* veluti הב הב *dato, dato;* vel *affer, affer;* nec *quicquam borum dicere* הון *obe! jam satis est.* Hæc filo & serie verborum duce, satis dextre contexta videri possint. Sed interturbat non tam *comparatio* hujus quadrati agminis cum *birudine*, quam *appellatio* signatissima בנות עלוקה *filiarum birudinis*, quæ ad omnia peræque pertinere censenda. His, aliisque scrupulis, permotus V. *Boch. Hieroz. Part.* II. p. 799. & seq. עלוקה *birudinem* designare negat, eique subdit notionem *mortis*, aut *fati:* observans 1. apud *Arabes vermem* huncce appellitari علقة עֲלָקָה *Alaka;* non علوقة עלוקה *Aluka.* 2. formam istam, cum *mascul.* علوق עלוק in *Camuso* exponi الغول والداهية والمنية وما يعلق بالانسان *Parcam, & gravem casum, & fatum, & quod homini impendet, vel appensum est.* Sejungens ergo hanc *periodum* a sequentibus, *Fato mortis* adsignari autumat *duas Filias*, *sepulcrum* quod *corpora*, & ᾅδην *orcum*, qui *animas appetat.* Non *novam* esse hanc interpretationem, neque *novitatis* nomine spernendam, subjunxit ὁ πάνυ; quum ex *Jarchio* constet *R. Menahem* tradidisse, vocabulum esse ערבי *Arabicum*, quod שאול ומירד *orcum* & *descendum* in *illum statum* consignet: atque inde in *Midrash*, sive Veteri *Commentario Psalmorum*, has *Filias fatalis necessitatis* percenseri גן עדן וגיהנם *Hortum Edenis & Gehennam;* quod

quod ille dicat, *date mihi justos; hæc vero, date mihi improbos*. Posterius hocce æqua habet jura cum priori illo *Bocharti*, id est, nulla; sunt enim meri lusus ingenii, quibus loci hujus sensum superstruere haud tutum. Ad vocabulum עלוקה aliud judicium ferendum, omninoque statuendum, vel idem, vel plus etiam juris competere *fatali malo*, quam *hirudini*; quum utrumque sola auctoritate *Dialecti Arabicæ* dependeat, lance quidem, si *formam* spectemus, aliquo momento ad *Fatum mortis* sese inclinante. Quid præponderet, sola vi & gravitate sententiæ decidendum. Minus prudens ergo Crisis *Gejeri*, *probationes Bocharti ad Scripturæ usum vix quadrare*. Quem usum? nam nuspiam alibi vel *Thema* עלק, vel ejus עלוקה in *Scriptura* obvium. Imprudentior, quam *Gusset.* destrinxit, *Linguam Hebræam primam esse; in qua nomen* עלוקה *hirudo per Waw scribatur; unde Dialecti sumere potuerint* עלקה, *literæ illius omissione*. Ubi ergo loca illa, unde עלוקה *hirudinem* notasse apud *Hebræos*, constare queat? Nisi *Arabica Dialectus*, sub عَلَقَة עלקה saltem *hirudinem* suggessisset, ea utique hic per se nemini in mentem fuisset, quum vix ac ne vix quidem stationem hancce obtinere queat; atque adhuc quidem incommodissime contextui huic adhærescat. Concussi equidem omnem rudentem, num quid commodius pro *hirudine*, quam lubens tenuissem, expedire valerem; atque occurrit mihi, quod VI. hic appono, ut concipiamus speciem *ænigmatis*, ex elegantiore usu Linguæ cum בת עלוקה *filia hirudinis* conformati, quæ *periphrasin* non invenustam præbere apta nata *insatiabilis* cujusdam *naturæ*. Si ipsa hæc *formula* بنت العلقة בת העלקה *filia hirudines*, pro *inexplebili ingluvie*, præ manibus foret, firmius staremus; & tamen asseverare licet, genium *Linguæ* id non solum admittere, verum etiam invitare. Nempe *filios* & *filias* alicujus *rei* appellare solent in Oriente, quæ *pari indole prædita*, ac si *parentem* referrent. Ita verbi gratia بنت المنية *Filia fati*, vel *mortis*, vocitatur *Febris letalis*; eademque *periphrasi* etiam *securis*, *telum*, atque omne *instrumentum mortiferum* appellatur. Hinc jucundo lusu dixeris, *fatum* vel *mortem*, *duas habere filias*, atque adeo *tres*, *quatuorve*; illas ipsas nempe, quas ut بنات المنايا *filias certissimarum mortium* usus *periphrasticus* concelebrat. Ad hanc rationem dici posset, *Hebræos* generatim *res insatiabiles*, protrita & ipsis *periphrasi*, vocasse בנות עלוקה *filias hirudinis*: speciatim autem id nominis inditum *orco*, & *vulvæ sterili*; unde ansa sumta processerit *Paræmiastes* ad *tertium* item בת עלוקה *filiæ hirudinis* titulo donandum; quin & ad *quartum*, ut pro *bigis* tanquam *quadrigæ* efficerentur; atque *terra bibula*, nec non *ignis*, *familiam* hancce *hirudineam* complerent. Videri posset, jam superatum, qui se flecti non patiebatur, scopulum, atque in tranquillo navigari: quum quatuor *insatiabilia* sic expeditius fluant. Nil minus. Sive enim hoc nostrum, tanquam paullo mollius, adblandiatur, sive quod *num.* IV. propositum satis placeat, illi mox fluctus consurgent, qui nos a portu, quem attigisse videbamur, in altum referant; atque *hirudinem* penitus missam facere cogant. Est sane *hirudo* aptissimum emblema *insatiabilitatis*; sed non omnis; sed non talis utique, qualis in *orco*, in *igne*, in *gravioribus* illis, quæ hic pe:censentur, majore gradu dominatur. Qui *orcum* assimilaret *Hirudini*, quicquid misceret colorum, non pingeret, sed extingueret. Par ratio reliquorum. Optimo judicio *Horat. Art. Poët.* 475. de *acerbo recitatore* indoctum doctumque juxta fugante,

> *Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo,*
> *Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.*

Nil facetius. Ejusdem leporis est illud *Plaut. in Epid. Jam ego me convortam in hirudinem, atque horum exsugebo sanguinem*: de *servulo heros emungere argento moliente*. Lepidissime item *Cic. ad Att.* 1: 16. figuravit *concionalem ærarii hirudinem*; in *plebe largitionibus inhiante*. Nil appositius; & ad naturam magis expressum dari queat. Idem elucet in venustissimo hocce *Theocr.* in *Pharmaceutria*:

> Αἰ αἰ Ἔρως ἀνιαρὲ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
> Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;

Amorem comparat *Hirudini palustri*, quæ *sangui-*

16 שאול ועצר רחם ארץ לא שבעה מים ואש לא אמרה הון :

16 Orcus, & cohibitio uteri; terra non faturanda aquis, & ignis non dicit, fat eft!

17 עין

17 Ocu-

guinem ei omnem ebiberit, penitius *affixa*. In omnibus hifce fumma decentia; ubi fi *infatiabilis ingluvies byænæ* adhibita fuiffet, omnis gratia, & lepos, periiflet. Inverfis vicibus non patitur natura, non patitur ftylus, ut ad *graviffima mala*, quæ cuncta *hauriunt*, *abforbent*, *confumunt*, admoveatur *birudo*, & vel apertam, vel occultam, formet comparationem. Vide mihi, quomodo *orcum* fuis coloribus expingat *Jef. Cap.* 5: 12. qui *dilatet* נפשה *animam fuam*, i. e. *voracitatem & ingluviem*, atque *os difpandat fine modo ac menfura*; ut quicquid *celfum* ac *gloriofum illuc defcendat*; & judica, num *Hirudini* cum velis affimilatum. Par ratio reliquorum, de quibus deinceps. Ad hunc calculum *fanguifuga* ifta, quæ nimis diu torfit interpretes, decidat tandem, ac faceffat neceffe eft; atque aliud quid e veteri copia *Linguæ* eruendum, quod fedem hancce meliori jure occupare, atque implere queat. Id veftigare arduum. Per *R. Menahemi* & *Bocharti* conatus ex עלוק علوق, qua *Mortem* fonat apud *Arabes*, nodos non refolvi, fatis patuit. Ut commodius quid, fi pote, expediatur, refumenda VII. mihi *Gloffa Camufi* a *Boch.* adducta العلوق الغول والداهية والمنية وما تعلق بالانسان *Forma* עלוק *defignat monftrum tætrum, & malum fatale; ipfum fatum etiam; & quicquid homini ineluctabiliter affixum*. Sic verba illa convertenda; non ut fupra reddidit Vir Summus; nimis ftricte غول *Parcam*, pro fcopo fuo, inducens: quum fit generale nomen, quod *monftrofiffima* quæque ac *tæterrima malorum* defignet. Ita apud *Golium* fub غول extat, *quicquid hominem necopinantem invadit perditque: exitialis calamitas. Item Dæmon fylveftris devorans homines & bruta. Serpens; Draco; Verfipellis Protheus, five præftigiator.* Omnia commune tenent meditullium *prodigiofi monftri*; quod *ineluctabiliter*, quicquid *corripuit*, *difperdat*. Omnis illa amplitudo fub עלוק علوق quoque comprehenditur: atque inde in IV. אעלק اعلق notat *malis monftris obruere*. Ita *Gjeuhar*.

وَقَوْلُهُمْ لِلرَّجُلِ أَعْلَقْتَ

وَأَفْلَقْتَ أَيْ جِئْتَ بِعَلْقٍ

وَفَلْقٍ وَهِيَ ٱلدَّوَاهِي *quod autem dicunt*, אעלקת ואפלקת, *valet, advenifti cum meris monftris & prodigiis; five monftrofiffimis malorum.* Apparet inde formam عُلَقٌ עלק etiam pro *malo monftrofo* frequentari; cui & tertiam adjicias velim ex *Camufo* עולק عَوْلَقٌ ex fpecie *Paubal*; per غول *prodigium mali* itidem converfam. Hæc folidum fubfternunt fundamentum huic Verfioni, *Monftrofo malo*, *quod* עלוקה *appellitatur, omnia ineluctabiliter opprimenti & devoranti*, *duæ funt Filiæ*, dicentes *para*, *para*: quin *tres illæ non faturantur*, *quatuor*, *non dicunt*, *fat eft! Orcus*, *& Conftrictio uteri; Terra non faturanda aquis*, *& Ignis non dicturus*, *copia!* five *obe! fatis eft*, *abunde eft.* Habes *juga* artificiofe nexa, & ex *Bigis* quas primus impetus offerebat, in *Quadrigas* collecta, ac confociata. Omnibus hifce communis aptatur titulus בנות עלוקה *Filiarum monftrofiffimi mali*: quæ ifto charactere videlicet ex æquo infigniri, ifta nota nativa veluti infculpi, mereantur. Sic forte aliquid tandem edolatum, quod & pulchræ *Ænigmatis* Oeconomiæ, & graviffimis, quæ fubjunguntur, materiis, cum pondere ac dignitate accommodari queat.

Vf. 16. Preffius nobis luftranda hæcce *malorum exitialium cohors.* Primum eft שאול Or-

17 Oculus qui subsannat Patrem, & contumeliose spernit obsequium Matris, eum fodicabunt corvi vallis; & comedent eum pulli aquilæ.

18 Tria

17 עין תלעג לאב ותבז ליקהת אם
יקרוה ערבי נחל ויאכלוה בני נשר׃

18 שלשה

Orcus, *destructor* ille & *absorptor* omnium, vere בת עלוקה *mali monstri Filia*; & *partus infaustissimus*. Ei *insatiabilem* adtribui *ingluviem* quasi, & *os dispansum*, supra ex *Jesaj.* 5: 14. vidimus. Idem *schema* recurrit *Hab.* 2: 5. Eidem *Janitrix*, ut sic dicam, addita, de qua *Sil. Ital.* L. 2: 548.

> *Mors graditur vasto pandens cava guttura rictu*
> *Casuroque inhiat populo.* - - - - - -

Idem conspectus *Prov.* 27: 20. שאול ואבדה *Orcus & perditio ejus non saturantur.* Alterum est, עצר רחם *constrictio uteri.* Phrasis illa *sterilitatem* signat *Gen.* 22: 18. *Jes.* 60: 9. Hanc, aliorsum *Phrasin* declinantibus aliis, dimittere non sustineo; vi sententiæ eam deposcente. Nempe proponitur *Uterus destructor vitæ*; qui quam fovere debuisset sobolem *interimat*, atque intertinguat: vere quoque בת עלוקה *monstrosi filia mali.* Tertia est, *Terra*, quæ *non saturatur aquis*; & ipsa *sterilis* ergo, atque *semina* sibi credita enecans. Quartus denique, *Ignis*, item quicquid semel corripuit, consumens, & quam magis materia ingesta pascitur, tam magis cuncta depascere gestiens. Dedi, quod convenire visum. Meliora danti, lubens cedam, & plaudam. *Allegoricum* quid inclusum quatuor hisce, non negaverim. Quæ ab ingeniosis hominibus hic variis tentata modis sunt, non talia videntur, quibus acquiesci queat. Si filum *literæ* recte a nobis sit evolutum, rectius forte sublimior illa contemplatio, dextre eam tractantibus, sese enucleandam præbebit.

Vs. 17. Rarior cum vox, tum forma, לִיקְּהַת, resolvenda ex *Syriasmo* in לִיְקָהַת. Semel adhuc reperitur *Gen.* 49: 10. לוֹ יִקְּהַת גוֹיִם. Variant, ut fit, interpretamenta Veterum ac Recentiorum. LXX & *Vulgato* placuit *expectatio gentium*; aliis *congregatio*, vel *conventus*, opportunior visus: *Rabbini* post *Onkelosum* fere *obedientiam gentium* dedere. Apparet aliquid ex serie exsculptum, quod quadrare censebatur. Eodem ex fonte hic iterum LXX γῆρας & *Chald.* קשישותא *senectutem matris*: nec non *Syrus*. Alienius *Vulgat. partum matris*. Commode plurimi *obsequium*, *obedientiam matris*. Omnia hæc deferens delensque *Guss.* nobis mirum per canalem eliquavit *purificationem*; ansam præbente *Dagesh forti*, quod ei ingessit *radicem* נקה *purus fuit*. Inde יְקָהָה pro יִנָּקְהָה sonare contendit *Gen.* 49: 10. de *Silo*, sive *Messia*, *purificationem* sive *justificationem gentibus* impertiendam: *Mal.* 1: 11. *Dan.* 9: 24. Eam huic etiam sedi ita adaptat, quod quum in *Proverbiis* Deus sit *Pater*, & Sapientia *Mater*, Ea nobis *Christi purificationem admittendam prædicet.* Hæc Vir Doctus sub *Radicibus* יקה & נקה multa ambage vincere annisus, *Dialectos* non impune sperni demonstrat, atque earum necessitatem ita sancit, ut vix unquam quisquam magis. Contorta nempe omnia; sive *derivationem* spectemus, claudam & mancam simul; sive *significationem* heic loci plane absonam. Hoc exequi supervacuum; quum res in oculos incurrat. *Dagesh forte*, quod maxime urget *Gusset.* non arguit *Thema* נקה sive נקי, istam derivationem respuens; sed speciem *Pihhel* a יָקָה *He mappikato*: unde יִקְּהָה limpide emanat. Unice retinendum *obsequium*, quod in *Dialecto Arabum* fundari, jam alii commonuere. Fontes illi, propius adspecti, dubitationem diriment. *Camus.*

أَلْوَقْهُ ٱلطَّاعَةُ وَقَدْ وَقِهْتُ
وَٱتَّقَهْتُ وَٱسْتَوْقَهْتُ
وَٱتَّقَهُ لَهُ أَطَاعَهُ وَسَمِعَ مِنْهُ

Ra-

18 שלשה המה נפלאו ממני וארבע
לא ידעתים :
19 דרך הנשר בשמים דרך נחש עלי
צור דרך אניה בלב ים ודרך גבר
בעלמה :
20 כן

18 Tria illa prodigiosa præ me;
& quatuor non assequor.
19 Viam Aquilæ in cœlis; viam
Serpentis super rupe; viam Navis
in corde maris; & viam viri in
virginitate.
20 Sic

Radix וקה *sive* וקה *designat obsequium promtum; cujus I. & VIII. & X. species per Je primam* אִשְׁתְּיְקָה *teruntur pro obsequi. In VIII. speciatim sequente* ל *est, dicto audientem se præbuit ei more discipuli.* Conspirant in eandem potentiam sororia themata أقه אָקָה, & قاه קוּה, quod posterius in *Camuso* signat سرعة الاجابة *promtitudinem obsequii*, vel *responsi*, *ad vocem invitantis*, *vel imperantis.* Nihil cumulatius pro utraque sede. Diversa est potestas *Radicis ultima Je* יקה وقي, *cavit*, *custodivit* ab inquinamento vestem, quæ & *Hebræis* olim in usu; ut patet ex יָקֶה *Jake*, nomine proprio *Vs.* 1. hujus *Cap.* non *obediens*, ut putant, qui hæc *themata* confundunt, sed *cavens inquinamentum*; *religiosus*; unde *Agur ben Jake* esset *collectus filius cauti*, i. e. *religiosi.* Phrasin ערבי נחל, mox subnexam, alii *corvos torrentis* reddunt, alii *corvos vallis* κόρακας ἐκ τῆς φάραγγος. Huc inclinat *Bochart. Hieroz. Part.* II. p. 200. observans *corvos reductas amare valles.* Subdit, *posse etiam intelligi vallem aliquam corvis frequentem*, *ab iisque denominatam*; quam suspicatur eandem esse cum *valle cadaverum Jer.* 31: 40. *eo quod damnatorum cadavera in illam abjecta fuerint*; *pabula corvorum.* Hi *oculos* potissimum *appetunt*; unde & imprecatio illa *Catull.*

Effossos oculos voret atro gutture corvus;
Intestina canes: cetera membra lupi.

Notissimum Proverbium ἐς κόρακας hinc quoque manavit. Ejusdem *Hieroz. Part.* II. p. 176. etiam locum huncce attigit ὁ πάνυ, monens, *rebellionem in parentes capital fuisse: Exod.* 21: 15. 17. *Lev.* 20: 9. & *damnatorum corpora mansisse insepulta*, *feris avibusque carniveris exposita.* Id quidem non omnino planum, certe non tam late verum. Hic tamen *insepultam* illam *damnatorum sepulturam* depingi, per quam δάπτειν κόραξί τε καὶ γυπὶ reddebantur, dubio exemtum.

Vs. 18. Ad brevia & *Syrtes* deferimur; unde me emersurum haud confido. Spero tantum, dum fluctibus illis me committo, ex discussione ista aliquid benignioris forte lucis oriturum, quod cursum dirigat. Incertus sortis, quam cymbula nostra habitura sit in collisu dissidentium, ac velut æstuantium, opinionum, incipio I. a *Merc.* adhunc *Vs.* subnotante. *Quatuor hæcce affert*, *meo judicio*, *ut impudentiam ostendat mulieris adulteræ*, *cujus factum agnosci non potest*; *sed quum adulterium commiserit*, *quasi post esum ore absterso*, *se negat quicquam flagitii admisisse. Ita perfricta fronte est*, *ut perinde se gerat quasi maritum non fefellisset*, *quia in facto ejus nulla nota relinquitur*, *qua illud agnosci queat*; *sicut nec in quatuor*, *quæ hoc loco proponit.* Ad *Vs.* 20. deinceps filum illum evoluturus, ita redorditur. Prima *via aquilæ in cœlo*, i. e. *in aëre volantis*; *neque enim notam ullam*, *aut vestigium*, *relinquit aquila*, *aut ulla avis*, *in aëre perquam volant. Hoc quum etiam in aviculis ita habeat*, *aquilam maxime delegit*, *quod inter aves primas teneat*, & *in sublime præ ceteris volet*, *unde minime omnium in ea agnosci possit*, *qua prætervolarit.* Secunda *via serpentis super rupem. Nam super terram vestigium relinquit & impressionem*, *sed non super rupem asperam & aridam.* Tertia *via navis in corde maris*, i. e. *in medio mari. Etsi enim statim*, *ubi transiit*, *aliquod relinquat post se vestigium*, *si tamen paulum expectaveris*, *nulla nota supererit*; *sed hoc maxime*, *quum eminus e terra*, *aut alto aliquo loco*, *in medio ma-*

mari navis conſpicitur, difficilime agnoſci poſſit unde navis proxime mota ſit, aut ſi ſubmergatur, ubi id tandem fuerit, ut Hebræorum nonnulli dicunt. Poſtrema eſt *via viri in adoleſcentula, vel, cum puella, ſcilicet jam corrupta: nam in virgine veſtigium deflorationis extat; in corrupta non item. Hebræi* עלמה *pro* nupta *exponunt, ſed præſtat pro* puella *nondum* nupta *ſumi, cujus tamen flos virginitatis ſit delibatus.* עלמה *puellam notat tam* intactam *Gen.* 24: 43. & *Jeſ.* 7: 14. *in celebri illo elogio de Meſſia ex* Virgine *naſcituro; quam* corruptam, *ut hoc loco neceſſario.* Poſterius hocce pluribus proſeqnitur, negans rite poſitos calculos *Hieronymi*, adverſus *Judæos* tendentis עלמה, tantum *puellam virginem* ſignificare; *reclamat enim*, inquit, *hic locus, nec video quomodo defendi hic poſſit,* עלמה virginem *eſſe, ſi commodum aliquem & cohærentem velis facere ſenſum.* Subtexit dein: *nihil interim pro ſe habebunt Judæi Jeſ.* 7: 14. *ut* עלמה *pro* nupta *ſumatur; quum &* nuptam & intactam *ſignificet; & eo loco ſignum eſſe oporteat; quod non eſſet ſi* nupta *Meſſiam paritura diceretur. At hoc loco omnino eſt* corrupta, *ita poſtulante ſenſu.* Duriora profecto effata; quæ eximio viro excidiſſe nollem. Sed hoc nondum diſcepto. Venio potius ad *Vſ.* 20. ubi ita concludit *Mercer. Sic eſt via, i. e. mos, ratio mulieris adulteræ.* Τὸ ſic *refertur ad id, quod de* puella *dixerat*, non nupta *ſcilicet; quaſi dicat, ut corruptionis & ſtupri commiſſi nullum ſupereſt in* puella *jam ante* corrupta *veſtigium, ita &* mulieri adulteræ *uſu venit, quæ frontem perfricare ſolet, ubi aliis a marito ſui copiam fecit, quod factum ſuum agnoſci non poſſit* &c. &c. Hæc longiuſcule fuere excerpenda, ne vel tantillum iſti *commentationi* ſubtraherem; utque omnia ejus pondera ac momenta poſſent trutinari. Qui *quatuor membra Vſ.* 18. reſumſerit, ultro deprendet, expoſitiones iſtas ſe non ſatis æquabiliter ſuſtinere; multaque intermixta, quæ non luceant; ſed potius caliginem ferant; ut in *primo* de *Aquila* pro *omni avi* poſita; in *ſecundo*, de *ſerpente ſuper rupe*; in *tertio*, de *navi in corde maris*; quaſi hoc ad rem faceret, iſto modo ſumtum, quum idem utique vel *cymbulæ* in *fluvio*, aut *rivo*, quadret. In *quarto* denique intuta & infeſta omnia, quum עלמה *puellam* jam *corruptam* deſignare poſſe contenditur, idque ſola vi hujus loci, ſane quam obſcuriſſimi: in quo דרך de *congreſſu* interpretari, qui veſtigari poſſit in *virgine intacta*; non poſſit in *nupta*, & marem paſſa, mihi nec decens videtur, nec verum: quidni enim *furta* illa Veneris deprendi poſſint? quum præſentiſſima plerumque adſint indicia, ubi uterus creſcere cœptat; ubi tot alia ſigna delibati floris, horum gnaris, ſtatim manifeſta; quantumvis clancularíæ conſuetudini velum obtendatur. Quid, quod דרך *via*, mox *Vſ.* 20. *morem*, *rationem agendi*, de *adultera*, interpretari maluerit, atque ita filum ſuum ipſe rumpat? reſciſſum plane, ac retextum, quum illud כן *ſic* tantum refert ad id quod de *puella* dictum erat; quamvis in initio poſuiſſet, *quatuor hæcce mulieris adulteræ impudentiam oſtendere.* Conſimilem ſaltum dedit *Jun.* II. *Vſ.* 19. qui miſſis tribus prioribus, quaſi nihil in nuce duri eſſet, quarto tantum colo appoſuit, *Lupam perſrictæ frontis, quæ ſe poſt maleficium virginem impudenter aſſerit, & pro intacta venditat; quomodo accipiendum eſſe Vſ. ſequens oſtendit.* Illi *Vſ.* 20. ſubtexuit, *id eſt, perpetrato maleficio ita ſe obſirmat quaſi integra eſſet a viro* Hæc utrimque claudicant. Aliquid plenius, & rotundius deſiderari ſentiens *Cler.* III. hunc præbuit conſpectum: *Eſt hic comparatio, qua inſinuatur, non facilius deprehendi poſſe puellam eſſe vitiatam (modo ne pepererit) aut mulierem nuptam commiſiſſe adulterium, quum dant operam ut res occulta ſit, quam ſcire, quo volarit aquila, ex veſtigiis ejus in aëre; quo iverit ſerpens, ex indiciis motus ſui, quæ in rupe dura reliquerit; aut quid factum ſit navi, ex orbita quam in aqua cernere liceat.* Subdit pro ſcopo; *ſententia ergo eſt, non eſſe uſque adeo difficile puellæ, aut mulieri conjugatæ, viros fallere. Quæ eſt obliqua caſtigatio mulierum talia committentium, atque innocentiam ſuam jactantium, eo quod earum flagitia probari non poſſint.* Atqui *Agur* præſtruxerat, *tria illa*, נפלאו ממני *abſcondita ſunt a me; & quatuor non novi:* quomodo ergo *non uſque adeo difficile illud fallere*, & κλέπτειν? Vide mihi etiam inſertionem, *modo ne pepererit*, quæ utique cuncta convellit. Mitto illud *in corde maris* ita laxatum, ut Viro Docto valeat, *ſive procul a litore, ſive juxta litus*; &c. *ut Tyrus in cor-*

corde maris sita Ezech. 28: 2. De עלמה *Virgine* nihil adjectum. Brevissimo *Scholio* hic defunctus *Grot. Significat incerta esse Virginis aut corruptæ indicia.* Eadem Viro Magno videntur obversata. In iis ita digestis, præter incommoda superius *Merceri* explanationi obmota, *nihil* est *sententiosæ dignitatis*; nec quod משא *Parabolico* & *gravissimo* isti *generi*, quod *Versu* 1. hujus *Cap.* promissum, respondeat. *Liber Sapientiæ Cap.* 5: 8--12. quid intendam, declarabit. Inducuntur ibi *improbi* sero nimis *cæcitatem* & *errorem* suum agnoscentes, quo deserta Via Domini, per *semitas perditionis* præcipites abierint. *Quid nos*, inquiunt, *juvit superbia? quid opulentia cum fastu nobis contulit? Omnia illa præteriere ut umbra, atque nuncius prætercurrens. Ut navis trajiciens* κυμαινόμενον ὕδωρ, *qua pertranseunte vestigium deprendere non sit, neque semitam gubernaculi ejus in undis. Aut ut avis aërem pervolantis nullum cursus indicium reperitur; sed* πληγῇ ταρσῶν μαστιζόμενον πνεῦμα κοῦφον, καὶ σχιζόμενον βίᾳ ῥοίζου, *levis ventus percussione diverberatus pennarum, & strepitu violento scissus, commotis alis trajectus est; atque postea non inventum est transitus* ejus *signum.* Apparet imitationem esse *Proverbiorum*, in quibus cum maxime occupamur, itemque *Jobi*, hisce *Parabolis* usi, ad *fugacissimam brevitatem* vitæ simul, simul *felicioris fortunæ*, quæ ei fulserat, eminentibus coloribus depingendam, *Cap.* 9: 25. 26. Hi non exspersi temere, sed exquisitissime admoti; atque nulli non horum *emblematum* ut sua gratia, ita propria quoque subest virtus, ac potentia, scopum, ad quem collineabatur, recta feriens. Nempe nemo non statim persentiscit summam convenientiam inter *vitam humanam*, etiam *felicissimam*, & inter *umbram*; inter *bonum nuncium qui prætercurrat*; inter *navim*, quæ *undosum trajiciat fretum, nullo remanente vestigio*; & inter *alitem quæ* sub *plausu*, atque *extensarum* ῥοίζῳ *strepitu pennarum*, πνεῦμα κοῦφον *levem ventum diverberet*; *semita* illa mox *inter auras vanescente.* Hæc, inquam, quivis confestim ita sentit *vitæ* & *fortunæ* accommodata, tamquam quæ vel manibus palpantur, vel oculis contrectantur. Hic nil tale. Omnis comparatio consumeretur in sola superficie, ut sic dicam, horum *emblematum*, & *lumina* illa splendida *Aquilæ per cœlum volantis*; *Serpentis rupem perlabentis*; *Navis per cor maris trajicientis*, nihil aliud tandem efficerent, quam quod *manus* per *aërem*, per *rupem*, per *aquam ducta*, & nullum in his vestigium relinquens, efficere potuisset. Idem de *quarto* dictum esto. Rogo etiam, quo tandem nomine *mirabile*, *absconditum*, & veluti *captum omnem superans* ponatur, si *aquila cœlum nullo relicto trameet vestigio*, si *serpens rupem perreptet*, absque ut *notam ei imprimat*; si *navis per altum feratur*; *aqua* mox *in se redeunte*, & *tramitem delente*: si denique *vir cum puella vel rem habeat, vel consuescat* &c. Apparet, hanc quidem viam interpretationis haud sane munitam. Eam ut emunirent alii IV. *quatuor* hæcce tanquam *miracula* quædam *naturæ*, per se stantia, atque per se abstrusum quid & impervestigabile habentia, considerari debere censuerunt. Huc inclinantes *Belgæ* nostri, in *notis* ad *Aquilam per cœlum volantem* subjecere, *admirabile* esse, quod *tam perniciter* & *tam alte volet.* Ad *Serpentem in rupe*, *admirabile* item esse, quod *pedibus carens tam ardua* tamen, & *glabra transscendat.* Ad *Navim in alto maris*, vehementer *mirabile* esse, quod *descendens ad ima*, mox iterum *emergat*, & *adscendat*, absque ut *subvertatur*, *mergaturve.* In hisce דרך non *viam* strictius valere monent, ut habet opinio *Merceri* aliorumque, cujus etiam mentionem fecere, sed laxius *modum* & *rationem agendi*; quam *viæ viri in virgine* ita applicant, ut nihil trahat impudici, sed designet *pudicum* illum & *honestum affectum*, quo *juvenis virginem* ambit, ejusque *affectum* quoque expugnare, sibique devincire, studet, ad legitimam tori societatem. Consultum ita *integritati* עלמה *signatæ virginis*, neque ea in *præfloratam* clanculum, nedum in *lupam*, nobis corrumpitur. Ad *Vs.* 20. porro hæc pro nexu subserunt, *ut quatuor hæcce valde mirabilia*; *ita plane stupenda malitia & astutia mulieris adulteræ, tum in patrando crimine, tum in eodem occultando.* Hæc concinne a Nostris, pro ipsorum mente, delineata, amplificavit V. *Gejer.* collectis omnibus quæ *admirationi trium priorum* cumulandæ servire posse censebat. Ea in *Commentario* illius legi malim. Excerpo tantum, quæ ad *quartum* Colon ita conclusit. *Post mira in aëre, terra, aqua, sequitur ultimum in homine, tanquam microcosmo, totiusque orbis Domino. Ex multis autem in homine mirabilibus motionibus sola illa producitur* via, *quæ occupata est circa*

Mmm ma-

matrimonium, *vel speciei propagationem, quam satis se mirari non posse Agur libere exponit* &c. *Illa scilicet* via viri, *hoc est, agendi ratio, plane negotiosa ac mirabilis est; non minus quam* aquilarum, serpentum, *atque* navium; *perficiturque ea non modo pedibus corporis hinc inde sæpius euntibus, redeuntibus* &c. *sed & pedibus animi; quippe inconstans, operosus, sollicitusque est ejusdem animus, deliberans, examinans, impetuose properans, æstuans, impatiens, cuncta alia fastidiens, flexus varios, artesque ac insidias instar* aquilæ, serpentis, navisque *excogitans: idque omne* בעלמה circa virginem, *quam impotenter deamat, & cui vel matrimonio, vel illicitis vult copulari modis, quod ipsum studium, vel viæ genus, tanto sit mirabilius, quanto purior, magisque conclusa, vel recondita est,* עלמה virga illibata; *inde enim tanto plus inflammatur desiderium.* De voce עלמה *virgine intacta* deinde subjungens, quæ hic exscribere nil attinet, *Vs.* 20. subnectit, *cum illo viro, miris multisque artibus virginem intactam ambiente, apte confertur femina adultera, quæ & ipsa miras suas habet vias, inque occultandis ac negandis suis flagitiis, non minus, imo sæpe magis, quam vir, mire est callida & expedita.* In his multa desiderari nemo non sentit. Præcipua tantum libabo. Non video, quo jure hæc *quatuor* e *miraculis*, quorum utique tota universitas rerum referta, excerperentur. Non videtur 1. congruens *Paræmiastæ*, ut talem texat seriem, *stupendus* est *volatus aquilæ in cœlis; stupenda reptatio serpentis super rupe, stupenda trajectio navis per altum mare; stupenda* denique *procatio, qua vir virginem ambit, atque ad cor ejus viam affectat; quam tamen*, ut Vir Doctus supponit, *non inveniat. Ita stupendum est, & miraculo simile, mulier adultera quæ furtivos amplexus callide simul & impudenter occultare valet.* Hæc parum inter se revincta, nisi arctior copula intercesserit, atque membra hactenus soluta liget. Persensit ipse *Gejer.* atque ad nexum aliquem exsculpendum; *quarto membro* interseruit, *agendi rationem istam*, qua *ad virginem* adspiretur ab ejusdem *amante, non minus mirabilem esse quam viam aquilarum, serpentium, & navigiorum:* quippe qui *varios flexus, artes, insidiasque excogitare* cogatur, ut voti compos fiat. Atqui illa non in *procum* dicta (si *procus* intenderetur *quarto membro;*) sed *quartum* illud uno stat gradu & ordine cum *tribus* superioribus, atque cum iisdem simul *mulieri adulteræ* coaptatur, ad ejus *indolem* expingendam. Ad solam ergo *adulteram illæ artes flexuosæ & insidiæ*, si his locus concedendus, referri & applicari deberent; *aquilæ, serpenti, navi* adjecto & *proco;* ut horum omnium *viam* & *agendi rationem* persequi, atque implere innueretur illa callidissima & impudentissima prævaricatrix. Expendenda VI. quæ immortalis memoriæ Theologus noster *J. Marckius Exercit. Exeget.* XIX. de *quarto* tantum *Colo* disputans in medium tulit. Geminam proponit *viam*, alteram *congressus*, alteram *honesti nuptiarum* ambitus. *Priorem* sepono, quia eam tantum communire conatus est pro illis, *qui hanc omnino volunt;* ut ostendat *Judæos*, etiamsi id κατὰ τὸ βίαιον concederetur, nihil tamen lucrari adversus *Christianos*, nec propterea Oraculo *Jes.* 7: 14. de עלמה *virgine paritura* quicquam decedere. De eo infra aliquid submonebo. *Posteriorem* ita ingreditur: *Sed quis jussit nos* viam viri *interpretari de externo actu congressus? siquidem* via *latius merito capitur de agendi modo omni, quem quis servat, in primis ubi in eo est progressus aliquis ab una actione ad aliam. Atque sic* via viri in virgine *erit ardens ille impetus, quo primum flagrat; industrius dein, molestus, & indefessus labor, quem lubens adhibet ut desideratæ fiat compos; blandiloquentia porro, cum muneribus gratis* &c. &c. *quibus aditum & ingressum sibi parat in cor virginis, vicissim in amoris flammas prorupturum: quæ pro tempore occultantur tamen magnopere* &c. *Hinc omnem agendi modum in virgine intacta merito sane Agur ut abstrusum, mirandum, & cum prioribus tribus mirandis conferendum, spectavit: sive considerare velimus* 1. *impetum sæpe temerarium, nulla gravi ratione nixum, & ab eventu vel periculosum vel infelicem vel laboriosum in virginem sibi cum liberis oneri futuram* &c. &c. *Sive attendere placeat* 2. *miras & imperscrutabiles artes & molestias, per quas in desiderii fruitionem tendit. Sive perpendere lubeat* 3. *successum in corde virginis, propensæ paulatim in hominem alterius sexus, peregrinum, cui tanquam domino se submittat* &c. &c. &c. *Sive tandem* 4. *infelix animum subierit exitus, minime permoto, imo nec moto, omnibus blanditiis corde virgineo* &c. &c. *Quo postremo respectu* virginis *nomen non modo ad antecedentem & præsentem, sed & se-*

quen-

quentem vitæ statum pertinebit; in quo manet Illa, viri desideria & conatus eludens; *imo* virginitatem animi *non pertracti in conjugalia desideria, æque quam* corporis, *significabit, quod urgent nonnulli adversus Judæos, licet forte minus solide demonstrari queat.* Nihil intentatum reliquisse vides Eximium *Theologum*, ad *viam viri* expediendam; quam hæc ipsa confirmant esse impeditissimam, judice ipso Cl. Auctore, ita finiente; *Quapropter unam quamvis ex quatuor adductis considerationibus, seu plures simul spectasse Salomonem, dixeris potius*, quam *Allegorice* locum explicandum. Hoc quodammodo est rem in medio relinquere; atque *viam* non adeo exploratam confiteri. Plura non addam. Notabo tantum hanc interpretationem laborare item circa nexum quatuor illustrium *emblematum* secum, & cum *muliere adultera*, cujus *characteribus* consignandis destinata ea esse, in oculos ultro incurrit. Subsistit nempe Celeb. *Marck.* in *generali* adspectu, & *quaternionem* hunc ab *Agure* simpliciter propositum autumat tanquam *res vere, & ex omnium consensu, mirandas, quæ oculis quidem obversentur omnium, sed sæpe absque justa attentione*, &c. &c. *paragr.* VII. Sed si hic figatur scopus, crescunt, meo judicio, difficultates, tam in ipso *quaternione* fortuitu quasi conglobato, non delectu; (temere sparsis quasi guttulis ex immenso Oceano;) quam in ejusdem translatione, & accommodatione ad *mulierem adulteram.* De ea nihil aliud reperio in *Dissert.* laudata, quam, *adulteræ viam dici* sic esse, *sive mirandam & tectam juxta priores vias.* Quomodo? utrum solutim; an adstricte, & copulatim? Si solutim, nulla amplius erit *comparatio*, quæ nisi liget, dissipat: & jam sexcenta *mirabilia* eodem hic jure enumerare quis possit. Si adstricte, & copulatim, rescifcere ardeo, quid efficiat vinculum harum *similitudinum Emblematicarum* cum *muliere adultera*; & quidnam tandem sit illud *signatum*, atque peculiari *charactere impressum*, quod ansam dederit *Parœmiastæ*, ad *quatuor* hæcce ex communi massa materiæ copiosissimæ decerpenda, atque pro *imaginibus* & *picturis adulteræ callidæ, impudentis, virtutem* & *castitatem mentientis*, atque adeo *jactantis*, expromenda, more משלים *sententioso* eorum, qui *lumina* & *acumina* elegantissima admovere solent rebus, quas *repræsentare* volunt, atque *ad vivum expingere*, ad ea potentius insinuandum, ac velut sensibus ipsis affigendum. Nisi ad hanc *Cynosuram* cursus interpretationis dirigatur, nunquam *Litera* satis lucebit; atque *viæ* hæ hactenus *imperviæ* nobis judicari debebunt.

Ibid. Non mirum, si ad tam *ardua viarum*, tanquam caligine offusa, multorum acies se in *Allegoriæ* grata & umbrosa receperit diverticula, ibique se velut libero & amœno in prato recrearit. Hic nova nos excipient divergia sententiarum, & lusus ingeniorum vere mirabiles. Principem locum deposcit I. quod *Galatin. Arcan. Cathol. Verit.* L. 7: C. 15. tradit de celebri illo *R. Juda Hakkadosh*, Auctore *Misnæ*, qui in *Libro* גלי רזיא *Gale Razaija*, i. e. *Revelator Mysteriorum*, dicitur rogatus ab *Antonino Imperatore*, quid sibi vellent *ænigmata* hæcce *Salomonea*, respondisse, *enimvero rem magnam quæsisti, & sublimem, quam tamen tibi edisseram.* Via aquilæ *in cœlo, est Rex Messias, qui post passionem suam adscendet in cœlum; ut Amos.* 9: 6. *dicitur, qui ædificat in cœlo adscensiones suas.* Via navis *in medio maris, itidem est Rex Messias, cujus vita sicut navis in medio mari agitabitur* &c. *Et* via colubri *super Petram; hic est Rex Messias, qui se faciet ut colubrum, quem Moses super petram (perticam) posuit, ut duceret filios Israël in Terram Sanctam. R. autem Jodam dixit.* Via colubri *super petram; hic est Rex Messias, qui transibit per petram, postquam sepultus erit, & ab ipsa egredietur, nec videbitur qua transierit: Exod.* 33: 21. 22. *Et* via גבר viri *fortis vel potentis* in עלמה virgine, *hic quoque est Deus amans filias Jerusalem, ut generetur Rex Messias ex una earum. Concipiet autem, & pariet, remanebitque virgo: Jer.* 32: 22. Concludens apposuit *Galatin. hæc omnia ad verbum Rabbenu Hakkadosh, quem ipsi Magistrum nostrum Sanctum vocitant. Via igitur* viri fortis *vel* potentis *in* עלמה *fuit Filii Dei ex virgine incarnatio. Et hanc quidem* viam *plene atque perfecte Salomon cognoscere non potuit* &c. &c. &c. Hæc a *R. Juda*, conditore, ut dixi, *Misnæ* profecta, & quidem in colloquio cum *Antonino Cæsare*, ridicularium est. Sunt hæc haud dubie supposititia. *Non defensoribus istis res eget.* Audiamus etiam de *adultera* ita pergentem *Galatinum. Proverbia Salomonis ideo* משלי *vocantur, quia semper fere unum prætendunt, & aliud intendunt:*

alioqui משל *parabola non erit parabola*, *si ita ut sonat*, *omnino intelligatur*. Viam *ergo* mulieris adulteræ *non debemus ad literam capere*, *sed alterius alicujus vitam & pessimum agendi modum*, adulteræ *factum imitantis*. *Prisci quidam Judæorum* primi parentis prævaricationem *intellexerunt*; *ipse etiam R. Juda Hakkadosh*; *ita Vs.* 20. *explicans*. *Totum hoc egit Adam*, *qui de peccato suo se excusavit* &c. &c. De suo etiam aliquid elargiens, *Nos autem*, inquit, *dicere possumus per* viam *hujus* adulteræ *Judæorum quoque perfidiam non inepte designari*, *nam* Synagoga Judaica *comedere non desinit sapidissimum sibi cibum*, *panem mendacii*, &c. *Prov.* 20. *& tamen os suum tergens*, *erubescere nescit*. Affinia sunt II. quæ ante *Galatinum* jam dederat *Raimund.* in *Pugione Fidei Part.* III. *Cap.* VII. *fol.* 579. ubi cum *Judæis* disputans de Oraculo *Jes.* 7: 14. & de potentia vocis עלמה *illibatam virginem* signantis, ita in aciem educit. *Nos dicimus*, *quod jam longe ante Esajam Salomo expressam de Virgine Maria fecerit mentionem Prov.* 30: 18. &c. &c. *Animadverte*, *Lector*, *quam bene Salomo in hac Parabola vias Messiæ describendo*, *incipiens a novissima*, *i. e. ab ejus adscensione in cælum*, *pervenit ad primam*, *i. e. ad incarnationem*. *Quis enim* 1. *melius tenuit* viam aquilæ *in cælo quam Christus*, *qui peccatores velut quædam cadavera corruptos*, *& fœdos per peccatum*, *venit ad pœnitentiam vocare*, *& sibi spiritualiter per fidem & caritatem incorporare & sublevare*; *& maxime cum cælos adscendit in Adscensione? Mich.* 2: 13. *Amos.* 9: 6. *Via quoque ejusdem* 2. *de cruce ad sepulcrum quod erat excisum* in petra, *procul dubio* via serpentis *fuit* super petram; *ipse quippe præfiguratus est in serpente illo æneo Num.* 21: 8. &c. *Et nota quod sicut serpens Mosis similitudinem quidem habuit serpentis venenosi*; *& tamen venenosus non erat*; *sed valde virtuosus*; *ita Christus in Cruce similitudinem habuit hominis peccatoris*, *& tamen non erat peccator* &c. Via *quoque* navis *in corde maris*, 3. *fuit status*, *& vita*, *& transitus Christi per tempestates & amaritudines mundi* &c. &c. &c. Denique 4. via viri *vel* potentis in virgine, *fuit similiter incarnatio Christi de Virgine Maria* &c. &c. &c. Gemina germana apud *Lyranum* reperiunda; in *Muliere* autem *adultera* & hic, & ille, *Synagogam Judaicam* delineatam censent. Per eadem vestigia, pauculis tantum adjectis, mutatisve, decurrit Cl. *Gusset.* in *Refut. Chizzuk Emouna* p. 144. ita rem adstringens. *Symbolica hæc acceptio eo comprobatur*, *quod naturalis & simplex adspectus nihil mirabile continet*, &c. &c. hoc pluribus exsequens eo provehitur ut asseverare sustineat, *verba illa extra Allegoriam non posse non esse falsa*. Id a modestia Viri non expectassem. Est imprudens certe assertio, quum utique *Literæ* sua constare possit veritas, etiamsi acies nostra ad eam hebescat. Pergit interim ibid. *Confirmatur Symbolica sensus necessitas*, *addita* muliere adultera &c. *Quid enim adeo in ea*, *simpliciter sumta*, *supra tanti viri*, *imo cujuslibet plebeji*, *intelligentiam*, *mirabile* &c. Adultera *tantum mystice accepta quidpiam est admodum mirabile* &c. *quæ & Johannem in Apocalypsi sæpe admiratione percelluit*; *& nos præsentem ipsam cernentes stupefacit arte & audacia*, *qua adulterium suum dissimulat & pernegat*: *Hoc modo conferuntur duo contraria*, *Christus & Antichristus*: *uterque mirabilis* &c. &c. Longe diversum volatum capessivit *Glossa ordinaria*, in qua III. via aquilæ *in cælo*, *est subtilitas Diaboli*, *qui circa corda volitans*, *magno labore deprehenditur*. Via colubri *super petram*, *est via hostis venenati astutiâ*, *qui insidiari non desinit iis*, *quos in Petra fundatos esse conspicit*. Via navis *in mari*, *via iniquitatis*, *quæ per amaros seculi fluctus currit*, *& Diaboli flatibus agitata tanta subtilitate discurrit*, *ut vix aut nunquam iter ejus possit deprehendi*. *Aut* navis *levitatem eorum designat*, *qui omni vento doctrinæ circumferuntur*: *sicut autem hæc tria callida sunt*, *ut inveniri nequeant*, *sic difficile est scire quot cogitationibus agitatur* juvenis *qui* viam *veritatis deseruit*. Nempe *quartum* a *Vulgato* ita expressum est, *& via viri in adolescentia*, quasi עלמה idem notaret quod עלמים *status adolescentiæ*. At *Lyran.* legendum censet *adolescentula*, ut ad beatam *virginem* promtius referret. *Vulgat.* tamen haud dubie LXX secutus; qui etiam *ἐν νεότητι in adolescentia* exhibuere; quod *ἐν νεάνιδι* eundem in scopum corrigere, est corrumpere. Sublimius adhuc evolat IV. *Isidor. Pelus. Epist.* 415. 416. 417. ad *Timotheum Lectorem*; ubi *viam aquilæ volantis* refert ad *Divinam Christi naturam*, *quæ omni humano ingenio inaccessa sit*. Item, *viam serpentis super petram*, ad *obliquas* ac *sinuosas serpentis illius vias*, *qui* na-

nobis Legis transgressionem insusurravit; nec tamen ὁδὸν ἐπὶ τῆς πέτρας *viam super petram invenire valuit*, *Christum* nempe ἀπείραστον, *& a peccato intactum.* Iterum, *viam* νηὸς ποντοπορούσης *navis medium mare trajicientis*, *viam Divinæ incarnationis* τῆς ὁλκάδος δίκην τὴν ἄβυσσον τοῦ θανάτου διοδευσάσης τὸ μὲν γένος τὸ ἡμέτερον ἀνεκάλεσε, αὐτῆς δὲ τέλος ἐν ᾅδου νεκρώσεως οὐχ εὑρέθη, *qua ritu lembi mortis peragrante abyssum*, *nostrum quidem inde revocatum genus est*, *mortificationis autem ipsius semita in orco nulla inventa fuit.* Denique ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι *vias viri in adolescentia* ad *resurrectionem* applicat *a mortuis*, quæ nos *a corruptione liberans*, *ad incorruptibilem innovet conditionem naturæ; ac rejuvenescere faciat.* Pergens deinceps ad οὕτως ὁδὸς γυναικὸς μοιχαλίδος *sic est via mulieris adulteræ*, τὰ τοῦ νέου λαοῦ ἁμαρτήματα *novi populi peccata quæ Baptismi lavacro erant purgata* arripit; ad illam quoque *purgationem* sequentia detorquens, quasi *extergere os* hic inferret *perfectam illam rugarum & maculosarum notarum obliterationem*, *quam Christi Ecclesia*, *in fide accipiens*, οὐδὲν ἄτοπον πέπραγα *nihil mali se fecisse persuasum habet*, *ut pote priorum veniam* ἀμνηστίαν, *oblivionem*, *amnestiam*, *Lavacro consecuta.* Hoc jam plane extra oleas fertur; atque *signatissimum* hujus *adulteræ characterem* delens, cuncta superiora una quoque spongia exterget. Complures adhuc lusus in *Catena Patrum Græcorum*, in *Ambrosio*, aliisque, mire variegatos, circumcido. Amputo quoque *Jarchii* nugamentum de *quatuor Monarchiis.* Omnium, præter vagam licentiam, commune vitium, communis est ruina; quod *filum comparationis cum adultera* abruperint; atque pro ea *oppositionem* oggesserint dilutissimam. Filum tenuit V. Cl. *Coccejus*, omnibus prægressis palmam eo nomine præripiens, quod viderit qua lege, & quos intra fines, *Allegoricus sensus*, si *Allegoria* his *Versiculis* inclusa, sit evolvendus. Nempe superiores, præstricti splendore sublimium mysteriorum, ad quæ aciem tendebant, prætervideriunt, *quatuor* illa, quæ miris fidiculis vexarunt, atque in alia omnia distorserunt, convergere debere, ac recta collineare, in *mulierem adulteram*; in quam nisi aptari possint hæ *quadrigæ Emblematicæ*, actum est de *Litera*, actum de *Allegoria*, in ipso limine impingentibus, & ne carceres quidem liberantibus, nedum ut ad metam adspirare queant. Hoc perspiciens *Cocc.* non liberiora captavit spatia, sed interiore currens gyro, *Literæ* sese eatenus saltem adstrinxit, ut eam nec plane dimitteret, & secundum eam characteres *adulteræ mysticæ* dirigeret. Inspiciamus *Hypothesin*, ut eam sic satis pulcro talo stare deprehendatur. Lucrabimur inde aliquid pro *Litera*, quæ & *Allegoriam*, si illuc quis inclinet, suffultura sit, & completura. Ad *Vs.* 18. 19. 20. hæc subtexuit Vir summus. *Explicatur admirabilis impudentia non tam vulgarium mœcharum*, *quam* Meretricis *illius* magnæ, *toties jam in hoc Libro memoratæ*, *quæ cum scortationi ad summum usque indulgeat*, *tamen vult videri Sponsa Christi*, *& pravitatem*, *quæ peccatum sit*, *non habere.* &c. &c. &c. *Ostendit autem hic sapiens*, *defectionem* magnæ Meretricis *tectam esse magna* πανουργίᾳ, *atque astutia plane diabolica Ephes.* 4: 14. *ita ut difficile sit homini inexercitato*, *eam defectionem redarguere ac revincere* &c. &c. *Comparat autem* mysterium *illud* iniquitatis 2 *Thess.* 2: 7. *cum* tribus *aliis rebus quæ homini sunt imperscrutabiles* 1. *cum via aquilæ in cœlo; nemo enim potest scire quo volaverit aquila. Non enim relinquit vestigium. Deinde* 2. *cum via serpentis in rupe nuda*, *nam & illius orbita non cognoscitur.* 3. *cum via navis in corde maris: nam hujus vestigia statim confundunt fluctus. His addit* 4. *viam viri in puella. Non est intelligendum scortum*, *ut Judæi volunt*, *sed potius* virgo, *& illa quidem tenera*, *domi diligenter custodita*, *ad omnem pudorem & modestiam formata: quæ cum sponsum suum amare incipit*, *eos ignes vix ferre potest*, *& eos ejicere ex animo satagit*, *& diligentissime dissimulat. Et in hoc quoque similitudo est mœchæ cum casta virgine*, *quod ut virgo non vult videri quemquam amare*, *ita Adultera omnia agit*, *ut videatur solum virum suum amare.* Via viri *in virgine ergo non est abusus corporis* (*nam is non diu celari potest*) *sed sui insinuatio in affectum illius*, *sine qua fere non consiunt nuptiæ.* Excerpta hac lacinia, persensi adhuc penitius, non *sepositam* a Celeb. Interprete *Literam*, sed *suppositam*, ut ei sensum & adspectum *Propheticum*, quo totus in *Proverbia* contendit *Commentarius*, inædificaret. Quum ergo *Versum* 10. applicuisset *Judæis male judicantibus de fidelibus*, *aut de Discipulis Christi*, *quando eos viderunt omnia comedere*, *& Deo Gratias agere*; sequentes istas *quatuor generationes Vs.* 11--14. ad *Apostasiam* extendit a *Doctrina Patris fidelium*, & *Matris Eccle-*

clesiæ Novi Testam. cum *hypocrisi impurissima, superba libidine dominandi,* & *sævissima persecutione* grassaturam, præsertim in regno *Antichristiano.* Eodem reducit & alia *quatuor Vss.* 15. 16. proposita, quippe quod regnum *similitudinem* impleat *orci insatiabilis;* & *uteri clausi* ac *sterilis;* & *carnis inexplebili concupiscentiæ siti flagrantis;* omnibus per *ignem iræ divinæ, quæ aliquando exuret omne carnale & stramineum, & quicquid non est aurum vel argentum, consumendis, nihil ut superstes relinquatur.* Inde *Vs.* 17. ad *Judæos Apostatas* obiter recurrens, nexu cum *Vs.* 10. 11. atque *alitibus prædatoribus* in *escam,* quin & *corvis tenebrarum* ad *excæcationem, permissos eos* insinuans; resumit, tanquam *proxime cum illis consertam, defectionem magnæ Meretricis, astutia & impudentia infinita turpitudinem suam velantis* &c. In universa hacce serie *literalem sensum* neutiquam deseruit *Coccejus,* sed ei *altiorem* huncce *Propheticum,* ut in reliquo Libro, superstruxit. *Literam* & hic ab Eo retentam, patet 1. quum ita incipit, *explicatur admirabilis impudentia non tam vulgarium mæcharum, quam Magnæ illius* &c. Hoc valet, eam *præcipue,* & *Prophetice* intendi. 2. quia *Aquilæ, Serpentis,* & *Navis lapsum* per *aëra, rupem,* & *altum mare, nihil vestigii relinquentem,* eodem plane retinet adspectu, quem supra dabant, qui *Literæ* insistebant; missis etiam nonnullis, quæ illi dederant. 3. idem in *quarto colo* servat, *honestiorem* tantum *sensum* admittens in *virgine indelibata,* quæ vere sit, & maneat עלמה, *virginei* floris & honoris retinentissima; aliquidque inde exsculpens, quod apud alium neminem repperi, & quod tamen non injucundam præbet ansam ad *impudentiam mæchæ,* quæ quasi *virgineam* quandam puritatem, ac castitatem, vel in matrimonio mentiatur, cumulandam. Id hic pondus adferre posse, nemo negaverit. Videtur interim *constructio* minus favere; quæ postulasset דרך עלמה *viam virginis intactæ,* & invictæ, *erga juvenem,* vel castissimis ignibus calentem. Hac ipsa de causa suspicor Clariss. *Interpretem* sejugasse *tria* priora a *quarto* hocce, quod cerneret *Aquilam, Serpentem,* & *Navem,* unam tenere stationem, ac vim *subjecti;* unde illud בעלמה *erga virginem* divergat. Hinc *Colon* hocce tanquam accessionem, & *epimetron* aliquod præcedentium potius ordinatum fuisse a *Coccejo,* ad faciliorem accommodationem, valde verisimile. In eodem & ab aliis, ut sane omnium est abstrusissimum, obhæsum fuisse, supra apparuit. Merebatur vel sic tamen, ob eximiam dignitatem, quæ ex hoc radiolo relucet, in medium deferri; quum omnino tale quid hic requiratur. Sed de eo infra, quum meæ venerint vices. Nunc *Cocceji* adhuc *expositionem* expendens, supprimere etiam non possum, eam & in *literali,* quem supposuit, *sensu,* & in *Mystico,* quem eidem superstruxit, iisdem gravari incommodis, circa *vias Aquilæ, Serpentis,* & *Navis,* quæ supra indicavi, quum intra *vestigia* confestim *deleta,* & *nullum* sui *vestigium* in *aëre, petra, mari,* signantia subsistatur. Hoc ipsum autem evidentissimo est argumento, ne quidem *Allegorice,* strictius loquendo, contextum huncce a magno Interprete tractatum fuisse; sed tantum *Prophetice,* & *mystice:* alias enim in *Aquila, Serpente,* & *Navi,* uberrimam invenisset materiam ad *Emblemata* illa *Ecclesiæ* isti *adulteræ,* in quam oculos defixerat, propius admovenda; ejusque *Characteres* ex promtuario *Allegorico* fusius declarandos: quum, verbi gratia, sit *prædatrix;* sit *insidiosa,* & *sinuosis pollens artibus, flexibusque;* sit *nundinatrix,* & *vasta* per *maria mercaturam spiritualem* exerceat. Temperavit, ni me omnia fallunt, prudens, quum sentiret, hæc quidem forte fulgoris quid daturа fuisse *abstractim* a *Litera,* sed quæ mox in fumum desitura fuissent, si ad *mæcham* stricte, & proprie, dictam oculus referretur, in quam colores illos non adeo heic loci competere, ac quadrare, certe in *conjunctione cum cælis, rupe, corde maris,* neutiquam sicco pede, aut levi nisu, transsiliendis, cuivis animadvertere in facili fuisset.

Ibid. Magna emensi sumus spatia, necdum tamen tutam, ac bene firmam, intrare licuit stationem. *Allegoria* quidem adeo nullum aperuit portum; ut collisi inter se fluctus nos inde repulerint; atque in perpetuum omnem spem ancoræ ibi fundandæ illuc ituris præciderint. *Mysticum* illud Cl. *Cocceji,* ab *Agure* præcipue intentum non concesserim, tam parum quam *universam Hypothesin* & *perpetuam connexionem Propheticam* omnium *Proverbiorum* ad N. T. *Oeconomiam* sublimius pertinentium, amplecti possum. Si quis tamen illuc inclinarit, *Litera,*

tera, cui ipse *Coccejus* inædificavit, solidius ei substruenda. Nempe quod *Merc.* quique ab illo stant, dedere; quibuscum & *Cocc.* facit, non potest censeri horum *Emblematum pondera*, ac *lumina splendidissima*, æquasse. Minus adhuc eadem exæquant, qui tantum *quatuor admirabilia* sibi ante oculos destituunt, sine commodo nexu, sine certo scopo, sine ictu ad scopum istum elibrato, hoc est, sine *figurata* potentia *mulierem adulteram* feriente, & *characteres* ejus signatiores expingente: quibus ipsa *quinta* omnium *maxime admirabilis*, ut volunt, accedat; ita tamen ut vel exiguam, vel nullam, cum *quatuor* præmissis habeat convenientiam; atque omnis societas per *admirabilitatem* ferme exhauriatur. Hæc talia esse asseverare ausim, ut iis acquiesci nec possit, nec debeat; & jam liberam aciei ad profundiora hæcce non penetrantis confessionem dedisse, in Scripturas reverentius sit habendum, & officiosius; quam profiteri vestigasse nos, ac penetrasse, quod adhuc impervestigabile atque præclusum esse, justis rationum calculis collectum effectumque existimem. Non pœnitet interim operæ in hoc ipsum impensæ; etiamsi nihil aliud essem lucratus, quam quod omnibus lustratis expensisque deprehenderim, nihil in illis esse, in quod tuto reclinare queam. Plus tamen inde reportavi lucri, atque ex examine instituto penitius adhuc perspexi, *quatuor* nostra *Emblemata* in *mulierem adulteram* ita debere *collineare*, singula ut suas, & sibi privas, *lineas* exerant, illiusque *prævaricatricis effigiem* compleant per *conjunctos* illos *colores*, quos quodque horum *Emblematum* hanc in *Tabellam* subministrare, pro *lumine* & *acumine styli sententiosi*, valet. Hoc certissimum fundamentum interpretationis non observatum ab iis, quos *numeris* I. II. III. recensui, quippe qui in uno velut puncto subsistant, id est, in *sola via nullum vestigium relinquente*. Hinc *primo* manifesto consequitur דרך *viam* hac in *Parabola* neutiquam signare *vestigium*, *sulcum*, *impressionem*, quam sibi hic fingebant homines Eruditi, ab *Aquila*, *Serpente*, *Navi*, *Viro* factam; atque ultro evanescit inverecundior ille & turpiculus sensus, quem *fraus Judaica* huic contextui nitidissimo affinxerat, ad vim vocis עלמה pro *illibata virgine Jes.* 7: 14. præflorandam, atque Oraculum illud istis cuniculis eludendum. Non minus quoque evidenter, *secundo*, hinc colligitur, דרך *viam* cum in *quatuor* illis *sedibus Vs.* 19. tum in *quinta Vs.* 20. nihil aliud sonare posse quam *modum* & *rationem agendi*, quam ipse *Mercer. Vs.* 20. sibi tenendam sensit. Plenius: דרך *via* sexcentis in locis designat *institutum*, *intentionem*, *actionem*, *molitionem bonam*, *malam*, quam tandem cumque, cum universo ambitu qui cuique *subjecto* competit, atque *in quo versatur*. Hoc tenuere, quos *numeris* IV. V. VI. produxi, non tamen videntur *viam* istam direxisse ad *scopum* illum, in quem *Agur quatuor* sua *Emblemata*, haud dubie cum judicio electa, destinarat, atque velut collibrarat. Scilicet non aliud ferme *vinculum comparationis* cum *muliere adultera* a Viris illis Doctissimis teneri vidimus, quam quod *admiratio*, vel potius *admirabilitas*, omnium illorum tendit, & adstringit. Quid isto in calculo desideretur, supra jam executus sum. Ea hic resumta a solerti Lectore, augebo & pertexam ex singulari potentia, quæ *Vs.* 18. haud dubie *Phrasibus* נפלאו ממני, & לא ידעתים subjuncta est. Ad *primam* variatur; aliis enim valet, *abscondita sunt a me*; aliis *admirabilia sunt præ me*. In *altera* consensus; *non novi ea*; *non* possum ea *cognitione assequi*. His formulis nec *prima* Classis interpretationum satisfacit, nec *secunda*. Non *prima*; quid enim adeo vel *absconditum*, vel *admirabile*, in *Aquila*, *Serpente*, *Navi* &c. nullum *sulcum*, nullum *vestigium* imprimente in *aëre*, *rupe*, *mari*? Sunt res cujusvis captui patentes, ut *trajectus aër*, *trajecta aqua in se recurrat*; & *dura rupes nullo signetur vestigio*. Has *adstupere*, nescio cujus esset stuporis. Non *secunda*; habeant enim hæc aliquid *admirationis*, habeant multum, an tamen nulla *admirabiliora* in theatro mundi? Liberum fuit, inquis, Sapienti eligere, quas vellet, materias. Recte vero; sed an non sapienter quoque dilectus ille instituendus fuit? & an vel quisquam nostrum ita *mirabilia* sua spargere vellet? ut frigide inde subsumeret, *sic admirabilis mihi mulier adultera*. Non rejicio interim nec *abscondita sunt a me*, nec *admirabilia sunt præ me*; sed ajo, aliam his formulis inclusam esse vim, quæ adferat *ostentum*, *prodigium*, *prodigiosum miraculum*, quod *ab ordinario cursu rerum sit separatum*, at-

atque *abscissum*. Dico *abscissum*; hæc enim certissima est *Origo* ꜱ נפלא, a פלא, nec non ꜱ פלח *scidit*, *abscidit*; *separavit*; in *Dialecto Arabum* فلا ultima *Aleph*, & فلى *ultimis Waw* & *Je*. Aptissimum, ut quivis sentit, thema, quod *ostentis miraculosis* inserviat, quæ a *Naturæ lege* veluti *abscissa sunt*. Hunc usum eminentiorem non semper quidem, per tamen frequenter, exertat hocce Thema. *Gen.* 18: 14. de *Isaäco* ex *effœta*, & *mortua* quodammodo, suscitando, *An a Jehova* יפלא דבר *abscissa foret ulla res*, quam *Naturæ leges supergressam* scilicet *efficere* non valeret? Item *Job.* 42: 3. נפלאות ממני ולא אדע *abscissa præ me*, *quæque non novi*. Eadem plane accessione *non noscendi*, qua & hic usus *Agur*. Iterum *Ps.* 139: 6. פְּלִאָיה דַעַת מִמֶּנִּי *abscissa cognitio a me*, vel *præ me*. Substituunt *Masorethæ* פְּלִיאָה, ut sit *part. pass.* a פלא. Sed sana lectio, & a פֶּלֶא *prodigium*, *miraculum*, quasi *abscissionem* dicas, limpide exit פִּלְאִי *miraculosus*, *prodigiosus*: cujus *fæmin.* פִּלְאִית molliore flexu immutatum, more *Syriaco*, in פְּלִאָיה *Jod* in *otium* residente. פֶּלֶא pro *miraculo*, *prodigio*, habes *Exod.* 15: 11. *Ps.* 77: 15. *Jes.* 9: 6. Non fugit Linguæ Cultores hæc potentissima verbi virtus, quam ad nativam proprietatem reducturus Cl. *Gusset.* exsculpsit *rem magnitudine disproportionatam Naturæ*, *supernaturalem*, *hyperphysicam*. Enimvero פלא *prodigium Originis!* Sed pergamus. Major rerum ordo, major exoritur moles. Hæccine ergo, objectet aliquis, prodigiosa? Hæccine *mera miracula* & *ostenta*, ut *Aquila volet in aëre?* ut *serpens reptet super rupe*, ut *navis mare transcurrat?* &c. &c. Repono fidenter; sic voluit, sic sensit, noster Sapiens, sed non illo tuo sensu, qui hanc moves objectionem. Nempe a *prodigio*, quod sit tanquam *abscissum* quid, & *singulare*, & *monstri simile*, totum pendet cum pondus, tum decus, nostræ *Parabolæ*, cum ejusdem applicatione ad *prodigiosam adulteram*. Hoc ut in oculis defigam, Cola singula resumam, atque *prodigiosum* illud, quod hic intenditur, si minus sagaciter ipse evolverim, sagacioribus saltem enucleandum tradam. *Primum* membrum habet דרך הנשר בשמים *via Aquilæ in Cœlis*. Non excludo *volatum* pernicissimum, quo se nubium tenus evehit & sublimat, atque unde iterum fulminis ritu deruit. Sed *viam in Cœlis* directius interpretor *universam vitam Aquilinam*, quæ longissime *a terris se removens*, atque *in sedibus æthereis degens*, quin *nidum*, ut cum sacro vate loquar, *inter stellas figens*, *Obad. Vs.* 4. *cadaveribus* tamen *pascitur*, atque *pullis* suis *sanguinem* eorum *præbet sorbendum*. Hoc tanquam *prodigium* quoddam, longius a rerum *cursu* communi *abscissum*, considerat vir sapiens, ictum inde in *adulteram* perlibraturus. *Characterem* hunc signatissimum ipse Deus expressit *Job.* 39: 30. *An ad os*, *mandatum*, *tuum sese sublimem evebit Aquila*, & *nidum suum attollit? In petra tentorium figit*, (*habitat*) & *pernoctat*, *super dente petræ*, & *arce inaccessa*. *Illinc* חפר *fodit*, i. e. *rimatur effodiendo quasi*, *escam*; *inde e longinquo oculi ejus vibrantissimam tendunt aciem. Et pulli ejus sorbent ad satietatem sanguinem*; & *ubi loci strata cadavera*, *ibi Ipsa*. Ipse Creator tanquam *prodigium* aliquod oculis *Jobi* ingerit, illam דרך הנשר בשמים *viam Aquilæ in Cœlis*; qui hinc plane *Æthereus* videatur *ales*; illinc *animal sanguinarium*, *carnivorum*, *cadaveribus* e *medio cœlo inhians*, & *vibrantissima oculorum acie intentum*: cujus ipsi etiam *pulli*, ut πτηνοὶ κύνες *alati canes*, ad *Æschyli* figuram appositissimam *Agam.* 139. *cruorem haurire gestiant*. Ad rem nostram facit aliud adhuc *Æschyleum* altissimo cothurno incedens *Prom. Vinct. Vs.* 1020--1024.

Διὸς δέ τοι
Πτηνὸς κύων δαφοινὸς αἰετὸς λάβρως
Διαρταμήσει σώματος μέγα ῥάκος
Ἄκλητος ἕρπων δαιταλεὺς πανήμερος
Κελαινόβρωτον δ᾽ ἧπαρ ἐκθοινήσεται.

Sed Jovis
Volucer canis sanguinarius, *Aquila*, *voraciter*
Conscindet magnum cadaveris laceramentum.

Non

Non vocatus adventans conviva quotidianus
Nigrumque exesum jecur epulabitur.

Hinc enatum Proverbium, *Ubicumque cadaver est, ibi Aquilæ congregabuntur*, quo & Dominus in suum usus scopum *Matt.* 24: 28. & *Luc.* 17: 37. Non excurro in id quod *Boch.* II. 175. & 196. notavit, has *aquilas* esse genus ignobilius, degener, *vulturina specie*, atque *ex aquilæ* & *vulturis* congressu *ortum*; & نسر signare etiam γυπαιέτον. Tradunt *Arabes* vel e *quadringentis parasangis* eam *cadavera prospectare; & quum in ea instar fulminis e cœlo lapsi, deruens, cruentis se implevit dapibus, primo quidem peditu non posse volare, sed subsultim sese efferre, donec isto remigio sublevata, alarum denuo vela expandat, atque in cœlum auferatur.* Huc pertinet illud in *Excerpt. Hamas.* p. 441. *Cernasque rapaces alitum strata super cadavera*

Fartis ventribus lapsabundos, se haud posse levare.

Habes *primum* פלא *prodigium*, merito istoc nomine insignitum; quod quomodo in *adulteram* congruat, infra dispicietur. *Alterum* est דרך נחש עלי צור *via serpentis super rupem.* Intelligas licet *lubricos*, *sinuosos*, & *volubiles flexus*, quibus vel *rupes superare*, iisdemve *se*, quantumvis *glabris*, *glabra committere* audeat: speciatim autem respici suspicor ad illam *viam*, *rationem agendi*, & *modum vitæ*, quo *Serpens inter Rupium fissuras asperas*, horridasque, *sese contorquens*, *vernat*, & *membranam veterem*, sive γῆρας, *senectutem*, *exuens*, *nova* & *nitida emicat*. Admirabiliter Poëta *Æneid.* 2: 470. 475.

Vestibulum ante ipsam primoque in limine Pyrrhus
Exsultat telis, & luce coruscus aëna.
Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis novus exuviis nitidusque juventa,
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

Multum delectati hac imagine *Poëtæ* & Oratores; id ipsum *prodigiale* captantes; quod in hac *serpentum indole* quemvis ferit. *Sil. Ital.* L. 12: 5.

Prorumpit Capua Pœnus, vicinaque late
Præmisso terrore quatit; ceu condita bruma
Evolvit serpens arcano membra cubili;
Et splendente die novus emicat, atque coruscum
Fert caput, & saniem sublatis faucibus efflat.

Plura, qui volet, facile colliget. Est haud dubie *ostento* simile quid in hac *vernatione*, unde *emblema* tanquam telum dexterrime in *adulteram* intortum, infra patefcet. *Tertium* פלא *prodigium* ponitur דרך אניה בלב ים *via Navis in corde maris.* Cogitatum a Viris eruditione Claris de *admiranda fabrica navium*; de earundem *apparatu* & *instrumento*; de *cursu velivolo vastos* per *gurgites* & *moles aquarum*. Posterius ad rem præsentem facit: *prodigiale* autem illud, quod hic spectavit sapiens, declarabunt hæcce *Horat.* L. I. *Od.* 3: 21.

Nequicquam Deus abscidit
Prudens Oceano dissociabiles
Terras; si tamen impiæ
Non tangenda rates transsiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana, ruit per vetitum nefas.

Adjecit Cl. *Bentl.* & alia, quæ huc quadrant. Mihi succurrit quod *Claud.* in *Præf. Rapt. Proserp.* pulchre executus

Inventa secuit primus qui nave profundum
Quas Natura negat, præbuit arte vias.

Reliqua inde repeti poterunt. Subjicienda quoque oculis, quæ *Horat.* iterum *Ibid.* V. 9.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat; qui fragilem truci
Commisit pelago ratem - - -

Et *Vs.* 17.

Quem mortis timuit gradum
Qui rectis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turbidum? - - -

Hinc dilucere incipit *prodigium audaciæ*, & *temeritatis*, in quod mentem defixerat *Agur*. Propius adhuc idem hocce menti nostræ admovebit, quod supra *Cap.* 23: 34. de *temulento* figuratum, *& fueris sicut cubans in corde maris; quin ut dormiens in capite mali nautici.* Monui ibi *cor maris* stylo *Orientis* esse *maris meditullium* funditus *commotum*, atque adeo *sedibus imis emotum*, quod *gurgitibus* suis *absorbere* minetur. Alia quoque *ibidem* apposui, pro sensu *Emblematico*, quæ nobis infra *Pharum* præstabunt, ad quam *hoc* in *alto* lembum nostrum dirigamus. Sed ecce! medio in cursu scopulus exsurgit, qui naufragium intentat; nisi *quartum* quoque פלא *prodigium*, a naturæ communi lege, & vinculo, *abscissum*, demonstravero, atque ad eundem cum prægressis scopum reduxero. Hæc est דרך גבר בעלמה *via viri in virgine signata*, i. e. *integra*, *intacta*, *illibata*. Perfidiam *Judaicam*, quæ hoc ex loco illustre Oraculum *Jesaj.* 7: 14. enervare conata est, supra sæpiuscule attigimus. Ut horum insolentiam, qua causam Christianam sibi triumphare videntur, retunderent Nostri, itum fuit ad sublimes illas *Allegorias*, quas *nota secunda* enavigavimus. Hæc toto cœlo divergunt; atque ita incredulos confutare, est causam suam jugulare. Non tutius stant, qui *Judæos* nil lucrari contendunt, etiamsi עלמה vel *virginem* nomine tenus, vel & *nuptam* significare posse concedatur. Quid audio? an nil lucri reportant, quum præcipuum, ista in sede, fundamentum, & firmamentum nostræ Fidei, convellunt? Ne quidem *nuptui dandam*, & post honestam procationem *in vota concessuram viri*, hic intelligi posse, asseverare sustineo. Tela huc usque pertexta id pervincit. *Prodigium* aliquod *a naturæ cursu* ordinario *abscissum* hic exigitur, quod simul *Emblematica* sua *virtute* cumulatissimum *characterem adulteræ*, *os suum tergentis*, *& gloriantis nihil a se criminis commissum*, efficiat, atque consignet. Ut hunc exsculpamus, renovanda mihi memoria est *Originis* alibi adstructæ, & ab iniquis cavillatiunculis defensatæ. Receptissima fert opinio עלמה *virginem* nomen invenisse a notione verbi עלם, quod in *Niphhal* נעלם significare creditur *latere*, *abscondi*, quasi dicas κατάκλειστον *conclusam*, & θαλαμευομένην *thalamo residentem*. Celeberr. Noster *Marckius Dissert.* XIX. *Par.* X. in eam *Epicrisin* hancce strinxit, *Illum respectum in voce* latentis, *a plurimis Eruditis inculcatum, nolim ego exagitare; attamen alter addendus videtur; ad pudorem, vel* nuditatem latentem, *necdum* revelatam *viro*, *quem addidit etiam Cl. Spanhem. Part.* I. *Dub. Euangel.* 34. *Egregia*, inquit, *Antithesis inter virginem absconditam*, *incognitam*, *& mulierem cognitam a viro*, *& cujus* ערוה ἀσχημοσύνη *retecta*. Id propius ad rem. Si tamen præclaris hisce *Theologis* in promtu fuisset primaria *Thematis virtus*, in *signando* sita, crederem eos ultro inclinaturos fuisse ad *virginem signatam*, quod & verecundius, & illibatæ integritatis *characterem* adhuc eminentiorem præbet. Radix علم עלם *signavit* proprie. Inde *Ps.* 90: 8. עלומנו *signata*, *obsignata nostra*, crimina quæque occultissima, *ad lumen ponis vultus tui.* Et 2 *Chron.* 9: 2. *a Salomone* לא נעלם דבר *nihil quicquam erat signatum*, *obsignatum*, id est, *absconditum*, *præclusum imposito quasi sigillo*, *quo minus illuc acie mentis suæ penetraret.* Agitur de *ænigmatibus* Reginæ *Sabæorum*. Iterum נעלם מעינים *obsignatum ab oculis cœtus*, pro *penitissime absconditum*, habemus *Num.* 5: 13. Itemque מעלים עיניו *obsignans oculos suos*, pro *firmissime occludens* ne adspiciant pauperem, *Prov.* 29: 27. Item *Jes.* 1: 15. *Ezech.* 22: 26. *Lev.* 20: 4. Notanter *Ps.* 10: 1. *Quare Domine stas e longinquo*, תעלים לעתות בצרה *obsignas temet in temporibus angustissimis:* i. e. *te occlusum præbes & precibus inaccessum.* Tenue est, quod *Cocc.* dabat in *Lexico*, *Negligis* quasi *oculos avertens.* Alio adspectu non minus notabili, *Deut.* 28: 61. *Etiam omnem excoriationem*, *& omnem plagam*, *quæ non est scripta in libro Legis hujus* יעלם עליך *injiciet super te Dominus*, i. e. inquit iterum *Cocc.* in *Lex. finet super te venire per negligentiam.* Atqui *Legis fulmina* vibrantur, valido intorta brachio. Ergo, *signabit Dominus super te;* pro *altius imprimet*, *insculpetque:* ut apud *Hieron.* in *Ezech.* *Cham*

Cham æterna maledictione ſignatur. Quadrat huc illuſtris locus *Lact.* 5: 13. *Laterum cicatrices, æterna pœnarum inſignia, & impreſſas viſceribus ſuis notas geſtare.* Hæc qui oculis ſubjecta habebit, ambigere non poterit, quin עלמה ſit *virgo ſignata*, quam ex *Lucil.* adduxit *Non. Marc.* Scio allegationem ſuſpectam eſſe, phraſin tamen ipſam nemo improbaverit, quum & *Varro* in *Fragm.* habeat *Sacra ſignata*, pro *integris* & *inviolatis.* Apud *Ambroſ.* p. 85. extat, *vocis* virginitas *prima* ſignetur, *claudat ora pudor.* Et p. 108. *Hunc fontem nemo* reſignet, *quem genitalis in vobis* Origo ſignavit. Iterum *Ibid. intemerata permaneant caſtitatis ſignacula.* Itemque *pudoris ſignaculum* aliquoties. מעין חתום *Fons ſignatus*, eadem verecundia velatur *Cant.* 4: 12. Quum autem idem חתם *ſignare*, *obſignare*, etiam *metonymice* invaluerit pro *abſcondere*, *occultare*; quia, monente *Cocc.* in *Lex. Obſeratis ſigilla imprimi ſolebant*, nemini qui *lumina Linguæ* non extincta malit, quam in diem producta, *Origini* indubitare integrum fuerit, ſecundum quam עלמה ſit *virgo ſignata*; ut & עלם *adoleſcentulus*, nec non עלומים *adoleſcentia*, quaſi dicas *ſignatas* utriusque ſexus *ætates.* Ad hanc *formam*, & ſubjectam eidem vim, reſpexere haud dubie LXX hic dantes, ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι; & *Vulgat. viam viri in adoleſcentia.* Conſimiliter *Arabs* طرايق الانسان في حداثيته *viam hominis in ſtatu adoleſcentiæ ſuæ*: itemque *Syrus* ܘܐܘܪܚܐ ܕܓܒܪܐ ܒܛܠܝܘܬܗ *& viam viri in adoleſcentia ſua*; ut fruſtra eſſe appareat, qui *in adoleſcentia* apud *Vulgatum* correctum ibant, *in adoleſcentula.* Exiſtimantur vel erraſſe; vel pro עלמה legiſſe עלמים. Quid cauſæ? quia *Lexica* noſtra ſub עַלְמָה non ultra *virginem*, *adoleſcentulam*, procedunt in *concreto.* Atqui *Lingua* jubet eidem huic *formæ* ſubjicere *abſtractam* quoque poteſtatem, *adoleſcentia ſignata*; quin & *infinitivam* τὸ *ſignari*, vel *ſignatum eſſe*, *ſignatio*, *ſignatura*, *ſignaculum.* Nempe omnia *Themata* ex Fonte *infinitivo* miniſtrant præter *maſculinas terminationes*, *quinque fœmininas* per *He*, ad legem פְּקֻדָּה cum reliquis, ſub *prima*, vocalibus parvis. Nil certius; & lumina ſibi ſua obſtruit, quin *Linguam* ſecum in piſtrinum includit, qui hæc fundamenta & firmamenta *Analogiæ* in dubium vocat. Aliquid ſimile præ manibus fuit *Prov.* 25: 27. ubi, *nota* ſecunda, ex vetuſta forma *infinitiva* כבר nodum reſolvi, quem ibi nectebat elegantiſſime contextum illud חקר כבדם כבר *ſcrutatio gloriæ eorum gravis*, *gravatio eſt.* Propius accedit ערוה *nuditas*, verecunde de *natura* quam honeſtas velari jubet, & τὸ *nudum eſſe*, ſive *nuditas* in *abſtracto*: item תם *integer*, & *integritas*; τὸ *integrum eſſe.* Infinita talia in veteri *Linguæ* ambitu. Non erraſſe proin cenſendi LXX & reliquus ille chorus, quum עלמה per νεότητα *adoleſcentiam* expreſſere. Examinandum tantum, quid hic aptiſſime ſedeat, quid maximum decus ac pondus ferat. *Via viri in virgine*, ex mente vulgari, nil tolerabile adfert; nedum ut aliquid *prodigioſi*, & *a Naturæ ordinario curſu abſciſſi*, inferat. Inſuetum hocce, & ſublimius, quod hic ſpectatum, ſe confeſtim oculis jucundo ingeret lumine, ſi obtulero, *via viri in virginitate*, qui *virginitatem ſuam intactam*, *intemeratam*, *ſignatam* obtinere valet. Habes *prodigium*, habes *ſtupendum* פלא *miraculum* in גבר *viro juveni*, *vegeto*, *robuſto*; præſertim in *Judæa*, (& ubi non terrarum tamen?) ut potentiſſimo Naturæ affectui non ſuccumbat, ſed ſe tum *corpore*, tum *animo*, a cupiditate non intacto illo quidem, invicto tamen, *Virginem* præſtet, atque conſervet. עלמה *virginitatem* æque, ac *virginem*, non ſolum potuiſſe, verum etiam debuiſſe, notare, modo adſtruxi; ut ego quidem hic pedem figere auderem. Par tamen eſt, ut non comprimam aliud, eodem rediens, quod genius Linguæ pati poſſet; *via viri in virgine*, i. e. *virgineam caſtitatem*, & *intemeratum florem honoremque puritatis*, *intus* & *extus ſervantis.* Phraſis per quam inſignis, qua *in virgine* valeret, *in conditione* & *qualitate virginis*: ut *virginem* ſe præſtet, atque aſſervet. Sic dicunt Orientales *graſſari in leone*, planiſſume *Leo*, *leonino more.* Item, eſſe *in divite.* Redi ad *Cap.* 3: 26. Hinc etiam commodius forte explicare liceat *Pſ.* 39: 7. *Profecto* בצלם יתהלך איש *in imagine ambu-*

20 Sic est via mulieris adulteræ: comedit, & terget os suum; & dicit, non operor vanitatem.

21 Sub

20 כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און׃

21 תחת

bulat vir. Est *umbra* & *imago mera*, mox in auras vanitura. Non sperno tamen, *in imagine*, sive in *umbratione*, id est, *vana* tantum *specie rerum*, quæ omnia promittens, nil præstet. Illud *in virgine* interim pro *integer* & *virgineus*, quamvis insignem præberet figuram, minus tamen amplector, quod ad seriem, & *Syntaxin* continentem per *præpos.* ב in prægressis colis, pressius respondeat, ac recinat, *via viri in virginitate*; quæ & ipsa consideretur tanquam *vitæ institutum*, *in quo* continuo *pergat*, quodque tanquam *studium* suum ita amplectatur, ut inde nunquam deflectat, atque desciscat. Sic in *quarto* quoque *colo* τὸ פלא *prodigium* eminentius adhuc relucet, atque *quaternionem* ab *Agure* pertextum consummat.

Vs. 20. Deventum est ad metam; ad quam hæ *Emblematum quadrigæ* ferebantur. Hoc inculcat vocabulum כן *sic*, *ad istum plane modum*, se habet *via mulieris adulteræ*: hoc est, *in ejus vitam*, & *agendi rationem universam hæcce Quatuor recta collineant*, atque *examussim quadrant*. Ne ambigi quidem posse existimem, quin *quatuor* diversi *characteres* enotentur, qui in hanc *adulteræ imaginem*, secundum diversam *quatuor Emblematum* naturam, confluant; eamque, veluti *prodigium* aliquod *prodigiosissimum*, variegatis expingant coloribus: ut tanquam *Aquila* primo *altissimum cœlum pervolans*, *inhiare* dicatur *prædæ*, atque *cadaveribus pasci*: tanquam *serpens* secundo, *se* ipsis *committere rupibus*; easdemque exsuperare: tanquam *Navis* tertio, plenis se velis *cursui* permittere *naufrago*, atque *abyssum* ipsam velut *provocare*: denique omnia hæc incredibilis & *singularis plane audaciæ* ac *temeritatis prodigia* impudentissimo *pudicitiæ* & *castitatis* intactæ *velo prætexere*; atque in *mediis* suis *impuritatibus virgineam* ostentare *puritatem*. Nempe delineatur hic *mæcha*, qualis *Cap.* 9:17. introducta, cujus *symbolum* fit, *Aquæ furtivæ dulces sunt*, & *panis clancularius delicatus est.* לחם סתרים *panis velorum* proprie, qui multa *specie virtutis* & *honestatis prævelari* potest. Quæ *pietatem* quoque *jactans* dicere audeat, *sacrificia completoria Salutis erant super me*; mihi incumbebant; *hodie vota exsolvi mea Prov.* 7: 13. quæque *juvenem* illectura, superaddat, *vir domi non est*, *longinquum capessivit iter* &c. &c. *Prov.* 7: 25. Huc tendunt illa, *comedit*, & *terget os suum*; *dicitque*, *non patro vanitatem.* Σιωπολογία esse creditur, qua innuatur idem illud, quod *Satyricus* intendebat,

... *Et noctem flumine purgat.*

Isti *lustrationi* ne locum quidem hic concesserim. *Comedere panem clancularium*, & *bibere aquas furtivas*, quid valeat sub velo, nemo non intelligit: sed non propterea *abstergere os* illuc deflectendum, quippe quod, ad filum susceptæ *Allegoriæ*, nil aliud figuret, quam *perfricta fronte tersissimam præ se ferre munditiem.* Hanc *nitidam tersamque puritatem* affectabat *adultera Ecclesia Jer.* 2: 22. hisce increpita, *Si ablueris temet nitro*, & *spissaveris smegma tuum*, *solide concreta*, *sive compacta*, *manet pravitas tua coram facie mea*, *dictum Domini.* Consimiliter & nostra *mæcha* præ se ferre dicitur *tersissimum vitæ colorem*, omnibus *maculis contaminata.* Huc fertur & illud, *Non patravi*, vel, *non patro vanitatem.* Complectitur phrasis hæc *universum*, ut modo insinuabam, *vitæ colorem*; non restringenda ad *adulterium*, quasi *illud* vel *crimen esse*, vel a se *esse admissum*, negaret. Quæ ita sese *excusaret*, semet *accusasse* merito censeri deberet. Callidior multo hæcce nostra. *Negat in totum*, *se operariam vanitatis*; i. e. *quæ peccato det operam*, *vitiisque se dedat ullis.* Hanc potentiam exerit passim formula פעלי און *operarii vanitatis*, *Prov.* 10: 29. *Ps.* 5: 7. & 6: 9. & 36: 13. & 92: 8. 10. & 94: 4. 13. & 501: 8. & 141: 4. atque alibi. Hoc quadruplicem *characterem* hujus *mæchæ* consummat; quæ cum flagitiis, & criminibus, quibus tota cooperta est, ardentissimum &

21 תחת שלוש רגזה ארץ ותחת ארבע לא תוכל שאת׃

22 תחת

21 Sub tribus intremit terra; & ſub quatuor, non ferendo eſt.

22 Sub

& ſinceriſſimum profitetur *ſtudium religionis*, atque *virtutis*, per quod vel abhorreat *veſtem carne maculatam*, ut loquitur *Apoſtolus*; atque ab omni ſpecie impuritatis cum deteſtatione reſiliat; quaſi *viam teneret* גבר בעלמה *viri in virginitate* ſeſe continentis, ejusque decus attaminari & deteri non patientis.

Ibid. Brevem in tabellam conjeci lineamenta, quæ callidiſſimæ ſimul, ſimul profligatiſſimæ, adulteræ picturam, ex mente *Aguri*, utcumque exprimere videbantur. Sentio interim aliquid locupletius adhuc requiri; quod *emblematibus* hiſce, prout ea applicare conatus ſum, majorem lucem addat; ſimulque opportuniorem anſam forte porrigat iis, qui hæc felicius ſubtiliusque enodare poterunt. Ad *Aquilam* ergo ſubnotandum habeo, eam *ſtylo Emblematico* Orientis ſæpiſſime adferre *ferociam*, cum *indole ſanguinaria* conjunctam. Hinc Proverbium apud *Arabes* امنع من عقاب السماء *magis inacceſſus quam aquila cæli*: quæ nempe *inter nubes nidulans*, inde *prædæ inbiat*, eamque *fulminis inſtar*, *rapiens avolat*. Hoc innuebat *Ibn Doreid*, quum *Azzebbaäm* ait fuiſſe

بين عقاب لوح الجو اعلي منتمي

Inter Aquilas late expanſi cæli celſiſſimam culmine.

Erat ea *Meſopotamiæ* Domina, quæ in *Arce* ad *Euphraten* nidulans, *prædis agendis* perpetuo *imminebat*. Apud *Harir. Conſ.* 18. extat, quod huc apprime quadrat. Nempe jucundiſſimis coloribus illuminatam illam *perfidi Hypocritæ tabellam*, quam ſupra ad *Cap.* 26: 23. produxi, ita finit,

فَعِنْدِي أَنَّهُ جَارٌ مُكَاسِرٌ

فَبَانَ أَنَّهُ عُقَابٌ كَاسِرٌ

وَآنَسْتُهُ عَلَيَّ أَنَّهُ حِبٌّ مُؤَانِسٌ

فَوَضَحَ أَنَّهُ حُبَابٌ مُوَالِسٌ

Mecum autem reputabam, eum eſſe vicinum proxima tentorii lacinia conjunctiſſimum, ſed apparuit eum eſſe Aquilam Oſſifragam; cum eoque familiaritatem contraxeram, quod autumarem eum eſſe amicum humaniſſimum; ſed deprenſum eſt, eum eſſe Serpentem obliquiſſime flexuoſum. Etiam *Græcum* adagium frequentavit αἰετὸν ἐν νεφέλαις *Aquilam in nubibus*, non uno adſpectu. Apud *Pind. Nem. Ode* III. inſigni *Allegoria* pingitur

Αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς
Ὃς ἔλαβεν αἶψα τηλόθε μεταμαιόμενος
Δάφοινον ἄγραν ποσίν.

Aquila pernix inter volucres,
Quæ corripiat confeſtim, procul veſtigans,
Cruentam pedibus prædam.

Subditur ibidem, continuata *figuratione*:

Κραγέται δὲ κολοιοὶ
Ταπεινὰ νέμονται.

Clamoſi vero graculi
Humilia paſcuntur.

Quorſum iſta ferantur, apud Interpretes *Pindari* reperiri poterit. Poſſent *Emblemata* iſta & huc transferri, *Aquila* iſta applicita ad *mulierem audacem*, *ſuperbam*, *celſos gerentem ſpiritus*, & *ſublimius nidulantem*; quæ *æmulas omnes præ ſe*, tanquam *ex alto*, *deſpiciat*; iisdemque *prædas* ſuas *praripiat*. Sic τὸ בשמים *in cælis*, ut ſub *litera*, ita in *ſublimiore* quoque *ſenſu*, ſuum pondus habebit, haud ſecus atque *Edomitæ ſublimiſſime volantes inſtar Aquilæ*, & *inter ſtellas nidum ſibi ſuum ponentes*, Obad. *Vſ.* 4. intelliguntur ſe tanquam in *cælo* quodam *imaginariæ dignitatis*, & *celſitudinis* collocaſſe; unde *Dei manu* eſſent de-

deturbandi. Hæc ad primum *Emblema* suffecerint. Alterum aliquam quoque accessionem deposcit. *Adulteram* cum *Serpente* summo jure *comparari*, nemo non agnoscit, sive *indolem* ejus *venenatam* spectemus; sive *tortuosissimos*, quibus præpollet, *meatus*, *flexus*, *gyros*, quæque alia nemini non promta. Non æque obvium, quid celsiore hoc respectu valere possit צור *Rupes*, & *via* hujus serpentis *super Rupe.* Nihil speciatim intentum, & tam insignitum *characterem* frustra positum, nullo pacto verisimile. Apud *Horat.* L. II. *Serm.* 3: 55. *Rupes in campo obstare querentes* reperias, de iis qui *in plano* & *facili gravissimas* sibi *difficultates occurrere* imaginantur. *Ibidem* mox *Vs.* 59.

Hic fossa est ingens, hic Rupes maxima: serva;

eandem præbet *metaphoram Allegoricam* in eos, quos ne evidentissima quidem, & eminentissima, pericula a temerario impetu deterrere possunt. Hoc generatim satis commode se dare posset ad *ardua* illa *periculorum*, quibus *mulier adultera* sese objectare sustineat, atque unde simul *flexuosa volubilitate* emergere, atque elabi, calleat. Nihil promo, quod non *stylo figurato* apprime conveniat. Pergo, & ajo, *Rupem* specialius adhuc referri posse ad *Rigorem Justitiæ*, & *Legum*, quas *eludere* valeat callidissima hæcce mœcha. Hoc aspectu *Emblematico* sese offert *Rupes* quam signatissime *Job.* 18: 4. *O lanians animam suam in æstu Nasi sui! Sane propter te derelinquetur Terra, & convelletur Rupes e sede sua.* Est *Ironia*, & aculeatissima in *Jobum* censura, quasi par autumaret, ut *regimen Terræ* a summo Numine *propter ipsum desereretur*, Ejusque *rigida*, & *flecti nescia Justitia*, in puniendis noxiis capitibus, *radicibus suis revulsa* veluti *cessaret.* Eodem quoque collineat *Deut.* 32: 4. *Rupes illa integrum* (solidum) *est opus Ejus; nam omnes Ejus viæ æquatio juris* sunt. *Deus firmitatis*, *absque ulla iniquitate*, (inclinatione juris,) *recto-rigidus & æquissime planus ille.* Lubens admitto & alia, quæ hic in censum venire possunt; sed hunc conspectum neutiquam dimittendum censeo. Habes in ista *Rupe*, cum aliis dotibus, *sanctissimarum Legum vim*, atque *Rigorem inflexibilem.* Tale quid & *Ciceroni* obversatum suspicor, de *Harusp. Resp. Cap.* 24. *Etiamne in deliciis, atque in sinu, optimi quidam viri* VIPERAM *illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt? Quo tandem munere decepti?* &c. Deinde *Cap.* 25. *Tollatur hæc e Civitate discordia, jam omnes isti, qui portenduntur, metus extinguentur: jam ista* SERPENS *quæ tum hic delitescit, tum se emergit, & fertur illuc, compressa atque illisa morietur.* In *Clodium* tela hæcce intorquentur. Optat Orator, ut, *discordia* procerum *sublata*, *Legum* vigeat *severitas*, ad quas *compressa* & *illisa* hæcce *serpens pestifera* tanquam *ad Rupem elidatur.* Ne prætermittendum quidem forte, quod supra ad *literam* hujus *coli* adduxi, de *Exuviis Serpentis* inter *fissuras* asperiores *Rupis depositis*; ut *nova* & *nitidior promicet*: ad quam similitudinem & hic concipere liceret *mulierem astutissimam*, quæ vel *in jus* sinistris sub suspicionibus *vocata*, non *illæsa* solum inde redeat, verum etiam *decora pelle probatæ* judicibus *innocentiæ*, scilicet! *honestior* inde *nitidiorque exiliat.* Cuncta hæcce talia sunt, ut se facile subordinari patiantur; in quibus si minus ἀστόχως jaculatus fuerim, ansa saltem data certiori manui, ad scopum rectius feriendum. Profundius adhuc *tertium* incisum, *via Navis in corde maris.* Quid huic cum *muliere adultera?* Quæramus; & hunc quoque, si pote, cursum scopulosas per undas explicemus. *Vitæ genus negotiosum*, quod tenent mortales, cum *via maritima* comparari amat; in bonum, in malum, prout materia tulerit. Ναῦς ἐν πόντῳ, *Navis in alto*, apud *Græcos* & *Latinos* aliquid *Proverbiale* hunc in sensum afferebat. Pulchre *Horat.* I. *Epist.* 14: 85.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici;
Expertus metuit. Tu, cum tua NAVIS IN ALTO EST
Hoc age: ne mutata retrorsum te ferat aura.

Ejusdem est coloris, quod apud *Ciceron.* & alios, *una vehi Navi*, valeat, *eadem adire discrimina; easdem fortunas subire.* Mirifice concinnatum illud *Prov.* 31: 14. de *Uxore* omni laude cumulatissima, היתה כאניות סוחר *Est instar Navium mercatoris; e longinquo adducit*, vel *intrare facit*, velut in portum suæ domus, *panem*, i. e. *victum suum.* Id ibi explanabitur. Longe diversam *Navim* conscendit, qui *se bonorum dissipa-*

ſipationi, & *temulentis* quotidie *permittit compotationibus*; de quo ſupra *Cap.* 23: 34. dictum: *Fuerisque tanquam cubans in Corde Maris; quin tanquam dormiens in ſummo vertice mali Nautici.* Monui ſub *figuris* iſtis expingi *vitæ genus*, velut *procelloſiſſimum navigans mare*, quod *ſua ſe diſſolutione temulenta præſentiſſimo* & *inevitabili Mortis periculo* exponit, nec *Fortunarum*, nec *Vitæ*, nec *Animæ naufragia* quicquam curans. Reliqua, quæ hanc imaginem ſuis numeris complent, inde repeti velim. De *Adultera* habuimus quoque ſupra, *Cap.* 5: 4. *Pedes ejus deſcenſores Mortis* ſunt; & *greſſus ejus Orcum apprehendunt*, i. e. *eum audaci temeritate invadunt*, *in abyſſumque iſtam ſeſe* ſine ulla cura vitæ, animæ, ſalutis, *immergunt.* Plura ibi annotata, quæ huc, non ſine acceſſione lucis in obſcuriſſimum noſtrum *Emblema*, transferri poterunt. Nempe omnia eadem hic recurrunt ſub *via* νηὸς ποντοπορούσης *Navis in alta Ponti ſe immittentis*, ut LXX dedere, quatenus *Adultera ſe libidinibus ſuis ferendam* & *vehendam tradens*, in *perniciem* & *exitium* altius altiusque *provehitur*, atque adeo *plenis*, quod dicitur, *velis in mediam Abyſſum ſemet immergit.* Sunt ſplendidiſſima *lumina* & *ornamenta* orationis, quibus celſior ſtylus ſuperbit. Geminum germanum eſt hocce *Æſchyli*, cothurnum *Orientalem* præ reliquis *Tragicis* ſcandere ſoliti; *Sept. ad Theb. Vſ.* 696.

Ἴτω κατ' οὖρον κῦμα Κωκυτοῦ λαχὸν
Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαΐου γένος.

Eat vento ferente fluctum Cocyti ſortiens
Phœbo odioſum omne Laii genus.

Eadem granditate *Soph.* in *Ajace pag.* 61.

Ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται, πάρα,
Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν.

Ubi autem petulantem eſſe, & quæ facere lubet, licet,
Iſtam exiſtima urbem, procedente tempore,
Ferente impulſam vento in Abyſſum caſuram.

Id eſt, *recta & plenis quaſi velis in perniciem eſſe ituram.* Aliter *Camerar.* aliique; quaſi ſenſus foret, *ex ſecundo curſu Fortunæ*, in *adverſam incidere*; & *Navim frangere.* Prius per collationem *Æſchyli*, & cumulatiorem ſenſum comprobatur. Omittere nequeo elaboratiſſimam *Allegoriam Horat.* I. *Od.* 15.

O Navis! referent in Mare te novi
Fluctus? O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus?
Ut malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemunt? ac ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſſunt imperioſius
Æquor? Non ſunt tibi integra lintea.
&c. &c. &c.

Depingitur *Reſpublica*, ut *Quintil.* L. 8. *Cap.* 6. cenſet, *ſe belli Civilis fluctibus* denuo *committens*, poſtquam inde emerſiſſet. *Lambin.* ad *Brutum* referre maluit, qui *Caſſio* devicto, *eandem* tamen *aleam* proſequi decreverat. Quodcumque ſequare, habes *Navim in corde maris*, de *incœptis audacibus* & *temerariis*, quæ *exitium præſentiſſimum* minentur. His, pro *mœcha* noſtra, addi velim illam *profligatiſſimam obdurationem* adverſus id genus terrores, qua penitus *occalluiſſe* cenſenda ea, cujus *greſſus* ipſum *Orcum invadunt*, & tanquam *inſultant*: *Prov.* 5: 4. quippe quæ *fœdus* ſibi *feriiſſe* videatur cum *Morte*, & cum *Orco pactum pepigiſſe*; ad illud *Jeſ.* 28: 16. per *profundiſſimam* videlicet *Hypocriſin*, qua non *homines* tantum, ſed etiam Deum ipſum, ludificari ſtudet *impudentiſſima* illa & *callidiſſima mulierum*, quæ ſe *omni* in *vita terſiſſimam*, *nitidiſſimam*, atque a *labe*, qua tandem cumque, *intactam* gloriatur, dum *fœdiſſimam turpitudinem*, & *deſperatiſſimam* ſuam *improbitatem*, ſpecioſiſſimo *caſtitatis* & *pudicitiæ peplo* obvolvit, *viamque* oſtentat *viri juvenis*, *virginitatem intemeratam ſervantis*; cui *voluptas* unica *voluptatem viciſſe*, debellaſſe, e viſceribus ac medullis extirpaſſe. Hic videtur princeps ſaltem ſenſus *quarti Coli*, quatenus *mœcha* hæcce, ut conſummatiſſimum ſpecimen & ſpeculum *puritatis* ſeſe gerere affectans, multa *in precibus*, præſertim *publicis*, verſatur; multa *in ſacrificationibus*, multa quoque *in jejuniis* & *macerationibus externis*; ſeque a liberioribus conviviis, conſortiisque, removens, *perſonam* induit *viri juvenis*, qui *cupiditatis victor*, *in caſto vivere* conſtituit, ſub *religioſa* ſui *conſecratione* & *devo-*

22 Sub servo, quum regnaverit; & stulto, quum satiatus fuerit pane.

22 תחת עבד כי ימלוך ונבל כי ישבע לחם:

23 Sub 23 תחת

votione ad *eminentiorem* illam *viam* cultus Divini prosequendam. Sic illa παρθένον saltem ψυχὴν ἔχειν *virginem possidere animam* sese gloriatur: ad phrasin *Euripideam* in *Hippol.* 1006. atque istam Larvam tam apte sibi circumponit, ut omnium oculos præstringat atque deludat. Tales *mimos* vidit orbis, & detracta tandem persona, adstupuit: vera *prodigia* & *monstra*, quæ *projectissimam impuritatem honestatis* plus quam *virgineæ purpura prævelarunt.* Hisce, quibus nihil tribui postulo, quam quod Veritas sanxerit, *Coronidem* imponam ex more *Hieroglyphico Orientis*, qui apud *Ægyptios* præsertim viguit. Hi *diversissimas formas uni corpori Emblematico* illigabant, atque *prodigiosas* concinnabant *Tabellas*, quibus vel *virtutes*, vel *vitia*, in unam *personam* confluentia, vividissime repræsentarent. Tale *Hieroglyphon* dabant כרובים *sculpta*, γλυπτά, ad certissimam *Originem Thematis* כרב كرب *sculpsit.* Erant *monstrosæ* quædam *figuræ*, quæ ex *Homine*, *Leone*, *Bove*, & *Aquila*, conflatæ, omnes dotes, quæ in his *animalibus* eminent, atque admirationem movent, unum in *meditullium*, unumque in *subjectum mirificentissimum* convenisse, ac coaluisse, præpingebant. Hoc in bonum. In malum item *Dan.* 7. ubi in scenam prodit *Leo Aquilinis alis* ad volandum *succinctus:* nec non *pardus quatuor ad tergum alis instructus:* quæ *monstra*, una cum *urso sævissimo*, *in unam* tandem *adolescunt prodigiosissimam feram*, *Quartam* illam quæ & *Apocalypseos Cap.* 13: 1. 2. repræsentatur, atque nomine τῦ θηρίυ *Bestiæ* per excellentiam insignitur. Clavim cujusque *Emblematis* dabit Vener. *Vitr.* in *Comment.* quem quoque adiri velim ad *Apocal.* 9: 7. &c. ubi comparent *Locustæ* ex *Abysso emersæ*, quibus *humani vultus*, cum *capillamento muliebri*, & *caudis Scorpionum.* Est *Hieroglyphica* imago. Eodem ex fonte emanarunt *Harpyiæ*; & *Sirenes*; quibus Veteres varie luserunt, ita, ut a nostra *Tabella* non multum abludant. *Chimæra* quoque, quæ

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,

sic traducta ab *Horat.* L. I. *Od.* 27.

. . . . Ab miser!
Quanta laboras in Charybdi?
Digne puer meliore flamma.
Quæ saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te TRIFORMI
Pegasus expediet CHIMÆRA.

Lyricus *Triformem* dedit *adulteram*, ex *Leone*, *Dracone*, & *Capra* conflatam. *Quadriformem* depinxit noster *Sapiens*, atque *Apelleo* penicillo ejusdem Picturam extantissimis coloribus consummavit; ut monstri deformitate oculos mentesque tanto vehementius feriret, ejusdemque execrationem publicam omnibus inspiraret; ad Exempla quæ *Cap.* 2. 5. 6. 7. 9. hujus *Libri* prægressa erant.

Vs. 22. Subscritur alius *ostentorum quaternio*, enumerans *casus* satis *frequentes* quidem illos; aut qui non raro saltem in *theatro vitæ* conspiciantur; *intolerabiles* tamen, & ad quos totæ *Regiones*, ac *Civitates*, tanquam ad publicum aliquod malum concutiantur, atque cohorrescant. *Duo membra* hoc versu exposita aliis verbis superius *Cap.* 19: 20. expressa: *Non decorum Elumbi* diviti *fastosa insolentia*, *quanto minus servo dominari in principes!* Quæ ibi dicta, huc quoque transferri velim. Hic tantum observo, minus nervose תחת reddi *propter*; dandum potius *sub*, pro genuina virtute hujus particulæ; ut hoc ipso pingatur *Terra* tanquam *oppressa mole prægravante*, *sub qua infremat*, & *inhorrescat.*

Vs. 23. Par prægressum, *virorum* dabat *monstra.* Subnexum aliud par, *fœminarum* exhibet *prodigia*, in solas terras exportanda. Neutri illud pondus additum in *Versionibus*, quod & Sapiens intendebat, & *Linguæ* potentia hic adfert. Ad prius ambigi video, reddendumne sit, *Exosa*, *quum maritata fuerit*; an, *quum dignitatem heræ nacta fuerit.* Nempe בעל & *dominum* designat, & *maritum.* Inde illud divergium. Per שנואה exo-

23 תחת שנואה כי תבעל ושפחה כי
תירש גברתה :

24 ארבעה

23 Sub exosa, quum turgente mariti affectu potietur; & ancilla, quum Dominam suam possidebit hæres.

24 Qua-

exosam autem intelligi volunt *puellam morosam*, *contentiosam*, *odiosis moribus præditam*; *indignam* quæ cum *odio* illo *suo* ulli unquam *marito* jungatur. Adjecere LXX μισητὴ γυνὴ ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Non vilem fuisse illius mercis annonam in *Judæa* necesse est, si tali sub *conjugio contremuerit Terra*. Character ille longe diversum quid poscit, quum ut nunc, ita tunc, haud dubie nimis frequentia fuerint juga male copulata. Nego etiam שנואה *exosam*, hic, aut uspiam, sonare *puellam malis moribus præditam*. Designat omnino *mulierem viro jam junctam* illam quidem, sed quæ favore mariti exclusa, *innuptam* veluti *nuptam agere* cogatur *in matrimonio*, quod ei cum alia muliere commune est, omnem viri affectum ad se trahente. Ita *Deut.* 21: 15. 16. 17. *Quum fuerint viro duæ uxores, altera* אהובה *adamata, altera* שנואה *exosa*; & *filius primogenitus fuerit exosæ: non poterit in assignanda hæreditate filiis suis, jure primogenituræ augere filium* האהובה *adamatæ illius, contra filium* השנואה *exosæ illius primogenitum* &c. &c. Consimiliter *Gen.* 29: 31. 33. ubi *Lea* appellatur שנואה *exosa*; quod *Rachel* tenerrimos *Jacobi* amores ferme sola possideret. Id in *Judæa* perfrequens, gravissimas suscitare debuit æmulationes inter ejusdem tori consortes, צרות *æmulatricum* & *inimicarum* nomine inde insignitas. Exemplum habemus evidens 1 *Sam.* 1: 6. Quum ergo contingeret, ut *exosa* illa *mariti* denuo *affectum* sibi *devinciret*; ejusque, exclusa vicissim æmula, sola *potiretur*; quod hic verbo תבעל gravissime expressum, non poterat non *tota* inde *domus concuti*, atque adeo *terra* ipsa *contremiscere*, ubi, ut fieri assolet, *contemta* ante, *oppressa*, quin *irritata*, illa שנואה *exosa*, muliebria odia, muliebrem & impotentem exerceret vindictam in *æmulam* illam suam, ejusque sobolem; ruinam iis, perniciemque, machinando: & funesta sæpe seditionis domesticæ exempla edendo. Sensum huncce requiri, perspexit *Cocc.* reddens, *exosam*, *quum fuerit in mariti gratia*; atque in *Commentario* subnectens, *si ea eum possit delinire*, *ejusque gratiam conse-*
qui. Ea enim uxori antea dilectæ, & *filiis ejus*, *est infestissima*; & *maritum ab iis alienat*, *quantum potest*. Hoc sublimius quoque transfert, ut & reliqua cola; pro universa *Hypothesi Prophetica*. Posterius, *Ancilla quæ hæres sit Dominæ suæ*; in eadem mala, quæ modo indicabam, collineat. *Dominam suam possidet illa velut hæres*; quum in *lectum* recepta, non *mortuæ*, quamvis & hoc grave, sed adhuc *vivæ*, legitimam *Matrem-familias* domo exturbat, atque in ejus *prolem* grassatur, omnes *dominæ fortunas* consceleratis fraudibus occupans, & usurpans, postquam obnoxium sibi antea *Dominum*, dein *maritum*, præstigiis & delinimentis suis fascinavit. ירש etiam in *violentis possessionibus*, grandiore stilo, conterebatur. Ita *Vs.* 9. hujus *Cap.* habuimus פן אורש ut *ne forte possidear ab hærede*, *vivus vidensque*, scilicet, atque omnibus meis *fortunis evolutus*. Adstructa pressior vis verbi, ad *Cap.* 23. *Vs.* 1. Eam & hic requiri, res ipsa pervincit. Cl. *Coccejus* huic colo adscripsit. *Per hoc ænigma si non intelliguntur ii*, *quibus Ecclesia dedit stipendium*, *ut parvulis suis administrarent verbum*; *qui agapas fidelium converterunt in patrimonium suum*, & *in iis luxuriantur*; *opibusque illis suffulti regnum erigunt*; *vehementer fallor*. Constituta a nobis *Litera* hanc quidem *Allegoriam*, parum fulciret.

Ibid. Dignissimum verbum בעל, quod clariorem in diem educatur; ut & huic *Gnomæ* suum constet pondus, & reliqua loca nativum recuperent decus. Pleraque *Lexica* dant, *Dominari*, *dominum esse* vel *fieri*; *imperare*: itemque *maritum fieri*; *ducere uxorem*. Hæc *secundaria* esse vel imperitissimus agnoscat. Cl. *Cocc.* ut unum & simplex quid teneret, assumsit τὸ ἔχειν *habere*, unde sit 1. *habere in potestate ut maritus*. 2. *habere in potestate ut Dominus*. 3. *habere in potestate ut immorigeros*, *cum asperitate*, & *tanquam sub jugo*. Hinc explicat loca vexata *Jer.* 3: 14. & 31: 32. quæ infra sub incudem venient. Hæc omnia quasi in globum convoluta exhi-

hibuit *Forster.* arrepta *generali* significatione, *ardore & conatu summo vebi super re aliqua, ut ea potiare*; conferre jubens בלע *degluti-re.* Ludibria, & vitrea fracta! His se tradens quoque *Gusset.* lusit in בא על *venit super*; ut *proprie* designet *superioris loci assecutionem*, *quo potitur omnis dominus, ac specialiter maritus.* Quid non conflat imaginatrix officina? *Stock.* ex *Cocc.* miscuit *generalem* vim, *habere in potestate, usu & fructu*; unde eliquat, 1. *dominium civile.* 2. *dominium maritale.* 3. *immissionem pœnæ*: quod qui *in dominum* suum rebellat, *pœnam* mereatur: quemadmodum & *uxor maritalis dominii immemor*; *Jer.* 31: 32. Hæc non e limpido manare, quivis cernit. Turbelæ hæ nunquam cessabunt nisi benignior & liquidior lux adfulserit. Ea vel maxime desideratur ad posteriorem illum locum *Jer.* 31: 32. ubi vehementer laboratur. Apostolus ad *Hebr.* 8: 9. pro ואנכי בעלתי בם ex LXX transsumsit κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. Idem expressum a *Syro* & *Arabe*; *Sprevique eos.* At *Vulgat.* *Et ego dominatus sum eorum.* Unde iterum diffidens *Chald.* habet אתרעיתי בהון *curam eorum gessi tanquam maritus.* Ad istud exemplum Recentiorum plurimi, *quamvis eos in matrimonium duxissem*; serie non favente. Aliis filo congruentius visum, *& ego maritum erga illos egi*, nempe *Zelotypum*, & *læsi matrimonii ultorem*: pro quo iterum alii maluere, *dominatus sum illis, severiore imperio eos cohibui*, quorsum & *Cocc.* inclinabat, dans, *potestatem exercui in eos*, id redire censens ad ἠμέλησα αὐτῶν *habui ipsos neglectius, non ut filios dilectos; sed ut servis immorigeris jugum ipsis imposui.* Sunt etiam qui pro בעלתי corrigendum tendunt געלתי *fastidivi*, tanquam propius responsurum isti ἠμέλησα; quin & בחלתי obtrusum, *Lingua* invita. Clar. *Pocok.* in *Notis ad Portam Mosis* pag. 6--9. ostendit eodem modo a *Rabbinis* fluctuatum; atque *R. Jonam* cum *Kimchio Patre* recurrisse ad usum *Dialecti Arabum*, quibus בעל بعل non solum valeat *dominari*; itemque *in matrimonio habere*, sed etiam *fastidire*; *fastidio ac tædio affici*; ut in *phrasi*, ad hanc ipsam *syntaxin* concepta, بعل الرجل بالامراة *cum fastidio repudiavit vir mulierem.* Hoc ambabus ulnis receptum ab aliis, ab aliis spretum, atque explosum, tanquam minime *Hebræum.* Sic ne in portu quidem conquiescitur, quamdiu funis non bene religatus. Abest etiamnum copula inter illud *fastidio tædioque affici*, & inter *dominari* hinc, illinc *matrimonium inire.* Major adhuc frustratio objicitur *Golium* evolventi. Ibi verbum בעל بعل est, *maritus evasit, conjugium inivit*: item *mente turbatus & attonitus fuit.* Derivatum بعل בעל iterum, *Maritus*; nec non *dominus, herus, possessor*; præsertim *Arabiæ Felicis Dialecto*: ut & *palma per se vigens suis sibi radicibus, nec rigationis indiga*: itemque *terra elatior.* Hæc fidam præbere stationem haud possunt; neque ad illud ἠμέλησα *Apostoli* perducunt. Lucramur interim cum *Harmonia Dialectorum* uberiorem veteris *Linguæ* copiam. Ad *Originem* propius adducet *Camus.* ita incipiens;

البعل الارض المرتفعة
تمطر في السنة مرة وكل
نخل وشجر وزرع لا يسقى
او ما سقته السماء وقد
استبعل المكان والذكر
من النخل وصنم كان
لقوم يونس وملك من
الملوك ورب الشيء والمالكه
والبعل الزوج جمعه بعال
وبعولة وبعول والانثى بعلة
وبعل وبعل بعولة صار
بعلا

بَعْلًا كَٱسْتَبْعَلَ وَقَلْبُهُ
ٱلَّتِي وَتَبَعَّلَتْ أَطَاعَتْ بَعْلَهَا
وَتَزَيَّنَتْ لَهُ وَٱلْبِعَالُ ٱلْجِمَاعُ
وَمُلَاعَبَةُ ٱلْمَرْءِ أَهْلَهُ كَٱلتَّبَاعُلِ
وَٱلْمُبَاعَلَةِ وَبَاعَلَ ٱلْقَوْمُ
قَوْمًا تَزَوَّجَ بَعْضُهُمْ إِلَى بَعْضٍ
وَبَعِلَ بِأَمْرِهِ دَهِشَ وَفَرِقَ
وَبَرِمَ وَلَمْ يَدْرِ مَا يَصْنَعُ

Vocabulum בעל *notat terram tumidiorem & elatam, quæ una tantum vice quotannis compluі necesse habet: item palmam, arborem, sementem, quæ non rigatur; aut quam solum cœlum irrigat. In X.* אשתבעל *locus, ager; ita tumuit succo vegeto. Omnis mascula palma speciatim* בעל. *Item idolum quod coluere Ninivitæ, tempore Jonæ: nec non Rex e Regibus priscis.* (Belus) *Idem* בעל *omnem rei cujusque dominum, ac possessorem designat.* בעל *quoque Maritus dicitur speciatim, cum tribus plural. fractis sive collectivis.* Ejus *fœminin.* בעלה & בעל *uxor. Inde in I.* בעל *est, factus fuit maritus; itemque in X. Utrumque si cum* עליה *super illum construatur, notat, potitus est rei, in eamque superbius se gessit. In V.* תבעלת *de uxore dicitur, quæ morigeratur viro, eique sese comit & ornat. Infinitivus III.* בעול, *est ipse actus conjugalis; & quivis lusus lascivior cum suis; pro quo &* מבועלת *in III. &* תבועל *in VI. specie effertur. In III. iterum* בועל *populus populum, valet, mutua contraxere connubia. Denique* בעל באמרה *in I. signat, perplexus fuit, & impatientia laboravit, & tædio fastidioque affectus fuit in negotio suo, nescius quid faciundum foret.* Hæc ut *Harmoniam Dialectorum* nostrarum grata in luce collocant, ita simul faciem præferunt *Origini* liquidissimæ, sito in *turgore*, quum quid *copioso succo* ita *pollet, vegetque*, ut *sibimet sufficiat*, nec *rigationis egeat.* Audiamus & *Gjeubarium*

أَلْبَعْلُ ٱلنَّخْلُ ٱلَّذِي يَشْرَبُ
بِعُرُوقِهِ فَيَسْتَغْنِي عَنِ
ٱلسَّقْيِ يُقَالُ قَدِ ٱسْتَبْعَلَ
ٱلنَّخْلُ قَالَ أَبُو عَمْرٍو ٱلْبَعْلُ
وَٱلْعِذْيُ وَاحِدٌ وَهُوَ مَا سَقَتْهُ
ٱلسَّمَاءُ وَقَالَ ٱلْأَصْمَعِيُّ ٱلْعِذْيُ
مَا سَقَتْهُ ٱلسَّمَاءُ وَٱلْبَعْلُ
مَا شَرِبَ بِعُرُوقِهِ مِنْ غَيْرِ سَقْيٍ
سَمَاءٍ وَأَنْشَدَ

هُنَالِكَ لَا أُبَالِي نَخْلَ
بَعْلٍ
وَلَا سَقْيٍ وَإِنْ عَظُمَ
ٱلْإِتَاءُ ❁

وَأَمَّا قَوْلُ ٱلشَّاعِرِ

إِذَا مَا عَلَوْنَا ظَهْرَ بَعْلٍ
عَرِيضَةٍ ❁

فَبَعْلٌ هِيَ أَرْضٌ مُرْتَفِعَةٌ
لَا يُصِيبُهَا سَيْحٌ وَلَا سَيْلٌ

Vocabulum בעל *adhibetur in palma quæ suis sibi radicibus potum succumve præstat, sic ut necesse non sit eam irrigare. Hinc in X. usurpatur* אשתבעל *in palma ad istum modum vigente. Abu Omar auctor est* בעל & עזי *esse unum idemque, nempe quicquid ita viget suo succo ut e cœlo tantum rigetur. At Asmaæus docet,* עזי *vocitari quicquid solo cœlo irrigatur;* בעל *autem, quicquid radicibus venisque præpollens succum sibi sufficit sine ulla rigatione cœli. Utitur exemplo Poëtæ.*

Ibi loci haud curem palmam suo sibi succo turgidam,
Neque item irriguam; quantumvis copiosus proventus sit.

Quod autem alius Poëta dixit;

Ubi insederimus dorsum turgidæ latissimæ.

Per eam intelligitur terra tam alte edita, ut nec fluxus eam, nec torrens, attingere queat. Hebes, quam *Græci* titulo ὀργάδος insigniebant, *terram diviti ubere turgentem*, ἀπὸ τοῦ ὀργᾷν, quatenus valet τὸ ἀκμάζειν *vigere, florere, turgidiuscule germinare*, ac *pubescere:* itemque τὸ σφριγᾷν *uberiore succo turgescere.* Apud *Suidam* ex *Anth≀olog.* adducitur:

Τμήξας εὐάροτον ῥάχιν ὀργάδος.

Proscindens aratu facile dorsum terræ turgidæ.

Est nempe ὀργὰς eidem, ἡ εὔγειος, καὶ σύμφυτος, καὶ λιπαρὰ, καὶ ἀκμαία γῆ; *præfertilis, & consita, & pinguis, & vegeta terra.* Hæc *Theophrasto* est γῆ ὀργῶσα *terra turgens*, in qua ait *plantandum, serendumque.* Inde subsumtum τὸ ἀκμάζειν *vigere, florere;* inde quoque τὸ ἐπιτεταμένως ἐπιθυμεῖν *intensius appetere.* Pleniorem adhuc prospectum dabit ejusdem *Synonymum* σφριγᾷν, cujus *partic.* σφριγῶν *turgens* a *Suida* declaratur νεάζων, εὐ-ζων, σφύζων, βρύζων, εὐσωματῶν, ἀκμάζων, εὐθαλῶν· *juvenili vigore præditus; crescens; palpitans; æstuans; bona habitudine corporis valens; vigens; florens.* Ex *Aristoph. Lysist. Vs.* 80. subnectite

Ὡς δ' εὐχροεῖς; ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου.
Κἂν ταῦρον ἄγχοις. - - - - - -

Ut pulchre nites! ut turget corpus tuum!
Vel taurum strangulare valeas.

Itemque ex *Nubib. Vs.* 797.

Εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ.

Bona est habitudine, & turget.

Τετίεσι, ἰσχυρότερός μου ἐστὶ, *hoc est, me pollentior est.* Non omittenda insignior illa *figura*, ex alio adducta: ὅτε δὲ ἐσφρίγα ὁ πόλεμος, *sic quidem bellum turgescebat;* per quam *vehementia belli* cum maxime *flagrantis* designatur. Alias adhuc *Glossas*, quibus idem verbum ditatum apud *Græcos*, infra expromam. Ex iis quæ ante oculos posita, cuivis nunc ultro patescit, qua ansa tam *Hebræis*, quam *Arabibus*, itemque *Syris*, & *Chaldæis* בעל *Bahal* generatim *dominum*, ac *possessorem*, speciatim vero *maritum* signare cœperit; atque verbum ipsum immissum fit in vim *dominandi* hinc, illinc *maritum agendi*, atque *id patrandi*, *quo conjugium sancitur.* Ita *Deut.* 24: 1. כי יקח איש אשה ובעלה *Quum duxerit quis uxorem, eamque iniverit.* &c. Iterum *Deut.* 21: 10-13. *Si in bellum egressus, in præda videris pulchram specie, eamque amaveris, atque ceperis tibi uxorem. Tum domum tuam deducta radet caput, unguesque curabit; atque vestem captivitatis a se removens, domi tuæ residebit, patrem & matrem integrum mensem defletura: postmodum venies ad eam* ובעלתה והיתה לך לאשה & *inibis eam; eritque tibi in uxorem.* Inde formula *Gen.* 20: 3. *Deut.* 22: 22. בעולת בעל *Potita viri, sive cujus potitur maritus.* Absolute etiam בעולה *Jes.* 54: 1. opposita שוממה *siderata; sterili;* ac propterea a *marito neglecta.* Viri Docti in בעולה hic quærunt *imperioso marito subjectam;* debuissent

sent potius vi *Antithefeos*, cui & *Lingua* suffragatur, *mariti amantissimi potitam*; quæ sola omnem ejus *affectum conjugalem* sibi devinxisse videtur. *Vs.* 5. id satis declarat, ubi בועלים *maritos* sonat *flagrantissimum affectum commonstraturos*. Eadem *exsuperantia affectus conjugalis* attenditur *Jes.* 62: 4. *Non dicetur Tibi amplius derelicta, & Terra tuæ non dicetur amplius, siderata* (sideratio ipsa) *sed nomen Tibi ponetur, Hhepbtzibâh, Inclinatio mea in eam, & Terræ tuæ, Beboula* בעולה *mariti potita: nam inclinatus erit Jebova in Te; & terra Tua* תִּבָּעֵל *maritabitur*; in *fut. Niphh.* ut in nostro *Proverbio*; non simpliciter sane, *marito jungetur*; sed *mariti tenerrimo affectu fovebitur; omnemque ejus amorem sola sibi devinciet.* Hanc *Emphasin* series ipsa deposcit: atque ut nostra *Gnome* lucem inde lucratur, ita largum illuc fœnus remittit; atque dignitatem istius verbi תִּבָּעֵל *turgente mariti affectu fovebitur*, in *antithesi* ad conditionem *derelictæ*, & *sideratæ*, jucundissime amplificat. Progredior ulterius, & asseverare sustineo, utrobique sub verbo תִּבָּעֵל *turgente affectu fovebitur*, comprehendi quoque *uterum fœcundum*, & *lætam sobolem*, quæ & dulcissima *pignora* sint hujus *affectionis maritalis*; & potentissima ejusdem vincula simul, simul incitamenta. Prægnantiorem huncce usum quoque exerit *Mal.* 2: 11. *Profanavit Juda Sanctimoniam Domini*; אשר אהב ובעל בת אל נכר *quippe qui amat, & turgente affectu*, neglecta, vel repudiata, legitima tori fideique socia, *fovet Filiam Dei peregrini*. Non *quærit sanctum semen*; atque *profana sobole lætatur*. Ita crimen conduplicatur. Præter id autem, quod hæc loca inter se commune habent, vehemens mihi suspicio incessit, pulcherrimum Oraculum *Jesajæ* aliquid venustius adhuc spirare, quod ex intimiore virtute nostri *Thematis* efflorescat. Nempe, ut supra vidimus, בעל apud *Arabes* usurpari amat in *terrà* ὀργάδι, ad omnem *fertilitatem* & *ubertatem turgente*. Verisimile ergo, in signantissima illa phrasi ארצך תבעל *Terra tua turgente affectu maritali fovebitur*, spectatum quoque, captatumque, *lætissimum* illum *effectum*, quo, quæ *derelicta* jacuerat, & *siderata*, atque *ipsa* adeo *sideratio* facta videbatur, subito commutanda foret in οὖθαρ ἀρούρης, *divitis uber agri*, *fœcundamque* omnis *copiæ* & *affluentiæ Matrem*; in quam quadret, secundum utrumque adspectum, illud *Nonni* L. I. *Dionys.*

Καὶ διδύμῃ σφριγόωσα γονῇ κυμαίνετο γαστήρ.

Cave credas ἀνύμφευτα κλάδος· conjugatæ enim hæ materiæ; idemque habes connubium quod *Hos.* 2: 21. 22. gravissime depictum: *Desponsabo te mihi in æternum* &c. *eritque ut Ego respondeam cœlis, & cœli respondeant terræ; & terra respondeat frumento, musto, & oleo; atque ista Jizrebeli respondeant.* Τὸ ענה *respondere*, in aurea illa catena, est *sufficere* ac *subministrare ubertatem*; quæ *desideria* expleat, atque *vota* ipsa transscendat. Sic quidem formulæ isti ארצך תבעל geminatum decus & pondus accesserit; quod lucem quoque & gratiam suam *versui* subnexo infundat. Nam pergit *Jesajas Vs.* 5. כי יבעל בחור בתולה יבעלוך בניך In angustum ibi coactæ interpretum copiæ, sic reddentium, *sicut enim juvenis maritat sibi virginem; sic maritabunt te sibi Filii tui.* Tria, quatuor, incommoda gravissima trahit hæc vertendi ratio. Primum illud, quod quæ *Vs. præc.* inducta erat, ut *Deo marito gaudens*, hic demum *Filiis suis* diceretur *elocanda*, & in manum conventura. Secundum, haud facile concoctu, quod *Filii* suam ipsorum *Matrem* sibi *Uxorem* ducerent. Tertium, durius adhuc digestu, quod *Filii* istam suam *Matrem* in matrimonium sumturi essent, qui tamen necdum existere censendi, nisi jam *felix* illa *proles conjugii cœlestis*, *Vs. praced.* sub phrasi *Terra tua* תבעל includatur, hoc sensu; *turgente mariti affectu fovebitur*, & *fœcunda Mater reddetur*. Adde *quarto*, *Deum* ipso hoc *Vs.* 5. denuo introduci ut *Sponsum* & *unicum Ecclesiæ Maritum*, qui *super Ea*, tanquam *Sponsa* sua, *gaudio triumphante sit exultaturus*. Adjicere liceat, quinto, implicatissimum reddi filum, & telam splendide exorsam, turbari, ac retexi, si *Vs.* 5. ad eadem omnia recurratur, quæ in *præcedenti* tam magnifice erant expressa; atque intra eosdem cancellos per modum *exegeseos* subsistatur. Hoc non illustrare foret,

ret, sed offuscare luminosissima versus quarti ornamenta. Hæc parum etiam fulgent si vel cum *Jun. Piscat.* aliisque textum corrigens, reddas, *quia ut juvenis conjugio sibi devincit virginem, ita te conjugio sibi devinciet & filios tuos* Deus: pro יִבְעָלוּךְ בָּנָיִךְ insulto יִבְעָלֵךְ וּבָנַיִךְ. Nimis caro emtus sensus cadivus, *Deus uxorem ducet Te, & Filios tuos*; qui nil aliud præbet quam *tautologiam stribligine* cumulatam. Cl. *Cocc.* sentiens haud dubie scrupulos, quos supra movi, בעל exposuit *Colere, benigne & officiose tractare*; sensu sane quam diluto. Venerando. *Vitr.* tenebras perrumpere conato, successus defuit. Huc angustiarum deventum, quod vetus *indoles*, & *amplissima* illa *potentia* verbi בעל, haud satis in *Lexicis* luceret. Si sub ארצך תבעל illud *terra tua maritali affectu fovebitur, ad lætamque progeniem fœcundabitur*, adspexissent homines Eruditi, statim deprehendissent, *Filios Vs.* 5. memoratos, non alios esse, quam qui ex *cælesti* hocce *connubio* proseminarentur; qui & ipsi, velut *Arbores Justitiæ*, & *Palmæ fœcundissimæ*, *sanctum semen*, *Deo* & *Matri Ecclesiæ propagaturi*, atque *orbem terrarum* in *amœnissimum Paradisum conversuri* forent. Hunc adspectum si verba nostra admittere queant, non vereor ne quisquam eundem sit dimissurus. Ratio redditur quare *Terra sancta*, deposito squalore prisco, titulo nobilitaretur בעולה *maritatæ*, *mariti tenerrimos amores sentientis*, & חפצי בה *Chephtzibah*, *deliciæ meæ in ea*: & quisnam foret *effectus* illius arctioris vinculi, ארצך תבעל *terra tua fœcundissima constituetur Mater. Nempe*, inquit Deus, *sicut juvenis turget virginem*, prolem inde quæritans, *sic turgebunt Tibi Filii tui*; omnes *masculo vigore pollebunt*, atque *Matris suæ sedem*, *regionemque*, *largissimo* sui similium *proventu* complebunt; haud secus atque *Filii domum Matris suæ* per connubia, quæ contrahunt, amplificant; eamque *copiosa prole* cohonestant. Adfixum *Tibi* in יבעלוך, non *accusativa* jam *constructione* sumendum, sed *dativa* illa & *Pleonastica*; pro qua etiam efferri potuisset יבעלו *maritos agent*, & *Patres spirituales*; *sanctam quærent sobolem*; atque *maternas sedes abundantissima progenie opplebunt*. Si יבעלו *maritos agent* dedisset Vates, illa *nobilis familiæ propagatio*, & *prolifera fœcunditas*, qua *Matris* res opesque jugiter accrescerent, atque per *Filios in omnem maturitatem turgentes* longe lateque amplificarentur, se nemini non ultro ingessisset. Nunc *Pleonasmus* ille nubeculam objecit; existimatumque, *Filios* ipsius *Matris procos sponsosque* hic induci; quod supra abunde revictum. Ergo יבעלוך *turgebunt Tibi*, absque ullo dubio accipiendum, *in tua commoda*, *tuam in lætitiam*, *materiamque triumphi*, quæ *Te* tales per *Filios*, ex me suscitandos, *constitutam* cernes omnium *Gentium Matrem*, ad cujus Fidem, communionemque, undique orarum confluatur. Hic legitimus processus, hic genuinus ordo rerum, quem omnis pagina Prophetica inculcat. Vide modo *Jesaj.* 60. & 35. atque senties quid sibi velit versus nostri clausula: *& triumpho Sponsi super Sponsa triumphabit super Te Deus Tuus.* Solus ergo *Deus Sponsus*, solus *Maritus Ecclesiæ*; nec illud יבעלוך *turgebunt Tibi Filii tui*, alium pati potest sensum, quam quem hactenus deduxi. Volentibus interim omnibus, qui in hisce aliquid possunt, pollentque, fuerit, si ut *phrasi* ארצך תבעל *Terra tua maritali favore & amore fovebitur*, geminatam subjunxi potentiam, ita etiam nostro huic יבעלוך בניך *turgebunt Tibi Filii tui*, duplicatum illud decus vindicaro. Observo itaque בנים *Filios* etiam appellitari *plantas*, *arbores*, *germina.* Eo retulerim *Jes.* 44: 4. וצמחו בבן חציר *& germinabunt quisque in filio viridi*; i. e. *quisque eorum viridissimus erit, & vigentissimus.* Talis *Filius viridis* κατ' ἐξοχὴν *Palma*; *Ps.* 92: 13. Ea si *masculo vigore & virore* ita præpolleat, ut *nunquam marcescat*; sed vel in *sterilitate* & *penuria aquarum*, *suis sese radicibus sustentare* valeat, dicitur بعل בעל *turgere*, *turgente succo uberare.* Sic jam tandem יבעלוך בניך *Turgebunt Tibi filii tui*, ad *Terram Matrem* relatum, offert nobis *Palmas nobiles masculo flore vegetas*, *ad omnia* in-

inspersu, adflatuque cœlestis vigoris, animandum, atque *potentiam nominis* יזרעאל *Jizrebel*, *proseminabit Deus*, per universum terrarum orbem *consummandum Hos.* 2: 23. Redeatur ad *Camusum* supra, & *palmam masculam* inde productam sub بـعـل. Comparatio cum *juvene* יבעל בתולה *qui turgente jam & maturo affectu virgine potiri gestit*, huic conspectui adeo non obstat, ut per eum demum sensus omnibus suis numeris absolvatur; nam & *Arboribus*, ac signantissime *Palmis*, sui sunt amores, ardoresque, quibus in complexum venire, atque genus suum propagare, gestiunt. Id eo decentius, quod hæc *nobilissimæ Matris nobilis soboles* expingat *homines generoso impetu turgentes*, & *cœlesti pollentes vigore*, ad *florem Doctrinæ purioris virgineis mentibus inseminandum*, atque ita *Familiam Dei lætis* identidem *incrementis* adaugendam, per omnem seculorum decursum: ut *Ps.* 6. 7. ibid. inculcatum. Huc pertinet pulchrum illud *Prov.* 11: 30. *Fructus justi arbor vitæ*; *& fœcundans animas solide sapiens*. Reperies ibi, quæ huc translata lumen ferent.

Ibid. Expedita *prima* classe, sub qua a *palma*, cui jam

- - - *Læto turgent in palmite gemmæ*,

verbum בעל ad *rem conjugalem* speciosissime applicitum vidimus; enucleandus quoque *alter* ille usus, qui *dominationem* adfert. Eum a *vigore præpollente* ductum, ultro jam patescit: nam & σφριγᾷν ad *pollentiam virium*, & *roboris*, magno cursu admissum. Docti Commentatores, quum monent subjectam huic *Themati* proprietatem *imperiose dominandi*, senserunt aliquid, quod tamen quid, & quale, esset, latitante *Origine*, discernere non valuerunt. Exempla rem declarabunt. *Jes.* 26: 13. *Jehova Deus noster* בעלונו ארנים זולתך *imperium inbibuerunt in nos Domini præter te.* Quivis hic facile agnoscat *dominium grave*, & *imperiosius*; sed dignitas & potentia Linguæ demum internoscetur, si ante oculos habeatur, *Turserunt in nos*, ἐσφρίγησαν ἡμᾶς, pressiore *Syntaxi*, pro ἐσφρίγησαν εἰς ἡμᾶς; *turgente animo*, *turgente brachio*, *nos tractarunt.* Ita *Apollon. Rhod.* 3: 1256.

- - - - - - - αἱ δ' ἑκάτερθε
Χεῖρες ἐπεῤῥώσαντο περὶ σθένεϊ σφριγόωσαι.

- - - - - - - *utrimque vero*
Manus concusserunt sese, *circum robore turgescentes.*

Depingit Poëta *invictum robur*, quod *Medeæ* medicamenta *Jasoni Tauros Æëtæ domituro* circumdederant. Frequentatur potissimum in *Athletis*, qui dicuntur σφριγᾷν, & νεῦρα σφριγῶντα *nervos turgentes* ostentare. Apud *Chrysost.* T. V. p. 634. habes νέους ἀθλητὰς καὶ σφριγῶντας εἰς τὰ σκάμματα καὶ τοὺς ἀγῶνας εἰσάγειν· *novos Athletas*, *& turgentes* robore *in scammata*, *& agones*, *inducere.* Iterumque *ibid.* οὐ σφριγῶσι κατὰ τὴν σάρκα οἱ Ἀθληταὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ σφριγῶσι κατὰ τὴν πίστιν· *non turgent secundum carnem Athletæ Christi*; *sed secundum fidem præturgent.* Huc etiam tendit illud *Aristoph.* supra adductum; ὡς σφριγᾷς, κἂν ταῦρον ἄγχοις, *ut turges! vel taurum strangulaveris*: quod *ex ambiguo* ibi jactum, *Scholiastes* declarabit. Eodem ex fonte manavit illud ex *Suida* prolatum, οὕτω μὲν ἐσφρίγησε ὁ πόλεμος, *sic quidem bellum turgebat*, id est, *vehementiam* suam *exerebat*, *magna mole incumbens.* Potuisset quoque ἤκμαζεν ὁ πόλεμος *vigebat bellum* efferri, sed alterum illud grandius nervosiusque. Ad istum nervum quoque τὸ בעלונו *Turserunt nobis*, importat quicquid *grave*, *durum*, *imperiosum* cogitari potest. Constructione nonnihil variante 1 *Chron.* 4: 22. *Jokim*, *virique Cozeba*, *& Joasch*, *& Saraph*, אשר בעלו למואב *qui* ἐσφρίγησαν *Moabo.* Reddi solet, *dominati sunt in Moabum.* Id parum liquet; ac vix verisimile; latiore saltem sensu illo; quasi *imperium in Moabitas universos*, ad aliquod tempus, obtinuissent. Linguæ satisfit, si *animosissimos Bellatores* intelligamus, qui ut *invicti Athletæ magnis* sæpe *cladibus Moabitas attriverint.* Sed, ut Sacer *Historicus* subdit, הדברים עתיקים *Hæ res sunt antiquissimæ*; de quibus proinde quicquam asseverasse, haud in tuto est. Mihi sufficit illud בעלו למואב per *Græcum* ἐσφρίγησαν ad nativam virtutem revocasse, quod tandem cumque hoc de casu constituatur. Ab hocce *robore*, & *brachio pollente*, derivatum בעל *Bahal* ef-

effluxit, latiſſime fuſum, ad *dominum* & *poſſeſſorem* deſignandum. Hoc per ſe planum, ulteriorem curam haud requirit. Sed verbulo elucidanda ſolennis *periphraſis*, qua בעל *cujuscunque rei* appellatur, qui *ea pollet*, *præpollet*; *ejusdemque* velut *habitum*, *vigoremque expromtum*, exerit. Sic figuratur בעל חלמות *qui pollet ſomniis: Gen.* 37: 19. בעל לשון *qui pollet lingua*; *Prov.* 18: 19. *maledica* nempe illa, *quæ* quaſi *turgeat.* בעל אף *qui pollet naſo*; *eoque* ad iram promto *turgens* veluti; *Prov.* 22: 24. בעל נפש *qui turget appetitu: Prov.* 23. 4. בעלי חצים *qui pollent ſagittis*, *potentes ſagittarii*; *Gen.* 49: 23. quibus βραχίονες ϗ νεῦρα σφριγῶσι, *brachia & nervi robore turgent*, ut ſupra videbamus. בעל מזמות *qui verſutiis præpollet*, *Magiſter verſutiarum*, *Prov.* 24: 8. בעלת אוב *quæ pollet utre*, *ventriloqua*, ἐγγαστρίμυθος *turgentem mentiens utrem*: 1 *Sam.* 28: 7. בעלת כשפים *quæ pollet præſtigiis: Nah.* 3: 4. בעלי עיר *cives urbis*, qui *jure* civitatis *pollent*, *Jud.* 9: 2. בעלי ברית *fœderati*; *ejusdem fœderis participes*, *eodem jure pollentes: Gen.* 14: 13. &c. &c. Hæc ad reliqua prælucebunt; atque τὸ σφριγᾷν his omnibus incluſum eſſe facile perſuadebunt; præſertim ſi conferas *Heſychii* σφριγανὸν, per ἀκμαῖον, δαψιλὲς, σφοδρὸν declaratum: itemque *Scholiaſten Apollon.* 3: 1257. σφριγανὸν per τὸ ἰσχυρὸν ϗ στιφρὸν reddentem.

Ibid. Venas aperui veteris Linguæ, quas interiora recludere verbi בעל, ejusdemque ſignatiores uſus jucundiſſimo lumine perfundere, nemo negabit, cui vel tantillum guſtus judiciive. Benignior hæc facula *Originis* ad duo loca *Jeremiæ*, in quibus noſtrum בעל alia adhuc virtute auctum, & ubi vehementer diffidetur, deſudaturque, ita quoque prælucebit, ut quicquid fluctuum ibi commotum hactenus, ſemet ultro componat; atque tutiſſimam præmonſtret ſtationem. Primus eſt *Jer.* 3: 14. *Revertimini filii averſi*; כי אנכי בעלתי בכם *& aſſumam vos unum ex urbe, & duos e familia; atque vos adducam Zionem.* In diverſa itur ad medium colon: *nam ego maritavi vos*, plurimis arriſit; aliis, *nam ego dominatus ſum in vos*; ſive *ſeverius imperium exercui*; quorſum & *Cocc.* inclinat, dans, *nam ego adhibui vos*, i. e. *poteſtatem in vos exercui*, non ut *in dilectos filios*, ſed ut *in ſervos immorigeros.* At *Kimchius* Pater, aliique *Rabbini*, auctoritate *Dialecti Arabicæ* reddendum jam olim contenderunt, *nam ego faſtidivi* vel *aſpernatus ſum vos*; monentes בעל بعل ſpeciatim venire in *viro uxorem repudiante.* Hæc *Pocok.* in *notis* ad *Portam Moſis* late executus. Alter contextus eſt *Jer.* 31: 32. ſupra jam adductus, ubi eadem opinionum diſcrepantia; aliis *matrimonium* tenentibus; alis *dominationem*, & quidem *ſeveriorem illam*, cum *aſpernatione* conjunctam; aliis denique ex uſu *Arabum* directe *faſtidium*, *tædium*, *repudiumque* urgentibus; ut ex eodem *Pocok.* abunde innotuit. Poſterius illud unice intendi, ſupra aleam poſitum dubitationis; quum Oraculum iſtum in ſcopum deſtinetur; atque *Veteri Eccleſiæ repudium* diſertiſſimis verbis *renuncietur*; haud ſecus atque *perfida uxor res ſibi ſuas habere*, ac *violatæ Fidei pœnas experiri* jubetur. Hoc ſi vel *Apoſtolus* non docuiſſet, ad *Hebr.* 8: 9. cum LXX dans, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, res & ſeries in oculis mentibusque omnium ſatis defigere potuiſſet. Huc quoque collineatum propterea ab omnibus; etiam iis quibus placuit, *quamvis eos in matrimonium duxeram.* Sed ne *Syntaxin* commemorem contortiorem, non is *character repudii*; ſed tantum *violati matrimonii querela.* Conſimiliter *repudium* non conſignat, *& dominium in eos ſeverius exercui:* hoc enim verum de univerſa *Oeconomia Veteri*, neque ejusdem *abolitionem* niſi per conſequentiam importat. Nil proinde relictum omnia exigenti & amuſſitanti Interpreti, quam noviſſimum, *& Ego alienato eos affectu repudiavi*, ſecundum illud بعل الرجل بالامراة *faſtidio*, *tædio affectus vir erga uxorem*, *ei nuncium remiſit*, quod *Rabbi Jannabius*, cui vernacula erat *Arabica*, ad illuſtrationem hujus loci in medium contulit. Vide jam ſtudia hominum; vide mira *Ling. Hebrææ* fata. Quod communi plauſu excipi debuiſſet, ab aliis neglectum, quod *Arabica* haud amarent; ab aliis exſibilatum, quod ea odiſſent; ſeque om-

omnes in formas convertere maluere anxii, quam manum dare veritati, a *Pocok.* evidentissimam in lucem eductæ. Adversus eum disputans Cl. *Guss.* sub *rad.* בעל eo effertur, ut pertendat verbum istud utroque in loco *Jeremiæ* nihil sonare *mali*, atque utrobique insinuari *Deum*, *quantum quidem in se sit*, *relationem servare mariti*, *nec repudium mittere:* atque posteriorem locum ita vertendum, *ego interim maritum in eos ago.* Nil pote præfractius. Hoc vocatur *Sanctæ Linguæ pomæria defendere*, *nequid peregrini* illuc *irrumpat.* Hoc, *Hierosolymas* a *Meccana illuvie intactas præstare.* Grandia dicta, quæ nil solidi retinniunt; sed aures tantum imperitorum vano opplent sonore. Discutiamus ergo illusiones hasce, atque *aversationis*, & *repudii* vim, *Themati Hebræo* ita vindicemus, ut ansa in perpetuum præcidatur cavillationi; atque ne minimus quidem scrupulus veritatem quærenti relinquatur. Scilicet qua tandem cumque in *Lingua* verbum aliquod ex *Origine* valet *turgere*, sub eo non potest non, cum aliis usibus *secundariis*, efflorescere quoque potestas *mentis tædio*, *fastidio*, *aversatione tactæ*, ac *suffusæ.* Apud *Ciceron.* 3. *Tusc.* habemus

Corque meum penitus turgescit tristibus iris.

Apud *Plaut.* item *Cas.* 2: 5.

Uxor in fermento tota est; ita turget mihi.

Protrita *metaphora*; a qua qui resiliret, quod *turgere* in bonum quam sæpissime veniat, pro *florere*, *vigere*, *mariti* quoque *officium præstare*, vel & *domini imperiosam manum inbibere*, næ is parum foret Literator. Par res & ratio in σφριγᾶν; quod eadem *metaphora* ditatum; quamvis *Suidas*, qui *Glossarum* dedit copiam istam, quam supra exposui, hancce, præsplendidam utique, prætermiserit. Obscuriuscule eam tetigit *Hesych.* σφριγῶντα reddens ἐπαιρόμενον *elatum.* Ante oculos habuisse videtur insignem locum *Æschyli* in *Prometh.* *Vs.* 380. &c. ubi quum præcessisset

Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι,

Ira tumente medici sunt sermones.

Subditur:

Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

Si quis tempori modo cor emolliat,
Neque turgentem animum comprimat violentius.

Apud *Euseb. Hist. Eccl.* p. 131. reperies, τοῦ δήμου σφόδρα σφριγῶντος ἐπ' αὐτῷ *populo vehementer turgente:* h. e. *indignante*, *tumente*, & *ira suffuso.* Hinc jam cuivis palpare licet, e meditullio, ut sic dicam, nostri *Thematis* בעל, subnasci potuisse, atque adeo debuisse, vim *indignationis*, *aversationis*, *fastidii*, *tædii*, λύπης etiam, qua *quem pudet*, *piget*, *pœnitet* alterius, quum *cor* tanquam *in fermento jacet*, *turgescit*, & *exacerbatur*; secundum *Glossas* supra ex *Camuso* adductas; cum quibus si conjunxeris, quas *Pocok.* ex *R. Giannabio* produxit, amplissimam agnosces ditionem istam, quæ, ut fit, per materiam ipsam, & circumstantias, determinetur. Ambigi quidem fas non est, quin *Jer.* 31: 32. *illi infregerunt Fœdus meum & Ego quoque tursi in eos*, tendat ad *plenissimum* illud *repudium*, quo *Novi Fœderis consecratio* sanciretur. Qui negat, *Deum* a sua parte *Judæos repudiasse*, atque *Domo expulisse*, quam sibimet glaucomam ob oculos offuderit, non exputo. Ergone *Deus* adhuc *Maritus*, a sua saltem parte, *Gentis rebellis*, ac *pervicacis*, quæ *Messiam* suum in Crucem egit? Unde ista nobis nova Theologia? Id si verum foret, ne quidem a parte Dei *Vetus* illa *Oeconomia abrogata* atque *abolita* censeri posset, & vincerent præfractissimi osores *melioris Oeconomiæ*, quum *Mosaicam* etiamnum vigere contendunt: quin formula caderet *Apostolus*, quum hinc infert *ipsum Deum fœdus* illud *priscum abolevisse.* Immotum maneat proinde ואנכי בעלתי בם *& Ego tursi in illos*, nil aliud sonare, ac signare posse, hoc in vaticinio, quam *omnem tandem Zelotypiæ meæ æstum in eos*, a mea quoque parte, *effudi*, eosque *res* sibi *suas habere* jussi. Sed, inquit *Gusset.* omnia *favorabilia* sunt *Jer.* 3: 14. & *merum spirant amorem:* ac proinde vertendum ibi, *Revertimini filii aversi*, *quia ego Dominus*, *vel maritus*, *fui in vos.* Itane *favorabilia omnia?* quum *Unus e civitate*, *& Duo e familia* dicantur assumendi. Hæccine *amorem spirant* erga populum illum indomitæ cervicis, an *rigo-*

24 Quatuor sunt parva terræ; & illa, compacta compactissima.

24 ארבעה הם קטני ארץ והמה חכמים מחכמים׃

25 Formicæ, populus non fortis; & parant in æstate panem suum.

25 הנמלים עם לא עז ויכינו בקיץ לחמם׃

26 Ar-

26 שפנים

rem summam? qui istum quoque contextum reddi postulet, *nam ego tursi in vos:* i. e. Ego maximam partem contumacissimæ gentis, ut justissima flagrans Zelotypia, e sedibus sanctis, & Domo mea, expuli, ita in Exilio relinquere decrevi: *exiguam* tantum *manum* inde excerpam, *unum* quasi, *alterumve;* quos tanquam *semen Electionis*, ex infinita multitudine, reducturus sum *Zionem;* ut *specimina* sint *meæ Gratiæ*, qui *fœdus internum* nunquam rescissurus sim cum semine genuino *Abrahami*, etiamsi *externam* illam *Oeconomiam*, qua confidit ac superbit *carnalis turba*, per geminam avectionem, *Assyriacam* atque *Babylonicam*, & jam labefactare cœperim, & tandem per ultimum Gentis inmorigeræ exscidium sim aboliturus. Nil evidentius. Instat tamen Vir Doctus, & rogat, quænam ista foret illatio, & ratiocinatio, *Revertimini aversi*, *quoniam Ego fastidivi vos.* Gravissima sane; si modo quis filum non rumpat; *Revertimini*, quicumque ulla salutis cura, ullo judiciorum meorum metu, tangimini, *nam ego tursi in vos*, non solum tempore *præterito*, sed *in universum*, atque *externam* illam *Oeconomiam*, illas *prærogativas terrestres*, quibus adhæresc itur, atque in quibus spes opesque suas collocat *Ceremoniis* affixa crassior natio, *rescindere* constitui; *Spiritualem Oeconomiam*, *novumque* adeo *fœdus*, cum genuino *Abrahami* semine, & *Filiis Promissionis*, initurus. Huc sequentia manifesto aurigantur: *& assumsero vos unum e Civitate, & duos e familia: atque reduxero vos Zionem.* Item *Vs.* 15. *Et dedero vobis Pastores secundum cor meum* &c. Iterum *Vs.* 16. *Non commemorabitur amplius Arca fœderis:* illa *visibilis sedes Divinitatis non requiretur* &c. *Vs.* 17. *Universa* quippe *Hierosolyma constituetur thronus Dei; confluxuris illuc omnibus gentibus.* Vides *faciem melioris Oeconomiæ*, qua *veterem abrogandam* esse inculcetur. *Repudium* autem *renunciari* adulteræ *Synagogæ*, & jam inchoatum per geminam *captivitatem;* & rigidius adhuc exequendum per *novissimum exscidium*, ex *Vs.* 20. patescit; *profecto* ut *prævaricatur uxor a Marito suo*, *sic vos prævaricati estis in me*, *o Domus Israëlis.* Initium quoque totius *Capitis* a *Repudio* ductum, ut proinde illud בעלתי בכם ἰσφρίγωζα εἰς ὑμᾶς *turgeo in vos*, summo illuc jure referatur; atque ita *Parallelismus* inter duo hæcce Oracula *Jeremiæ* compleatur.

Vs. 24. Hæretur nonnihil ad *Phrasin* significantissimam חכמים מחכמים, quam LXX σοφώτερα τῶν σοφῶν expressere; ut *Vulgat. Sapientibus Sapientiora.* Legisse videntur מְחֻכָּמִים pro מֵחֲכָמִים. At *Theodot.* σοφὰ σεσοφισμένα. Quidni σοφοὶ σεσοφισμένοι potius? hæc enim genuina vis *Syntaxeos.* Ex *Origine* dare potuisset πυκνοὶ πεπυκνωμένοι: sive ut *Nazianzen.* loquitur p. 218. & 331. πεπυκνωμένοι τὴν διάνοιαν, *mentis solide compactæ.* Pulcher lusus. *Parva terræ;* & tamen *compacta compactissima;* i. e. quæ *solertia* gaudeant *solertissima.* Sunt qui כ supplendum censeant, quasi foret, *instar eorum qui sapientiam edocti sunt.* Aliis מחכמים valet *experti*, *experientia docti.* Nil aliud quærendum, quam quod dedi.

Vs. 25. Sensum simplice *Litera* non absolvi, sed *Allegoricum* quid subesse huic *quaternioni*, haud ambigendum. Quid *Formica* pingat, declarat ex parte *Horat.* I. *Serm.* 1.

- - - - *sicut*
Parvola, nam exemplo est, magni Formica laboris
Ore trahit quodcumque potest, atque addit acervo
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.
Quæ simul inversum contristat Aquarius annum
Non usquam prorepit; & illis utitur ante
Quæsitis sapiens. &c. &c. &c.

Ha-

26 שפנים עם לא עצום וישימו בסלע ביתם׃

26 Arctomyes, populus non validus; & ponunt in petra domum suam.

27 מלך

27 Rex

Habes eosdem, qui hic consignantur, characteres. Supra quoque *Cap.* 6: 6. habuimus, *Vade ad Formicam Piger* &c. Tabellam istam luminibus suis exornatam contulisse juvabit.

Vs. 26. Vocabulum שפנים non *cuniculos* designare, sed *muris agrestis* majorem speciem, quos *arctomyas* vocitant, demonstravit *Boch. Hieroz.* I. *pag.* 1002. & seq. q. d. *ursinos mures*, qui *bipedes* sæpe incedunt, & *prioribus pedibus* tanquam *manibus* utuntur. Hos in *petricosis* nidulari, & *mirifica astutia* pollere, ibidem ostensum. *Allegoriam* iterum inspiciendam dabit *Horat.* II. *Serm.* 6: 80. in lepidissima illa fabella, qua nihil ingeniosius unquam fictum, pictumve: cujus initium

Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum.

Reliqua; usque ad *Catastrophen*, quum *in urbem* vicissim deductus, atque *locuplete in domo* magnificis *dapibus exceptus agrestis* ille, subito terrore incusso percellitur, & ejuratis istis *periculosis deliciis*:

Haud mihi vita
Est opus hac, ait; & valeas: me silva cavusque
Tutus ab insidiis, tenui solabitur ervo.

Ibid. Invitat me pervenusta hæcce descriptio *cati* non minus quam *cauti ruricolæ*, tuta in otia recedentis, atque *ambitionem* cum *fastu*, & *tumultu suo*, valere jubentis, ut *Etymon* ꝟ שפן enucleatius pandam; atque nonnulla de *indole muris* hujus *solertissima* expromam. *Boch. Hieroz. P.* I. *pag.* 1016. שָׁפָן dictum censet, vel a ספן, per *Sin* quoque exarato, quod in *Lexicis* est *tegere*: quia *latibuli sui foramina terra obtegit*; vel a צפן *abscondere*, *occultare*, eadem de causa. Posterius minus *Analogum*. Prius leniter corrigendum; nam vera notio ꝟ ספן est *radere*, *radendo exasciare*, & *expolire*. Non longe hinc *Cocc.* qui verbum hoc per *contabulare*, *incrustare*, exposuit. Hoc quadrat in mirificam illam dexteritatem, qua *latibulum suum*, *obducta ad exitus terra*, *veluti crusta quadam complanat & communit.* Hoc vocant *Arabes* דמם دم *complanavit lævigando.* Ita in *Camuso* دم اليربوع جحره غطاه وسواه *complanavit lævigando latibulum suum arctomys*; i. e. *obduxit illud & coaquavit.* Confer *Hieroz.* p. 1012. Hoc quamvis satis arrideat, magis tamen inclinem in aliud veriverbium, quod שָׁפָן شفن per *Schin* ministrat. *Gjeubar.*

أَلشَّفْنُ ٱلْكَيِّسُ ٱلْعَاقِلُ
وَشَفَنْتُهُ أَشْفِنُهُ شَفُونًا إِذَا
نَظَرْتَ إِلَيْهِ بِمُؤْخِرِ عَيْنِكَ
فَأَنَا شَافِنٌ وَشَفُونٌ قَالَ

حَذِرٌ مُرْتَقِبٌ شَفُونٌ ✡

وَهُوَ ٱلْغَيُورُ ٱبْنُ ٱلسِّكِّيتِ
شَفَنْتُ إِلَيْهِ وَشَنَفْتُ بِمَعْنًى
وَهُوَ نَظَرٌ فِي ٱعْتِرَاضٍ وَقَالَ
أَبُو عُبَيْدٍ هُوَ أَنْ يَرْفَعَ
ٱلْإِنْسَانُ

27 Rex non est locustæ; atque egreditur sortes inter se partiens universa ipsa.

27 מלך אין לארבה ויצא חצץ כלו :

28 Sa- 28 שממית

الانسان طرفه ناظرا إلى الشيء كالمتعجب منه أو كالكاره لَـهُ *Forma* שפן *designat astutum, solertem. Verbum* שפן *cum fut. Kesrato, & infin.* שפון *usurpas, quum quem extremis spectas hirquis; unde* שופן, *&* שפון, *participia Actoris. Poëta hinc*

Cautela obliquo observantis oculo

Intelligitur Zelotypus. Ibn Essiccyt auctor est שפן *ad eum, &* שנף, *eandem tenere vim oblique & limis oculis spectandi. Abu Obeid ait, adhiberi, quum quis aciem oculi ad aliquid attollit ut admirabundus; vel & aversabundus.* Ista *solertissima cautela*, & *observatio*, genuinum constituit *Characterem* ℥ שפן, quem *Arabes* يربوع *quadratorem* vocitant, vel *quaternarium*, quia, teste *Damirio* يحفر بيته في مهب الرياح الاربع ويتخذ فيه كوي *fodit sibi domum suam ad flatum quatuor ventorum, eamque fenestellis instruit*; ut scilicet *prospectare* queat *periculum*, idque ubi ingruerit, vel hac, vel illac, *effugere*. Est autem طويلة الرجلين وقصيرة اليدين جدا لانها اذا خافت لاذت بالصعود فلا يلحقها شي *longis bestiola pedibus, manibus brevissimis; quia ubi metuit, fugam capessit scandendo, sic ut nihil eam assequi valeat.* Non omittendum quoque quod *Ibnolgiauza* apud *Boch.* 1013. testatur اليربوع لا يتخذ بيته الا في موضع صلب مرتفع ليسلم من السيل أو حافر ثم لا يجعله الا عند أكمة أو شجرة أو صخرة *Mus quadrator domum suam non capit, nisi in loco duro & arduo, ut tutus sit a fluxu aquarum, vel ungula equi. Neque item, nisi ad collem, aut arborem, aut petram.* Nempe ut nec *catuli* ejus *aberrent a latebris*, & ipse, *ubi fugiendum sit*, habeat *quo quantocyus ascendat*, atque evadat. Adjecit idem في طباعه انه اذا مشي في ارض سهلة او لينة مشي علي موخر كفه حتي لا يعرف اثر وطئه *Natura insitum ei, ut, cum graditur per mollem lenemque terram, gradiatur extremis calcibus, ne vestigia ejus ulla agnosci queant.* Ad usum *Allegoricum* transtulit etiam *Plaut.* in *Truc. Act.* III. 4: 15.

Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Ætatem qui uni cubili nunquam committit suam:
Quia si unum ostium obsidetur, aliud perfugium gerit.

Vs. 27. Abstrusius dictum. *Rex non est Locustæ; & exit* חצץ *universa illa. Merc.* dedit *conglobata*, *conferta*, & *agminatim collecta ad fruges excidendas.* Exsculpsit ex חָצָץ *calculus*, *lapillus*, quod *multi simul aggregati* esse soleant. Id fluxius fabulo. Præstitisset cum *Kimchio* tenuisse *exscindens*, nam חצץ حص *scindere* est, secundum *Originem*; unde *lapillo* nomen additum; nec non חץ *sagittæ*. Inde alii, *sagittæ instar sese ejaculans*. Nihil horum ad scopum. Propius eum

28 שממית בידים תתפש והיא בהיכלי מלך :

28 Salamandra manibus dexterrime prendit, atque in palatiis illa Regum.

29 שלשה

29 Tria

eum attingit, quod *Cocc.* attulit; חצץ *interpretor* ἰλαδὸν *ad numeros* sive *catalogos exit. Derivo* a חָצָץ *lapillus*, ψῆφος, q. d. ψηφιδόν· *calculis enim fiebat computus.* Est paulo quæsitius. Quid valeat *Regem non habere* percipias ex *Cap.* 6: 7. *nec decisor, nec moderator, nec imperator formicis*; naturæ tamen *instinctu* potentissimo, quicquid *convectant farris* ac *grani*, non *sibi solis convectant*, sed in *commune* velut *horreum*. Tale quid & heic captatum; *Regem non habet Locusta*, *& tamen æquam prædæ portionem inter se* ita *dividit ista universitas*, quantumcumque *spissa* ac *numerosa*, ארבה propterea dicta, ut tanquam *sub severissima disciplina militari* hæc *militaris* ac *prædatrix turba* contineri videatur. حصص apud *Arabes* speciatim venire in *portionibus prædæ* jam monuit *Boch. Hieroz.* II. *pag.* 459. idque in *Animadvs. juvenilibus* a me quoque ulterius demonstratum. Habes iterum ansam *Allegoriæ* non injucundæ, qua remittimur ad *prædatrices* hasce *copias*, quæ *rapto* videntur *vivere*, & *publicam exercere grassaturam*; quum interim exactissimam inter se observent *æquitatem*, atque *sua* quæque *sorte* contentæ, alteri quoque *suam* non relinquant solum, sed etiam quodammodo assignent. Hunc mirificum ordinem gentis tam inordinatæ alias, in *Proverbium* ivisse, patet etiam ex *Jes.* 33: 4. *Et colligetur præda vestra ritu locustæ; ut bruchi carpunt* sive *carminant*, *discurret* quisque *per eam.* Hoc est, *amplissima segetis spolia*, *per eaque persultantes* pro arbitratu, *æquabiliter tamen ea inter vos distribuetis*, sua quisque *sorte* & *portione* affatim explendi, atque ditandi. Accedant huc *hæredipetæ*, & quicquid est *Lucrionum*, qui cuncta soli *absorbere* gestiunt, atque a *Locusta* suam & aliis partem ac sortem permittere condiscant.

Vs. 28. Vocabulum שממית, non alibi reperiundum, miram passum est *Metamorphosin.* Alii enim *hirundinem*, *simiam* alii; plerique *araneum*, arripuere. *Lacertam* designari, & quidem *stellionem*, quem *Vulgat.* dederat jam, post LXX qui καλαβώτην, evictum *Hieroz. P.* I. *pag.* 1083. *& seq.* Is in *Judæa*, *Ægypto*, alibi, perfrequens, splendidissimas etiam ædes perreptat *pronus*, *supinus*, e *laquearibus suspensus.* Huc fertur *Phrasis* בידים תתפש *manibus apprehendit quam firmissime.* Verbum תפש sæpe exerit *agilitatem* & *solertiam tractandi.* Intelliguntur *anteriores pedes*, qui ferme *manibus humanis* similes, in *lacertis*: ut proinde significantissime hic quadret *manibus solerter uti.* Iisdem quoque *venationem exercet* quam solertissime; quo aspectu item *manibus apprehendere* rectissime dici queat. Hæc plenius *Boch.* Videtur autem *stellio*, ejusque soror *Salamandra*, cujus dotes sane quam mirificæ, *Emblema* gerere *hominis versuti*, & *solertis*, qui *pronus*, *supinus*, *pendulus*, *deambulare* valet; simulque *venaturam* suam *exercere.* Ulterius hæc tendi nolim, aut ad convicium extendi, quod *Plin.* etiam enotavit, ansam ejusdem satis curiosam simul indicans *Lib.* 30: 10. ad quam ut *stelliones* notati *astuti* & *maligni circumventores*; atque unde crimini etiam *stellionatus* appellatio indita. Habent & *stelliones*, habent *Salamandræ*, suas virtutes. Etiam *Serpentina prudentia* a Domino commendata. An ergo innuitur *vilissimos* & *pauperrimos* quosque *mortales*, quos *Lacertis* comparare solent *Orientales*, per *solertiam palatia Regum* sibi aperire? An potius, *Regibus* ipsis *solertiam humillimorum* & *abjectissimorum hominum* sæpe *formidandam*? Hoc malim. Vicinum est, quod Cl. *Cler.* hic subnotavit. *Hujus* משל *videtur esse sensus*, *non esse potentibus nimium in potentia sua gloriandum; nec contemnendos tenues; quippe qui sæpe ea præstant, quæ a potentioribus impediri non possunt. Videntur ergo tenues describi sub imaginibus formicæ, arctomyis, locustæ, & stellionis, quæ quamvis contemta animalcula, ea faciunt, quæ a majoribus animalibus impediri nequeunt.* Hæc non enucleatissima, quivis sentit. *Merc.* cui שממית erat *araneus*, apposuit; *hunc in palatiis Regum versari apertum est. Eo autem docemur*, *nec Reges nobis esse formidandos*, *quo minus* for-

fortiter nostro munere fungamur; exemplo tam vilis animalculi. Minus coctum. Æque diluta reliqua: *Sic alia quoque illa nos docent, providere rebus nostris in tempore, & magno esse animo ad actiones nostras, ad quas sumus vocati, gerendas.* Hæc levi brachio missa, superficiem vix stringunt. Attexenda quoque, quæ Cl. *Cocc.* suam premens *Hypothesin*, dedit: *Fidelibus quatuor animalia, parva viribus, ejus vero industriæ, quam æmulari conveniat, proponuntur. Primum est quod in* Formica *cernitur* &c. *Id docet, ut in tempore inveniendi Jes.* 55: 6. *Ps.* 32: 6. *thesauros nobis in futurum comportemus* &c. *Secundum, in* Cuniculis, *sive aliud animal hic significetur* &c. *Hoc fidelibus imitandum, ut non in arena ædificent, sed in Petra: Matt.* 7: 24. *Tertium, in* Locusta, *quæ regem non habet & tamen populus ingens* ad catalogos exit. *Est hoc emblema concordiæ, ut ferentes nos invicem & unitatem fidei servantes, etiamsi Regem in terra non habeamus, idem velimus, dicamus, sentiamus* &c. *Quartum emblema est* Araneæ, *quæ etiamsi tela ejus conturbata fuerit, tamen statim rursus illam texit; atque adeo etiam e nitidissimis Regum Palatiis arceri nequit. Id exemplum monet, non esse cessandum, sed semper instandum precibus, labore, studio. Tandem enim victores fore* Fideles, *& occupaturos Arces terræ.* Posterius longiuscule divergit; nec se, si vel *araneum* notaret nostra vox, sustinere posset ista tela. Ei tamen *notioni* parum aut nihil admodum ipsemet in *Lexico* tribuit, ad *Boch.* sententiam non obscure inclinans. Ei obniti velle, esset, frugibus inventis, glande vesci malle.

Ibid. Quod *Bochartus* non affecit, sed confecit, accessiuncula, & *proprium* & *improprium* usum *stellionis* illustratura, adaugere liceat. Ambigebat ὁ πάνυ, ducendumne esset *Etymon* vocabuli שממית a שמם *obstupefacere*; quod *Plin.* auctore *stellio solo visu scorpioni pavorem afferat, & torporem frigidi sudoris*; an potius a סם سم *veneno infecit*, ut sit σαῦρα φαρμακίς seu φαρμακῖτις, *stellio venenosus*, *Salamandra*. Dubitandi erat ratio; quum in aliis *Codicibus* per *Schin* exaretur, in aliis per *Sin*. Posterius prætulit, quod *Arabes* quoque reptile hocce appellitent سام ابرص, cujus appellamenti pars prior *Sâmm* ex *Semamith* nostro decurtata sit, & *venenatum* designet; altera *leprosum* sonet, quia tanquam *lepra maculis sit sparsus*. Atqui verbum שמם per *Schin*, non sejugandum ab *Arabico* שמם سم per *Sin*, *afflavit veneno*; atque illa *obstupefacere*, & *attonitum reddere*; itemque *vastare*, *siderare*, gradus sunt secundarii, ac *metonymici*, ab *afflatu noxio* subsumti. Sive ergo hanc, sive illam, quis sequatur Lectionem, שְׂמָמִית erit *adject. fœmin.* a *mascul.* שְׂמָמִי *venenatus*, *ipso afflatu venenans*; ex שְׂמָם veteri, quod est سَمَام, *flatus pestilens*, forma propagata. Inde ut *Arabes* truncarint suum سَامّ *Sâmm*, non patitur *Analogia*, est enim *partic. præs.* in *Kal*, resolvendum *Hebraice* in שׂוֹמֵם *afflatu pestilenti necans*. Hoc isti formulæ سام ابرص *afflator leprosus* solennius dicatum voluere. Ejus *fœm.* est سامّة שוממת in *Gjeubar.* ذات السم *præsenti necans veneno*. A سِمَامْ, *flatus pestilens*, quod tanquam *plur. collect.* سمّ *veneni* frequentant, descendit سماميّة שממית *afflatu inficiens*; ut a سم שׂם propagatur سمّيّة שַׂמִּית, item *veneno afflans*, a *mascul.* سمّي שַׂמִּי, contracto pro שְׂמָמִי. Hæc apud *Avicen.* aliosque passim occursant; in *Lexicis* autem talia vix ac ne vix quidem comparent, quod infinitum foret id genus *formarum*, ultro ex quavis propagine suppullulantium, persequi. Hæc autem ipsa *Origo*, sic ducta, *Salamandræ*, ut pestilentiori adhuc, quam est *stellio*, præcipua in vocabulum nostrum jura videtur vindicare. Graviter *Plin. Lib.* 29: 4. *Inter omnia venenata Salamandræ scelus maximum est. Cetera enim singulos feriunt, nec plures pariter interimunt: Salamandra populos pariter necare improvidos potest. Nam si arbori irrepsit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint necat frigida vi; nihil aconito distans. Quin imo si contacto ab ea ligno vel pede*

29 שלשה המה מיטיבי צעד וארבעה מטיבי לכת :

30 ליש

29 Tria sunt quæ magnifice gradiuntur; imo quatuor strenue procedentia.

30 Leo,

pede crusta panis incoquatur, idem veneficium est: vel si in puteum cadat. Quippe cum saliva ejus quacumque parte corporis, vel in pede imo, respersa, omnis in toto corpore defluat pilus. Talis ac tanta vis veneni tamen &c. &c. &c. Vero ergo nomine שממית appellitata, quæ *totos* etiam *populos adflare* potest, iisdemque שממה *siderationem* inferre. Quam acutum cernant *Rabbini* in naturis animalium, obiter hac occasione subindicabo. In *Tanchuma fol.* 18. narratur, *ex vitrariorum fornacibus, quum continuum arsere septiduum, exire animal simile araneo, quod vocitetur* סלמנדרא *Salamandra.* Ex tam lepido commento pro *Salamandra* in nostrum textum surrepsisse suspicor illum *Araneum*, qui jam plerasque versiones obsedit. Videant, quibus oculi in fronte, qualibus in cassibus per neglectum *Dialectorum* obhæreatur. Hujus *Salamandræ* geminam germanam *Arabes* etiam appellant وحر ٨ וחרה ab *ardore*, sive *æstu veneni.* De ea hæc in *Camuso* الوحر ٨ وزغة كسام ابرص لا تطاء شيا الا سمته *Wachra vocitatur lacerta similis afflatori leproso* (*Sâmm abratz*, de quo supra) *quæ nil calcat, quin* שמתה *veneneт illud.* Hæc de *litera.* Ad *figuram* teneatur idem illud وحر ٨, *Salamandra* in *Camuso* exponi امراة ٨ ذميمة قصيرة ٨ *mulierem viliorem, brevioremque.* Ratio cuivis obvia. Iterum *Camus.* in وزغة *Salamandra*, vel *stellio*, postquam monuisset, idem valere quod سام ابرص *Sâmm abratz*, atque ita dictam esse لخفتها وسرعة حركتها *ob agilitatem & celeritatem motus*, subnectit, denotari quoque hac voce الرجل الحارص الفسل *virum lucripetam, sequioris indolis:* quin الاوزاغ الضعفاء *stelliones vocitari omnes humiliores, sive viliores.* Majorem quoque *lacertum* illum, quem ضب צב appellarunt *Hebræi* & *Arabes*, sive *Crocodilum terrestrem*, ad idem *ultimæ vilitatis* maledictum transtulere: unde in *Carm. Ibn Doreid*:

مَا خِلْتُ أَنَّ ٱلدَّهْرَ يُثْنِينِي

عَلَى ضَرٍّ لَا يَرْضَى بِهَا ضَبُّ ٱلْكُدَى ۞

Haud opinabar enimvero Fortunam me deducturam
Tam duram ad sedem, in qua ne residere quidem velit duris suetus lacertus.

Apposuit *Schol.* الى حال لا يرضي بها السوقة والاذناب *ad conditionem, in qua haud acquieverint vilis plebecula, & abjectissimi mortales.* Agmen claudat *Suidas* in voce Σαῦρα, & σαῦρος, ἑρπυστικὸν ζῶον *reptile animal, stellio*; cui hos subjecit Versiculos:

Σαύρῳ δὲ λοιπὸν ἐμφερὴς ἐγένετο.
Ἑρπυστικὸν δὲ τοῦτο τὸ ζῶον γένος.
Ὃν εἰ τέμοι τὶς καὶ διασπάζοι μέσον
Ἕλκει μὲν αὐτοῦ σὺν κλόνῳ τὰ τμήματα·
Συνέρχεται δὲ καὶ πάλιν τὰ λείψανα.

Stellioni vero deinde similis exstitit.
Quod quidem genus reptilis animantis est:
Quem si quis secet, distrahatque medium;
Trahat quidem illius cum strepitu dissicias;
Sed coalescent mox iterum reliquiæ.

Habes patentiorem adhuc prospectum *versutiæ versutissimæ*, & *compactionis compactissimæ*, πανουργίας πανουργοτάτης, quam cum *literalis* tum *figuratior* sensus recipere possunt.

Vs. 29. Nobilioris generis subtexitur *quater-*

30 Leo, Heros in animalibus; qui non retrogrediatur metu cujus tandem cumque.

31 In-

30 ליש גבור בבהמה ולא ישוב מפני כל:

31 זרזיר

ternio; quo lustrantur *animalia*, in quibus eminet *celsus* & *magnificus gressus*; *animi excelsi* argumentum, videlicet. Non idem proinde resonant duo hæcce cola; multo minus posterius supervacuum. Prius מיטיבי צער *bene*, *pulchre*, *decore*, *magnifice gradientes*, referendum censeo ad *corporis habitum*, *ingressumque*; in quo dignitas, gravitasque singularis, conspiciatur. Alterum מטיבי לכת *bene*, *pulchre*, *magnifice procedentes*, pertinere autumo, ad *universam agendi rationem*; in qua consimiliter aliquid speciosum, grave, admirandum, reluceat. Verbo צער subesse *grandiorem gradum*, *gressumque*, ut sic dicam, *scansorem*, ac *superbum*, supra monui. Omnia loca hanc vim tam insignite ingerunt, ut mirum sit inde desciscere ausos Interpretes *Job.* 18: 14. ubi omnino, si genio Linguæ litatum volumus, reddendum, *& gradientur in eum*, *ad instar Regis*, *terrores*. Sed hoc in *Comment.* late discussum.

Ad לכת, nostro sensu sumtum, teneatur germanissimum *Mich.* 6: 8. הצנע לכת *exasciate*, *sive modeste*, *incedere cum Deo*. Item *Job.* 34: 8. ללכת עם אנשי רשע *ad incedendum cum hominibus improbis*. Agmen talium produci posset.

Vs. 30. Primus in medium prodit *Leo* ליש, non sane *decrepitus*, ut *Rabbini* narrant, sed *robustissimus*; a לוש لاث *convolvere*; unde لوث *robur convolutum*, & *compactum*. Hinc لايث in *part. præs.* duci posset, quasi *Leo compactissimus*, qui & ليث *med. Je*: unde pullulavit iterum لايث *Leonem imitatus est*; & تليث *animo leonino fuit*. Minus rite in *primarium* hæc gradum immissa *Hieroz. P.* I. p. 721. Ad aliud tamen Etymon invitat usus ejusdem *Thematis* לוש لاث in *depsendo*; φύρειν, a *convolutione massæ*; unde ut *Græcis* αἵματι φύρειν *sanguine depsere*, insigni figuratione, dicitur *Leo sternens*, & *cruore fœdans*; ita apud *Arabes* اللايث appellatus videtur *Leo*, quasi *strator*, & *fœdator prædæ*. Hæc alibi executus, nunc tantum attingo. Vocabulum גבור hic summam suam Emphasin exerit, atque *Bellatorem invictum*, *Heroa*, consignat. Reliqua quæ ad *gradum magnificum*, nec non *universam indolem*, *animosque Leonis*, pertinent, copiose edissertata *Hieroz. P.* I. pag. 724. *& seq.* quorsum remitto. De *Allegoria* inferius dispicietur.

Vs. 31. Alterum animal, per *Periphrasin* designatum, non nominatim expressum, magnam dedit turbelam. In multa nempe quadrat *succinctus lumbos*: ut divinandum fere sit, quum nuspiam hæc *Phrasis* recurrat, quid intendatur. *Veteribus* I. placuit *Gallus*, quin a LXX, de suo etiam addentibus inductus ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὔψυχος. Argutiola ex מתנים *lumbis* exsculpta. Modestius *Vulgat. Gallus succinctus lumbis*. *Aquila* & *Theodot.* ἀλεκτρυὼν νώτῳ, invenuste. Quid *Symmach.* voluerit suo περιεσφιγμένος τὴν ὀσφὺν minus compertum. *Alexandrinis* subscripsit *Cler.* ad *salacitatem* trahens, & *frequentiam coitus*; observansque ex *Plin.* *lumbis adustis Gallos castrari*. Impulit Virum doctum alia adhuc argutiola, quod *Regem* hic pingi censebat tanquam *Gallum inter Gallinas*; quo de infra. Utrumque, mihi quidem, peralienum a dignitate hujus *quaternionis*; neque in *Linguæ usu* quicquam ei præsidii. Minus quoque respondet, II. quem plurimus firmavit calculus, *Canis venaticus*, sive *leporarius*; de quo *Ovid.*

Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.

Itemque *Gratius*:

Adstricti succingant ilia ventris.

Convenit *Character*. Habet quoque *dotes* eximias hicce *ventipes*; *lælaps*: sed nec *dignitatem* habet huic seriei congruentem; nec

31 זרזיר מתנים או תיש ומלך אלקום עמו׃

31 Infibulatus lumbos *Equus*; itemque Hircus; & Rex, ne-stare cum eo.

32 אם

32 Si

nec auctoritate *Linguæ* suffulcitur. Precario quoque adducti, ab aliis III. *Pardus*; ab aliis IV. *Aquila*, ab aliis iterum V. *Apis*; vana & vaga jaculatione; qua ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρὸς· *Thalmudici* VI. dedere *sturnum*, qui *Arabibus* زرزور זרזור; sed nec צייר habet; & mostellum locutionis est, *sturnus lumborum*; quamvis *celer* sit, & *catervatim volans*, quodam *pilæ orbe circumagatur*, *omnibus in medium agmen tendentibus*: ut *Plin.* tradit L.10: 24. *Cocc.* VII. hæsitabundus, *quid impedit derivare a Chald.* זרז, idem *notante* quod אזר *succinxit*, *cinctum lumbos? si tamen animal est: potius indefinite velocissimum quodvis*, *quod sit quasi* ἐζωσμένον τὰς ὀσφύας, vel διζώνιος, *quam certam speciem intellexero.* Ita in *Commentar.* Idem in *Lexico* tenuit: δίζωνος a *Chald.* זרז; *vel de homine*, *vel de animali quovis velocissimo.* In derivatione ista, ad quam *Rabbini* præivere, *Analogiæ* haud litatur; quæ postulat *Radices* vel זרר *med. defect.* vel זור *med. quiesc.* alias a פקר accessione ר *Resch* פקריר *propagari* eodem jure tendi posset. Abnorme. Cur autem *certam speciem* hac *periphrasi* signari negetur, haud exputo, quum series & *numerus quaternarius* eam deposcant. Ad *hominem armis accinctum* inclinat *Gusset.* item nimis vage, & præter scopum. Mihi olim suspicio incessebat VIII. respici *Asini Sylvestris* pulcherrimam & nobilissimam speciem, qui in *Commentar. Hist. Æthiop.* a Cl. *Ludolf.* productus *pag.* 150. atque etiam effigie oculis fidelibus traditus. Ei universum *corpus lineis*, tanquam *fasciis*, mirifice *substrictum*; & quasi ornamenta atque insignia sua sentiret, *superbo* plane *gressu* se infert, atque *in Asino Equi animos* ostentat. Rarum animal, tamque pretiosum, ut inter *dona* honoraria, quæ reges mittunt regibus, principem locum obtineat. Conjici posset tali munere, ex *Æthiopia* per *Arabiam Felicem* submisso, donatum & *Salomonem*, atque inde occasionem hujus dicti natam. Sed id *primo* totum conjectaneum. *Secundo* non *lumbos* tantum *fasciis substrictos* sed *universum corpus iisdem innexum* atque *redimitum* gerit. *Tertio*, ignotius hoc animal in *Palæstina*, quam ut in *quaternionem* nostrum inseri potuisse videatur. Vincat ergo IX. qui omnibus palmam præripit, *Equus*, aptissimus profecto huic filo; quique ex hoc censu vix ac ne vix quidem omitti potuit. Huic, a *Jun.* & *Trem.* inducto, defensorem se dedit *Boch. Hieroz.* P. I. p. 102. sive a *cingulo* ita appellatum quis velit, sive a *firmitate* & *robore lumborum.* Utrumque jungas licet. *Claudian. Zonam* vocat illud *cingulum*, ut *Græci* ζώνην; unde & δίζωνος in *Equo* usurpatum. *Balteum* idem appellavit in *Epigramm. de Zona Equi Arcadii* 21.

Stamine resplendens, & mira textilis arte
Balteus alipedis regia terga liget.
Hoc latus adstringi velox optaret Arion,
Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

Præcedenti *Epigr.* 20. dixerat:

Dumque auro phaleræ, gemmis dum frena renident,
Hac uterum Zona cinge frementis equi.
O quantum formæ sibi conscius, erigit armos;
Spargit & excussis colla superba jubis.

Iterum *Epigr.* 23.

O felix sonipes, tanti cui frena mereri
Numinis, & sacris licuit servire lupatis.
Accipe regales cultus, & crine superbus
Erecto, virides spumis perfunde smaragdos.
Et medium te Zona liget - - - -

Adde magnificentissimam *Equi bellatoris* descriptionem *Job.* 39. tam splendidis coloribus illuminatam, ut inde noster *succinctus lumbos* ab omnibus agnosci potuisset, si & *seriem* & *Linguæ potentiam* consuluissent. Quoad *seriem* quidem, nemo negare sustinuerit, *Equo bellatori* prima in eam jura competere. Nil sane *gressu*, *incessu*, omni *ratione*, *superbius*, *animosiusque.* Pro *Lingua* ad-

adduxit *Boch.* محبوك *substrictum*, in *Camuso* expositum الفرس القوي *equus fortis*, absolute. Addo plenam formulam ferre محبوك المتنين *substrictus lumborum*. Ad rem quoque facit istud verbi frequentari in *substricta Zona*, vel *cingulo*, quod vocatur זור زوار, apud *Golium* notans speciatim *funem inter cingulum posterius jumenti & pectorale.* Ibidem in *Camus.* subnexum زرت البعير זרת אלבעיר شددته به *inde est*, *adstrinxi jumentum illo fune*, sive *cinguio*. In II. quoque زور الشي *adstrinxit rem*; *roboravit*, *firmam reddidit*; & الزور *fortis*, *validus*: & *substant.* الـقـوة *robur.* Omnia a *torquendo*, & *torto flexu*; quæ vis in IX. & XI. regnant, ubi ازوار & ازور est, *flecti torquendo.* Inde omnes notiones apud *Golium* emanarunt. Origo eadem *Hebræi* זר *alienus*, *diversus*, quasi *deflexus* & *detortus*. Habes proinde, *Analogia* duce, a זור descendens *quadriliterum* זרזר *valide intorsit*, *instrinxit*: atque inde *instrictum lumbos*, imbre proclivius. Monui a זרר quoque, secundum *Analogiam*, posse deduci. Id in *Arabum* divite *Dialecto* asservatum, ejusdem est *Originis*, & specialius frequentatur in *adstrictione per fibulam*, ut in *Golio* habes زر זרר *globulo* seu *nodo in laqueolum immisso*, *seu fibulam*, *connexuit* vestem; *fibulavit.* Inter ejus *secundarias* virtutes reperias ibidem *num.* 6. *multo polluit intellectu*: *sapuit post vecordiam*; quasi dicas *infibulatus est*; qui ante *discinctus ibat.* Hinc nostrum זרזיר מתנים prono quoque alveo defluxerit, quasi *infibulatus lumborum*: Epitheton *Equi*, & Character signatissimus. In *Camuso* sub hocce زر extat *quadriliteram* زرزور זרזור, unde زرزور مال appellari dicitur عالم بمصلحته *qui callet opes bene administrare*, q. d. *instrictor*, vel *infibulator opum.* Pro eo & زرة مال *infibulatio opum* effertur, *abstracta* forma loco *concreta* adhibita ad gratiam & Emphasin; idem illud زرة *Zirra*, & *Zerra* per *Phata*, nobilitatum in *Equo bellatore*, quo usus *Abbas Ibn Mirdas*, *Tzabahita*, وكان يقال له في الجاهلية فارس زرة *qui in gentilismo* ante Muhammedem *appellitari solebat*, *Eques Zirræ.* Ei ab *infibulatione* nomen inditum; quod esset مزرور מזרור מתנן المتنين *infibulatus lumbos*; id est, معقود القري *instrictus*, *innodatus dorsum*; sive *dorso* & *lumbis validissimus*; atque *fatigari nescius.* Memorantur ibidem duo alii adhuc *Equi prænobiles nobilium inter Arabes Virorum*, quibus idem titulus additus. Hinc luculentissime tandem patet sive *Thema* statuatur זור, cum *Bocharto*; sive זרר; *succinctum lumbos* signare *Equum*, & quidem ἄζωνον, ac *cursorem*, *bellatoremque.* Æquæ ferme lances, & paribus ponderibus examinatæ: nisi quod aliquid momenti trahere queat ad زر זרר *fibulavit*: eo quod *infibulatus lumbos* adhuc illustrius quid adferat; quod simul consignare queat *gracilitatem* cum *firmitate lumborum* conjunctam, quæ in *Equis cursoribus*, & *bellatoribus*, dilaudari solet. Sic exibit tandem nobis περιεσπαρμένος τὴν ὀσφύν, vel περιεσπαρμένος *Æschyleo* verbo, *fibulatus lumbos*; ἐμπεπερπαρμένος *infibulatus.* Hoc potentius quam ἐζωσμένος τὴν ὀσφύν, sive *proprium* spectemus usum, sive *improprium.* Non multum abludit, *fibulam imponere* apud *Latinos*, & *fibulam* sibi *adstringere*; paulo diversius quidem illud, ratione *metaphoræ* in *Tragœdis Comœdisque* voci servientibus, atque a *Venere* abstinentibus; sed latius usurpat *Tertull.* cui contrarium *relaxare* sibi *fibulam*, est *cupiditati indulgere*: nemo interim, qui genium callet *Latii*, addubitet, quin *infibulare lumbos* appositissime dici queat; atque fortius adhuc aliquid, ac figuratius, adferat quam *lumbos succingere.* Ita quidem *Equo* vel *cursori*, vel *bellatori*, id juris adstructum, ut citra ullam hæsitationem in loci hujus possessionem videatur immittendus. De *Allegorico* adspectu, quem materia ultro trahit, commodius infra agetur. Ad copiam *Linguæ*, & elegantiam, pro coronide apponam cothurnatissimum locum *Ispahanensis*, in *Hist.*

Sa-

Salad. *Dithyrambico* spiritu conceptum, *pag.* 697. ubi acerrimæ hyemis vim describens sic *Pegaso* suo calcaria subdit;

وَحَدُّ ٱلشِّتَاءِ حَدِيدٌ وَٱلْجِبَالُ
قَدِ ٱشْتَعَلَتْ رُؤُوسُهَا
شَيْبًا وَٱلثُّلُوجُ قَدْ زُرَّتْ
عَلَى أَعْنَاقِ أَطْوَادِهَا جُيُوبًا

Acies autem biemis erat penetrantissima; ita ut montium vertices canicie splendicarent; & nives ad colla omnium eminentiarum sinum consibularent. Non injucunda *Phantasia*, qua *nivalia* illa *vincula* comparantur *fibulis arctissime adstrictis*, & *innodatis*. Temperatius *Hariri Conf.* 44. وكانت ليلة جوها مقرور وجيبها مزرور ونجمها مغموم وغيمها مركوم *Erat nox, cujus aër frigore concretus, & cujus sinus fibula adstrictus; & cujus stella nubibus obducta; & cujus pluvia alia super aliam congesta ac compacta.* Omittere etiam nequeo, ut quid Linguæ Linguis conferant percipiatur, derivatum nostri *Thematis* زرر זררה in *Camuso* declarari; ما رميت به في حايط ولزق به *Id quod injicis in parietem, quodque ei inbæresit.* Hoc quid cum *fibulatione*, id sonat *forma* ista, commune habeat, docebit *Colum.* L. 1: 6. *Omnesque parietum aut soli junctura testaceis pulvinis fibulantur.* Contra *diffibulare vincula laminarum* habes apud *Sidon.* 3: 3. Propius ad nostrum huncce locum, atque adeo recta illuc collineans, quod *Prudent. Psychomach. Vs.* 631. exhibet;

> - - - *Pax inde fugatis*
> *Hostibus alma abigit bellum*, DISCINGITUR *omnis*
> *Terror; & avulsis* EXFIBULAT ILIA *Zonis.*

Ibid. Tertius subtexitur *Hircus* תיש, cui LXX etiam de suo addidere, quod sensui esset illustrando, καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου, *& Hircus præcedens gregem caprarum.* Idem expressere *Syrus* & *Arabs*, quin & *Chald.* feliciter emendatus a *Boch. Hieroz. P.* I. p. 649. *Dialecti* omnes in hanc notionem conspirant. *Arabica* reliquis copiæ palmam aufert. Inde constat, hoc nominis datum *mari in genere caprarum, & dorcadum*, & quidem jam *provectiori*, ut *Golius*; vel ut *Boch.* vertit, *quum primum annum attigit* اذا اتي عليه سنة quod ad verbum sonat, *quum transiit super eum annus.* Tum scilicet incipit *cornu ferire*, unde nomen ei injunctum submoneo: nam تاس תרש & תיש est *trudere*: indeque in III. المتايسة والتياس الممارسة والمكابسة والمدافعة *infinit. formæ* תיש, & מתיישה signant *collisionem, & conflictum, & trusitationem mutuam.* Abundantia pecoris & alia peperit nomina; ut עתוד quasi *paratus* & *promtus in pugnam*; שעיר *pilosus, birsutus*; quæ *Epitheta* primum, mox vices suscepere sui *substantivi.* Perspectum id in שעיר *Aquilæ*, τράγῳ reddenti. Ejusdem indolis appellatio quarta צפיר; in quo aqua hæret *Bocharto*, existimanti id *matutinum* denotare; & subjicienti, *quo nomine cur appellatus fuerit bircus nemo facile dixerit.* Sane vero; inde quidem; sed צפר صفر *Hebræis* fuit *torsit, intorsit*; unde צפיר *tortipilum* designat, *birsutissimum*, sive *pilis retortis borridum.* Quod ad *Gnomen* nostram attinet, *Hircum* cum *pompa incedere*; & *cornibus* ac *barba* sua velut *superbire*, ab Auctoribus quoque annotatum. Insignis locus *Ælian. Hist. Lib.* 7. *Cap.* 26. a *Bocharto* adductus: ubi inter alia habes *Hircum dedignari* οὐραγεῖν *extremum agmen cogere*, ἀλλ' ἡγεῖσθαι αὐτὸν δεῖν καὶ ἐκ τοῦ βαδίσματος ὁμολογεῖν, τῷ γενείῳ θαῤῥῶν, *sed sibi Ducatum deberi ipso gradiendi modo præferre, Barba confisum.* Itemque ex *Poll.* ὁ τῶν αἰγῶν ἡγεμὼν τράγος, *caprarum Dux Hircus est.* Consimiliter *Jer.* 50: 8. *Exite & estote* כעתודים לפני הצאן *tanquam promti bircorum ante gregem.* Ex illo, aliisque locis, *Allegoricam* quoque *vim* subjectam fuisse *Hircis*, evidens. Quid hic innuatur, infra discutiemus.

Ibid. Quartus & supremus subscritur *Rex* ma-

magnifico Titulo decoratus אל־קום עמו. Mire LXX δημηγορῶν ἐν ἔθνει· itemque *Chald.* ממלל בית עממה *concionem habens in populo suo.* Ex *Arabico* fonte hæc hausta; nam קום *statio*, significat sæpe *populum in corona adstantem*, & notus *Arabum* articulus *Emphaticus* אל *al*; quasi, ὁ δῆμος μετ' αὐτοῦ. Supra habebamus, *in compactione populi gloria Regis; at quum expirat glutinata concordia, consternatio est maciem ferens.* Sic exiret, *quicum populus.* Ferri potest: sed longe præfero, *non est stare cum eo*, quod hic dari solet: vel figuratius adhuc, fortiusque, *ne-stare cum eo;* hoc est, *cave resistas ei:* quale illud, *Noli tangere*, *cave tangas.* Ambigere non patientur ea, quæ *Cap.* 12: 26. annotavi ad sororium אל־מות *Ne-mors*; ubi submonui jam *Ne-stare cum Eo* hic spectari tanquam *Titulum fronti Regiæ inscriptum* veluti, quo *Majestas* ejus *tremenda* sanciatur, atque cuivis inculcetur. Particula עם *cum* sæpe *bellica* est, & *adversam aciem* signat 2 *Chron.* 13: 3. *Jeroboamus* ערך עמו מלחמה *instruxit cum eo prælium* &c. Cum nostro קום *stare Ps.* 94: 16. *quis* יקום לי עם מרעים *stabit mihi cum maleficis? quis* יתיצב לי עם פעלי און *in acie se sistet mihi cum operantibus vanitatem?* Nimis dilute Cl. *Cler. ne surgas cum illo*, i. e. *ne te ei æquiparaveris:* subdit; *sensus quidem non male convenit; nihil tamen definimus; posset enim subesse mendum, quod ne divinando quidem assequi possumus.* Cur quæso? an quia gemmula est præradians, cui similis haud occurrat? Eodem jure *unionem* abjecerit urinator, quia *rarior* est & *vagrandis*; metuens ne pro *thesauro lapidem* quod dicitur, vel *carbonem*, forte collegerit.

Ibid. Non putem quemquam, qui *quadratum* huncce *globum* lustrarit, & expenderit serio, a se impetraturum, ut existimet, non alium scopum Sapienti fuisse propositum, quam quem simplex *Litera* offert, atque dignitatem harum sententiarum intra *gressum* & *incessum magnificum*, qui in *quatuor* hisce elucet, concludi. Ne *Mercer.* quidem I. alienior alias ab *Allegoria*, eam plane dimittere sustinuit; subjiciens paucis, *ad exemplum Lorum quatuor tacite indicatur, magnifico nobis gressu, & cursu irrevocabili, ac decenti, procedendum esse in nostris actionibus.* Ulterius non progreditur, sed rem cuique enucleandam relinquit. Judicium Cl. *Cler.* II. sic habet. *Nescio an non hoc loco, & similibus, sit latens comparatio; quasi diceret Agur; sibi, cum videt Regem, purpuratis & satellitibus cinctum incedentem, videri oculis obversari Hircum antecedentem Caprarum gregem, aut Gallum inter Gallinas incedentem, aut Leonem denique graviter gradientem. Qua comparatione occultior Regum, pompa nimium gradientium, castigatio contineri videtur: simulque admonitio privatorum, ne sese Regibus æquiparare sustineant, quibus non magis resistere queant, quam capræ Hirco, gallinæ Gallo, ceteræ pecudes Leoni. Sin minus, magna parti hujus Capitis nullus inesset sensus moralis; quod vix crediderim.* Merito non credidit; sed hos lusus hilariores, & liberiusculos, hic quadrare, haud existimem Viro Erudito accredituros, qui modo attenderint *Majestati isti* cui *Titulus* additus אל־קום *ne-stare cum eo*, haud parum decessurum, si compararetur *Gallo inter gallinulas*, aut *Hirco inter capras versanti.* Id *Comicum* plane esset, & *ridicularium* magis quam *serium*, atque severum. Ne *moralem* quidem hunc *sensum* dici posse autumem, nisi admodum dilute. Filum denique deserit Vir Doctus *tria priora animalia* in *Regem* אל־קום transferens; quum *Agur* proponat *quatuor imagines Emblematicas*, uno *gradu* & *ordine* collocatas, ad consimilem *gressum incessumque*, sublimiore in campo, commendandum omnibus, qui ad veram animi magnitudinem & exaggerationem adspirant. Sensum *Propheticum* hinc pro suo acumine exsculpsit III. *Lyran.* quatuor *Monarchias* arripiens; ita, ut *Leo* pingat *Nebucadnezarem*; itemque *Gallus Cyrum*; ut *Hircus Alexandrum M.* & *Rex cui resisti nequeat*, *Romanum Imperium.* Simile quid jam ante eum muginatus erat *R. Salom.* Mitto *Glossam ordinariam* IV. qui e prioribus exsculpens *Prædicatores Euang.* & *Sacerdotalem ordinem*, quibus *persecutio* fortiter sit toleranda, e *Rege* illo *formidoloso* extudit *Antichristum*; quem nemo, vel per somnium, credo, hic expectasset. Cl. *Cocc.* V. pro perpetua sua *Hypothesi* etiam *Prophetiam* tenere coactus, decentius *hoc* in *Rege ἀνθιστάμενος* suspexit ipsum *Christum*, prægressis *coli* quoque repræsentatum, quippe *cujus* imi-

32 אם נבלת בהתנשא ואם זמות יד
לפה :

33 כי

32 Si marcidus temet extulisti, & si substricta egisti nare; manum ad os.

33 Nam

impetum ut nemo sustinere possit, *ita celeritatem Ejus in Regno & Judicio suo comparari cum incessu Leonis*, *aut succincti lumbos*, sub quo subordinat תיש *Hircum*, tanquam *exempli causa* appositum. Apparet cur per זרזיר מתנים *succinctum lumbos* noluerit Celeberr. interpres *certam speciem* designari, ut ita תיש *hircum* huic *generali* appellamento subjungere posset. Id supra abunde revictum. Hic tantum animum adverti velim, quod & *num.* II. vidimus, filum nostri glomeris rumpi, quum *tria priora* tanquam *Emblemata* capiuntur *quarti & postremi*; omnia enim *cola* unam contexunt seriem; atque amicissime concurrentia, unum in centrum conspirant. Hoc, seposita *Prophetia*, quam hic *directe* admittere, & urgere, haud sane tutum, aliud statui nec potest, nec debet, quam *omni Virtutis & Religionis cultori*, sub quacumque tandem *Oeconomia*, imitandam esse *magnanimitatem & exaggeratam* illam *indolem mentis celsioris*, quæ in *Leone*, *Heroë* inter animalia, *Equo bellatore*, *Hirco gregis ductore*, *& Rege invicto*, quin *omnium* perpetuo *victore*, ac *triumphatore*, concelebratur. Omnibus, omni tempore ad communionem Dei evocatis, incubuit, incumbit, atque incumbet, sese tum *gradu*, tum *incessu universo* vitæ, *Leones* præstare *intrepidos*; nec non *Equos infibulatos lumbis* הודם במלחמה *quorum Majestas in prælio*; itemque *fidos & firmos ductores*, ad *instar Hircorum* qui *greges antecedunt*, ut vel *privatam*, vel *publicam rem*, sua quique in statione, *strenue procurent*: postremo *Reges* sese *gerere* supra *omnia humana evectos*, atque *Fastigium eminentiæ*, *dignitatis*, ac *gloriæ suæ sentientes*; ne unquam de *gradu demoveantur*, multo minus *rebus succumbant*, sed *celsum*, *invictum*, & vere *Regiis dotibus præfulgentem* in omnibus *animum exerant*. Hæc quisque sibi, pro cujusque *Emblematis* amplitudine & ubertate ferme inexhausta, amplificare poterit: nec jam vel desiderari, vel a me expectari existimem, ulteriorem materiæ copiosissimæ deductionem. Eam per *quatuor Virtutes principes*, a *Veteribus* celebratas, *Fortitudinem*, *Continentiam*, *Prudentiam*, & *Justitiam*, illustrare atque exornare forte quis posset, cum Doct. *Bayno*; ut *fortitudo* per *Leonem*, per *Equum succinctum lumbos* repræsentetur *continentia*, per *Hircum Ductorem*, *prudentia*; per *Regem* denique *justitia*. Sed ut verum fatear, haud adeo delector isto genere subtilitatum: neque adducor, hanc *Philosophorum arbitrariam* utique *partitionem Sapienti* nostro hac in Tabella obversatam: per quam *imagines* nostræ ex *latissimo*, quem nunc obtinent, *campo*, & *spatiis liberrimis*, *arctiorem* quæque *in gyrum* redigerentur.

VS. 32. Illustris *Gnome*; quæ proxime prægressis intime innexa, iisdem *coronidem* imponit per sane opportunam. Nervum ei incidunt, I. qui cum *Pagnin.* reddunt, *Si cecidisti quum te efferres*, *& si cogitasti* malum, *manum ad os* pone. Par non est ut נבל *marcuit*, cum נפל *cecidit* confundatur; quamvis vulgaris sit error. Rectius *Merc.* II. *Si stultus fuisti efferendo tete*; *& si cogitasti* aliquid nefarium, זמה scelus, *manum ad os.* Minus rectum interim, quod *aliam* hic *sententiam suscipi* censeat, quæ cum præcedentibus non cohæreat. Sub nexu *Cocc.* III. *Si perperam egisti*, *efferendo te*, *& si cogitasti*, (sive *propositum habuisti*) *manum ad os.* Ita autem copulat: *Explicationi velocitatis Christi recte subscritur admonitio ista*, *ut qui stulte atque profligate egit*, *desistat in tempore*, *atque etiamsi propositum apud animum suum habuit*, *manum ori injiciat*, *& testetur se non habere ἀνάγκη εἶμαι*; *neque pergat Eum irritare. Nam ut pressio lactis butyrum*, *& pressio nasi sanguinem*, *ita pressio iræ producit contentionem VS.* 33. *Atqui nemini bonum potest esse Regem illum*, *cui nemo resistere valet*, *accedere ad contentionem.* Semel defungi satius fuit, ut quo collinearet. Clar. Interpres, dispateret. Sed *Christum* proximis versiculis figuratum non alii sibi persuaserint, quam qui magnos in humeros recumbere doctum & pulchrum judicant. Propiore item vinculo *Cler.* IV. *Si vero stul-*

stulte, te extulisti adversus Regem, *si quidquam* perperam *cogitasti* de Eo; *manum ori* admove. *Nam qui emulget lac, educit butyrum* &c. Ad novissima illa sic commentatur. *Est comparatio ejus, qui inconsultis verbis cogit Regis iram erumpere, cum eo, qui pressis uberibus cum lacte pinguiores partes, quibus butyrum constat, exprimit; & cum eo, qui pressis naribus elicit sanguinem. Mollioribus verbis apud Reges agendum suadet, quos sapientes jubent compellare* ὡς ἥκιστα & ὡς ἥδιστα. Est connexio, quæ explicationi argutiori *Vs.* 30. 31. innixa, se æque parum sustinuerit. Longius adhuc in devia auferuntur V. *Jun.* & *Tremel.* & ipsi copulam daturi; *sensus est, ista quæ modo diximus, se efferant per nos licet: sed Virum Dei nolo altum loqui aut sapere.* Ad *Vs.* 33. subnotarunt, *stulto sermone tuo litem accenderes, & tibimet malum accerseres.* Apparet eos in pulcherrimis, quæ præmissa, *symbolis* nihil omnino vidisse; qui summarum *virtutum lumina* illa, atque *ornamenta*, in *vitium* traxerint. Circumcido alia adhuc, non minus contorta; exhibiturus VI. quod vis Linguæ & materiæ cogit. *Magnanimitas & animi exaggeratissima celsitudo* commendata erat per quatuor illustres imagines. Ea facile degenerat in *superbiam*, nisi *freno* moderationis sese temperet ac coërceat, *sui* præsertim *imperiosa*; *sui potens*; ne unquam quicquam *impotentius* erga quemcumque tandem admittat. Hoc *frenum* nunc subjungitur; & locus ita constituendus, *si marcuisti temet efferendo*; *manum ad os.* נבל *proprie* est *marcescere, emarcescere*; *succo vivo & vegeto carere.* Hinc נבל *stulto* nomen inditum, quasi *marcido*, sine *vigore*, sine *succo vitali virtutis*; qui *vitiis* suis penitus *emarcuit* ad *officia religionis, pietatis*, & *caritatis* præstanda. Ita נבל *Nabal* ille *Vs.* 22. hujus *Cap.* & passim alibi, usurpatur. Proprietas ab aliis etiam adstructa dudum, communem calculum ac consensum tulit, exemplis omnibus eam distinctissime præferentibus. Gravissime ergo prægressis subnexum; *Si marcueris, temet efferendo*; hoc est, si *magnanimitatem*, quam commendo, *affectans*, in *fastum & superbiam* evcharis, scias tantum hoc abesse a *nobili* illo *vigore mentis excelsæ*, quem ubique præstare debent, qui vere nobilia gerunt pectora; ut sit *merus marcor animi ignobilis*, ac *dejecti*; qui *magnitudinem* suam quærat in alterius despicatione ac contemtu. נבל *stultus* potius ac *marcidus* appellari tunc mereare, quam *sapiens, fortis, animosus, celsa spirans*; quippe qui *marcida patrares*, atque *efferendo te, temet dejiceres*, atque *de gradu*, in quo te locatum volui, ad omne genus vitiorum *præcipitares.* Eodem aurigatur ואם זמות, & *si* זמה *aliquid importuni facinoris in te admiseris*; eodem scil. prætextu *ab officio caritatis degressus.* Languidius exit *cogitasti malum*; vel *perperam egisti.* Licet quoque convertas, & *si ferocieris, si feroculum te gesseris.* זמם زمّ est *religare firmius.* Inde זמם *destinare secum*, vel *cum animo suo destinare*, & *moliri* aliquid gravius. Hoc *Lexica* per *cogitare* expresserunt; debuissent potius *moliri*; *machinari*; in bonum, in malum, vergens; desumta *metaphora* ab eo qui *jumentum suum alligat.* Inde, ut ad *Cap.* 14: 17. commonui, glossa illa apud *Golium* nostrum, تقدم *audaci animo aggredi.* Alio flexu زمّ رأسه *caput suum sustulit* præ superbia, quasi *adalligavit illud & retraxit retro*: item زمّ انفه *adalligavit nasum suum*, id est, *illum fastu suspendit*, & *corrugavit.* Absolute idem enunciatum, atque etiam זמם زمّ per تكبّر *fastosius, ferocius, insolentius se gessit*, exponitur. Istam potentiam apud *Hebræos* etiam sub nostro *Themate* viguisse, plus quam verisimile ex *Cap.* 14: 17. Noster quoque contextus eandem ita affirmat, ut indubitata videri debeat omnibus, qui Veterem *Linguæ* ambitum ex oculis non dimittent. Pulchre succinit *arrogantiæ* huic *ferociori*, quæ *nasum corrugatum suspendit*, quæque *magnanimitatem* mentiens *dura & superba resonat*, cum alterius contemtu, extremum illud יד לפה *manum ad os*: hoc est, *comprime os illud feroculum*; *digito compesce labellum*; atque *vanitatem* coram Deo, coram hominibus, agnoscens, gravissimum *vitium* deplora, & depone. Hic adspectus *Phraseos* hujus *Job.* 39: 34. & alibi.

Vs. 33.

33 כי מיץ חלב יוציא חמאה ומיץ אף יוציא דם ומיץ אפים יוציא ריב׃

33 Nam pressio lactis elicit butyrum; & pressio nasi elicit sanguinem; & pressio narium elicit concussionem rixæ.

Vs. 33. Eadem incus tunditur; atque ista *superbia*, quæ sese *magnanimitate* & *virtutis* specie prætexit, elegantissimis retunditur figuris. Prima est, *nam pressio, compressio, lactis elicit butyrum*. Altera, *& compressio nasi elicit sanguinem*. Concluditur tertio, *atque compressio narium elicit rixam*. Hæc genuina est facies textus *Hebræi*, quam infuscarunt Versiones. *Pagnin.* I. dedit, *quemadmodum expressor lactis educit butyrum, & vehemens emunctor naris educit sanguinem; sic expressor furorum educit litem*. מיץ *participii* forma venire autumavit: *furores* expressit pro אפים *naribus*, nunquam sede sua movendis; etiamsi קצר אפים *curtus narium* designet *iracundum*: Phrasi ista tam parum *curtus irarum* efferenda, quam *Latina* illa affini *corrugare nares*; ubi si *iras* substituas, dignitatem *Linguæ* extinguas. *Merc.* מיץ *substantive* II. maluit: docte observans אף & אפים proprie *nasum*, ac *nares* notare, *in quibus quia iræ signum appareat, factum, ut hoc nomine etiam ira significaretur*. Addit, אף *primum, hic esse Nasum*; אפים *vero secundo loco positum, Iram*. Ejus commentatio sic habet: *Ut compresso lacte exprimitur butyrum, & naso compresso ac durius emuncto elicitur sanguis, quod emungenti sæpe perniciosum, sic ira concitata (quod compressionem iræ vocat) excitatur contentio; adeoque cavendum ne ira conciteris in quemquam; vel cuiquam bilem moveas; quia inde lis oritur, multorum & magnorum malorum causa.* Vides Eximium Virum in מיץ אפים fluctuasse, essetne *sibi* an *alteri bilem in Nasum concire*. Plurimi posterius elegerunt; ut de *Cocc.* & *Cler.* ex prægressa jam nota manifestum. Hac, credo, ducti ratione sunt, quod *comprimere iram pro ipsum in iram concitari*, durius foret; atque mollius in *alterius irritationem* sese daret. *Gejer.* III. cum *Pagnino* retinens, *expressor furorum*, utrumque accommodare nititur, quasi depingeretur *reciprocatio litis vehementius inter læsum & lædentem agitatæ*; *quum Læsus iram gliscentem in corde, (ex stultitiæ forsan admissæ correptione Vs. 32.) importunius ventilat, diutius tum personæ offendentis indignitatem, tum sui offensi auctoritatem, tum offensæ acerbitatem exaggerat* &c. *quum consultius fuisset iræ motus quantocyus coërcere ac reprimere, manuque ori admota sibi ipsi silentium imponere; neque alios ad iram temere porro provocare.* Hæc non e limpido fluunt. Omnibus sive hoc, sive illud sequentibus, fixum sedet, immotumque, *pressionem lactis, quæ butyrum eliciat*, æque in *malam partem* ferri, quam *pressionem nasi, quæ evocet sanguinem*. Atqui hæ *figuræ* multum a se divertunt; & *pressio lactis*, cum *butyro*, vel *cremore* inde proveniente, nihil quicquam commune habet *cum sanguine qui e naso vehementius presso exilit*. Hæc pari passu ambulare, nemo dixerit. Rogo etiam, quod sæpiuscule rogavi in assimilibus, an quisquam non dicam styli potens, sed proletarius etiam scriptor, sic comparare unquam vellet, *ut pressio lactis elicit butyrum; ita pressio iræ elicit rixam*. Hæc tam disparata, ut adversis frontibus pugnent. *Lac* & *Butyrum* omnia *blanda* & *mollia* figurant: atque מחמאות *Butyracea*, sive *Cremorem lactis referentia*, pro *blandimentis mollissimorum sermonum* veniunt *Ps.* 55: 22. Fieri proinde nequit, quin priore *colo* aliud intendatur, quod *clementiam* atque *bonitatem* spiret. Hoc autem quum a posteriore membro pendeat; inde mihi redordiendum. Nempe IV. מיץ אפים non reddendum *pressio iræ*, vel *furorum*; hoc enim omnes rationes conturbavit; & admirabilis *Gnomes* lumen extinxit: sed *compressio narium*; quæ hic venustissime posita pro *narium corrugatione* illa *superba*, qua aliis illuditur & insultatur. Redeatur ad *Cap.* 14: 17. ubi קצר אפים *curtus narium*, & איש מזמות *vir corrugationum*, qui *easdem rugare*, atque *frontem caperare* solet, conjunguntur. Hinc dilucet, nostrum מיץ אפים recinere ad prægressum אם זמות *si subtrictum rugaveris nasum*; si *fastosum* & *arrogan-*

gantem te gesseris; cum irrisu & contemtu aliorum, יד לפה *manus ori* admoveatur; *comprimatur* quantocyus *teterrimum vitium*, cum ejusdem deteſtatione. Huic præcepto, qua *manſueta* & *clementiſſima* commendatur *magnanimitas*, triga ſubnectitur ſententiarum: quarum prior jucundum fructum *manſuetudinis*; duæ poſteriores acerbum effectum inculcant *faſtus* & *ſuperbiæ*. Prima, in *bonum* haud dubie vergens, eſt, *nam preſſio lactis exire facit cremorem*, ſive *butyrum*: utrumque enim, ut vicina ſunt, vocabulo noſtro comprehenſum. מיץ *preſſio fricans*, ex *Origine*, ſive *frictio premens*. Inde & מוץ *gluma* nomen traxit; *Latinis* a *glubendo* dicta, *Hebræis* ab *effricando*. Iſta *confrictio* ad *ubera fricta*, atque *emulſionem lactis*, ſummo jure relata a LXX dantibus, ἄμελγε γάλα κ̀ ἔςαι βύτυρον. Hoc in *malum* ſe detorqueri non patitur. *Vulgat.* quoque nil niſi *bonum* quid intendere potuit, vertens, *qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum*. Eſt *Paraphraſis* ſatis commoda, & lucida; nam alia *preſſio lactis* hic concipi nequit, quam quæ fiat *emulgendis uberibus*. Illuc etiam collineabat *Chald. Nam exprimens lac, elicit butyrum*. Liberiuſcule *Syrus*, eundem tamen in ſcopum, *nam ex pinguedine Lactis exit Butyrum*. Quid Veteres viderint, voluerintque, in ſententia ita edenda, non liquet; id tamen ſatis liquido jam conſtat, mihi in meliorem partem hæc inclinanti, cum *Linguæ* genio, *Auctoritates* quoque adeſſe haud pœnitendas. Pervenuſta *clementiæ* commendatio; *mulſio lactis exire facit cremorem*, h. e. *ſi molli manu tractes* homines, *non cruda* illa, quam tendunt *feroces*, & *faſtoſi*, reddent *Lac*, reddent *cremorem* quoque, aut *butyrum*: reponent tibi *lactea*, reponent *butyracea verba*; atque adeo *jucundiſſimo* te *fructu* officii ipſis impertiti mactabunt. Eſt illuſtris imago, qua inſinuatur, eos qui *ſuperioris manui* & *imperio* ſubſunt, non *imperioſius* tamen habendos; ſed cum *lenitate patris familias*, aut *boni paſtoris*; ut ita viciſſim & ipſi *in omne officium* bonitatis, obedientiæ, ſubmiſſionis, ac fidei, *exuberent*. Contraria omnia redundant in eum, qui celſos, ut ipſe putat, gerens animos, *ſuperbius* tractat *inferiores*. Nempe *Preſſio naſi elicit ſanguinem*. Senſus primus, & *literalis*, nemini non obvius. Ultra eum procedi non video a *Commentatoribus*. Ne ulterius quidem procedere ipſis licuit, ob poſtrema minus rite intellecta. *Vulgati* illud, *& qui vehementer emungit, elicit ſanguinem*, duplicem quidem anſam præbet, duplicemque patitur intellectum, ſed an hoc voluerit, dicere non habeo. Eadem res & ratio cum LXX ἐὰν δὲ ἐκπιέζῃς μυκτῆρας, ἐξελεύσεται αἷμα. Non aliud dare vel voluit, vel potuit *Syrus*; quem grave vitium obſedit; editur enim, *& ſi compreſſeris manu tua frumentum, emanabit ſanguis*. Prodigium dirum enimvero! piaculo citra moram procurandum ܚܛܐ *frumento* commutato in ܚܛܡܐ *naſum*, μυκτῆρας, *extremitatem naſi*. Eadem veſtigia, ut ſemper, tenuit *Arabs*. At *Chaldæus* plane ſuus eſt, *naſum* ſumens *figurate*, pro רוגזא *fremitu*, hac mente, *& ex ſubactione fremitus exibit ſanguis*, מן כבושא דרגזא נפוק דמא. Hoc videtur intendiſſe, *eum qui alterius fremitum*, *iramve*, vult *compeſcere* ac *comprimere*, *anſam* facile *daturum*, ut *ad fuſionem ſanguinis veniatur*. Aliquid, tanquam per tranſennam, vidit: ſed, ut fit, oculo caligante deluſus. Retinendum omnino, *preſſio fricans Naſi elicit ſanguinem*. Hoc ſublimiore ſenſu valet, ſi quis *faſtoſe* & *ſuperbe præſit* hominibus, *bilis ipſis in Naſum concietur*, quin etiam *ſanguis elicitur*; hoc eſt, *adeo non reguntur*, *ſuper Naſum percuſſi*, & *inſolentius*, atque *cum faſtu*, *increpiti*, ut *ſanguis* potius inde *exiliat*; atque *exulceratio animi*, cum *cupiditate vindictæ*, conſequatur. Hoc pulchra formula apud *Arabes* effertur ارغم انفه ארעם אפה *tremere fecit naſum ejus*, id eſt, *indigno*, *contumelioſo*, *ſuperbo modo tractandi*, *bilem ei concitavit*. Inde percipies, quid valeat הרעים 1 *Sam.* 1: 6. In I. رغم *fremuit*, *intremuit*, adjecto, vel omiſſo انف אף *naſo*, eſt, *ægre tulit indignabundus*. *Non potuit vindicare ſe. Invitus ac renuens adactus fuit ad jugum durius ſubeundum*. Hinc apud *Golium* فعلت ذلك على رغم من انفه *Feci hoc cum maxime ringente & tremente naſo ejus*. Propius adhuc רעף رعف *hæmorrhagiam paſſus eſt*

Naſi

Nasi. Inde in X. signate استرعف *Naso quem prebendit, & traxit; ita ut sanguis efflueret:* pro *indignissime vexavit, raptavitque.* Recurrit hic exquisitior *Phrasis* فعلت ذلك على رغم من مراعفه *Patravi hoc cum maxime trementibus ejus partibus narinis sub hæmorrhagia;* quam *Gjeubar.* enotavit. Perpulchre in *Nawabig.*

من عرف المعارف عفر
المراعف ✡

Qui scientias comparavit, nasos sanguinantes in pulverem prostravit.

Hoc est, *cedunt arma Togæ, concedit Laurea Linguæ.* Hanc sibi gloriam vindicat *Abuzeydus* ille *Lingua* præpollens apud *Harir.*

تَحَكَّمَتْ بِمَا ٱقْتَنَوْهُ يَدِي
وَهُمْ رُغْمُ ٱلْأُنُوفِ ✡

Pro arbitrio in possessionibus illorum versatæ meæ manus, ringentibus eorum nasis.

Ita *alterum* quoque *Colon* pleniore in die relucet. In *tertio* turbarunt LXX ἐὰν δὲ ἐξέλκῃς λόγους, ἐξελεύσονται κρίσεις καὶ μάχαι. Similiter *Arabs* ان اجتذبت اقوالا *si extraxeris sermones* &c. quasi legissent אמרים. At *Vulgat. qui provocat iras, producit discordias;* eodem sensu, quem supra tantum non omnes secutos vidimus. Propius vero *Chald.* & *Syrus* מן חרינא דאפי נפק דינא *ex inflammatione vultus,* (vel *narium*) *exit contentio.* Ut genuinum decus dicti fulgeat, tenendum, quod sub initio dedi, *& pressio narium elicit rixam.* Illa *pressio* vel *effrictio*, pro indole *Linguæ*, & ductu nostri *ternionis*, alia concipi nec debet, nec potest, quam *corrugatio narium superba, fastosa, fastidiosa*, qua *inferioribus illudunt* atque *insultant*, qui *magnanimi* videri gestientes, revera *marcidi* sunt, *seque efferunt* אמצים *caput & nares* quasi *substringentes*, atque ex sublimi alios despicientes; ut *Vs. præced.* insinuatum. Huic explicationi fundamenta jam præstructa ad *Cap.* 14: 17. ut se vel inde satis sustentare posset. Præsidium addent, quæ ad *Cap.* 27: 4. deducta. Firmamentum denique præstabit *Cap.* 29: 22. ubi eadem *Gnome;* איש אף יגרה מדון *vir nasi* substricti superbius, & suspensi εἰς μυκτηρισμὸν, *agglutinabit litem.* LXX hoc in colo μυκτῆρες felicius adhibuissent, quam importunos illos λόγους; vere *logos;* nam τὸ μυκτηρίζειν haud dubie hac *figuratione* circumscribitur, quod *proprie* sonans *extremitates narium commovere*, sive μυκτῆρας *nares primores attrahere*, ac *corrugare*, latissimam ditionem occupavit *improprie*, atque pro *ludificari, irridere, insultare* frequentatum fuit. *Hesych.* μυκτηρίζει, χλευάζει. καταγελᾷ, ἀπὸ τοῦ μύζειν τοῖς μυκτῆρσι, *Naribus utitur, est illudit, deridet. Notio ducta a naribus pressis.* Apud eundem iterum; Μύζει, θηλάζει, λείχει. πιέζει; citra *figuram;* cui mox subnexum *figuratum*, μύζοντες, μυκτηριζόμενος. Graviter *Plutarch. tom.* II. p. 57. ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆσθαι καὶ καταχεῖσθαι, *totis naribus uti, & insultare alicui per summum ludibrium.* Itemque *Gregor. Nazianz. Tom.* I. 122. μυκτῆρος ὕβριν πνέων, *naris contumeliam spirans.* Non defugit *Apostolus* ad *Galat.* 6. Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Sic cumulatissima tandem emergit commendatio *Magnanimitatis mansuetudine clementissima temperatæ;* quæ *omnibus benigna* ac *lenis; neminem* unquam *ferocius irritet;* multo minus *protervius insultare* gestiat.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Verſ. 1 Directiones Lemuelis Regis: ſententioſa oratio,
qua erudivit eum Mater ejus.
2 Quid,

Verſ. 1 דברי למואל מלך משא אשר
יסרתו אמו׃
2 מה

Vſ. 1. Magno conſenſu tenetur, למואל *Lemouel* non alium eſſe quam *Salomonem.* Adjectus titulus *Regis* hoc ſatis pervincit. Ambigitur interim haud parum, quid in ſinu gerat appellatio iſta. Multi ὑποκοριστικῶς cenſent, ex שלמה *Salomone* deflexum, adjecto nomine Divino אל *El.* Id minus limpidum. Alii id reſolvunt vel in לְמוֹאֵל *ipſis Deus:* vel in לְמוֹאֵל *Deo ſacer;* ſive *a Deo ordinatus: qui Dei eſt:* mutato *Cholem* in *Schurek.* Ne hæc quidem talia, quibus acquieſci queat. Limpidiſſime exibit למואל idem plane ſonans, ex veteri *Lingua,* quod ידידיה *Jedid-jah* 2 *Sam.* 12: 25. *Dilectus Dei* quo nomine eum Mater *Bathſhebah* ibi inſigniviſſe memoratur. Tenerius adhuc, & intimius quid ſpirat *Lemouel,* a *Radice* olim *Hebræa,* quam *promi-condi* noſtri *Arabes* nobis reſtituunt למא *ult. Aleph,* & למה pro למו & למי, quæ unam *ſtirpem,* unam tenent *Originem.* Apud *Golium* habes ſub لمّ *injecta manu rem univerſam cepit;* nempe eam *ſibi* ut *peculium ſuum vindicans.* A *convolvendo* iſta poteſtas, ut *ſecundaria,* emanavit: nam اشتمل exponitur in *Camuſ.* quaſi *convolutum ſibi ſumſit.* Ejus *partic.* לְמוּא ملموّ *peculium* deſignat, & quidem *pretioſiſſimum,* *quod reconditur,* aut *deponitur* ad fidam cuſtodiam: & *fæmin.* לְמוּאָה ملموّة *locus ubi aliquid deponitur,* aut *aſſervatur.* Hinc jam לְמוּאֵל, & ſuppreſſo ex lege *Analogiæ* priori *Aleph* לְמוּאֵל ſignat *cariſſimum Dei peculium,* ſive *eum quem ſibi totum vindicavit.* Eadem virtus ſororio *Themati* לְמַו لمّ ſubjecta; unde prono quoque alveo derives licet לְמַו pro לְמַו; ut עָשׂוּ *elaboratus,* pro עָשׂוּ, atque alia ad eandem antiquiorem monetam, de qua *Inſtit. Gram. Reg.* CXXXII. Non abhorret, ipſius *Bathſhebæ,* ſapientiſſimæ mulieris, verba nobis hic exhiberi, quæ *Lemueli* ſint inſcripta, quod Ejus *juventuti* dirigendæ, atque erudiendæ, a pientiſſima Matre concepta ſint, ac conſignata. Character *Maternæ inſtitutionis* toto in *Capite* relucet, quod tenerrimos ubique adfectus ſpirat, atque ſollicitam curam erga hocce dilectiſſimum pignus; ut *Solio Patris,* quod conſcenderat, dignum ſeſe præſtaret. *Matris* quoque tantæ, atque tam teneræ, omnino exiſtimem eſſe illam *uxoris conſummatæ tabellam conſummatiſſimam,* in quam quicquid eſt luminum, atque ornamentorum, artifice penicillo congeſtum; experientiam & facundiam ſiſtens *Matronæ,* quæ & ipſa titulo אשת חיל *mulieris omni virtute præpollentis* meruit decorari.

Vſ. 3. Obturbat, & exercet Interpretes, poſterius *Colon,* quod priori διὰ παντὸς diſſidet; ita fere conceptum I. conſtitutumque: *Ne dederis mulieribus robur tuum; & vias tuas ad delendum Reges.* Prohiberi volunt *amorem bellorum,* æque ac *mulierum;* quæ ferme *ſtudia* ſint *Regum;* vel *morbi* potius.

2 מה ברי ומה בר בטני ומה בר נדרי׃

2 Quid, Fili mi? & quid Fili uteri mei? & quid Fili votorum meorum?

3 אל־תתן לנשים חילך ודרכיך למחות מלכין׃

3 Ne dederis mulieribus robur tuum; & vias tuas expugnatricibus Regum.

4 אל

4 Ne

tius. Sed *delere Reges*, pro *belligerari*, affectatior esset phrasis: & quidquid conquiratur coloris, tam diversa hæcce uni versui illigata, haud verisimile. Aliud adhuc obstaculum, ex *Lingua* oriundum, infra prometur; quum ad omnes omnium conatus ex æquo pertineat. Scrupulis, quos attigi, permoti haud dubie alii, cum *Pagnin.* II. maluere, *& vias tuas* quod satis est *ad delendum*, sive *perdendum*, *Reges*: ut sese *viæ illæ* referant *ad amorem mulierum*, qui *Regibus ruinam* ac *perniciem adferre soleat.* Id commodissimum sane præbet nexum; atque experientiæ per omnia secula suffragio testimonioque suffulcitur. Ratio tamen hanc quoque *viam* interpretationis abnuit; quod precarium fit illud supplementum, duriusque, quam ut concoqui queat. Nil impeditius certe, quam quod *Mercer.* istac quoque pergens, dedit, *Ne studia tua & instituta conferas ad perdendum Reges.* Diceres eum priori sensui inhærere. Falleris; subdit enim: *Hoc dicit: ne in ea inclines, quæ etiam Reges perdunt, nimirum mulierum amorem* &c. &c. Tam contortæ *Syntaxi* se haud committens *Cocc.* aliud III. exsculpsit peracutum, & *Radicis* ingenio consonum: *& viæ tuæ* sunt *ad cobibendum Reges.* Docte observat verbum מחה etiam *Hebræis* valuisse, *complosit*, *feriit*; unde apud *Dan.* 4: 32. די ימחא בידה *qui feriat in manum ejus*, sit, *qui eum cobibeat*, & *retundat.* Inde hunc loci pandit conspectum, gravem simul, simul venustum, *Rex & caput populi, cujus est ita agere, & ita regnum suum administrare, ut apud omnes vicinos sit in bonore, atque tanto opere eum revereantur, ut si vel manum moveant, ipsos feriat, atque ita quietos retineat, is non debet se mulieribus subjicere.* Palmam aufert haud dubie prægressis, ratione *syntaxeos*; sed eodem cum ipsis incommodo gravatur, quod לְמְחוֹת tanquam ex *infin.* *Hiphh.* sumatur, pro לְהַמְחוֹת positum. Atquin hoc foret, *ad ferire faciendum*; non autem ad *feriendum*: ut in superioribus esset *ad delere faciendum.* Non est, quod subterfugium quæratur, argutando, illud, *ad ferire faciendum*, reduci posse ad *copias militares*, quibus *Rex Reges arma molientes ferire* dicatur. Esset hoc non tantum frigidum, sed plane indecorum: *gloria Regis* in *militem* translata; quasi Aulæ suæ affixus ipse prodire non sustineret. Cl. *Cler.* IV. primæ sententiæ subscribens, mallet לְמְחוֹת *ad delendum* reponere ex *Kal*; quum לְמְחוֹת sonet, *ad facere delere.* Subnotat interim; *difficile dictu est, qui bæc buc faciant; aut qui sint Reges, quos deleri non vult Batbseba. An reges Idumæorum? de quorum prole Hadado, Salomoni infenso* 1 *Reg.* 11: 14. *Non videtur: nec alii Reges occurrunt; quorum perniciem moliri potuerit Salomo. Sunt qui velint amorem mulierum castigari, qui tendat ad perdendos Regis. Sic potius dixisset* Regem, *ejus enim causa bæc dixisse statuitur. Satius est fateri non posse bæc a nobis intelligi; sive sit adlusio ad rem ignotam, sive mendum quod longæ diei, vel librariis, debeatur.* Ostendens deinde apud *Veteres* nihil integri extare, ita finit: *Nibil moror Recentiores, qui incertis conjecturis sese expediunt, ut possunt.* Atqui & a *Recentioribus* erat, quod ipse secutus. An sua jam cædens vineta Vir Doctus, id ipsum rescindit; atque in mendo cubare locum pertendit? Non *intelligi locum* generosa assertio est; *non posse intelligi*, audacior quam par est. *Mendi suspiciones S. Codici* injicere, non est illius Eruditionis, ad quam unquam adspiravi. Illustris *Grot.* V. in quem destrictum illud *nil moror Recentiores*, haud verisimile, adduci saltem meruisset. Is paucis, *videtur*, inquit, *esse ellipsis, ut sensus sit, & divitias*

tuas illis quæ valde aptæ sunt *ad evertendos reges; nam certe*

Πολλοὶ γυναικῶν δυστυχοῦσιν εἵνεκεν.

Et puto præcipue respici errores Salomonis. Adhæsit *Vulgato* דרכיך *vias tuas* per *divitias tuas* reddenti; incommodius. Planius adhuc & simplicius *Jun.* & *Trem. Et vias tuas* facientibus *ut deleantur Reges*, i. e. *Fœminis qui Regna subvertere possunt.* Hanc sententiam directe scopo & filo congruere, præfractum esset negare: & nescio quid sibi velit *Cler.* sic *Regem* requiri contendens; quum *Reges* utique multo plenius efferantur. Sed ut hoc ad *num.* II. redit, ita gravatur *insertione* haud sane molli; nec non altera illa graviore adhuc, לְמחוֹת non esse *ad evertendos*, vel *delendos*, sed *ad faciendum evertere*, sive *delere*; qualem loquendi normam nunquam ipse *Grotius*, quin nec *Junius*, tenuisset. Non tenuit quoque facunda nostra *Bathshebah*, sed aliquid istum in sensum, quem *numeri* II. & V. intendunt, figuravit tam grave, tam illustre, tamque magnificum, ut, hoc quidem in genere, nunquam quicquam celsius simul, simul splendidius, a quoquam prolatum asseverare ausim. Nempe a Themate מחה sive jam *delevit*, sive *feriit*, de quo mox, elegantissima *phrasi* descendit מחי קבל *machina bellica*, *catapulta mœnia quatiens*, *evertens*, *delens*; quasi dicas *percussio*, vel *deletio obvii* cujusque, & *obstantis.* Hoc semel tantum extans *Ezech.* 26: 9. in *obsidione* & *expugnatione Tyri* uberes aperit venas iis, qui *Linguas* tractare callent. Ad eandem rationem conformatum מְחוֹת מְלָכִין *Catapultæ Regum*; sive id vocabuli *substantive* capiatur, quasi *percussiones*, & *deletiones Regum*; sive *adjective*, ut sit *partic. plur. fœm.* מְחוֹת, ob *constructionem* commutandum in מחות a *sing. masc.* מְחֶה *deletor*; pro ut eadem in serie *tormentorum bellicorum* apud *Ezechielem* commemoratur דָּיֵק, ejusdem formæ *partic. præs.* designans *pulsatorem*, qui *comminuat* & *contundat*: i. e. *arietem*, κριόν. Sic nascuntur nobis *Expugnatrices Regum*, eorumve *Catapultæ*; quæ *illecebris* suis *perniciosissimis* omni *machina bellica* potentius *Regum mentes quatere*, atque *a virtute dejicere*, valeant. Nimium, nimium profecto, id expertus *Salomo*, Matris suæ monitis haud obsecutus. Omnia jam, pro *Analysi*, limpidissima; & apparet ultro לְמְחוֹת non esse *infin.* in *Hiphh.* pro לְהַמְחוֹת, sed conflatum ex ה *Emphatico*, & *præfixo Lamed*, ex *litera schevata*, ut assolet, dimissa duplicatione. Cave credas sanctioni arbitrariæ *Rabbinorum*, qua *Emphasin* in *statum constructum* non admitti statuunt. Hoc crebro revictum, & confutatum. *Emphasin* hic requirebat prægressum לַנָּשִׁים. Non putem quemquam adeo iratis *Musis* in lucem editum, ut decus & pondus hujus *figuræ* non extemplo persentiscat. Satis quidem ea per se lucet; dignissima tamen est, quæ & aliunde illustretur. Compositio *Græca* ἑλέπολιν formavit, *Helepolin*, *machinam*, *urbibus expugnandis*, a *Vitruvio* quoque late descriptam. Apud *Hesych.* habetur, (Ἑλεπόλεις, μηχανήματα, οἱ κριοί, ἢ οἰκοδόμοι, δι' ὧν αἱ πόλεις καθαιροῦν). Etiam Ἑλέπολις enunciatum. Apud *Eurip. Iphig. in Aul.* sic dicta infelix illa *Filia Agamemnonis*, cujus immolatione *Troja* demum *expugnari* potuit. Sed hoc paulo diversius: planissume idem, quod apud *Plut.* in *Demetrio* p. 902. reperio, ubi illum *Poliorcetem*, *Expugnatorem urbium*, narrat a *Lamia*, meretrice procacissima, plane possessum fuisse; atque propterea *Mulierem* istam Ἑλέπολιν *Helepolin* falsse appellitatam; quæ ipsum istum *Captorem urbium cepisset*, atque *expugnasset.* Usus & *Philo Lib. quod omnis probus liber*; *pag.* 871. (Ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην εὔμορφα παιδισκάρια, καὶ φύσει στώμυλα, δυσὶν ἐρεθιστηρίοις, ὄψεως κάλλει, καὶ τῇ περὶ λόγους χάριτι, τοὺς δεσπότας πορθοῦντα. Ἑλεπόλεις γὰρ ταῦτά γε ψυχῶν ἀιδρύτων, καὶ ἀνερματίστων, μηχανημάτων ἁπάντων, ὅσα ἐπ' ἀνατροπῇ τειχῶν κατασκευάζει). δυνατώτερα. *Ego sane vidi ancillas formosulas, & natura argutulas, duobus incitamentis, venustate formæ, & gratia sermonum, dominos subvertisse. Illæ enim sunt* HELEPOLES ANIMARUM *instabilium, & sine pondere fluctuantium, omnibus machinis, quæ ad eversionem mœnium instrui solent, validiores.* Ad eandem *metaphoram* admissa quoque vicina ver-

verba πολιορκεῖν *oppugnare*; ἐκπολιορκεῖν *expugnare*; usu *Latino* hoc ipsum æmulante: quæ si huc aggerere luberet, longius excurrendum foret. Apud *Arabes* quoque, ambitiosius hic luxuriantes, & *figuras* alias aliis cumulantes, copia talium extat; sed aut hæc suffecerint, aut nihil unquam fuerit satis, ad *Helepoles*, sive *Catapultas Regum*, commendandas.

Ibid. Amplitudo & dignitas verbi מחה, quod *delere* valet, & *ferire*, *percutere*, clariorem in diem educenda. Sunt *Lexicographi*, qui duo statuunt *Themata* diversa, alterum *Hebraicum* מחה *delere*, &c. alterum *Chaldaicum* מחא *ferire*; unde *Ezech.* 25: 6. יען מחאך יד *quia feris*, i. e. *complodis manum*; & *Ps.* 98: 8. ימחאו כף *complodent manum*; quod *Jes.* 55: 12. recurrit. Semel redditur *attingere*, *Num.* 34: 11. in *Phrasi* exquisitissima, mox explananda. Hæc ex *Chaldaico* fonte dimanasse censent plerique; quod ibi illa *feriendi* & *verberandi* potestas latissimam occupet ditionem. Apud *Buxtorf.* in *Lex. Chald. Thalm.* reperiuntur variæ classes notionum, sic digestæ; ut *primo* stet, *percutere*, *pulsare*, *plaudere*, &c. &c. *Secundo* loco veniat *delere*, *tergere*, *abstergere*, *expungere*: Succedat *tertio* per *metaph.* a *percussione filorum*, monente Cl. *Buxtorf.* vis *texendi*: nec non *quarto*, multum diversa alia, *impediendi*, *probibendi*: vel & *abolendi*, *irritum faciendi*: subdatur *quinto*, iterum oppido discrepans, *madefacere*, *humectare*: agmen *sexto* cogat, *probare*, *explorare*. Congeries & moles, primo adspectu valde indigesta: qua ordinanda, præterquam quod ad *tertiam Glossam* annotatum, supersessum video; ut sane *unius* non erat *Viri*, quantumvis ingenio prævalentis, tantum *Lexicon* undique congerere simul, simul ad lumen *Criticum* digerere. Idem de reliquis *Thesauris* & *Collectionibus* majoribus *Glossarum*, quibus vel Copia priva alicujus *Dialecti*, vel omnium simul opulentia per methodum *Harmonicam* panditur, intellectum velim. Sunt tanquam *segetes in aream* publicam *convecta*, quæ junctis brachiis multorum triturari, discuti, atque expoliri postulant. Hic qua ratione versandum sit, cum alias ostendi, tum insigni, quod præ manibus est, specimine demonstrabo. Cl. *Cocc.* pro peritia sua cernens, disjungi non posse *Themata* מחא & מחה, utrumque Civitati *Hebraicæ* asseruit; atque *Buxtorfianum* illud *filum*, quod modo detexui, retinens, *principe* loco posuit מחה *ferire*; atque locis superius adductis annectit מחי קבל *Ezech.* 26: 9. addens, *forte esse arietem*, κριὸν, Ἑλέπολιν, a *feriendis mœnibus* ita dictum. Huic ut *secundarium* subtexit, *delere*, *abstergere*; eodem modo, quo *Buxt.* in *Lex. Chald. Thalm.* Non suffragatur Natura, & lux *Rhetorica*, quæ omnino exposcit, ut *tergere* primum gradum occupet; atque inde ad *delere*, *abolere*, quasi *extergere* pergatur; itemque alio flexu ad *ferire*, quasi *pertergere* atque *perstringere*. In *Belgico* nostro **strychen**, idem ordo lucet. Et hoc pro *ferire* usurpamus; ansa ducta a *tersione*; unde altera quoque *metonymia* succrevit in *delendo*. Hoc jam *manuum complosioni*, in locis modo allegatis, quisque facile adaptaverit. Nativam quoque gratiam hinc recuperat solitarium illud in *Sacro Codice Num.* 34: 11. *Descendit inde terminus* ומחה על כתף ים כנרת קדמה *& tergebit super latus maris Gennesareth Orientem versus.* Pulchre! *tergebit*, *pertergebit*, *tractu tendetur.* Dari solet *attinget*, *perveniet*: at *Cocc.* *feriet*; post LXX qui συνάψει adhibuere. Agnoscunt, quibus gustus styli, quid sit differentiæ: nec dubitare est, quin elegantior hicce usus, vivente *Lingua*, crebro se exeruerit. *Tergere* pro *radere*, *præstringere*, interior *Latinitas* ministrat: ut II. in *Stil. Claud.*

- - - *Summæ tergunt laquearia cristæ.*

Et *Præf.* in *Rufin.* de *Pythone*:

> *Quum spiris tegeret montes, hauriret hiatu*
> *Flumina; sanguineis tergeret astra jubis.*

Hoc pro vulgari *tangeret* ex MSS. restituit *N. Heins.* ibidemque plura adhuc reperientur. Apud *Lucret.* & *Horat.* item *tergere* & *pertergere*, pro *radere*, ac *perstringere* plus semel occurrit. Hæc exequetur, qui volet. Reliquos quoque usus in *Bibliis*, a *tergendo*, *extergendo*, non uno canali defluentes, persequi haud necessum; quum ultro se præbeant, sive in *bonum*, sive in *malum*. Duplicata potentia tralucet 2 *Reg.* 21: 13. ומחיתי *& extersero Hierosolymas*, *quemadmodum quis extergit patinam*: *extergit eam*, in

4 Ne Regibus! o Lemuel! ne Regibus! potare vinum; & Libratoribus consiliorum cupiditas temeti!

5 Ut

4 אל למלכים למואל אל למלכים שתו יין ולרוזנים או שכר :

5 פן

in faciemque invertit. Idem *schema* in *Hist. Tim.* p. 274. لا ينزل على مدينة الا محاها وبددها *Non descendit contra urbem, quin eam extersam dederit eversamque;* ut *Ciceronis* illud in *Verrem* huc applicem. Plenius, affectata nimis figura, pag. 226. *Nisibin pervastavit, ejusque proventus depavit;* ثم محى من صحف الوجود سوراتها واياتها وكانت خالية من سكانها خاوية من عامري عمرانها *Deinde vero extersit e voluminibus Existentiæ, ejus Suratas & Ajas; mansitque vacua incolis, & desolata habitatoribus ædium ejus.* In *Suratis* & *Ajis*, quæ sunt *Capita* & *versus Alcorani*, ex ambiguo intelligit *structuras mœnium*, & *eminentia turrium signa*, quæ notiones iisdem vocabulis subjectæ. Vides *geminam* quoque *extersionem* spectari, per quam urbs *expilata* tandem *radatur*, atque *solo coæquetur*, *ipsis* veluti *vestigiis deletis*. In מחי קבל *Catapulta* consimiliter duplex sese potestas exerit, q. d. *tersionem adversi*; quicquid *repugnat tergens* primum, id est, *feriens*; mox *extergens*, id est, *solo æquans*. Idem in nostras מחות מלכין *Helepoles Regum* transferri se patitur; *quatiunt* quippe, primum, *mentes Eorum* amores meretricii; mox *Eosdem sibimet excutiunt*; atque ita *Regias* sæpe *domos*, quin & *Regna* ipsa, *destruunt*, atque penitus *delent*. Huc facit, quod *venti Rasores* apud *Poëtas* appellentur مواحي الرسوم *qui quicquid est vestigiorum tergunt ac delent*. Habes ipsum nostrum *part.* מָחָה, unde מְחוֹת derivavi.

Ibid. Expedienda restat reliqua series significationum, quas e *Dialecto Chaldæa* promsi; ut earum nativa pulchritudo diluceat. Duabus illis, quas vidimus, subnexa *tertia* erat *texendi*; quam plenius percipies ex *Phrasi Latinissima*, quam & supra alicubi produxi, *plaudere telas*; quod est *plaudente pectine*, *percurrere*; ac *densare*. Ut *quarta* splendeat, ante oculos habenda Phrasis *Daniel.* 4: 31. *Non existit qui* ימחא בידה *qui impediat*, vel, *qui probibeat manum ejus*. Ita *Buxt.* Rectius *Cocc.* *qui feriat manum ejus*; quod in *Juvenil. Animadv.* confirmavi. Nunc ex *Origine* id luminis adjicio, quod ministrat lectissimus flosculus, *pertergere manum alicujus*, pro *perstringere ictu*; atque ita *probibere*. In *quinto*, *madefacere*, non obscure cernere est *tersionem*, *pertersionem* illam, qua *oleo*, aliove *humore*, quid *leniter imbuitur*. Denique *sextum* illud, *probare*, *explorare*, ductum a *tergenda cote*, ut apud nos, aen den toets strycken. Sic *Harmonia* enitescit, quam *usus Syriaci*, & *Arabici*, gemina sub *Radice* محا & محي, *tergere*, *abstergere*, in quadrum redigere, atque insigni accessione locupletare possent, si hisce ulterius immorari luberet. Patefacta via est. Eam, qui volet, inoffenso jam pede decurrere poterit, atque emetiri. Desino in *Glossis* quantivis pretii apud *Gjeubar.* ubi محوة מחות *substant. fœm.* id est, *tersio*, *detersio*, exponitur ريح الشمال *ventus septentrionis*, sic dictus لانها تمحو السحاب اي تقشعه قال الراجز

قد بكرت محوة بالعجاج ❁
فدمرت بقية السجاج ❁

quoniam terget nubes, id est, discutit eas. Ita Poëta Rhytbmicus;

Ma-

5 פן יִשתה וישכח מחקק וישנה דין
כל בני עני :

5 Ut ne potet, & oblivifcatur
fculpti juris, & demutet judicium
omnium filiorum oppreffionis.

6 תנו

6 Da-

Matutina venit terfio cum turbine;
Et male perdidit macri reliquias gregis.

Quænam illa *terfio?* Non alia, quam *ventus aquilonaris, nubes cælo detergens.* Ad hanc imaginem *Jefaj.* 44: 21. מחיתי *Exterfi tanquam nubem fpiffam transgreffiones tuas, & ut transverfum nubilum tua peccata*, q. d. *Cælum, quod nubibus bifce, & nubilis præfeptum erat, iisdem deterfis differenavi.* Exponitur quoque idem illud محوة מחות *terfio*, de *rafura imbrium aliorum fuper alios effuforum, & omnia verrentium:* unde *Formula* hæcce, تركت الارض محوة واحدة اذا طبقتها المطر *reliqui terram unam continuam terfionem, quum eam imbres alii fuper alios cooperiunt.* Et hic ufus *Gen.* 7: 4. in *Diluvio* fignantiffime expreffus. Hæc *fororiam confanguinitatem Hebrææ & Arabicæ Dialecti* ita cum generatim, tum fpeciatim, fanciunt, ut una eas ftirpe creviffe, unaque e domo profectas ac propagatas fuisfe, nemo, cui aliqua non dicam veritatis, fed publici, fed fui ipfius, verecundia, in pofterum fit dubitaturus.

Vf. 4. Vicinum fubnectitur malum, *vinolentia.* Graviffimæ dehortationi non parum detrahunt, qui אל *ne* hic pro לא *non* pofitum cenfent, redduntque; *Non* eft *Regum, O Lemouel, non* eft *Regum, potare vinum.* Ita quidem ftruitur לא לכם *non veftrum eft*, 2 *Chron.* 20: 17. & alibi. Sed majori affectu & *ἠθει* noftrum hocce enunciatum, & אל nativa fuam potentia minime privandum. Inde exit, *Ne Regibus, o Lemouel, ne regibus!* ut *Cocc.* expreffit: hoc eft, *abfit, procul abfit Regibus* &c. quod *Jun.* & *Trem.* jam dederunt. Abruptior, & animofior, ftructura fraudi fuit. Eft ejusdem indolis, qua illa, quam *Prov.* 30: 31. & 12. 28. vidimus. שתה *potare* hic fumi graviori illo fenfu, quem apud *Latinos* fæpe etiam induit, non eft quod moneam. 1 *Reg.* 16: 9. plene elatum שתה שכור *potans ebrius, belluans.*

Ibid. Moleftior nodus in vocula אַו; pro qua *Mafora* margini appofuit אַי. Hinc plurimi dant, *& principibus*, dicere *ubinam temetum?* Nempe, *abfit ut hoc dicant.* Languidius, & *Lingua* plane invita, cum *Merc.* alii, *& principum non eft temetum:* quafi אַי pro אַין veniret. Cl. *Cocc.* juxta *textum*, ejusque *literas*, או *aut* requiri ait, atque inde in *Comment.* & *Lex.* dat, *& principibus, aut ficeram;* fenfu nimis hiante. Rotundius *Jun.* & *Trem.* eidem *textui* cum fua fibi *punctatione* inhærentes, *& principibus defiderium potus inebriantis.* Cur inde receffum? aut cur non ultro illuc ab omnibus itum? quum res & Lingua illuc invitarent non folum, fed impellerent. Dicam. Nimis *Lexicis* adhæfum; quæ fub אוה *defideravit, appetivit*, non exhibebant, quam debuiffent, propaginem אַו *appetitus*, pro אַוֶּה contractam, per *quietem tertiæ* fuppreffæ. Tale eft נֵו *corpus*, quod omnia *Lexica* fiftunt; pro נֵוֶה; tale quoque מֵו *aqua* quod exhibere item debuiffent, ex מֵוֶה, pro natura & copia veteris *Linguæ; Job.* 9: 30. de quibus in *Inft. Gramm.* fub *Reg.* CXXXIV. Ibi quoque a *Maforethis* fubftitutum מֵי, five *ufitatiorem formam* de fuo largientibus, five *Codicibus* nonnullis *fcriptionem* hanc præferentibus. Idem hic eveniffe fufpicor: nam & אַי *appetitum, defiderium* valuiffe olim, non ambigent, quibus אַיֶּה ab אָיָה, cum אַוֶּה ab אָוָה eadem tenere jura, ex *Analo-*

6 Date temetum calamitoso, & vinum amarulentissime afflictis.

6 תנו שכר לאובד ויין למרי נפש :

7 Bi-

7 ישתה

logia perspectum. Certe *particula* אִי, & productior altera אַיֵּה *ubinam*, a *Radice* אָיַי, sive אָיָה *flecti, inclinari*, proprie; secundario, *desiderare*, *appetere*, *concupiscere*; ex *Origine* illa indubitata sonat *flexum*; atque notio *ubinam*, sic est orta, ut *flexus oræ* requiratur. Vides quo jure אִי in *Constr.* אִי *flexum inclinationis* designans, hic pro *appetitu* & *inclinatione in temetum* usurpari potuisset; atque inde *Codices* quoque insidere. Tenuerim interim, quod plurimorum haud dubie MSS. auctoritati innixum אַו, & contendo, ne latum quidem unguem inde deflectendum; quum *formæ* hujus *mascul.* soror in *Sacro Codice* aliquoties occurrat, אַוָּה ἐπιθυμία, *cupiditas*; quæ liquido propagata ab אַו ex אַוֶו, a *Themate* prisco אָוָן. Vide modo *Deut.* 12: 15. 20. 21. ubi אַוַּת נֶפֶשׁ *flexus*, *inclinatio animæ*, signat *appetitum* illum, quo ad sententiam hujus loci sustinendam & explendam indigemus. Inde resilire, est bona sua non intelligere; & *Linguam Hebræam* secum anxiis compedibus damnare.

Ibid. A *Themate* antiquo רזן, apud *Arabes* asservato significatione *Librandi*, *librata manu ponderandi*, descendisse *part. præs.* רוזן *Librator*, *ponderator consiliorum*; supra aliquoties insinuatum; atque alibi latius adstructum. Opportune hic *Regibus* additi ipsorum *purpurati*, illi *Libratores*, quorum officium, *pondera* & *momenta* rerum *examinare*, *ad trutinamque exigere*. Hos tam parum quam ipsum Regem *potationibus indulgere*, & אַו שֵׁכָר *cupiditate temeti flagrare*, par est, ne dum se vino quotidie mergunt, salus publica cum ipsis mergatur, atque deflagret. Hoc *Vs. seq.* gravissime inculcatum.

Vs. 6. Reluctante serie & ratione אבר *periens*, *perditus*, hic detortum a multis ad *damnatos*, *supplicioque mactandos*. Rectius qui *inopes* & *calamitosos* intellexere; ad illud *Iliad.* ζ.

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Nempe ad *modici munera Liberi*,

Mordaces diffugiunt sollicitudines:

nemine *gravem militiam* aut *pauperiem crepante*; ut *Horatii* dictat *Lyra* *Od.* L. 1: 18. alibi quoque sic recinens,

Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresque; & addis cornua pauperi.

Itemque L. 4. *Od.* 12. de *Cado vini* generosioris, qui

Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.

Sed talia, passim obvia, constirpare nil attinet. Attinuerit, *Pondus* hujus moniti, ejusque *dignitatem*, verbulo exposuisse. Non temere jacta pulcherrima *Gnome*; sed præcedenti arctissime innexa: in eundemque scopum elibrata, non alium admittere potest sensum, quam huncce: *Vos Reges*, & *Regum purpurati*, *quibus cum reliqua opulentia largissime quoque vina adfluunt*; *cavete compotationi & luxuriæ vos dedatis*: *sed illam vestram abundantiam recreandis pauperibus*, mœroreque adflictis, *impendite*; *ut illi modice inde uvescant potius*, *atque curarum suarum obliviscantur*; *quam ut vos hilaria quotidie agitantes*, *immodicis poculis madescatis*: *atque curas publicæ salutis*, *una cum bona mente*, *submergatis*. Hinc lumen, & sal, pulcherrimi dicti, ad seriem susceptam dignoscere datur. Dignoscitur simul illud *tenerum*, & singularem spirans *affectum*, quod universo huic *Capiti* inesse præmonui. Illustrari hæc possent ex sanctione *Mosaica*, qua *Sacerdoti-*

7 ישתה וישכח רישו ועמלו לא יזכר עוד :

8 פתח פיך לאלם אל דין כל בני חלוף :

9 פתח

7 Bibet, & oblivifcetur laceræ egeftatis fuæ; & calamitatis fuæ non recordabitur amplius.

8 Laxa os tuum pro muto, *prælig̃ato*; ad litem omnium eorum qui vicaria ope indigent.

9 Laxa

tibus in *Sacrario fungentibus vino interdictum.* Vifum quoque *Platoni* L. II. de *Repub.* ut *Magiftratus* & *Judices*, *ifto*, *quo Reipubl. judiciisque præeffent*, *anno*, *vinum omnino non guftarent.* Non tam rigide tamen noftrum hocce præceptum acceperim: exceffum tantummodo damnari autumarim.

Vf. 7. A tenerrimo quoque affectu profecta fubfumtio; *Bibet* ille, *& oblivifcetur laceræ fuæ paupertatis:* vel, fi mavis, *bibat* ille, *& oblivifcatur* &c. Id dicit fapiens Matrona: *Concedo equidem* illis, *quibus ob acerbitatem fortunæ adverfæ vita vix vitalis eft*, *ut hifce Regum ac virorum principum*, quibus talium folandorum cura incumbit, *congiariis largioribus*, *fe largiufcule invitent; ut mordaces pellantur follicitudines*, *& anxia pectora refpirent: aft Regibus ipfis*, ac *Libratoribus confiliorum Regni*, *haud permitto*, *ut unquam vino liberius indulgeant; multo minus*, *ut fe mutuis poculis deponant: quippe qui pro Salute publica quotidie excubare debeant*, *atque arduæ ftationi perpetuo invigilare.*

Vf. 8. Teneritudinis plenæ iterum formulæ, & delibatiffimus flos leposque fermonis. Prima *Phrafis*, *Laxa os tuum præligato*, i. e. *illi*, *cui os præclufum*, *promtum ftrenuumque præfta patrocinium.* אלם fecundum *Originem* valuiffe *ligavit*, *religavit*, atque inde אלם *mutum* dictum, cui *lingua* quafi *ligata*, jam ab aliis obfervatum. פתח ad *aperiendi* notionem perveniffe a *laxatione*, etiam fatis compertum. Sic in *Gnome* ponderofiffima pulcher enitet lufus. Non æque lucet, quid altera *Phrafis* in finu ferat: nam nuspiam alibi reperitur illud בני חלוף. Fluctatio hinc coorta haud levis. Lexica *Radici* חלף fubjiciunt ferme geminam vim, alteram *pertranseundi*, alteram *permutandi:* eft etiam ubi *exfcindi* dederint multi. Hinc quisque fuo pro ingenio aliquid exfculpere conati. *Merc.* I. a noviffimo illo dedit *Filios excifionis*, i. e. בני מות *filios mortis*; *qui periclitantur damnari.* Incommode, quum etiam *noxios* comprenderet ifta formula. Alii II. eodem fenfu induxere, *Filios tranfitus.* Hoc *Gejer.* exponit, *interitum*, *extremamque exitii lineam propediem fubituros.* Nec hi fane omnes *infontes:* fed videtur latius extendere, ad *mortalitatis evanidæ miferiam*, qua *inftar floris* יחלפו *pertranseant Pf.* 90: 5. 6. ut ibi vertunt plurimi. Similiter *Cocc. Filii deceffionis*; vel, *quibus imminet abire.* Præiverat *Vulgat.* dans, *filios qui pertranseunt.* Laxius, quam par eft. Affine III. quod *R. Dav. Kimchius* חלוף *mundum* vel *feculum* defignare ftatuens, a *tranfitu* dictum, inde *mortales cito tranfituros* arripuerit. Non procul hinc abeunt IV. *Filii commutationis*; item pro *mortalibus.* Aft *R. Levi* V. illos *filios commutationis* declaravit, *qui jus commutant*, & *pervertunt:* qui aliud ore promtum, aliud pectore claufum gerunt; atque *fallaciis innocentes*, titulo אלם *muti* defignatos, *circumveniunt* opprimuntque. Præluferat *Paraphraftes Chald.* Refpexiffe videntur ad Phrafin חלפו חק *commutarunt ftatutum*, *jus fculptum*; *Jef.* 24: 5. Non eft adeo rejiculum; nam & apud *Arabes* خلاف חלוף pro *diffenfione a vero*, *jufto*, *æquo*, ejusdemque *inverfione* frequentatur. Ita דין *lis*, effet *actio* ab illis *interpolatoribus veritatis intentata innocentibus*, qui fe defendere nec valeant, nec audeant. Si *active* veniret *Lis*, omnino huc concedendum foret; fed vero fimilius *paffivam* effe virtutem, ut paffim alibi; vide modo *Vf.* 5. & mox *Vf.* 8. fubnexo, ubi in idem præceptum inftatur. Eorum interim, quæ præceffere, nihil gradum fatis tueri poteft. Mihi fuccurrit olim,

lim, quod nec nunc displicet, VI. בני חלוף esse *periphrasin Orphanorum*, quibus haud dubie hic præcipuum jus est: quum inter *mutos* illos, quibus *os præligatum*, primum teneant locum. Hanc peculiarem vim suggessit mihi *Formula* solennis apud *Arabes*, חלף אלה עליך خلف الله عليك *vicem tibi præstet Deus*, nec non كان الله خليفة والدك *sit Deus vicarius* vel *successor patris tui*, qua *genitore orbatos* solent alloqui, atque allevare, *Deum* ipsis *Patrem* apprecantes. Sic nascerentur, *Filii vicis*; quibus *vicarium* sive *vices excepturum* comprecamur *Deum*; quales *Orphani viduæque* præsertim. Videtur *Phrasis* esse, ingenio & Maternæ teneritudini *Bathsbebæ* nostræ apprime conveniens. *R. Salom.* etiam *pupillos* intelligens, frigidius eos dictos censet, quasi *quorum auxilium omne præteriit*.

Ibid. Ad illa, quæ præcedenti nota sub examen missa, penitius in rem intrandum: quum universa *Radix* חלף, mire vexata ac distracta in *Lexicis*, ad nativam faciem seriemque reduci postulet. Præter ea, quæ supra strinxi, *Cocc.* in *Lex.* proposuit, *decedere alteri*, *se ipsum superextendere*, vel *supereffundere*; *supergredi*; *prætervehi*: itemque *revirescere*, *recentari*; *substitui vice alterius*. In *Comment.* ad *Job.* 10: 17. istas *vices alias aliis succedentes* quoque indicavi. Sed nec hoc, nec quicquam eorum, quæ in medium collata, *Originem* ipsam attingit, nedum accurate finit, ac figit. Ad plurima mirifice respondet *Græcorum* ἀμείβειν & ἀμείβεσθαι, quod est *alternare*, *succedere*, *præterire*, *pertransire*; *vices rependere*, *compensare*. Est ejusdem *Originis* cum sororio ἀμέλδειν & ἀμέλδεσθαι; atque proprie valuit *glomerare*, *glomeratim volvere*. Eandem vim ac proprietatem præfert *Arabum* خلف חלף apud *Golium* notans, *venit post alium*, *successit in locum*; unde خلفة חֲלִפָה *res post aliam consequens*; *res vicaria*: atque mox *abstracto* in locum *concreti* submisso, *vicarius*. Idem quoque خليفة חליפה *Chalypha* dictus; unde *successoribus*, & tanquam *vicariis Muhammedis*, titulus nemini ignotus est circumdatus. Placuit forma *fœminina* hac in appellatione. ad *potestatem vicariam* designandam, quod modestius habitum, quam si *Vicarios* ac *successores* eos nuncupassent *terminatione masculina*. Forma חליפה tam parum *masculina* est, quam פֶּחָה *potestas*, *præfectura*, pro ipso *præfecto* frequentata. Ista *vicium successio*, quam & in aliis multis observare est sub خلف, exerit חליפות 1 *Reg.* 5: 14. *Misitque eos Salomon ad Libanum* חליפות *vices successivas*; *alternis*. Item *Job.* 10: 17. ubi quadrat quod *Scholiastes* ad *Moalleka Zobeiri* يمشين خلفة *incedunt per vices* declarat فوج بعد فوج *turma post turmam*, *vicibus successivis*. Alio flexu חליפות שמלות *vicariæ vestium*, & חליפות בגדים *vicariæ induviarum*. *Gen.* 45: 22. & *Jud.* 14: 12. 13. id est, *togæ splendidiores*; quæ *succedunt* pro quotidianis ad pompam; ut *Gen.* 35: 2. & 41: 14. & 2 *Sam.* 12: 20. In *Segolato* חלף eadem *vicium* potestas *bis* asservata *Num.* 18: 21. In *Hiphh.* החליף ἀμείψασθαι *vicarium quid subdere*, quod est, *commutare*. A *glomeratu successivo* orta, *secundo*, vis *pertranseundi* & *pervadendi*, diversimode quoque se exerens. 1 *Sam.* 10: 3. וחלפת מִשָּׁם *& glomeraveris inde*, *& ultra*; *& perveneris* &c. quasi *te usque & usque volves*; quod *Latinis* est *volvere* aut *glomerare gressus*. Apud *Hesych.* extat ἀμέλσασθαι, ἀμείβεσθαι. διελθεῖν· & πεϱᾶσθαι, περάσασθαι. in quibus eadem *Origo* residet *glomerationis*. Gravis & prægnans contextus *Job.* 9: 26. *Dies mei* חלפו *cum navibus papyraceis*, *ut aquila quæ in escam involat*. Tria uno verbo inclusa; *dies* vitæ; *naves* levissimæ; & *volatus citissimus aquilæ*, quæ sub *glomeratu* se ultro ingerunt; ut sit *volubili motu prætermeare*, *vicibus aliis alias urgentibus*. Geminata etiam virtute locatum verbum *Jes.* 8: 8. de *Euphrate*, qui *copias Assyriorum* repræsentans, dicitur *adscendisse super alveos*, *super ripas*, וחלף ביהודה *& in Judam se provolvisse*, *undis glomeratim videlicet aliis alias impellentibus*. Eadem duplicata potentia *Hab.* 1: 11. אז חלף רוח ויעבר

ויעבר *Tunc glomerabit ventus, & pertransibit*: hoc est, *instar turbinis sese provolvet cum copiosissimo exercitu.* Languet vulgare, *tum mutabit spiritum.* Jacentem sensum erexerat jam *Cocc.* in *Lex.* dans, *impetum fecerit ventus*; cui nostrum *glomeramen* succenturiatur. Dubitare non patitur *Jesaj.* 21: 1. כסופות בנגב לחלוף *ut turbines in austro ad glomerandum*, vel *inter glomerandum*; ad *glomeramina identidem & per vices incumbentia.* Eodem adspectu *Job.* 4: 15. ubi *identidem pertransibat ventus*, ad proprietatem Linguæ sonat *glomerabat.* Iterum *Job.* 9: 11. dedi, *incursabit vicibus alias aliis succedentibus*, יחלף *glomerabit* propritim. Non alia facies *Job.* 11: 10. ubi multi, *si succidat*, *exscindat*; alii *si mutet*; alii *si pertranseat.* Hoc veritati proximum, quæ exigit, *si glomeratis vicibus invadat & incumbat hostiliter.* Vicinum est, sed sua tamen *Classe* dignum, quod, *tertio*, offert celsissima figuratio *Jes.* 2: 18. והאלילים כליל יחלף: plerique, ut Nostri, *& idolorum quodque in totum peribit*; vel *exscindetur.* Vides unde *exscidium* inductum sit in Lexica, *transitive*, & *intransitive.* Tenuiore adhuc sensu *Cocc. & idolorum quantum est*, *abibit*; *decedet.* Grandius, quodque seriem istam sustinere ac cumulare queat; *& idola universale incendium glomerabit*; id est, *immensa inter volumina fumi atque flammarum absumet*, *disturbabit*, *abolebit.* כליל est *Holocautoma Deut.* 33: 10. & *Ps.* 51: 21. Inde phrasi sublimiore enunciatum *Jud.* 20: 40. והנה עלה כליל העיר השמימה *& ecce adscendit holocautoma urbis cœlum versus.* Ejus ansam porrigit *Deut.* 13: 17. *Combures que igne urbem, & omne ejus spolium*, כליל ליהוה אלהיך *holocautoma Domino Deo tuo*; *eritque Tumulus æternus*; *non ædificabitur amplius.* Sentis characterem *devotationis & anathematis*; qui *Jesajæ* magnum illud & magnificum dictum consummat. *Transitive* exposui τὸ יחלף quod rotundior sic exeat sententia; minus teres proditura, si *intransitive* detur, *Et idola*, erunt *Holocaustum* quod *glomerabitur.* Eadem manet amplitudo, & dignitas *Schematis.* Alterutrum haud dubie hic obtinet. Emedullatus quoque usus *Cant.* 2: 11. *Num ecce hiems* עבר *transivit*, והגשם חלף הלך לו *& imber glomeravit*, *abiit sibi.* Quivis percipit quid ibi valere possit, ac debeat, *glomeravit*, absolute, nempe *nimbos suos*, *alios aliis succedentes*, *devolvit & finivit.* Posterius hocce ex filo ipso sese insinuat. Admirabiliter *Ps.* 102: 27. *Cuncta illa ut vestimentum veterascent* כלבוש תחליפם ויחלפו. Plurimi, *sicut indumentum commutabis eos*, *& commutabuntur.* Hoc parum habet vel ponderis, vel gratiæ. Eodem jure quis struere posset, *perdet Deus malos*, *& perdentur.* Talem figuram nulla agnoscit *Rhetorica.* Alii propterea *abolebis eos*, *& abolebuntur*; vel, *exscindes eos & exscindentur.* Sic quidem pondus crescit, sed repetitio manet minus grata; & precariæ hæ notiones; pro quibus, si structura hæcce ridere queat, substitui velim, *& conglomerabis eos*, *atque glomerabuntur*: cum aliqua varietate ejusdem verbi, in gemina *specie* enunciati, *Hiphhyl* & *Kal*; ita ut prius sese ad *convolutionem* referat *cœlorum*; quum quasi vestis detrita complicantur; posterius ad *eorundem dissipationem inter ventorum turbines ac procellas*, quibus *laceramenta* ista *glomerata averruntur*, atque *in totum eraduntur*, ut *novum cœlum* renidescat. Hic adspectus obversatus Apostolo, ad *Hebr.* 1: 12. ex LXX exprimenti ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, ϗ ἀλλαγήσονται], *ut amiculum convolves eos*, *& immutabuntur.* Hæc demum vera ἀλλαγὴ, & ἀμοιβὴ *cœlorum*, quum *dissoluta* ac *discussa veteri machina*, *nova* & *æternum duratura* in locum *succedit.* Hoc scopum Apostoli recta ferit, in eo enim occupatur, ut *gloriam* & *majestatem Christi*, quæ *Cœlo æternum duraturo* præfulgeret, in illustri collocet. Sic jam non idem plane resumetur sub יַחֲלִפוּ, quod τῷ יַחֲלִיפוּ erat subjectum, sed jucunda instituetur progressio, qua *cœlis convolutis & complicatis* subnectatur eorundem *dissipatio* cuncta vetera *amoliens* & *everrens*; ut nova, lætior, & perennatura facies rerum effulgescat. Ne quid tamen diffitear, ne sic quidem satis adhuc factum fortasse excellentissimæ *figuræ*, quam ex gemina potentia *Thematis* חלף hic concipere potuit *Psaltes*: quum omnia ista, quæ adhuc ex-

posui, ex uno יחליפו *conglomerabit* ultro redundent; quid enim aliud ἑλίξαι החליף *convolvere cœlos ut vestimentum jam vetustate detritum*; quam Illos *amovere*, & *amoliri*? Supervacuum proinde foret illud alterum ויחלפו & *glomerabuntur*, pro *glomeramine citato auferentur*: certe cumulatior exsisteret sensus si יחלפו valere posset *innovabuntur*. Atqui potest, æque ac Apostoli illud ἀλλαγήσονται; quod pro *immutabuntur in meliorem habitum*, *recentabuntur*, sese præbet etiam ad exemplum *Jes.* 40: 31. *expectantes Jehovam* ἀλλάξουσι ἰσχύν, *renovabunt vires*; ut plerique hic, sententia ipsa cogente, dederunt. Pressius *Cocc.* *substituent vires*, *novis semper viribus utentur.* Adde *Jes.* 41: 1. Sic defluimus ad *quartam classem*, qua חלף frequentatum pro *innovari*, *recentari*; *succrescere in locum*; a *glomeratione*, *qua* quid *in locum* alterius *vicissim succedit*, ansa sumta. *Alcor.* 43: 60. لو نشاء لجعلنا ملائكة في الارض يخلفون *si vellemus*, *sane loco vestrum angelos constitueremus in terris*, *vicissim successuros.* Inde propagata potestas *instaurandi*, *resarciendi*; usu *transitivo*; quasi *sufficere* & *substituere novum loco & vice detriti*: nec non *intransitivo* pro *instaurari*, *resarciri*, *in meliorem habitum restitui*; *revivescere*, *recrescere*. Hinc apud *Golium* reperies, *nova germina emisit virescens herba*. In *Gjeubar.* extat, اخلف النبات اذا خرج الخلفة *De planta*, *quum nova germinatio exit*, *dicitur* אחלף. Itemque خلفة الشجر ثمر يخرج بعد الثمر الكثير *Arboris* חלפה *glomeratio vocitatur fructus succrescens post fructum copiosum*. Signantius adhuc *ibid.* قال ابو عبيد الخلفة ما نبت في الصيف *Dixit Abu Obaid* חלפה *appellitari*, *quod regerminat in æstate.* Hinc nativam dignitatem recuperat *Ps.* 90: 5. *Torrente avehis eos*; *somnus existunt*; בבקר כחציר יחלף, *ad auroram sunt*, *ut gramen quod repullulat.* Minus recte vulgo; *quod mutatur*; i. e. *flaccescit.* Nostrum series dictat; disertim inculcat resumtio, & amplificatio *Vs.* 6. בבקר יציץ ויחלף *ad auroram emicat & repullulat.* Clausula idem obsignat, *ad vesperam excoquit sese*, & *exarescit.* Vidit hunc quoque sensum *Cocc.* atque in *Lexico* jam exposuit: *Ut gramen virescit*, recentatur, se subjicit; *mane floret*, & *crescit* &c. In *Comment.* submonuit, *Verbum* חלף *hic habet notionem recreationis*, *revirescentiæ*, *receptique vigoris.* Nil certius; potuissetque ista virtus ab omnibus agnosci ex *Job.* 14: 7. *Nam arbori spes est* אם יכרת ועוד יחליף *si succidatur*, *denuo ut repullulascat*; & *tenerior ejus surculus haud remittet.* Teneatur ad vim *Hiphh.* *semet subjiciet*, *reficietque*: *semet recentabit*; reflexa *transitione*; directa *Jes.* 9: 9. שקמים גדעו וארזים נחליף *sycomori excisæ sunt*, & *cedros faciemus revirescere*; *repullulascere.* Iterum reflexa virtute *Job.* 29: 24. *Arcus meus in manu mea* יחליף *revirescet*, i. e. *revigescet*; *semet identidem recentabit.* Eodem pertinet quoque grande illud *Job.* 14: 14. עד בוא חליפתי usque *dum veniat revirescens mea conditio*: sive *innovatio* illa *vegeta* & *repullulans*, qua *se excisa arbor* denuo *subjicit in altum.* Minus recte *Cocc.* *decessio mea.* Debuisset potius *successio mea.* Id ad *præsens seculum* ibi series adstringit. Ad *seculum futurum* tendere suspicor abstrusius illud *Ps.* 55: 20. de improbis *Judæis*, qui spem fidemque patrum abnegabant; אין חליפות למו; . . . . & *non timent Deum*, ubi plerique *nullæ mutationes ipsis*; quod explicant, *de mutatis per resipiscentiam consiliis.* Frigidule *Cler.* *Quibus non sunt vestes quas mutent*, illi *non timent Deum*: ex Phrasi חליפות שמלות *vicariæ vestium*; de qua sub *Classe prima.* LXX ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, non incommode, sive *reconciliationem* accipias, sive *redemtionem.* Mitto alia, apud *Cocc.* in *Comment.* adducta, & discussa. Ipsemet dedit, *qui non habent successiones*: i. e. *qui nequaquam sunt successores Christi & Apostolorum*, *quales se esse jactant.* Vides quorsum collineet. Adstruendo sensui non refugit Vir summus *Arabum* خليفة חליפה *Chalyfam*, pro

pro *successore* & *vicario Muhammedis* nobilitatum: ut mirari sit nobis *Arabes* citantibus male faustas lites moveri; quasi *Zionis Linguam* castissimam *Meccanis* sordibus minueremus. Quid non designat *Zelus*, ubi semel oculos strenue clausit? Sed ad rem. *Successiones* signare posse id vocabuli, dubio vacat. Sed *illas* designari, quas intendit ὁ πάνυ, haud sane liquet. In *Animadvs. Philol.* & mihi Juveni, aliquid in loco declamato ferme tentanti, occurrebat, ex *Arabum* حليفة *jusjurandum*, hicce adspectus, *nulla ipsis fœdera jurejurando sancita*; quorsum *Vs. seq.* invitabat. Quum tamen hoc cum reliquis verbi usibus non adeo conspiret; & celsior adhuc sensus exsculpi possit ex illa *successione in melius*, *lætiusque*, in qua cum maxime versamur, expendendam trado hancce loci mentem, *quibus nullæ sunt successiones melioris*, vel *vitæ*, vel *œconomiæ*. Character signatissimus infidelium *Judæorum*; qui vel *vitam* huic *vitæ successuram*; vel *Oeconomiam Novam* in locum *Veteris surrogandam*, abnegabant. Utrumque quadrat, sive *Psalmum* huncce quis simpliciter, sive *Prophetice* exponat; atque ad *Judæos* transferat in *Euangelium* & *Messiam* perduelles. Hos hic ex oculis amitti non debere, certissimum e *Vs.* 14. 15. 16. Sic hocce חליפות rediret ad *novum cœlum* & *novam terram*, quam sub verbo יחלפו obtulimus supra ex *Ps.* 102: 27. Ultra conjecturam interim hoc quidem in contextu non procedo, & locum concedo melioribus. Succedit *quinta Classis*, sub qua duo tantum exempla prostant *Job.* 20: 24. & *Jud.* 5: 26. Utrobique datur *pertransire*, vel *trajicere*, de *arcu corpus transverberante*, de *teloque transadacto*. Sic *Latini* suum *transabire* traduxere ad *tela transadacta*; quæ *corpus post se glomerato cursu relinquunt*. Est figura gravis; cui subscripsi in *Comm. Jobæo*. Non possum interim, quin promam graviorem adhuc imaginem, ex retrusiore *Glossa* Thematis nostri redundantem, secundum quam *glomerando volvere* venit in eo, qui *fitulis ultro citroque commeantibus aquas haurit e puteo profundiore*. Hinc apud *Golium* habes *haustam sustulit aquam*; quasi *glomeravit*. In penu *Gjeubariano* quoque reperio من اين خلفتكم اي من اين تستقون *undenam glomeratio vestra* חלפתכם? *venit pro*, *undenam aquam hauritis?* Nihil aptius completiusque *Jud.* 5: 26. de *Jaële* quum *Siseræ caput paxillo transverberabat* מחצה חלפה רקתו, *antlavit*, *perhausit tempora ejus*. Prius מחץ *concussit urnam in aqua*; est ἀντλεῖν, quod grandior stylus frequentat in *vulneribus* altissime adactis: posterius חלף *glomeravit urnas*, in eandem *Metaphoram* succinit: ad *copiam exhausti* & *effusi sanguinis* exprimendam. Est διαφύσσειν apud *Hesych.* διαντλεῖν: *Iliad.* 13: 507. διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσε, i. e. διήντλησε καὶ διέκοψε. Duo ista hic conjuncta, ad *summam cruentationem* pingendam. Horum gravissimum חלף *glomeravit*, rem conficit *Job.* 20: 24. solum ibi signans, *plagis altius ad vitalia adactis identidem cruorem hausit*, & *exantlavit*. Constructionem in *accusandi* casu conceptam, ipsamque figurationem, illustrant hæcce *Cicer. Tusc.* II. 9.

> *O multa dictu gravia, perpessu aspera,*
> *Quæ corpore exantlato, atque animo, pertuli.*

Legitur & *exanclato*. Utrumque valet *exhausto*; efferasque licet, *exantlavi eum*; in *vulneribus cruentis*. Celsissime & Tragice, *corpore & animo exanclato*; vel *exantlato*; pro, *ad vitalia usque confecto*, & *repetitis plagis exhausto*. Qui *sanguinem* alicujus *exhaurire* frequentarunt, non potuerunt utique a sororia phrasi *exantlare sanguinem* vel abstinere, vel resilire. Frustra ergo *Lambin.* aliique qui *examlavi*, aut *examlata*, ibi substitutum eunt; nervum sententiæ incidentes. Confer sis, quæ ad *Job.* 5: 18. congesta; inter quæ ἐξαντλεῖν, διαντλεῖν, διαφύσσειν, in eandem *Metaphoram* multo magnoque usu permissa. Superest *sexta Classis* etiam duo tantum loca nunc obtinens. Prior *Jes.* 24: 5. חלפו חק ubi plerique, *mutarunt statutum*. At *Cocc. excesserunt statutum*: vel *transgrediuntur*. Alter, *Gen.* 31: 7. החליף משכרתי *mutavit mercedem meam*, *decem vicibus*. Ubi *Cocc. Ut vestem quam deponimus, aliam induentes Gen.* 35: 2. Id longiuscule arcessitum. Ex *Arabum* ditiore penu & hicce usus clarescet.

9 Laxa os tuum, judicato rigorem justitiæ; & litem pauperis, atque egeni.

9 פתח פיך שפט צדק ודין עני ואביון׃

10 Mulierem strenuam quis reperiet? nam longinquum præ gemmis politissimis pretium ejus.

10 אשת חיל מי ימצא ורחק מפנינים מכרה׃

11 Confidit in ea securum cor mariti ejus; qui quidem spolio haud egebit.

11 בטח בה לב בעלה ושלל לא יחסר׃

12 Con-

12 גמלתהו

cet. Apud *Golium* habes sub specie IV. اخلف אחלף *fefellit fidem & expectationem.* Sed præstiterit exempla oculis subjecisse. *Alcor. Sur.* 2: 74. لن يخلف الله عهده *nequaquam frustrabitur Deus promissionem suam.* Et *Surat.* 3: 192. ربنا واتنا ما وعدتنا انك لا تخلف الميعاد *Domine noster, at tu præsta nobis quod nobis promisisti; utique neutiquam frustraris promissionem.* Absolute *Surat.* 14: 26. *Dicetque Satanas, Deus quidem promisit vobis veracia;* ووعدتكم فاخلفتكم *ego vero promisi vobis, & frustratus sum vos.* Vide porro, si lubet, *Surat.* 20: 89. 90. & 30: 5. & 39: 21. &c. &c. Nil tritius. Est autem notio ducta a *glomeratu alternante*, quum *vice rei promissæ*, vel & *fidei addictæ*, aliud *substituitur*; atque ita ἀμείβει), sive ἀλλάσσει), id *quod promissum, addictumve erat.* Hoc per materiam & seriem ultro jam *in malum* vergit; atque omnes numeros in loco *Geneseos* implet. In altero *Jesajæ* præterea inclusam conjicio vim *interpolandi*, quam sub خلف חלף in I. specie quoque admissam video. Inde subnascitur *interpolarunt jus sculptum*; quod ejusdem *frustrationem* ultro importat. Eadem *figura* simili in argumento usus Orator in *Verr. Referens in tabulas & publicas, & privatas, quod gestum non esset, semper aliquid demendo, mutando, interpolando.* Sic & isti textui pondus decusque accrescunt.

Vs. 10. Pulcherrima suscipitur tela, duobus & viginti Versibus ad *Alphabeti literas* totidem decurrens; qua pertexuntur, & omni lumine ac flore orationis depinguntur laudes, ac virtutes, quibus *Matrem-familias* dotatam vult sapiens Matrona: Filio inculcans, quid in thori socia circumspicienda sequendum haberet. Non erat, cur *Bathsbebæ* splendidum hoc peplum, muliebrem certe prudentiam, cum arte & experientia conjunctam, omni Versiculo præferens, detraheretur, atque *Salomoni* in manus traderetur. Omnino idem *Character*, qui in prægressis tam signate eluxit, in hisce quoque resplendet. Sermo quidem floridus, sed non æque sublimis, ac profundus, quam *Salomonæus* ille. Gemmulam statim lectissimam præbet phrasis רחוק *longinquum pretium ejus præ monilibus politissimis.* Id sonare פנינים, supra ostendi. *Boch.* noster *margaritas* signari censens, illuc quoque traxit *longinquum pretium*, quasi ad *distantiam* respiceretur sinus *Persici*, ubi earum *sedes* & *urinatio* celebratissima. Eodem jure dixisset, alludi ad *profunda maris*, unde summo periculo & labore erui debent. Tenendum omnino, quod ministrant jucundæ phrases قريب القدى *propinquus pretio*, pro *facillime coëmendus*, & بعيد القدى *Longinquus pretio*; pro *difficillime comparandus; ad quod* vel *magnæ opes* ac *facultates vix* ac *ne vix* quidem *pertingere* queant. Huc *Cocc.* quoque collineabat, dans, *longe supra carbunculos pretium ejus.*

Vs. 11. De verbo בטח *secure recumbere tanquam in planitie*, supra copiose actum. שלל *spolium*, venuste designat *lucra* undique *conquisita*, ac *convecta*; quæ sint tanquam

12 גמלתהו טוב ולא רע כל ימי חייה׃

12 Confovet ei bonum; & non malum; cunctis vitæ suæ diebus.

13 דרשה צמר ופשתים ותעש בחפץ כפיה׃

13 Tractat lanam & linum; incumbitque propensa manuum oblectatione.

14 היתה כאניות סוחר ממרחק תביא לחמה׃

14 Est velut naves mercatoris; e longinqua terra intrare facit suum victum.

15 ותקם בעוד לילה ותתן טרף לביתה וחק לנערתיה׃

15 Surgitque dum adhuc nox est; atque carpturam dat suæ familiæ; & pensum suis puellis.

16 זממה

16 De-

quam *prædæ opimæ*, quibus domus, cui talis mulier præest, ditatur.

Vs. 12. Minus commodum & erectum, quod reddi solet: *Rependit ei bonum & non malum.* Erectius & commodius *Cocc. Cumulate afficit eum bono, & non malo.* Istud *cumulare*, quod Docto Viro adblanditum ex conjectura, ex auctoritate *Dialecti* valet *fovere*, *confovere*. Redi ad *Cap.* 4. supra. Hinc suavissima figura, *Fovet ei bonum, & minime malum.* Sic semper resolvenda ista repetitio contrarii; ac proinde nihil in ea tautologi; aut supervacui. Isto nervo auctum illud, יבנה ולא יהרס *ædificabit, & minime destruet*; aliaque ejusdem formæ. Est *figuratio*, qua multum delectatus *Homerus*.

Vs. 13. Exquisite locatum verbum דרש; non jam sonans *quærit*, sed *studiose tractat*, & *exercet*: a primario significatu *terendi*, unde *vestigationem* & *inquisitionem* subsumsit *metonymia*; sic tamen ut & alii usus secundarii inde emanarint. Penus Arabum, cum alia Veteris Linguæ copia, nobis sistit *studiose legere* librum, *tractare* & *exercere disciplinam* quamcumque, aut *artem*: unde درسة דרשה est *exercitium*, sive *exercitatio*. Hoc clarum. Obscurior constructio postremi coli; quod per *Ellipsin* extulit *Pagnin. Operatur secundum voluntatem manibus suis*: quasi בכפיה. Ita fere LXX Ἐποίησεν εὔχρηστα ταῖς χερσὶν αὐτῆς. His חפץ est, *quod oblectare queat*; aliquid *scitum*: ut *Prov.* 8: 11. Non patitur id natura *syntaxeos*. Non valde aptum quoque quod *Vulgat. Operatur consilio manuum suarum*: ut nec quod alii dedere, *operatur in voluntate manuum suarum.* Commodissime Nostri, *Operatur cum lubentia manuum suarum.* עשה absolute; *elaborare opus*; *incumbere ei*; ab *operiendo* ansa ducta: unde עשו *Esavo* nomen *Operti pilis* inditum. חפץ *inclinatio flexa* & *propensa* in aliquid; atque *lubentia*, itemque *oblectatio*. Pulchre *manibus diligentissimis* attribuitur *lubentia* cum *oblectatione*, & per *oblectationem* sese animans. Inde nemo styli peritus resilierit.

Vs. 14. Paulo audacior, sed appositissima, & ditissima, ut sic dicam, figura: *est tanquam naves mercatoris.* Innuitur *negotiosa* & *laboriosa cura*; qua lucro honesto sibi identidem comportando & construendo incumbit; haud secus ac *mercator*, qui *naves* quaquaversum *dimittit*, atque πλεῖν *quotannis*, vel *quotvicibus*, *mari committit*; ut auctior ditiorque κατάπλους domum revehatur. אני & אניות *naves* designat *maturis anni temporibus euntes & redeuntes cum mercimoniis*: ab אנה *ult. quiesc.* pro אני *maturus fuit*: de quo supra *Cap.* 12: 21. Hoc sensu utrumque se offert 1 *Reg.* 9: 26. 27. & 10: 11. ubi etiam reperias verbum הביא *redire fecit* ad κατάπλουν applicitum, simul inferens, *proventum* inde *redundantem*, qui tanquam in *portum domumve intret*. תבואה. Huc fertur illud *e longinquo redire facit victum suum.* Est *metaphora Allegorica*, qua nihil dignius uberiusque cogitari possit.

Vs. 15. Vigilantia laudatur, qua bene ma-

mane famulæ turbæ *demensa* ac *pensa* quotidiana curat, ac dividit, strenua Mater-familias. טרף ab omnibus refertur ad *cibum*, quem *suismet manibus distribuat*: quod est *demensum*. Eodem quoque a multis reducitur sequens חק item pro *demenso* veniens nonnunquam. Perpulchre supra 30: 8. הטריפני לחם חקי *carpendum mihi præbe panem demensi mei*. Consimiliter טרף alias fere *prædam* signans & *laniationem*, pro *cibatu* venit *Ps.* 111: 5. יתן טרף ליראיו *dat cibum reverentibus sui*: & *Mal.* 3: 10. *Adducite decimas in thesaurum*, & sit טרף בביתי *cibatus mea in domo*. Argutius tamen videtur, quod טרף ita sumtum referatur ad *servos*; & חק ad *servas*; atque in utriusque sexus *cibariis* aliquid discriminis quæratur: *Gejero* illuc quoque progresso, ut *cibum domus* extendat ad *bruta*; *equos*, *camelos*, *boves*, *asinos*, *anseres*, *gallinas* &c. Subjecit idem Vir Doctus, non absurde חק cum *Merc.* aliisque referri posse ad *pensum operis peragendi*: ut *Exod.* 5: 14. *Quare non absolvistis* חקכם *pensum vestrum in lateribus formandis?* Id multis partibus prætulerim; quin & prius membrum illuc reducendum suspicor. Mirabuntur, quibus ex Lexicis nil innotuit hactenus sub hac forma, præter *laniationem*, *prædam*, & *cibum*: sed mirari desinent, si horum omnium *Originem* exposuero sitam in *carptura*, quæ etiam in *Lexicis* multis comparet, sed a *latere*, & ut *secundaria*, quum sit *primaria*; unde *laniare*, *dilacerare*, *discerpere*, & reliqui usus promanarint. Hoc vel e *Latino* ita manifestum, ut nemini non *Latine* perito in oculos incurrisset, nisi per *Rabbinos*, *Latinæ* reliquarumque Linguarum Doctarum imperitos, *laniationem* sive *dilacerationem* principe loco collocatam reperissent. Nempe illi pro suo lumine, & acumine, id primario gradu donarunt, quod frequentissime occurrebat. Jam vero *dilacerare laniando* plurima loca occupat; & sive simpliciter, sive figurate, plus *vicies* occurrit. Ejus *Segolatum* טֶרֶף vel *laniatio*, vel *præda*, item *vicies* ferme. At *cibus* & *cibatio* non nisi *quater*; & in *Hiphh.* verbum inde subsumtum *semel* tantum. טְרֵפָה *dilaceratum* iterum, de *cadavere discerpto* per feras, *novies*. Denique טָרָף *folium*, *bis* solummodo, *Gen.* 8: 11. & *Ezech.* 17: 9. Hoc postremum sagacioribus Nostrorum ansam porrexit, ut & *discerpere* inducerent, ad *laniationis* vices excipiendum, & *decerpere*, ad *folium* illud commodius expediendum. *Cocc.* adjecit, *folium recens* a *carptu*. *Gen.* 8: 11. addit tamen, *nempe rostro laniatum*, vel *carptum*. Suffecisset *carptum*. At *Ezech.* 17: 9. כל טרפי צמחה תיבש dat, *omnia folia germinantia ejus exarescent*. Subdit in *Lexico*, עָלֶה *est vel* טָרָף *viride*, *vel* יבש *aridum*. *Per appositionem dicitur* עָלֶה טָרָף *folium viride*. Hoc cum *laniatu*, ut *quum feræ unguibus & dentibus laniant*, quod *primarium* posuit *Cocc.* nemo facile conciliaverit. Plerique apud *Ezech.* reddidisse contenti sunt, *folia germinis ejus arescent*; quod non concoquens *Cocc.* substituit *folia germinantia*, proprie *folia viridia germinationis*. Id haud dubie elegantius. Universa *Radix* penitius cognoscetur collato *Arabum* طرف טרף *carpsit*. Inde speciatim *secundario* adscita vis *depascendi extremitates teneras*: atque inde طريف טריף *carptum* invaluit pro *recenter decerpto* potissimum; usu, ut fit, ad *omne recens*, *tenerum*, *tenera* & *recenti mollitie gratum*, dimisso. Hinc *intransitivum* illud subnatum, طَرُفَ טָרַף, quod apud *Golium* exponitur, *nova & recens fuit res*; quasi *modo carpta*. Elucet quid sit *Gen.* 8: 11. עלה זית טרף *summus ramus olivæ carptus*; vel potius *carptura*: *tenera* nempe illa, & *recentior*, e *cacumine arboris*. עֹלֶה *scandens*, *adscendens*, ex *part. præs.* non notat *folium*, quod in *Lexica* irrepsit; sed *ramum scansorem* vi *radicis* & *formæ* suæ consignat: illum nempe in quo *vigor crescendi*, seque *altius identidem exerendi*, residet. Hujus *tenerrimi* ra-

ramuli extremitatem decerptam attulit Columba; nomine טרף *carpturæ* eleganter expressam. Idem adspectus *Ezech.* 17: 9. ubi verto, *carpturæ germinationis ejus arescent*: i. e. *teneræ* illæ & *recentes extremitates*, in quibus *vis crescendi* se exerit. Eadem *carptura tenera*, *mollis*, *recens*, admirabilem gratiam refundit *Ps.* 111: 5. *Præbet* טרף *reverentibus sui.* Multi *prædam*; plerique *escam*, *cibum* per *metaphoram*; pro quibus nunc *carpturam* istam substitui cum designatione *pabuli teneri*, & *recentis*, eoque *gratissimi*, nemo improbaverit. Consimilis *carptura* dignitatem addit *Mal.* 3: 10. atque jucundam ministrat figurationem *Prov.* 30: 8. in הטריפני לחם חקי *carpendum mihi præbe panem demensi mei*: sit *panis mihi meus quotidianus grata* semper *carptura*. Hoc compendii faciendi causa huc remissum, illuc immitti velim. Apparet jam, *carpturam* pro *pabulo* & *nutrimento quotidiano* etiam nostra in *Gnome* esse satis commodam: sed tamen in medium ferre sustineo, invitante Lingua, sensum huic sedi non minus aptum, ut *carptura* intelligatur *lanæ*, sive *vellera* illa, de quibus venustissime *Catull. Nupt. Pel.* & *Thet. Vs.* 310.

Æternumque manus carpebant rite laborem:
Læva colum molli lana retinebat amictum;
Dextera tum leviter deducens fila supinis
Formabat digitis: tum prono in pollice torquens
Libratum tereti versabat turbine fusum.
Ante pedes autem CANDENTIS MOLLIA LANÆ
VELLERA *virgati custodibant calathisci.*

Lanificia ancillarum respexisse *Bathsbebam*, plerique agnoscunt in posteriore colo; ubi *pensum* illud חק illuc certe pronissimum. Agnovissent in priori quoque, si *carpturam* præ oculis manibusque habuissent; quam pulcre concinere cum *pensis lanificarum* manifestum. Huc in nostra *carptura* jam collineatum, suadet, quod præcessit, *surgitque quum adhuc nox est.* Id recta fertur ad *diligentiam antelucanam*, qua Matronæ vetusti orbis solebant *lanificia urgere*, *ancillarum turba circumfusæ*; *vellera cuique sua*, ac *pensa assignantes*; quin & suo omnes exemplo provocantes: ut *Vs.* 12. insinuatum. Sic *Lucretiam* inter *lucubrantes ancillas* induxit *Liv.* 1: 57. Multi in hac scena adornanda Poëtæ. Plus dignitatis, ni vehementer fallor, hoc habet; quam si *cibaria familiæ suæ distribuere* concipiatur nostra Matrona. Sed libera sunto judicia, atque suo in sensu quemque abundare patiamur.

Ibid. Quomodo a *carpendo* per *metonymiam* succreverit potestas *laniandi*, & *dilacerandi*, jam ultro se dat: nec necesse erat vel verbulum ultra addidisse, nisi & hoc in *usu secundario* aliquid contineretur, quod ex *Dialecto Arabica* distinctius patescit. Nempe *carpere* illud, graviore etiam significatu illo apud eos auctum, specialius designat, *extremitates concerpere*, & *dilaniare*. Inde apud *Gjeubar.* in II. specie habemus يقال طرّف فلان اذا قاتل حول العسكر لانه يحمل علي طرف منه *Dicitur* טרף פלון *carpsit* ἐ δίνᾳ, *quum cædem facit in circuitu exercitus; quia videlicet in extremas ejus partes incumbit.* Sic apud *Cæsar. Liv.* aliosque *carpere extrema agmina* frequentatur. Ex *Camuso* apud *Golium* reperias aliud, signatissimam hanc vim *carpendi* repræsentans, ad quod magna illa acies connixit: quum طوارف *plur. fract.* a طارفة טורפת exponit, *feræ quas venamur.* Atqui in *Camuso* legitur اَلطَّوَارِفُ مِنَ اَلسِّبَاعِ اَلَّتِي تَسْلِبُ اَلصَّيْدَ *Carptrices vocantur e feris, quæ venationem* (vel *prædam*) *humi trahunt*, sive *raptant*: non tam *frangentes prædam* videlicet, quam *carpentes per extrema.* Conspirant pulchre *Biblica*, & טֶרֶף *carptura leonis* venit pro *præda quam carpit*, & *secum rapit in lustrum*. *Jes.* 31: 4. *Amos.* 3: 4. *Ps.* 104: 21. Hinc pendet quoque טְרֵפָה *carptum cadaver*, *Lev.* 7: 24. *cujus extremitates per feras concerptæ sunt*: qua nota sejungitur a נבלה *cadavere*, sive *morticinio* quovis. Consimiliter *Gen.* 31: 39. טרפה לא הבאתי אליך *carptam pecudem non adduxi*

16 Destinat agrum, eundemque comparat; de fructu manuum suarum plantat vineam.

17 Accingit fortitudine lumbos suos; & nervat sua brachia.

18 Gu-

16 זממה שדה ותקחהו מפרי כפיה נטעה כרם׃

17 חגרה בעוז מתניה ותאמץ זרועתיה׃

18 טעמה

duxi ad te &c. Verbum vim istam pressius obtinet *Deut.* 33: 20. *Ut leo reclinis, qui* טרף אף זרוע קדקד *carpit brachium, ipsumque adeo verticem.* Cernis τὸ ἀκρωτηριάζειν. Signatius adhuc *Hos.* 5: 14. *Ego* אטרף, *& abibo; tollam* prædam, *& non erit eripiens.* En *leonem* qui *carpturam* suam *raptat*, & *avectat.* Ad eam rationem reliqua, sive strictius, sive laxius, pro more *Linguarum:* ultra ambitum se *Originis* extendentium. Hæc *Radici* nostræ deberi non poterant. Reliquos usus, in quos *Dialectus Arabica* à *carpenda extremitate* se effudit, quales sunt طرف العين *carpsit oculum*, pro *læsit eum;* nec non alio flexu, *carpsit oculum*, pro *compressit, palpebras inter se committens*, quod & طرف بالعين *carpsit oculo*, nemini nunc negotium facessent, qui modo ad *vellicationem oculi* suam retulerit aciem. Quod autem primum locum tenet in *Golio*, *avertit, retraxit*, sequente præpositione عن *ab;* tantundem valet ac *abscerpere, decerpere;* per *metaphoram* insigniorem ista virtute donatum. Hæc *carptim* & *summis fastigiis* a me nunc tacta, ad *Harmoniam* reliquarum quoque *Dialectorum* sat lucis diffundent; quod continuo advertet, qui modo *Lexicon Chaldæo-Talm. Buxt.* inspexerit.

Vf. 16. Certissimum firmamentum domus apud priscos erat *Lanificium; vestiumque textura* ac *confectio:* & super his, strenue a matre-familias intus exercitis, spes opesque ferme suas fundabant. Apud *Plin. H. N.* L. 8: 18. extat, *Lanam cum colo & fuso Tanaquilis, quæ eadem Caja Cæcilia vocata est, in templo Sangi durasse, prodente se, auctor est Varro; factamque ab ea togam regiam undulatam* &c. *Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus comta, fususque cum stamine.* Iterum L. 29: 2. *Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam babuere, postes a nubentibus ea cingi jubentes.* Res abunde nota. Omitti tamen hic nequit insignis locus *Colum. Præf.* L. 12. de R. R. *Apud Græcos, & mox apud Romanos, usque in Patrum nostrorum memoriam, fere domesticus labor* MATRONALIS *fuit.* &c. *Erat enim summa reverentia, cum concordia & diligentia mista, flagrabatque mulier pulcherrima æmulatione, studens* NEGOTIA *viri cura sua* MAJORA *atque* MELIORA *reddere* &c. *In commune conspirabatur, ut cum forensibus negotiis viri matronalis sedulitas & industria rationem parem faceret. Itaque nec villici* quidem, *aut villicæ, magna erat opera, cum ipsi Domini* (i. e. uxor æque ac maritus) *quotidie negotia sua reviserent, atque administrarent. Nunc vero cum pleræque sic luxu & inertia diffluant, ut ne* LANIFICII *quidem* CURAM *suscipere dignentur, sed* DOMI CONFECTAS *vestes fastidio babeant; perversaque cupidine pretiosiores alias a viris pelliciant, quæ grandi pecunia & totis pene censibus redimuntur; nibil mirum est, easdem ruris & instrumentorum agrestium cura gravari, sordidissimumque negotium ducere, paucorum dierum tempus in villa morari.* Habes amplissimum Commentarium in hunc Versum & seq. cum nexu simul præcedentis: atque *Matronalis* illius *sedulitatis, industriæ*, ac *diligentiæ*, specimen absolutissimum; quam suo tempore non *exolevisse* solum, sed & *occidisse* ibidem conquestus gravis auctor. זממה *destinat*, hic eleganter locatum, ex *illo studio*, quod laudabat *Colum.* quo *negotia viri cura sua majora ac meliora reddere flagrat.* Illa ergo *strenua mater-familias* in re adhuc *tenui*, si forte, *lanificio* suo *affixa*, jam tum *destinat agrum;* atque *quæstu crescente eundem* sibi *comparat:* quin & eo rem familiarem provehit, ut *de fructu manuum suarum plantet vineam;* unde *uberrimum lucrum* redundare solebat. Insubida est Crisis *Major.*, quæ pro נטעה *plantat illa*, subjicit נטע *ille plantat*, qui sit vel *maritus*, vel & *mercenarius* aliquis,

18 טעמה כי טוב סחרה לא יכבה בליל
נרה :

18 Gustat bonam esse negotiationem suam; non extinguitur nocte lucerna ejus.

19 ידיה שלחה בכישור וכפיה תמכו
פלך :

19 Manus suas admovet colui; & palmis suis tractat fusum.

20 כפה 20 Pal-

quis, quod mos non sit mulierem vineas plantare. Quasi vero mulier non *plantet*, quæ *plantari* curet. Insinuatur simul eam *suam sibi villicam præstare*, & *cum marito quotidie sua revisere atque administrare negotia*; ut modo ex *Colum.* allatum.

Vs. 17. Ad *industriam indefessam*, qua *paria facere viro* annititur, inculcandam *Phraseologia* conformata. Hinc *succincti* illi *lumbi*, qui *viris fortibus* & *strenuis* præcipue competunt. Hinc &, *roborare brachia*: proprie νευροῦν *nervare.* Monui jam *Job.* 4: 4. quorsum remitto.

Vs. 18. Jucunda dictio, *gustat bonam esse negotiationem suam.* טעם *gustare*; a Veteri *guo*, quod a *Græco* γεύειν propagatum. Eadem elegantia γεύεσθαι sæpe valet *cum suavitate percipere* & *persentire.* A *mulsu*, *permulsu*, id verbi ductum. Eadem Origo ꝝ טעם طعم. Alterum טוב *bonus*, primario *uberem* designavit. סחר *negotiatio* appositam præbet *figurationem sedulitatis* & *industriæ*, qua *rei stabiliendæ* & *amplificandæ* toto pectore incumbitur, per *lanificia* & *linificia* ad *agros*, & *vineas*, procedendo, atque *latifundia* sua identidem extendendo. Ad illud *studium*, sese *labore* ipso *recreans*, *animansque*, referri quoque videtur, quod subseritur; *non extinguitur nocte lampas ejus.* Hoc *Proverbialiter* putem usurpatum fuisse, pro *assiduum*, atque adeo *affixum* esse *operi suo*; idque *dies ac noctes urgere.* Sic redimus ad id quod *Ps.* 127: 2. vocatur משכימי קום מאחרי שבת *summo mane surgentes, & tardissime cubitum euntes*; quorum *lampadem* rite dixeris *nunquam extingui.* Qui rigidius talia tractant, frigidi sunt, & parum firmi in stylo. Nonnulli ut incommodum, quod subesse autumabant, tollerent, ad *figuram* recurrerunt, ut sit; *cuncta ei prospere & ad vota succedunt.* Deprendebant nempe, *Lampadem nocte extinctam* adhiberi in *rebus adversis*, ut supra 20: 20. Sed simul attendere debuissent formulam hanc quadrare in *subita calamitatum*, quæ quem, dum *cum maxime* sibi *florere* videtur, *opprimunt*, omnesque ejus *spes* ac *opes extinguunt.* Isti adspectui nullus hic locus relictus.

Vs. 19. Duo vocabula *artis lanificæ* hic adhibita, circa quæ, quod nuspiam alibi, isto quidem usu, occurrant, non potuit non fluctuari; כישור & פלך *verticillum* & *fusus*, secundum plurimos; aliis *verticillum* & *colus*; aliis denique *colus* & *fusus*; qui ordo commodior. Variatur quoque in *Etymo* constituendo. Eis immorari haud lubet. Dabo tantum, quod natura rei, & vocum ipsarum virtus exigere videtur. *Colus* & *fusus* naturalem habent ordinem, atque hac in materia semper conjungi solent. כישור *colus* dicta a כשר *necti in orbem*, *circumnecti in globum*; quod est كثر & كتر sua in *Origine.* Inde כישור *colus*, cui *lana apte circumnectitur*, ut *fila* commode *deduci* queant. Hoc supra *Catullo* erat,

Læva colum molli lana retinebat amictum.

Alterum פלך *fusum* denotare, ambigere non patitur usus etiamnum vigens *Dialecti Arabicæ*; ubi فلكة المغزل פלכה, est *orbiculus netorius*, cum *masc. collectivo*, פלך فلك, ita dictus, ut monet *Gjeubar.* لاستدارتها *a circumvolutione ejus*, *sive gyratione.* Nempe Thema פלך فلك ejusque V. species تفلك exponitur ab eodem استدار *circumvolutus*, *in orbem actus fuit.* In-

20 Palmam suam expandit pauperi; & manus suas laxat egeno.

21 Non timet familiæ a nive; quin tota familia ejus vestita est dibapho.

22 Stra-

20 כַּפָּהּ פָּרְשָׂה לֶעָנִי וְיָדֶיהָ שִׁלְּחָה לָאֶבְיוֹן׃

21 לֹא תִירָא לְבֵיתָהּ מִשָּׁלֶג כִּי כָל בֵּיתָהּ לָבֻשׁ שָׁנִים׃

22 מַרְבַדִּים

de idem hocce فلك *orbem cœlestem* per excellentiam, a *circumvolatione gyrante:* nec non *tractum rotundiorem*, sive *gyrantem terræ* signat; qui & *Hebræis* cognitus sub suo פלך, ut *Neh.* 3: 9. 13. 14. 17. &c. ubi LXX περίχωρον satis commode. Hæc dubitationem omnem perimunt. *Orbem rotatum fusi* cernas iterum in *Catulliano* Versu

Libratum tereti versabat turbine fusum.

Turbo, est *circumactio*, sive *gyratio rotata*, qualis in *fuso versando* usui venit. *Albinov. Eleg.* I. 164.

Hanc lucem celeri turbine Parca neat.

Ad *coli* & *fusi* ordinem huncce, & simul munia, elibratæ quoque phrases, *mittit manus ad colum*; id est, *manibus prendit* ac *retinet:* nec non, *palmæ tractant fusum*; id est, *digitis leniter curvatis fusum exercent.* Numerus *Pluralis* dignitati orationis datus.

Ibid. Verbulo expediendum Thema כשר, cui addidi proprietatem *nexus conglobati.* Hinc pendet illud *rectum*, *conveniens*, *firmum*, *aptum esse*, quod *Lexica* dabant. In *Kal* extat *Eccl.* 11: 7. ubi *Cocc. quodnam futurum sit prosperum.* Alii *consultum*, *expediens.* Genuina vis est *apte nexum*, ac *conglobatum* veluti. כשר item *Est.* 8: 5. eodem effectu. Idem distinctius adhuc pellucet *Eccl.* 10: 10. semel quoque in *Hiphh.* vulgo, *præstantia recte faciendi est sapientia:* i. e. *residet in sapientia.* Eodem sensu grandius exibit, *nervatio aptissime nectendi*, sive *conglobandi* quid, est *compactio sapientiæ.* Consimiliter כשרון *Eccl.* 2: 21. & 4: 4. & 5: 10. *conglobatio nexa.* Non magnam vides Linguæ copiam: ac proinde nil mirum, *primariam* virtutem hinc erui non potuisse.

Restat unus adhuc locus *Ps.* 68: 7. ubi כּוֹשָׁרוֹת a plerisque redditur per *catenas*, *compedes*; *vincula*; tanquam a cognato קשר *ligavit.* At *Cocc.* ut a prægressis non discreparet, maluit *commoditates:* ex מוציא אסירים בכושרות, *educens vinctos in catenis*, exsculpens aliquid multo uberius, *educens vinctos in commoditates*, in *latas lautasque fortunas.* Hoc seriei quoque opportunius; nam præcessit; *collocans solitarios in familia.* Per se stant יחידים *solitarii:* iis succinunt אסירים *vincti*; etiam per se stantes; nec *catenis* istis, vel *compedibus*, indigentes. Certe per *Nervum* istum, quem hic urgent nonnulli, oratio non magnopere nervaretur: sed insigne lumen & pondus ei accedet, si reddamus, *educens vinctos in* gratiores multo *nexus societatum*, & velut *conglobationes familiarum sese numerose propagantium.* Si quis pro *compedibus* tenderet, haberet equidem quo se utcumque defenderet, vel ex *Origine* nostra, nam & *nexus vinculorum* æque dicas *Latine*, quam *nexus connubiorum*, *affinitatumque.* Posterius tamen, qui judicio suo uti volent, anteponendum esse ultro decernent.

Vs. 20. Removetur suspicio sordium ab ea, quæ nimis attenta videri posset ad rem: atque *manus* illæ *colus* & *fusi* retinentissimæ, *neutiquam* tamen *tenaces* dicuntur, sed *in liberalitatem* erga *pauperes* perpetuo promtæ atque expansæ. Delectus phrasium ex Versione satis dilucet.

Vs. 21. Insignis character, qui plus in recessu habet, quam prima frons offert. Eum illustrabit docta Magni *Casauboni* observatio; ad *Athen.* L. 3: 1. ubi laudatur *Proverbium* vetus *Græcorum*,

Τὰν σικυὸν τρώγοισα γύναι τὰν χλαῖναν ὕφαινε.

Cucumim rodens o mulier! lænam texito.

Ad-

22 מרבדים עשתה לה שש וארגמן לבושה :

23 נודע בשערים בעלה בשבתו עם זקני ארץ :

24 סדין

22 Stragulas facit sibi; byssus & purpura indumentum ejus.

23 Notus in portis ejus maritus; quippe qui sedet cum Senioribus terræ.

24 Sin-

Admonebantur, inquit, *hoc dicto mulieres, quarum opera vestes olim confectæ*, ut *quum sit maturus ὁ σιτικὸς* (media æstate scilicet) *de hyeme cogitent, & de parandis familiæ vestibus hybernis, cujusmodi* χλαῖνα *Læna.* Certe apud *Hesych.* χλαῖνα est ἱμάτιον χειμερινὸν *vestimentum hybernum:* atque inde *Lænam*, omisso priori elemento, in *Latium* commigrasse, haud absimile vero. Est autem *Læna* teste *Servio*, ad 4. *Æn. duplex toga;* sive ut *Varr.* L. 4. de *Ling. Lat.* loquitur *duarum togarum instar.* Apud *Non. Marc.* de *Gen. Vestim.* habemus, *Læna vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Virg. Æn.* 4.

Tyrioque ardebat murice læna.

Tradidi clavim hujus Versiculi; quæ ducit ad sedulam diligentiam & industriam nostræ Matris-familias, media adhuc æstate, jam *insudantis* contexendis *vestibus hybernis.* Huc palam fertur illud, *non timet a nive:* parata habet, quibus vel *acerrimum frigus* a se, & familia sua, defendat. Eodem quoque tendit, לבוש שנים. Id verti video ab aliis, *domus vestita duplicibus indumentis:* ab aliis *coccino:* & sunt, qui in deliberationem mittant, an non שנים verum sit *singulare* auctum per *Mem*; ut in חנם aliisque; quia reperiebant שני pro *cocco*, sive *coccineo panno*, plerumque efferri. Hæc nauci non sunt. שָׁנִי, ejusque *plurale* שָׁנִים *contractum* pro שְׁנַיִם, notat *bis tincta, dibapha;* quæ *purpuram, muricem, coccum*, cuncta ex æquo amplectitur, quum fucum profundius saturiusque biberunt. Hic *color* quia *pretiosior*, & ad frigus depellendum non directe necessarius, hic minus quadrare videtur multis: *duplices vestes* propterea præferentibus; id est, *fartas* probe, & *suffultas.* Id rectius, quam quod alii nobis in duplici veste obtrudunt *æstivam* alteram, alteram *hyemalem.* Hoc quidem merum frigus spiraret. Ego ad istam vertendi rationem de *Lænis* cogitandum arbitrer; quæ *duarum togarum instar* habent; ut ex *Varrone* vidimus. Malo tamen cum *Cocc. dibapha*, non illa *pretiosiora*, & Regalia; non etiam, de quibus modo Poëta

Tyrioque ardebat murice læna.

Sed vel *conchyliata*, vel *coccinata:* quamvis & *purpuræ* fuerint *pelagiæ*, quarum *plura genera* indicat *Plin. H. N.* 9: 27. *pabulo & solo discreta Lutense, putri limo, & Algense, enutritum alga; vilissimum* &c. &c. Ita qui gravissimus videbatur scrupulus, amotus. Restat levior alter, *colorem nil facere ad frigus:* recte: sed *lænas* plerumque *coccineas* fuisse, verisimile. *Res* tamen *vestiaria Hebræorum* nec nobis ita introspecta, ut quicquam asseveratum velimus. In *Lænas* interim digitum intendi, dubio putem exemtum.

Vs. 22. Crescit opulentia domus tam diligenter administratæ. De vocabulo rariore מרבדים aliquid commonui ad *Cap.* 7: 16. produxique ex conjectura *stragulam vestem, fimbriis splendentibus variegatam.* Splendidior certe paratus hic pingitur fortunarum usque & usque affluentium. Illuc quoque *byssus torta*, & *purpura*, jam vera illa, & pretiosior, collineant.

Vs. 23. Cum opibus accrescit dignitas, accrescunt honores domus. Hinc jam subjicitur *Vir notus in Portis;* inter judices allectus; *sedens cum urbis Proceribus.* Tenue est, quod *Jarchius* traxerit ad *Virum vestibus purpureis distinctum* ac *conspicuum inter alios Senatores.* Non etiam satis connexum quod *Merc.* proposuit; *ad laudem hujus mulieris pertinere, quod non ipsa solum præstet virtute; sed & maritum habeat itidem nobilem, ac dignitate conspicuum.* Id quidem verum, sed pressius quid requirit series, unde liquet spectari *incrementa fortunarum* fi-

24 Sindonem facit, & divendit; & cingulum tradit negotiatori *Phœnicio*.

25 Decus & Sanctimonia indumentum ejus; & ridet diem posterum.

26 Os

24 סדין עשתה ותמכר וחגור נתנה לכנעני׃

25 עז והדר לבושה ותשחק ליום אחרון׃

26 פיה

simul & *dignitatum*; hanc in *domum* undique confluentium.

Vſ. 24. Aptiſſima clauſula *lanificia linificiis* complens, ac cumulans, ad filum *Vſ.* 13. 14. Vocabulum סדין unde *Græci* σινδόνα *ſindonem* invenerunt, deſcendit a veteri *Themate* סדן سدن *laxavit* veſtem, velum, &c. *Gjeub.* سدن الرجل ثوبه وسدن الستر وسدله اذا ارسله *Verbum* סדן eſt *laxavit* aliquis *veſtem*, *aut velum*, *ut &* סדל, *quum illud pendulum demittit.* Ejus II. *ſpecies* in *Hamaſa* quoque occurrit

وَرَبِّ ٱلْكَعْبَةِ ٱلْمُسَدَّنَةِ ۞

Per Dominum Caäbæ cui laxatum præpanditur velum.

Intelligit *Ædem Meccanam*, cujus *Ædituimus* καὶ ἱεροκλεὶς سَادِن סודן *laxator veli* appellitatus. Per *geminatam* ſecundæ etiam سَدَّان סַדָּן efferas licet. Ad legem *Dageſſatam*, pro סָדִין quoque סִדִּין & סִדּוֹן *Siddon* enunciaſſe ſuſpicor *Phœnices*; atque inde σινδόνα in *Græciam* trajeciſſe cum *Canaæis* illis *mercatoribus*. Reliqua diſcuſſione vocabuli ſuperſedeo, quod otium hic fecerit mihi Cl. *Schroederus* meus, in enucleato opere de *Veſt. Mul. Hebr. Cap.* 19. quorſum remitto. Ibi ad *pag.* 358. locum hunc attingens, rite obſervat, *Interulam lineam ad talos demiſſam* hic cum *cingulo*, ſive *Zona*, item *linea*, & artificioſe contexta, componi, ac *ſyntheſin* efficere. Quod eam *ſyntheſin divendere* dicatur, & *tradere Cananitæ*, id eſt, *mercatori Phœnicio*, in *Ægyptum*, alias in oras, avehendam, ubi *Sacerdotes* toti *linigeri*, ad pretium pertinet, & ad lucrum inde affatim redundans.

Vſ. 25. Divitiæ ferme fomenta ſunt & irritamenta ſuperbiæ, luxuriæ, aliarumque peſtium. Ab his ſe afflari non patitur noſtra Matrona. Quæ ampliſſimas opes, & magnificam veſtem, ac ſupellectilem parat, ac conſtruit; inde tamen non inſoleſcit, neque altos gerens ſpiritus talibus ornamentis præfulgere cupit: ſed modeſtiam ac virtutem vera ſua ornamenta cenſet, atque decora nunquam peritura. Hoc inculcat floſculus delibatus, *decus & ſanctimonia indumentum ejus.* עז *virtus*, *robur addens invictum*, & *decus immortale.* הדר κῦδος *gloria*, *magnificentia*, *majeſtas*, *ex virtute refulgens*: *ipſa ſanctimonia*, ſive *majeſtas ſacroſancta & inviolabilis.* Plenius *Pſ.* 110: 3. הדרי קדש *magnificentiæ*, ſive *magnificentiſſima ornamenta ſanctitatis.* Vide etiam *Pſ.* 29: 2. & 96: 9. Adde *Ezech.* 16: 14. ubi item attenditur *ſanctimonia*, qua populus *Iſraeliticus* a Deo præ aliis gentibus condecoratus. Hæc *ornamenta* non rodit *tinea*, non terit *dies*, non pro ſpolio avehit *vecticularius*: ſed immortali ſemper honore vigent ac florent. Hoc adſpectu ſubſeritur, *Ridetque diem poſterum*; nempe *illum*, qui *mortalia cuncta torrente fluxu aufert & eripit.* Magnificus ſenſus, ad quem non adſpiratum, quia nexus & ſcopus non rite conſtituti. Apud *Merc.* invenias, qui *diem mortis* cogitarunt; aut & *diem judicii extremi*: alios iterum qui *ſenium*. Ipſe in univerſum *omne tempus futurum* intelligit; quaſi dicat; *Nihil curat poſterum tempus*, *qualecumque accidat*, *ut hyemem*, *aut tempus famis*, *aut calamitatis alterius*; quin & *ſenectutis*, *quia jam res neceſſarias domi ſuæ repoſuit*, *unde nulla timet* even-

26 פיה פתחה בחכמה ותורת חסד על לשונה׃

27 צופיה הליכות ביתה ולחם עצלות לא תאכל׃

28 קמו

26 Os ſuum aperit cum ſapientia, & lex pietatis uberantis ſuper lingua ejus.

27 Nitida acie ſpeculatur familiæ ſuæ greſſus; panemque pigritiæ haud comedit.

28 Stant

eventa. Ea ipſa amplificavit *Gejer.* contraxit *Cler. Non timet ne ſibi quicquam poſtero tempore deſit; ideoque de futuro anxia non eſt.* Hæc ubi ſcandendum erat, ſubſidunt; & a *cæleſtibus* ad *terreſtria* relabuntur. Non aliud hic intendi potuit, quam quod expoſui, eam *ornamenta* ſibi *immortalia modeſtiæ, virtutis, religioniſque,* & *quicquid* reliqui *caſtus decoriſque* fœminei, circumdediſſe, quæ *nullus* unquam *dies ſit conſumturus.* Cl. *Cocc.* hæc ad *Sponſam Chriſti* transferens, atque *Robore Spiritus S.* & *Majeſtate Chriſti indutam* ſpectans eam, hanc clauſulam tamen ad *bonas ſpes in poſterum* retraxit; nonnihil præpeditus vulgari illa expoſitione: alias enim ſubjicere potuiſſet; hæc eſſe *veſtimenta quæ diem rideant poſterum;* quin *quæ procedente die magis magiſque eniteſcant,* atque *per glorioſam immortalitatem conſummentur;* qualia *Jeſ.* 61: 10. Nempe *ridere* hic eſt *contemnere, illudere,* & tanquam *exarmatum inſultare hoſtem* illum, *qui mortalia* cuncta *proculcat.* Ego quidem *literam* non dimittendam cenſeo: unde ſi quis ſe altius efferre velit, per viam ſublimioris applicationis, ſufflamen non injiciam; ſin contendet *Literam* hic plane *deſerendam;* atque cuncta hæcce non quadrare in *Matremfamilias,* majores nido alas extendet; nam ne ipſe quidem *Cocc.* hoc aſſeverare ſuſtinuiſſet; quippe qui probe ſentiret, non omnes colores hujus Tabulæ æque huic *Allegorico* ſenſui reſpondere; atque tutum haud eſſe, unquam in hiſce *Literam ſuam* abjeciſſe.

Vſ. 26. Continuatur deſcriptio *eminentis Pietatis,* ac *Religionis.* Ejus duo ſigna ſimul & ſignacula. Prius, *Os ſuum aperit in ſapientia.* Procul ab ea repulſum quicquid eſt *inſipidi,* aut *nugatorii ſermonis.* Cuncta verba ſua *freno Prudentiæ* & *Sapientiæ temperare* callet; nihil ut *futile, temerarium, præceps ex ore emittat.* Altius adhuc adſcendit, *Lex pietatis uberantis ſuper lingua Ejus.* Non ſibi ſolum, ſed & *ſuis, omnibuſque* adeo, quibus propius eam accedere datur, *ſapit; monita,* & *præcepta, Religionis* ac *Pietatis* principiis imbuta, cunctis prudenter impertiens. Non eſt cur ad *beneficentiam* ac *liberalitatem,* reſtringatur, cum חסד *ubertas* proprie, omnia *officia pietatis,* erga *Deum,* erga *homines* ditione ſua complectatur. Res nota, & certa, vel ex *Hoſ.* 6: 6. חסד חפצתי ולא זבח *Pietate delector & non ſacrificio.*

Vſ. 27. Concinna omnibus præfreſſis imponitur coronis; atque completur imago *Matris-familias* conſummatæ, quæ vigili oculo cuncta obit, luſtrat, penetrat, atque hinc *virtutem domeſticorum* ſuorum *acuit;* illinc *vitia* omnia notat, caſtigat, confundit. Hoc valet formula, *ſpeculatur itiones domus ſuæ.* Friget, quod nonnulli attenderint *vias quæ ad domum ejus ferant,* unde *proſpiciat captetque negotiatores.* Torpet item, quod reſpectum fuerit ab aliis ad *porticus* & *pergulas* domus, atque ejusdem *conclavia;* ne quid *incuria* collabaſcat. Tepet quoque, quod alii cogitarint, de *vigilantia,* qua *obſervet* cujuſque *domeſtici itum reditumque;* ne quiſquam ceſſet in ſtatione. Id tamen non ſepono; ſed minimam exiſtimem efficere partem *curæ* illius *altioris* & *religioſioris,* quam ſupra paucis perſtrinxi. צפה *ſpeculari nitida acie, intentiſſimo & acutiſſimo oculo luſtrare;* ut ſupra viſum. הליכות πορεῖαι *itiones, greſſus, inceſſus* ad dextram, ad ſiniſtram, ſe præbentes, *ſtudia* ſignant, vel *bona,* vel *mala.* בית *domus,* univerſam amplectitur *familiam;* ac præſertim *liberos,* eorumque *educationem* ſanctiorem. His muniis perpetuo vacans, his officiis incumbens, ad *caſtæ domus diſciplinam* ſanciendum; *non edit* ſane לחם עצלות *panem pigritiæ,* vel *ignaviæ,* quæ ſe *curis abſolvere* geſtit; ſed provinciam ſuam omni ex parte ornat, & coronat. עצל *piger* proprie *tortipes;* indeque porro *tardator*

de-

28 Stant Filii ejus, atque beatam eam prædicant; vir ejus; & splendide concelebrat eam.

29 Quam plurimæ Filiarum virtutem strenuam exercuere: Tu vero universas exsuperas.

30 Fu-

28 קמו בניה ויאשרוה בעלה ויהללה׃

29 רבות בנות עשו חיל ואת עלית על כלנה׃

30 שקר

deses; trahens simul vim *delicatæ mollitiei*, cui se sexus debilior, præsertim in gremio opulentiæ, ferme dedere solet. Conferri velim geminum characterem עצל *desidis*, supra *Cap.* 26: 14. 15. consignatum, ut penitius vis formulæ, *comedere panem desidiæ*, introspiciatur.

Vs. 28. Languidius, quod plerique hic exhibent, *tot ac tantas esse hujus Mulieris virtutes, ut sese continere non queant liberi ejus, quin eam beatam prædicent: maritum quoque ad eam laudandam excitari.* Non est ea palma tam nobilis, tamque lemniscata, quam hic requiritur. Multis ea Mulieribus contingit, si modo vulgares sese *Matres* præstent. Pluribus adhuc, credo, evenit quod *Cler.* in medium tulit, *Forte*, inquit, *etiam vertere possimus, beatam esse optant*, vel *fausta omnia ei precantur.* Non possumus: nam id omnes in universum liberi genetricibus suis debent. Triplicem adspectum pandit *Gejer.* primus est, *feliciter adolescunt, affecti honoribus, celebritatemque consecuti.* Alter, *maturum adepti judicium concelebrant Matrem, ut pientissimam* &c. Tertius, *huic expressæ celebrationi accedit & alia tacita, qua tot loquuntur Linguæ de hac Matre, quot in Filiis bonæ educationis extant monumenta. Ps.* 127: 5. Posterius, tanquam unice aptum, jam dederat *Cocc.* hæc subnotans, *ex illa cura domus suæ, hoc consequi docet, ut ipsi Filii, si in publico appareant, occasionem hominibus præbeant beatæ prædicandæ Matris*; & *Maritus* Filiis *tali Matre dignis stipatus, eam faciat celebrari.* Isti sensui accommodavit quoque Versionem, *surgunt filii ejus, & beatam illam ostendunt; maritus ejus, & facit illam celebrari.* Hoc dignitatem loci vere explet, & cumulat. Retinuerim tamen in posteriori colo, *& celebrat eam*; quin in priori quoque, *beatam illam prædicant*; quia istæ Phrases *figuratius* sumtæ hoc ipsum præstant, atque consignant. *Prædicant Matrem, eamque beatissimam promulgant, Filii* omni *virtute* ac *dignitate florentes.* Sic capio verbum קמו *surgunt*, vel potius ex usu crebro, *stant*, *vigent*, *eminent* in Civitate, in Ecclesia, atque *quam* habuerint *Magistram*, etiam *dum tacent, clamant*, & *præcones agunt laudum maternarum.* Par ratio in *Maritus ejus stat*, per eam *floret, eandemque concelebrat*; hoc est, *ostendit eam omnium concelebratione esse dignissimam.* Simili *figura* enunciatum supra *Cap.* 15: 20. *Stolidus hominis contemnit matrem suam*, pro *in contemtum publicum adducit, atque infamat.*

Vs. 29. Acclamatio honorificentissima. Eam *ori Filiorum* & *Mariti* indit *Merc.* Hinc insertum deprendas in Versionibus, *dicentes.* Id non adeo decorum. Sensit *Gejer.* atque בנות *Filias* intelligere mallet hujus ipsius *Matris*, quas *Maritus* בנים *Filiis* aggreget; quasi *earundem Pater* sic *citra invidiam contemtumque aliarum mulierum suammet Matronam extollere potuisset*, quod *multas e fæcundo matrimonio habens filias, lanificio & linificio a Matre adsuetas, multas quidem opes accumulent & ipsæ; attamen cunctas illas longissime superet Mater.* Non magnum, ut *Mater Filias exsuperet*; & *invidiam minuere* quærens Vir Doctus, laudem detrivit. Officit quoque *constructio* רבות בנות *multæ filiarum*; quæ aliud exposcit. Nec ad hoc, nec ad illud, descensum fuisset; nisi Versus præcedens nimis presse fuisset sumtus. Verus ejus adspectus hic exigit *vocem publicam*, & *conspiratas* omnium *acclamationes*, quibus citra cujusquam invidiam hoc *eminentissimum* sui sexus *specimen* concelebratur. בנות ד׳ *Filiæ, puellæ*, hic blandiore compellatione signat *Mulieres*, & quidem *nuptas*: ut *Gen.* 30: 13. רבות בנות non sunt *multæ filiæ*; sed *multæ filiarum*; quod gratiosius, & gratulationi huic accommodatius; *enimvero spissæ filiarum*, sive *numerus* haud *infrequens bonarum mulierum* &c. עשה חיל est

30 שקר החן והבל היפי אשה יראת יהוה היא תתהלל :

30 Fucus gratia, & vapos consummata pulchritudo: mulier reverens Jehovæ, ipsa splendide concelebrabitur.

31 תנו

31 Da-

est vel *parare divitias*, *copiasve*; ut *Deut.* 8: 17. 18. &c. vel *strenue se gerere*, *fortia facinora facere*; *Ps.* 108: 14. vel *virtutem præstare & exercere*, unde אשת חיל *Mulier strenua atque omni virtute exornata*: ut supra *Vs.* 10. Nihil non horum quadrat; præcipue tamen posterius. *Virtus* a *Viribus* dicta *Latinis*. At *Græcis* ἀπὸ τοῦ ἄρειν, quod est *aptum esse*, placuit ἀρετή. *Hebræi* quid secuti sint in suo חיל necdum constitui potuit, aliis aliud in medium ferentibus. *Cocc.* & in *Comment.* & in *Lexico* pedem posuit in חול *manere*; ut sit *strenuitas*, sive *virtus animi*, *qua quis manet in labore*, *patientia*, *proposito* &c. Ingeniose; sed ipsum illud חול est *secundarium*, a *versando* στρέφειν ductum; quæ est *Origo Thematum* חול & חיל in omnibus, quibus effloruere Classibus significationum. Inde חיל *vis* & *strenuitas agendi*, & *in re qua tandem cumque versandi*: ipsa illa ἀρετὴ & *virtus* latiore adhuc ambitu. Hoc *Arabibus* quoquè حبل & حبلة. Alio flexu ortum חול, quum *manere* exponitur; ut *Jer.* 23: 19. Est eadem *metonymia* quam *Græci* in στρέφειν, ἐλιννύειν, & στρεφίγγιζ suscepere: quod ad *Cap.* 21: 7. latius deduxi. Indidem quoque *præstolari*, *expectare*, ductum; tanquam *eodem in loco versabundum remanere*: unde & *sabulo* nomen additum חול. Adferunt quoque verba חול & חיל *dolorem*, & quidem *parturientis*, quasi στρέφεσθαι *versari*, & *torqueri*: nam & apud Latinos *dolor* dicitur aliquem *versare*. Ergo *torqueri multa versatione*, est *parturire*; quod in חיל, חילה, חַלְחָלָה facile jam recognoscere est. At חֵיל *antemurale*, *pomœrium*, tanquam *circuitus* vel *templi*, quod frequens, vel *urbis*, quod rarius; *Jesaj.* 26: 1. & 1 *Reg.* 21: 23. ubi בחל יזרעאל *in pomœrio Jizreëlis*, effertur 2 *Reg.* 9: 10: 36. בחלק *in agro Jizreëlis*. Qui veterem ambitum Linguæ sub oculis non habent, a *Crisi* temperare hic nequeunt. Atqui uno in loco *pomœrium*, in alio *ager* urbi *circumjectus*, unum utique idemque suo jure præstant. *Gell.* 13: 14. *Pomœrium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros certis regionibus determinatus*; *qui finem facit urbani auspicii*. Denique חַיִל a *versatione strenua* complectitur *Græcorum* ἀρετὴν, & δύναμιν; a δύναμαι; quod ἀπὸ τοῦ δύνειν *penetrare*; quasi *ire per omnia*, vel *se penetrare*, immissum in ditionem multo amplissimam, ad quam *Hebræum* חיל potentius adhuc sese extendit.

Vs. 30. Ambigi video, verbane *Filiorum* & *Mariti* continuentur; an vero sit *Epiphonema* ipsius *Auctoris*. Prius absonum plane. Ne quidem *publicam* hic *vocem* agnosco; quæ *Vs. præcedenti* hanc *Matrem-familias* laudibus vehebat. Soli convenit *Auctori* hujus *Encomii muliebris*, sive jam is *Salomo* sit, ex vulgariore opinione, sive, ut mallem, *Bathshebah*: quæ & hic *Matrem* se *pientissimam* dilecto sibi pignori *Lemoueli* præstat, præceptum hocce saluberrimum ei instillans, שקר חן *Fucus gratia*; subito *vanescens colos*, *leposve*; & *non ultra superficiem penetrans*. הבל היפי vel *consummatissima forma*, (יפה *consummari*;) est *halitus*, *flatus*, *vapos*; proprie; ut jam *Cocc.* observavit. In *notis* ad *Exc. Hamas. pag.* 382. post *Grammat. Erpen.* eandem vim atque *Originem* verbo هبل adstructam dedi. Nodum in scirpo quærunt, qui אשה יראת יהוה *ellipsi* mulctant; quasi foret *mulier* ביראת *in timore*, vel מיראת *a timore Jehovæ*. Est ipsum *part. præs.* יָרֵא *timens*, cujus *fœmin.* in *regimine*

31 Date illi de fructu manuum ſuarum: & ſplendere eam faciant in portis opera ejus.

31 תנו־לה מפרי ידיה ויהללוה בשערים מעשיה׃

exit יִרְאַת ex יִרְאָה; prout יִרְאֵי *timentes* ex יְרֵאִים *Pſ.* 22: 24. &c. Obſervavit jam *Cocc.* in *Lex.* Nimis ſcrupuloſe ab abacum ſedetur in talibus; & exempla dinumerantur. יִרְאַת poteſtate *ſubſtantiva* quam ſæpiſſime, *adjectiva* ſive *participali* nuſpiam niſi noſtra in ſede. Ergo & hic vim *ſubſtantivam* vel invita *ſyntaxi* retinere maluerunt, quam *Analogiam* reſpicere; & *Linguæ* jura ac pomœria ſimul amplificare. Quid *Sacro Codice* ſit dignius, quid rationi & eruditioni congruentius, nemo non perſentiſcit.

Vſ. 31. Pulcherrimam *Oeconomiam* & ordinem hujus *Encomii* non perſpexere, qui *Filiis* & *Marito* hanc cohortationem cum cumprecatione fauſta attribuunt. Turbatior adhuc calculus *Ab. Eſræ*, qui duos *Vſ.* prægreſſos *Filiis* aſſignans, hunc *Marito* vindicat, *Filios* ſuos compellanti; ut *Matri* hæc officia præſtent. Nec audiendus *Kabvenaky*, qui *Auctori* hæc reddens, ad *Filios* tamen & *Maritum* ſermonem cenſet converti. *Merc.* & reliquus fere Chorus *in genere* quidem ad *quosvis* hæc directa autumant; in *laudem* tamen *Ejuſdem*, quæ ſupra dilaudata. Anguſtum in gyrum ſic rediguntur, quæ ampliſſima ſpatia depoſcunt. Sua *Laurea* redimiverat amplifice ſatis *Matrem-familias* ante delineatam *Vſ.* 27. 28. nec video quid *culmini*, in quo ibi præfulget, ſuperaddi queat. Non Eandem proinde hic *Encomiaſtæ* obverſatam cenſerem; ſed Omnem in univerſum אשה יראת יהוה *Mulierem reverentem Jehovæ*, & illis principiis *virtutis*, *pietatis*, & *religionis animatam*, quæ felix matrimonium, atque familiam efficere queant florentiſſimam. Hoc *ſalutis publicæ* vel maximum ſtabilimentum ac columen. Ergo *date* & *illi*, *Vos omnes quibus ſtatus Reipublicæ* & *Eccleſiæ felicior cordi eſt*, *de fructu manuum ſuarum: impertite & Ei*, vel infra perfectiſſimum illud exemplum conſtitutæ, *id laudis*, *favoris*, *honoriſque*, *quod merita* cujuſque *poſtulabunt*; easdemque Vos præſertim, qui *in portis præſidetis*, qui *rerum* ſuſtinetis *adminiſtrationem publicam*, omnibus *præmiis virtuti* debitis *cohoneſtate*. Hoc phraſi iſti, *celebrent eam in portis opera ejus*, incluſum. יהללוה proprie *ſplendidam reddant eam*, *q. d. juſtis ornamentis eximia* cujuſque *virtus condecoretur*.

Ibid. Si hanc *Oeconomiam*, atque artificioſiſſime digeſtam ſeriem hujus deſcriptionis, oculis ſubjectam habuiſſent, qui *Allegoriam* tanquam *fundamentum unicum* interpretationis ſuæ adſciverunt, atque in hac *ſplendidiſſima pictura* nihil loci relictum cenſuerunt *literali ſenſui*, ſuſpenſo magis pede, credo, proceſſiſſent, neque *Literam* penitus *excluſam* voluiſſent. Hoc nec modeſtum, nec prudens: quemadmodum nec prudentis foret omnem altiorem reſpectum explodere. Explodi tamen ſine ullo dubio meretur nugamentum *Metaphyſicum R. Levi*, *animam* nobis hic obtrudentis *ſenſitivam*; *quæ rationi & intellectui obtemperet*, *& ſeſe ſubjiciat*. Reliqui fere Judæi vel *Legem* depictam autumant, vel *Synagogam*. Pro iis, jam inde a primis temporibus, Doctores *Chriſtiani* ſubſtituerunt vel *S. Scripturam V. & N. T.* vel ipſam *Eccleſiam*. Horum meditata, & ſuaviludia, ad quosque colores temperandos, curioſiores in *Bibliis Gloſſatis*, itemque apud *Liranum*, aliosque, poterunt perluſtrare. Cl. noſter *Coccejus Literam* pro *fundamento* retinens, ei *ſublimiorem* & *Propheticum ſenſum* ſuperſtruxit, in *Eccleſiam* N. T. omnesque adeo *Fideles*, collineantem. Hoc reliqua *Hypotheſis* de univerſo *Proverbiorum* volumine poſcebat. Prudentiſſime ſumma tantum rerum libavit faſtigia: neque figuras huc aggeſtas enucleare, ac ſigillatim evolvere, aggreſſus eſt. Quod ex ſolido lucet, admiratores ſemper ſuos habebit. Quod non e ſolido, vitreum eſt. Dum ſplendet, frangitur.

F I N I S.

IN-

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,

Qui novo lumine perfunduntur ex Origine.

Genesis.

Exodus.

Leviticus.

Numeri.

Deuteronomium.

XXI.

JOSUA.

JUDICES.

RUTH.

I. SAMUELIS.

II. SAMUELIS.

I. REGUM.

II. REGUM.

I. CHRONICORUM.

II. CHRONICORUM.

ESDRAS.

NEHEMIAS.

PSALMI.

VII.

LV.

ECCLESIASTES.

ESTHER.

CANTICUM CANTICORUM.

JESAIAS.

XIII.

JEREMIAS.

IV.

IV.

EZECHIEL.

DANIEL.

HABACUC.

ZEPHANIAS.

MALACHIAS.

ZACHARIAS.

INDEX

HEBRÆARUM VOCUM,

Quibus Dialectus Arabica novam lucem atque gratiam affundit.

א

ב

נבון

ג

יתגרו

ז

PAG.

חיל

חלל

PAG.

יהר

לוה

לשן

It.

נ

ס

עקש

פחם

PAG.

פחם *Carbo.* 374

פטר فطر Origo eſt in فطر *Findere*, *effindere.* Elegantiſſimis uſibus conteritur, v. g. in *effiſſione florum.* Inde per metaph. in *ſannæ* & *ludificationis viruiento* genere, cum quis inſultat alium *lingua ore exſerta.* Item in *primogenitis*, qui *uterum findunt*: apud Arabes notat etiam *creavit*, q. d. *Cælum* & *Terram effidit*, & *fecit emicare* tanquam *germina floris recentia.* It. de *ſcatebris*, ſe *effindentibus* e *gremio Terræ.* Alio flexu de *ſeparatione* & *diſceſſu*, &c. 181

פיד فاد Origo in *liquando*, *eliquando*: per metonymiam ad *mortem*, *exitium*, q. d. *diſſolutionem*, *macerationem liquantem*, adhibetur. Thema ﬤ

פיד *Exitium*, plaga feralis, ſub qua quis maceratus *colliqueſcit.* 316

פלא فلا Propr. *Scidit*, *abſcidit*: per metonym. in *Niph. mirum*, *prodigioſum*, *admirabile fuit.* Thema ﬤ

פלא *Prodigium*, *miraculum*, q. d. *abſciſſum* a communi lege naturæ. 464

פלה فلا ult. و & فلي ult. ي. Convenit in Origine cum præcedenti: metonymice *ſeparari*, q. d. *diſcindi.* 464

פלח فلح Propr. *Findere*, *ſulcare*: in *Hepate*, altius *confodere*: ſic etiam Latinis *ſulcare.* 68

פלך فلك Origo in *Circumvolutione gyrante.* Thema ﬤ

פלך *Fuſus*, *orbiculus netorius.* Item *tractus* terræ *rotundior.* 516

פלל فلّ Propr. *Secare*: per metaph. *Judicare*, q. d. *ſecare*, *decidere lites.*

פלי ברע *Deciſorem*, *arbitrum* aget ad mala *miſcenda*, & *vulnera adfuſo veneno fovenda.* 128

פלס Origo in *motu tremulo* & *vibrante*: per metaphoram *librare*, q. d. *vibrare*: ita apud Græcos τὸ πάλλειν. 37

פנה Propr. *Vertit*, *obvertit*: per metaphoram *vidit*, *aſpexit*, q. d. *obvertit faciem.* Thema ﬤ

פני & פנו *Vultus* cum voce אל compoſitum notat *viſionem* ſive *conſpectum Dei.* 151

פניני Ex ſpecie *Pebalbal*, *gemma multa facie polita*, adſpectusque *luminoſos* undique *præbens* & *obvertens.* 20

ורחוק מפנינים מכרה Nam *longinquum* præ *gemmis politiſſimis pretium* ejus. 510

פנן فنّ Origo in *flexu divergente.* Thema ﬤ

פנה *Angulus*; a tali *flexu.* 64

פנק فنق *Delicatius molliusve enutrire*: unde מפנק *delicatius enutriens.* 444

פסח فسح Origo in *Laxo*; unde *luxandi* vis *ſuccrevit.* Thema ﬤ

צ

PAG.

קצה

PAG.

ריחב

ת

ת

INDICULUS GRÆCUS.

INDICULUS LATINUS.

INDICULUS LATINUS.

F I N I S.

COR-

CORRIGENDA.

IN PRÆFATIONE.

Pag. XII. Versu 9. a fine, post *qua Linguam*, inferatur, *Sanctam esse*.
- - - XXII. - - - - 13. post, *ac proinde*, insere, *Quinto*.
- - - XL. - - - - 8. a fine, pro *quem* lege *quam*.

IN COMMENTARIO.

Pag. 98. Lin. 2. a fine [illegible].
- - - 113. - - - 6. a fine, pro *si* lege *nisi*.
- - - 161. Vs. 18. pro *elatio* lege *superbia*.
- - - 264. in Not. Lin. 7. lege *expressum*.
- - - 326. Vs. 13. lege *missoribus*.
- - - 368. - - - 19. lege *nonne lusitans ego?*

LUGDUNI BATAVORUM,

TYPIS ELIÆ LUZAC, JUN.

MDCCXLVIII.